

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
CANADA
Call A
No. 10
Date 2/10

~~Anna~~

24-6-10

6-120



del Sr. Diego de la Campa de Jos de Granada R. 1707

DIVI HIERONYMI

STRIDONENSIS, PRESBYTERICAR-

dinalis, in vitas Sanctorum Patrum Aegyptiorum, & eorum,
qui in Scythia, Thebaida, & Mesopotamia morati sunt,
et Liber, qui communi vocabulo, Vitas Patrum nun-
quam adhibetur, in quatuor partes diuisus.
Adiecto in fine de Laudē, et effectu virtutum opusculo.

Omnia denuo à quā plurimus, quibus antiqua, & penè obsoleta scisso
scatebat mendis, diligentia summa repurgata.



Cum licentia, & Præuilegio.

Compluti, Ex officina Ioannis Gratiani, Apud Viduam.

ANNO, M. D. XCVI,

A costa de Iuan de Sarria mercader de lib: 9s.

T A S S A.

YO Gonçalo de la Vega escriuano de Camara del Rey nuestro Señor, doy fee, que auiendo se visto por los Señores del vi libro intitulado Vitas Patrum, que con su licencia se imprimio, tassaron cada pliego de los del dicho libro a tres maravedis, y mandaron que antes que se venda, se imprima en la primera hoja de cada libro, este testimonio y tasa. Y porque dello conste de pediminto del dicho Iuan de Sarria, y mandamiento de los dichos señores del Consejo di la presente, que es fecha en Madrid, a veynte y ocho de Enero, de 1596. años.

Gonçalo de la Vega.

Hic D. Hieronymi in Patrum vitas liber suo consonat exemplari demptismendis, hic assignatis.

Pag. 3. col. 1. l. 22. lege perrexit p. 14. col. 1. l. 18. manacos monachos col. 2. l. 11. audieris auditis f. 7. col. 1. l. 2. fratris fratris f. 9. col. 2. plurimi plurimis p. 12. col. 1. l. 4. interior interior l. 2. 2. dropocilliet popocilliet l. 30. manserunt menserunt l. 35. conuerabatur conuer tebatur p. 13. col. 2. l. 31. soldissimum soldissimum p. 17. col. 2. l. 33. sumpsisset sumpsisset p. 21. col. 2. l. 9. Appollono Apollonio p. 70. col. 1. l. 7. corpore corpora p. 74. col. 1. l. 35. eis eius p. 91. col. 2. l. 7. scabera scabere l. 20. paster, pesser p. 78. l. 31. col. 1. imperi imperium p. 8. col. 2. l. 23. largiora largiore p. 87. col. 1. l. 29. aude aude p. 90. col. 2. l. 6. passer passes p. 91. col. 2. climant elidant p. 93. col. 2. l. 34. nunt nunc p. 106. col. 2. l. 30. cum cura p. 102. col. 1. l. 12. tamen atamen p. 103. col. 1. l. 37. daemones daemones col. 2. l. 17. puberanus puberanus p. 106. col. 1. l. 1. aur aut p. 107. col. 2. l. 4. gaudens gaudens p. 109. col. 2. l. 31. exponere exponeret p. 110. col. 1. l. 6. mentiens mentientes f. 113. col. 1. l. 12. qui ad quia p. 118. col. 1. l. 24. stolas epistolas p. 127. col. 1. l. 16. ad laenam fluctatur ad laenam fluctatur p. 128. col. 1. l. 3. haru herent l. 5. bonum boum p. 131. col. 1. l. 36. productus per ductus p. 235. col. 2. l. 9. monere mouere p. 137. col. 2. l. 34. Et omnis en omnis p. 140. col. 1. l. 8. ni vicina in vicina p. 142. col. 1. l. 23. gratis gratis p. 143. col. 2. l. 7. percrebar per crebuerat p. 151. col. 1. l. 10. innat inuat p. 155. col. 1. l. 9. inuenat inuenas p. 156. col. 2. l. 13. immaturato in matura p. 164. col. 1. l. 8. sepulchrum sepulchrum col. 2. l. 33. dente lege deuote p. 170. col. 2. l. 19. stomachum stomachum p. 172. col. 1. l. 1. ressur restor p. 176. col. 2. l. 10. voro voto p. 232. col. 1. l. 36. verbum verbum p. 183. col. 2. l. 17. pelagius pelagus p. 374. col. 2. l. 10. patieuar patiebatur l. 37. sine sine p. 376. col. 2. l. 13. hui huius l. 36. reberit reberitus p. 380. col. 2. l. 22. comiserat commiserat l. 26. parerit parceret p. 382. col. 2. l. 13. Theoleuari Theoleuarius p. 383. col. 1. l. 31. timende timenda l. 33. seminate seminat l. 7. eleamofine elemofine p. 386. col. 1. l. 20. perficere perficere col. 2. l. 38. orare oraret p. 387. col. 2. l. 6. morabat morabatur l. 30. estrato strato p. 389. col. 1. l. 27. omino omino p. 390. col. 1. l. 14. extalebar extollebar l. 18. permisit permisit p. 398. col. 1. l. 15. quosque quousque p. 401. col. 1. l. 3. intellexebat intellegebat p. 402. col. 1. l. 1. ostentibus obstupentibus p. 405. col. 1. l. 30. visitatione visitationem p. 406. col. 2. l. 38. etiam enim l. 20. propria patria propriam patriam p. 408. col. 2. l. 8. monachorum monachorum p. 412. col. 1. l. 10. seera sacra col. 2. l. 4. summatores sumatores l. 8. thesaurifemus thesaurifemus p. 414. col. 1. l. 38. veriusque veriusque col. 2. l. 26. deus celo: p. 415. col. 1. l. 17. magnus magus col. 2. l. 33. imperebat imperabat p. 416. col. 1. l. 30. uota nota p. 417. col. 2. l. 12. vacuum vacuum p. 418. col. 1. l. 31. erant erant p. 419. col. 2. l. 18. ampliore ampliora p. 420. col. 2. l. 4. inflamatur inflamatur p. 421. col. 1. l. 38. percre percre p. 423. col. 1. l. 12. ciuitibus ciuitatibus p. 748. col. 1. l. 13. aliquod aliquid col. 2. l. 27. tenerunt tenerunt p. 753. col. 1. l. 30. at ad p. 757. col. 1. l. 18. imperium imperium p. 765. col. 1. l. 36. Dei Dei col. 2. l. 1. e discipulum est discipulum p. 766. col. 1. l. 28. & ex col. 2. l. 23. quicquid p. 763. col. 2. l. 31. senes senis p. 773. col. 2. l. 12. adcebo abscedo col. 1. l. 34. fratres fratres p. 774. col. 2. l. 32. largiari largiari p. 775. col. 2. l. 16. solices solis p. 784. col. 1. l. 4. exerceret exerceret In quibus re testimonium has literas meo nomine subscripsi. Datis Compluti Anno 1596. die vero 26. Ianuarij.

Licenciatus Christophorus Orduña.

LICENCIA.

YO Migel de Ondarça Zabala, escriuano de camara del Rey nuestro señor de los que en su consejo residē, doy fee que por los señores del se dio licencia a Antonio de Salas librero, vezino desta villa de Madrid, para que por esta vez pueda imprimir y ven ler vn libro intitulado Vitas patrum de san Hieronymo por el original que en el dicho consejo le a visto, que va rubricado y firmado al cabo de mirubrica y firma, con que antes que le venda lo trayga ante los dichos señores, juntamente con el dicho original para que se vea si la dicha impresiō esta conforme a el, o trayga fee en publica forma en comopor corretor para ello nõ brado se vio y corrigio la dicha impresiō por el original, y mandaron al impresor que ansı imprimiere el dicho libro no imprimā el principio y primer pliego, ni entregue mas de vn solo libro cō el original al autor, o persona a cuya costa le imprimiere, ni otra alguna para effeto de la dicha correccion y tassa, hasta que primero el dicho libro este corregido y tassado por los dichos señores, y estādo ansı y no de otra manera pueda imprimir el dicho principio y primer pliego, y enel segidamente ponga esta fee y la aprobacion tassa y erratas sopēna de caer en las penas contenidas en la prematuca y leyes destos reynos q̄ sobre ello disponē y para que dello conste de pedimiento del dicho Antonio de Salas, y mandado de los dichos señores di esta fee que es fecha en Madrid a ocho dias del mes de Abril, de mil y quinientos y nouenta y cinco años.

Miguel de Ondarça Zabala.

CLARISSIMO, ET
MERITISSIMO D. FER-
dinando de Vega & Fonseca no-
ui Orbis Præsidi.



*ET, tam variaeq; sunt hominum sententiae Christiani si
me praeses, ut metuo sine auxilio atq; patrocinio, librũ
hũc typis excudi minime posse iudicari. Qui quid em-
nimia temporis vetustate, & eo quod tanta erat obliuio-
ne sepultus, nouus aliquo modo reputari potest. Sapiusque mecum
perpendens, hũc meum laborem hederæ naturam, & similitudinẽ
sequi, quæ nisi alicui arbori, siue muro adhaereat, nunquam aliquo
ascẽdere potest, ut ab omnibus late aperteq; videatur, sed se per hu-
mi serpit: cum tibi, ut omnium mearum rerũ studio sissimo patrono
dicare statui, eo quod intelligam, clarum, generosumq; sanguinem
cum summa semper esse coniunctũ clementia, atque humanitate,
quam quidem certo scio tibi minime defuturã, ad eũ hilari fronte
accipiendum. Tua siquidẽ nobilis atq; generosa stirps, huius ampli
beneficij, quo spero a te ornãdum fore, certũ reddit, de cuius laudi-
bus nihil dicere curo, cum rei infinitæ nec initũ, nec finem inueni-
re quisquã facile possit. Hæc vnum te humiliter, ac demisse precor
in quo & finem dicendi faciã, ut non in huius mei exiguitatẽ mu-
nusculi, quod tã paruis meis virib; par est, quã impar tui singulari-
bus meritis, sed in sanã beneuolamque, qua tua dominationi offer-
tur, voluntatẽ, oculos conijcias, quod equidem huius mea aliqualis
opella mercedem maximam reputabo, certũ habens neminem tam
mentis inopem posse reperiri, qui hunc meum laborem nõ arbitretur
tam esse felicẽ quam cætera omnia, quæ tuo patrocinio, etque seruo
re protegentur, quem Deus bonis omnibus auget, nobisque diu in-
columen seruet, ut ab omnibus desideratum est semper. Vale.*

ad prototypi normā emēdatus, fidelissimeque restitutus (obtena a Regio consilio licentia) pluribus collatis exemplaribus fuit excusus. Quibus omnibus, diuina clementia effectum est, vt liber ipse, ni fallor, non modo antiquis melior, & emendatior, verum etiam si dici fas est, lectione sua, rebus que in se cōtēntis, non omnino indignus prodierit. Hūc igitur, lector benignissime, accipe, illūq; diurna, no-
 & eterna; manu, lectitando versare nō dubites. Nō enim hic poetarū figmenta, historicorum adulationes, oratorum fucos, aut veterum philosophorū argutias inuenies: sed omnia vera, omnia pulchra, omnia deniq; plenissima ac sincera maxime experieris, totanaq; illorū Sanctorum Patrum solitudinis incoletium exemplis abundat: tot diuinæ legis præceptis scætet, tanta denique multiplicis doctrinæ varietate claret, vt merito ante hac thesaurus in agro absconditus, aut lux sub modio posita, vere dici potuerit. Tuum iam est, studiose lector, efficere, ne labor noster irritus videatur. Quod si præstiteris vt te præstiturum confido, huius libri lectioni incubueris nobis certe laborique nostro gratum animum ostendes, tibi commodum æternum parabis, Deo debitum obsequium exhibebis. Quem orare atque obtestari debemus, vt in hoc seculo conatus nostros ad omne virtutum genus promoueat, & in futuro nobis sempiternam felicitatem largiatur, ad quā merita per sua, vnigenit' Dei filius perducere dignetur. Vale.

(12)

DIDACI RODERICI

Bibliopolæ ad Lectorem.

Præfatio:



INTA est humani generis post primi parentis lapsum (candide lector) imbecillitas, ne dicam, peruerfitas, adeoque (ingrauescente primi peccati labe) hominū charitas nunc temporis refrigescit, vt nō modo a lege & ab antiquorum fidelium virtute degenerent, sed etiam miserrime inquam plurima vitiorum genera dilabantur. Adeo, vt potest merito illud Apostoli accommodari. Erunt homines seipos amantes. Quæ diuino spiritu præuidens, misericors seruator noster, nouæ legis sacramenta instituit, saluberrima, videlicet, medicamina multa que alia malorum antidota excogitauit: quibus accedunt sanctorum certamina, meritaque cumulatiflima, quæ in Ecclesiæ thesauro tanquam in arce tutissima asseruarentur, non aliter quam mille clypei quibus vitiorum monstra valeant superari, sunt & priscorum Patrum exempla quibus hominum mores (etiam proditissimi) corriguntur & in rectitudinis semitam conuertuntur. Hæc diu mecum animo perpendens, nec minus de ingeni mei tenuitate, quam de communi Reipublice Christianæ iactura sollicitus, sæpenumero excogitabam si quid possem pro meis viribus, communi religionis Orthodoxæ bono prodesse. Accidit igitur, vt dum aliquando domineæ libros quosdam abstrusos euoluerem, in librum quendam (quiritas Patrum vulgo solet nuncupari) inciderem. Cuius ob egregiam rerum sanctimoniam, sanctamque varietatem, nimis sum delectatus, ita antiquitate peneque obsoletæ literaturæ, orthographiæ mendis, excusationis scæditate, ac peruerfitate offensus fui, vt non minori deposuerim festinatione, quam summa auiditate arripuerim. Postea tamen, libri præstantia, historiarum, exemplorumque in illo contentorum, dulcedine recreatus, amicorumque persuasione, cum librum tersum, mendis repurgatum typis excudendū tradidi, quo
 ad pro-

DIVI HIERONYMI

PREBYTERI CARDINALIS IN

Vitas patrum Sanctorum Aegyptiorum, &
etiam eorum, qui in Scythia, & Thebaida,
& Mesopotamia morati sunt.

PRIMAPARS.

¶ De Sancto Ioanne Aegyptio Eremita.



PRIMUM IGI-
tur tanquam vere fun-
damentum nostri o-
peris ad exemplum
bonorum omnium, sumamus
Aegyptium Ioannem: qui verè
etiam solus satis superque suffi-
ciat religiosas, & Deo devotas
mentes ad virtutum culmen eri-
gere: & ad perfectionis vestigia
concitare. Hunc enim vidimus
in Thebaidis partibus in Ere-
mo, quæ adiacet civitati Lyto:
in rupe quadam montis ardui
commanentem. Ascensus ad
eum difficilis: aditus monasterij
eius obstrusus & clausus: ita vt
à quadragesimo ætatis suæ anno
vsque ad nonagesimum, quem
tunc gerebat cum eum vidimus,
monasterium eius nullus intra-
uerit. Aduenientibus vero per
fenestram se videndum præbe-

bat, & inde eis vel verbum Dei
ad ædificationem, vel si qua fuisset
consolationis responsa rede-
bat. Mulierum tamen illuc nulla
nec ad conspectum quidem eius
accessit, sed & viri raro & certis
quibusque temporibus. Cellam
sane hospitem extrinsecus fieri
permisit, in qua aduentantes
è longinquis regionibus paululū
requiescerent, ipse vero intrinse-
cus solus soli Deo vacans, non
diebus non noctibus colloquijs
Dei & oratione cessabat, diui-
num illud, & quod super om-
nem mentem est, tota mentis pu-
ritate consecrans. Quanto enim
se ab humanis curis & colloquijs
sequestrabat, tanto illi vicinior
& propinquior Deus erat. In tan-
ta denique mentis suæ sincerita-
te profecerat, vt non solum eo-
rum quæ erant scientiam conse-
queretur à Domino, verum &
eorum, quæ futura erant præ-
scientiam mereretur. Euidenter
namque ei Dominus Prophetiæ

A gratiã

gratiam contulit, ita ut non tantum civibus, & provincialibus suis si forte percunctaretur, futura prædiceret, sed & Imperatori Theodosio, vel quos belli exitus habiturus esset, vel quibusmodis victoriam caperet de tyrānis, sed & quot irruptiones passurus esset gentiū barbararum sæpe prædixerit. Quodam etiam tempore cum gens Aethiopum Romanum militem circa Cirenem, quæ prima est Aethiopiæ partibus Thebaidis civitas incurfaret, & strages plurimas nostrorum dedisset prædamque duxisset, venienti à se Romano duci, & metuenti cōfligere cum eis, eo quod exiguus ei erat militum numerus, & hostilis cōtra se innumera multitudo Ioannes statutum designās diem, perge (inquit) securus, die enim qua dixi, & hostem prosternes, & spolia capies, prædamque revocabis. Quod cum fuisset impletum etiam apud Augustum, quia charus acceptusque futurus esset prædixit. Hæc apud illum prophetiæ gratia habebat, ut magis hoc illorum qui percunctabantur quā suis meritis adscriberet. Dicebat enim nō pro se hæc sed pro illis qui audiunt à Domino pronuciari. ¶ Aliud quam per eum mirum valde Dominus ostēdit. Tribunus quidem ad agendū militem pergens venit ad eum, & obsecrare eum cōepit, ut permit-

teret etiam coniugem suam venire ad se. Multa nanque eam dicebat perculisse pericula ob hoc tantum ut faciem eius videret. Tunc ille negat inquam moris fuisse vendendi mulieres, & præcipue ex quo in illius rupis se monasterio conclusisset. Tribunus persistit obsequēdo & cōfirmando, quod nisi videret eum, esset sine dubio in multa tristitia peritura. Cumque iterū ac sæpius eadem præcæretur, & causam mortis eum suæ coniugis confirmaret futurum, atque inde eam interitum, unde salutem sperauerat accepturam, tunc fidem, & importunitatem eius aspiciēs senior, Vade, inquit videbit me coniux tua hac nocte, non tamen veniet huc, sed in domo sua atque in lecto suo manebit. Post hæc verba abscedit vir, ambiguitatem responsi in petore suo versans. Cumque hæc etiam coniugi nunciasset, simili modo nihilominus etiam mulier sermonis incerto fatigabatur, sed ubi somni tempus advenit, adest homo Dei per visum, & adstēs mulieri, fides inquit tua magna est, o mulier, & ideo veni desiderio tuo satisfacere, te tamen moneo, non ut faciem corporalem servorum desideres Dei, sed ut gesta & actus per spiritum contempleris. Spiritus enim est qui vivificat, nam caro non prodest quicquam. Ego autem non quasi

iustus

iustus aut Propheta ut putas, sed pro fide vestra intercessi pro vobis apud Deum & concessi tibi omnium morborum (quos in corpore tuo pateris) sanitatem. Eris ergo ex hoc sana & tu & virtuosus & benedicetur domus vestra sed & vos memores estote beneficij à Deo vobis collati & timete Dominū semper, nec amplius quam stipēdijs vestris debetur, aliquid requiratis. Sufficiat ergo tibi hoc quod vides me in somnijs, & amplius non requiras. Euigilans autē mulier indicavit viro suo quæ viderat quæque audierat, sed & habitum viri & vultum, atque omnia signa eius exposuit. Super quæ admiratus vir eius, regressus ad hominem Dei, gratias refert, & accepta ab eo benedictio ne periret in pace. ¶ Alio quodam tempore præpositus quidam militū venit ad eum cuius vxor gravida ad eo relicta est in domo sua. At illa ipsa die qua ille ad beatum Ioannem venerat, partum edens periclitabatur. Tunc sanctus homo Dei, si scires inquit donum Dei, & quia tibi hodie natus est filius gratias ageres Domino. Sed scito matrem pueri periclitatam, aderit tamen Dominus, & inuenies eam sanam. Festina ergo & redi in domum tuam, & inuenies puerum septem dierum, & vocabis nomen eius Ioannem, hic nutriatur in domo tua

absque vlla contaminatione gentili septem annis, quibus peractis trade eum monachis erudiendum sanctis & cælestibus disciplinis.

Multis præterea ad se venientibus siue provincialibus siue peregrinis, cum res poposcisset, occulta cordis eorum indicabat, & si quid forte peccati ab eis in occulto fuisset, admissum secretius corripiens arguebat, & ad emendationem ac poenitentiam prouocabat, Nili quoque fluminis abundantia siue aquarum penuria futura esset, prædicebat. Sed & si fortè ex offensa hominum plaga aliqua & correctio à Domino immineret, similiter præmonebat, & si quid causæ esset, pro qua introduceretur fames, aut castigatio designabatur. Sanitates quoque & curas corporum, ita deposcentibus cōferebat ut omnē ex hoc iactantiā fugeret. Non enim permittebat ad se incommodatos deferri, sed benedicens oleum dabat, ex quo peruncti sani fierent à quacumque infirmitate tenerentur. Senatoris cuiusdam aliquando vxor excæcata est, hæc deprecabatur virum suum ut eam perduceret ad hominē Dei. Cui cum responderet vir suus non ei esse moris vidēdi mulierem, rogat ut indicaret ei tantum modo imbecillitatis suæ causam & deprecaretur ut orationem faceret pro se, Cumque legationem perculisset

vir eius ad eum orans & benedicens oleū mittit ad illam. Ex quo per triduum inunges oculos suos visum recepit, & Deo gratias egit. Sed & multa eius sunt gesta quæ narrare satis longum est. Vnde de omiſſis his interim quæ auditu comperimus, ad ea, quæ oculis nostris conſpeximus, veniamus. Septem fuimus simul fratres comitantes, qui ad eum venimus. Cumque salutassemus eum omnique nos lætitia suscepisset, & vnumquemque nostrum gratifice alloqueretur rogatus à nobis orationem, simul ac benedictionem dare. (Hoc enim moris est apud Aegyptios manachos, vt ibi aduenerint fratres, statim per orationem sibi inuicem foederentur) interrogabat si quis in nobis esset clericus. Et vt omnes negauimus, respiciens ad singulos intellexit esse inter nos quendam qui huius erat ordinis, sed latere cupiebat. Erat enim diaconus & hoc præter vnum solum qui ei fidus erat etiam ipsi itineris comites ignorabant. Visurus enim tales ac tantos viros humilitatis gratia celare voluit gradus sui honorē vt inferior haberetur in ordine his quibus se longe inferiorem esse meritis indicabat. Sanctus ergo Ioannes vt eum vidit equidē cum esset adolescentior ceteris digito ostendens eum, Hic inquit diaconus est. Et cum adhuc negaret, ap-

prehendens eum manu sua exſculturus est & dixit. Noli fili negare gratiam Dei, ne incurras pro bono malum, pro humilitate mendacium. Cauendum namque est omni modo mendacium, siue pro malo, siue etiam pro bono proferri videatur, quia omnem mendacium non est a Deo, sed sicut saluator dicit, à malo est. At ille his audietis quieuit, blandam namque eius correptionem æquanimiter tulit, & cum orationem Domino obrulissemus, post finem vnus ex fratribus nostris tertiano typo, id est, febre grauissimè vexabatur, & rogabat hominem Dei, vt ab eo curaretur. Qui ait ad eum, Rem tibi necessariam eu pis abijcere, vt enim corpora nitro vel alijs huiusmodi liniamentis abluuntur à sordibus. Ita animæ languoribus alijsque huiusmodi castigationibus purificatur. Et postquam de his nobis multa per doctrinā mysticam disseruit, benedicens tandem oleum dedit ei. Quo perunctus æger omnem continuo abundantiam fellis euomit, & sanissimus redditus, pedibus suis ad diuersorium rediit. Posthæc iubet officia erga nos humilitatis atque hospitalitatis expleri, & corporis curam geri, ipse vero sui negligens nostri sollicitus erat. Iam enim continuo vsu & iugi consuetudine, nec recipere cibum nisi in vesperum poterat,

erat, & huac exiguum. Erat autem attenuati & aridi corporis, præ abſtinentia: capilli eius & barba quasi ex languore nimio rara, & tenuis, vt pote quem nullus sufficiens cibus nutrirer, nec lætior aliquis humor infunderer. Observabat enim tunc, cum iam nonagenariam (vt supra diximus) ægeret ætatem, vt nullum (vt paucis vtar verbis) per ignem paratum fumeret cibum. Igitur post hæc hospitalitatis officia, regressos ad se sedere nos iubet, & tunc demum quidem vnde vel cur aduenimus inquit, cum iam nos lætos & omni cum gaudio tanquam natos proprios suscepisset. Cumque respōdissemus quod de Hierosolymis ad eum utilitatis & profectus animæ nostræ, causa venissemus, vt ea quæ olim ad auditum nostrum fama pertulerat: ipsi nunc oculis nostris cerneremus, quoniam quidem tenacius solent inhærere memoriæ ea quæ oculus viderit quam quæ auris audiverit. Tūc beatus Ioannes vultu placidissimo & quasi subridens ex abundantia lætitiæ hoc modo respondit ad nos. Miror inquit admodum dulcissimi pueri laborem vos tanti itineris suscepisse, cum nihil ad hæc dignū in nobis videre possitis. Homines enim sumus humiles & exigui, nihil habentes, quod vel expecti debeat vel mirari. Et tamen etiam si esset

aliquid in nobis secundum opinionem vestram, non tale quale legitis in Prophetis Dei & Apostolis. Quid vtrique ob hoc in omnibus Dei ecclesijs recitantur, vt exempla vitæ hominibus non de longinquis, & peregrinis locis quærantur: sed domi vnusquisque, & apud se habeat quod debeat imitari. Vnde plurimum minor intentionem vestri laboris ac studij, quod profectus animæ vestræ causa, tantas superate regiones, tantosque labores subire voluistis cum nos eo vsque pigrizia desidiaque constringat, vt nec cellulas nostras pergradi audeamus. Verū tamen quoniam putatis esse in nobis aliquid ex quo proficere debeatis, hoc primum vobis indicandum est, vt hoc ipsum quod venistis ad nos, & tantum laborem videndi nos suscepistis, ne iactantiam alicuius habeatis profectum vt non tam proficere ad animi virtutem quam proferre se & iactare vnusquisque vestrum velit, pro eo quod viderit eos, qui apud alios ex auditu solo cogniti videantur. Graue est iactantia vitium, & periculosum nimis & quod de ipso etiam perfectionis fastigio deicit animas, & ideo hoc vos primos omnium cauere volo. Est autē species mali huius duplex quidem. Nonnullis enim accidit in ipsis statim initijs conuersionis suæ, cum parū aliquod

vel abstinentiæ impenderit, vel pecuniæ in pauperes erogauerint, & cum de eis ita sentire debeant, quasi quod impediret abiecerint ita agunt & ita sentiunt, quasi eminentiores sint illis, quibus aliquid elargiti sunt.

Alia vero est iactantiæ species, cum quis ad summam virtutem perueniens, non totum Deo, sed suis laboribus ac studijs deputat, & dum ab hominibus gloriâ quærit perdit eam, quæ à Deo est. Propter quod filioli mei fugiamus omni genere iactantiæ vitium ne forte incurramus eum lapsum, quem diabolus incurrit. Tunc præterea cordi nostro & cogitationibus præcipua adhibenda est diligentia. Obseruandum namque est nequa cupiditas, ne qua voluptas praua ne quod desiderium vanum, & quod non est secundum Deum radices in corde nostro defigat. Ex huiusmodi enim radicibus continuo pullulant vagæ & inutiles cogitationes, & in tantum molestantur sunt, vt nec orantibus nobis cessent, nec in cõspectu Dei consistentibus nobis & precibus pro salute nostra offerentibus exeat, sed rapiunt à nobis captiuam mentem, & cum corpore stare videamur in oratione, sensu & cogitatione euagemur & ducimur per diuersa. Si quis ergo est qui se putat renunciaſſe mundo & operibus diaboli, non sufficit in eo re-

nunciaſſe vt possessiones & prædia ceteraque seculi negotia reliquerit, nisi etiam proprijs vitijs renunciauerit, & inutiles ac vanas abiecerit voluptates. Hæc enim sunt de quibus Apostolus dicit. Desideria vana & nocua, quæ mergunt hominem in interitum. Hoc est ergo vere renunciaſſe diabolo, & operibus eius. Diabolus enim per alicuius vitij & occasionem, & prauæ voluntatis aditum irrepit in cor nostrum, quia vitia ex parte illius sunt, sicut virtutes ex Deo sunt. Si ergo sint vitia in corde nostro cum venerit princeps eorum diabolus, quasi proprio auctori dant locum, & introducunt eum velut ad possessionem suam. Et inde est quod nunquam huiusmodi corda pacem habere possunt, nunquam quietem sed semper conturbantur, semper terrentur, & nunc vana lætitia, nunc inutili tristitia deprimuntur. Habent enim intra se habitatorem pessimum cui introeundi ad se locum per passionem suam, & vitia fecerunt. Econtra vero mens quæ verè renunciauit mundo hoc est quæ abscidit & amputauit à se omne vitium, & nullum introeundi ad se diabolo reliquit aditum, iracundiam cohibet: furorem reprimat mendacium fugit, execratur inuidiam, & non solum non detrahere, sed ne malum quidem sentire

aut suspicari de proximo suo patitur, quæ fratris gaudia, sua dicit & tristitiam eius suam tristitiam deputat. Quæ hæc ergo, & hoc cum similia obseruat mens, Spiritui sancto aperit in se locum. Qui cum ingressus fuerit & illuminauerit eam semper ibi iam gaudia semper lætitia, semper charitas, patientia, longanimitas, bonitas, & omnes qui sunt fructus spiritus oriuntur. Et hoc erat quod dicebat Dominus in euangelio, Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala fructus bonos facere. Ex fructibus enim probatur arbor & cognoscitur.

Sunt autem nonnulli qui videntur seculo renunciaſſe & curam non adhibent ad munditiâ cordis, neque vt vitia & passionem refecerint ex anima sua moresque componant, sed hoc tantum student, vt videant aliquos Sactorum Patrum & audiant ab eis aliquaverba, quæ narrantes alijs gloriuntur se ab illo vel illo didicisse, & si cubi forte vel audiendo, vel legendo parum aliquid scientiæ acquisierint, continuo doctores fieri volunt, & docere non ea quæ egerint, sed quæ audierint & viderint despicientes ceteros. Affert aut ipsi sacerdotium atque immergere se conantur ad clericatum, nescientes, quia minoris condemnationis est, si quis ipse virtutibus polleat, & alios tamen do-

cere non audeat, quam si ipse passionibus & vitijs pramatur, & alios de virtutibus doceat. Sic ergo filioli mei, neque fugiendum omni modo dicimus clericatum vel sacerdotium, neque rursus omnimodis experendum, sed danda opera est vt vitia quidem à nobis depellantur & virtutes animi conquirant, Dei autem iudicio relinquendum est, quem velit, & si velit assumere sibi ad ministerium, vel ad sacerdotium. Non enim qui seipsum ingesserit, sed quem Dominus assumpserit ille probatus est. Monachi autem illud opus est præcipuum vt orationem puram offerat Deo nihil habens in conscientia reprehensibile sicut Dominus dixit in Euangelio, cum steteritis ad orationem remittite fratribus vestris si quod habetis contra eos ex cordibus vestris, nisi enim remiseritis fratribus vestris nec vobis remittet pater vester cœlestis. Si autem remiseritis fratribus vestris, & vobis remittet pater vester, qui in cœlis est. Si ergo mundo (vt supra diximus) corde astiterimus ante Deum & liberi ab omnibus his vitijs & passionibus quas supradiximus poterimus in quantum possibile est etiam Deum videre, & orantes oculos cordis nostri in ipsam dirigere & videre inuisibile mente non corpore, intellectu scientiæ non carnis aspectus. Nemo enim

se putet posse ipsam (sicut est) divinam substantiam contueri: ita ut speciem sibi aliquam aut imaginem fingat in corde corpoream alicuius imaginis similem. Nulla forma in Deo cogitetur nulla circumscriptione, sed sensus & mens quæ sentiri quidem possit, & perstringere mentis affectum: non tamen comprehendere aut describi aut enarrari valet. Et ideo oportet cum omni reuerentia & metu accedere ad eum, & ita in eum librare mentis intuitum, ut omne quicquid potest splendoris, claritatis, fulgoris, maiestatis mens humana conspiciat, super omnia esse eum sentiat semper, & hoc sicut diximus si pura mente fuerit, nec ullis prauis voluptatis fordibus occupata. Et ideo in hoc maxime oportet operam dare eos qui renūciare seculo volunt & Deum sequi videntur sicut scriptum est, *Vacate & cognoscite, quoniam ego sum Deus. Si ergo cognoueritis Deum in quantum homini possibile est tunc demum etiam reliquorum quæ sunt scientiam capiet & mysteria Dei agnosceret, & quanto purior in eo fuerit mens: tanto plura ei reuelat Deus. & ostendit ei secreta sua. Amicus enim iam efficitur Dei, sicut illi quibus in Euangelio dicebat Saluator, iam non dico vos seruos, sed amicos, & omne quicquid petierit ab eo tanquam ab amico cha-*

ro præstat ei Deus. Ipsæ quoque virtutes angelicæ & cuncta mysteria diuina, tanquam amici Dei diligunt eum & obsequuntur eius petitionibus. Et hic est quem à charitate Dei (quæ est in Christo Iesu) neque mors separat neque vita, neque angeli, neque principatus, neque potestates, neque alia creatura. Et ideo charissimi quando quidem hoc elegistis: ut Deo placeatis, & ad charitatem eius perueniatis, date operam alieni effici ab omni iactantia, ab omni vitio animi, ab omnibus delicijs corporalibus. Delicias autem corporales non solum illas putetis quibus homines seculi fruuntur: sed abstinentiæ delicias credendæ sunt quicquid pro cupiditate sumpserit etiam si vile illud sit, & quod in usu esse abstinentibus solet. Aqua denique ipsa vel panis si cum cupiditate sumatur: id est non ut necessitati corporis, sed ut animi desiderio satisfiat. Hæc etiam abstinenti in deliciarum vitium ducitur. Oportet enim in omnibus consuescere, animam vitio carere. Ideo denique Dominus docere volens animam desiderijs & voluptatibus suis resistere, dicebat. Intrate per angustam portam: quia lata est, & spatiosa via quæ ducit ad mortem, angusta autem, & arcta via est quæ ducit ad vitam. Lata est ergo via anime

anime cum qualicumque desiderio suo satisfecerit, angusta vero est cum voluptatibus suis repugnat. Multum tamen prodest ad hæc obtinenda secretior habitatio, & conuersatio solitaria: quia interdum per occasionem aduentantium fratrum & euntium ac redeuntium frequentiam, abstinentiæ & parsimoniæ fræna laxantur, & per huiusmodi occasiones venit paulatim inconsummodum & usum deliciarum, & sic interdum etiam perfecti iam viri capiuntur. Ideo denique & Dauid dicebat, Ecce elegi fugiens & mansi in solitudine, expectabam eum qui saluum me faceret à puillo animo & tempestate.

Postquam autem multa nobis Sanctus Ioannes de iactantiæ vitio aliisque, quam plurimi vtiliter diseruit, ad vltimum dixit, referam autem vobis quid etiam nuper cuidam ex fratribus nostris acciderit: ut cautiores vos præcedentia exempla constituent. Erat quidam apud nos monachus in hac vicina Eremita commanens, cui habitaculum spelunca erat, vir summæ abstinentiæ, quotidianum victum labore manuum querens in orationibus die nocturne persistens, cunctisque animi virtutibus florens. Sed hic laetis successibus elatus confidere, quasi in profectibus suis cœpit, & non Deo totum, sed sibi met-

ipso, quod profecerat deputare. Hanc autem eius intuens animi præsumptionem tentator, continuo accedit, & laqueos parat. Quadam namque die ad vesperam fingit speciem decoræ mulieris oberrantis per Eremum, quæ velut fessa, post nimium laborem accedens ad ostium speluncæ monachi se lassitudinem simulans ac fatigatam intrinsecus semetipsam proiecit, atque ad uoluta genibus viri ut sui miseretur exorat. Nox enim me infelicem, inquit, in Eremita latitudinem comprehendit, iube me requiescere in angulo cellule tue, ne forte efficiar nocturnis bestiis præda. At ille primo miserationis obtentu, receptam intra speluncam requirens quæ ei causa erandi per Eremum fuerit. Illa causam fingit satis accurate, & interim venena blandimentorum, atque illecebræ virus per omnem textum narrationis interserit, nunc se miserandam, nunc etiam defensione dignam ostendens elegantia, & suauitate sermonis inclinatur animum hominis, & in affectum sui illecebrosi amore deflectit. Hinc iam inter blandiora colloquia iocus risusque miscetur, manus etiam proca ad mentum barbamque quasi venerandi specie protenditur, tum vero palpare ceruicem mollius colloquiumque leuigare. Quid multa: ad

ultimum captiuum ducit militē Christi. Continuo enim perturbari intra semetipsum, & libidinis fluctibus astuare cœpit, nequaquam laborum præteritorum, nequaquam professionis ac propositi sui memor. Paciscitur cū cordis sui concupiscētia, & intra ætæna cogitationum suarum fœdus cum falsa cupiditate componit. Inclinat stultus latera sua, & efficitur sicut equus & mulus qui bus non est intellectus. Atque ubi obscenos iam conabatur inire complexus illa ululatum terribilium diræ vocis emittens umbra ut erat tenuis, per manus amplectentis elabitur, ipsum quoq; dedecorosis motibus inanes auras sectantem fœdissima cum irrisione deseruit. Tunc præterea multitudine dæmonum in aere, ad hoc ipsum spectaculum congregata, clamore ingenti, cum cachinno exprobatōnis eleuato (inquiunt) o monache monache, qui te usq; ad cœlum extollebas, quomodo demersus es usque in infernum. Disce ergo, quia qui se exaltatum humiliabitur. Tunc ille velut amens effectus & deceptionis suæ pudorem non ferens grauius a semetipso decipitur, quam fuerat à dæmonibus deceptus. Cum enim debuisset reparare semetipsum, & renouare certamen, ac satisfactione sui lachrymis, & humilitatis fructibus, prioris elatio-

nis culpam delere, hoc non faciens, sed desperans semetipsum (sicut Apostolus dixit) tradidit omni impudicitia, & iniquitati. Regressus est enim ad vitam secularem, præda dæmonum factus. Refugit namque conspectus omnium sanctorum, ne quis posset eum salutaribus monitis de præcipitio reuocare. Si enim reddere semetipsum priori vitæ & abstinentiæ voluisset recuperasset sine dubio & locum & gratiam. Denique audite quid & de alio viro gestum sit, similiter quidem têtato, sed non simili exitu tentationis effuso. Fuit quidam vir in hac proxima ciuitate viram turpissimam per omne facinus duccens, ita ut opinatissimus in flagitijs haberetur. Hic aliquando de miseratione compunctus ad pœnitentiam conuertitur, & intra sepulchrum se quoddam concludens priorum scelerum pollutiones lachrymarum fontibus diluebat, diebus ac noctibus in faciem prostratus & nec subleuare quidem ausus oculos ad cœlum, neq; vocem emittere, & nomen Dei nominare, sed in solis gemitibus & fletibus perdurabat, & tanquam viuens sepultus de inferno iam quodammodo mugitum cordis gemitumque reddebat. Cumque in his posito coætæptimana vna transisset, noctu veniunt ad eum dæmones in sepulchro

chro clamantes & dicentes, Quid est hoc quod agis, o impurissime & flagitiosissime? posteaquā omni spurcitia: omni que impuritate satiatus es, nunc vis castus & religiosus procedere? & posteaquam consenuisti in sceleribus, nec iam sufficiunt vires ad facinora delenda, nunc Christianus videri vis, & pudicus & pœnitens, quasi vero alius tibi iam vllus possit dari locus satiatio in malis, nisi ille qui tibi nobiscum deberet. Vnus ex nobis es, alius iam esse non poteris. Redi ergo magis, redi ad nos, & quod superest tibi tempus in perfruenda voluptate nō perdas, præparamus abundantes delicias, præparamus scorta nobilissima, & cuncta alia, quæ florem tibi possint reparare gratissimam iuuentutis. Quid temetipsum vanis, & inanibus consicis cruciatibus? Quid temetipsum ante tempus supplicij tradis? Quid enim aliud eris, passurus in inferno, nisi hoc quod nunc tibi ipsi concitas? Si te pœna delectat expecta paululum, & inuenies paratam, nunc interim si uere muneribus nostris, quæ dulcia semper & grata duxisti, hæc & huiusmodi plura exprobatibus eis ille iacebat immobilis, nec auditum quidem suum conuertens ad eos, nec vllum pœnitentis sermonem respondens. Cumque illi sæpius hæc eadem repe-

terent & alia duriora, nec ille omnino moueretur in furorem pro lapsi dæmones, ubi viderunt verba contemni, verberibus eum aggressi sunt, multisque supplicij excruciatum seminecem reliquerunt. Nec tamen in tot tantisque cruciatibus moueri saltem potuit à loco in quo orationis causa iacuerat. Postera die quidam suorum requirentes eum humanitatis duntaxat gratia, inueniunt pœnis incredibilibus affectum, & causam percontantes cum didicissent: rogabant, ut curæ gratia reportari se ad domum propriam pateretur. Abnegat, & in eodem permanet loco. Tunc vero, & sequenti nocte repetentes dæmones grauioribus eum verberibus cruciabant. Sed nec sic quidem moueri voluit à loco melius esse dicens mortem subire quam ultra dæmonibus obedire. Nihilominus tertia nocte multitudo conuertit dæmonum: & abique vlla miseratione irruentes in eum omnibus pœnis cruciatibusque conficiunt. Cumque iam corpus defecisset in supplicij extremis tamen spiritus obstitabat imperio dæmonum. Quod ubi impij præuiderunt exclamantes voce magna vicisti inquit vicisti, & mox velut virtute quadam cœlitus fugati præcipites abscedunt, nec ultra ei quicquid suæ artis, aut sceleris intendunt. Ipse vero in ran-

tum virtutibus animi profecit. Et ita ornatus moribus effectus est, ac totius diuinæ gratiæ gloria repletus, vt omnis hæc regio quasi è cælo eum lapsum videret, & vnum esse ex numero crederet angelorum, omnes pene simul atque vno ore dicentes hæc est mutatio dexteræ excelsi. Quanti exemplo eius, qui iam semetipsum desperauerant, rursus per penitentiam ad spem salutis regressi sunt & emendationem suam quam prius desperauerant, præsumperunt? Quanti admiratione eius de ipso iam inferno peccatorum retracti sunt & ad virtutis indelem reparati. Illo namque tanta immutatione conuerso, omnibus omnia visa sunt possibilia. Non solum autem emendatio, morum florebat in eo, & assumptio virtutum, verum gratia Dei plurima ei collata est. Signa enim & prodigia quæ ab eo facta sunt, quantum apud dominum haberet meritum testabantur. Sic humilitas & cōuersio bonorum omnium materiam præbet. Elatio, & desperatio interitus, & mortis est causa, ad effugiendum vero periculi lapsum & conquendam Dei gratiam, atque ipsius diuinitatis euidentiorē notitiam capiendam plurimum prodest secretior conuersatio, & Eremiticioris habitatio. Quod vos non tam verbis, quam rebus ipsis, &

exemplis melius docere pato.

Fuit quidam monachus qui in Eremitio hac (quæ præ cæteris interior est) habitabat. Hic cum plures annos in abstinentia perdurasset, & prouectus tempore prope iam ad senilem venisset ætatem, omni virtutum flore adornatus ac totius continentiæ magnitudine sublimatus. Qui cum in orationibus & hymnis sedulo Deo deseruiret, tanquam emerito militi suo dominus remunerationes parat, vt pote qui in corpore adhuc positus instar angelorum incorporeæ vitæ officijs fungeretur dignum iudicans annonam cœlestem præbere ei in deserto, qui cœlestem regem per uigilibus præstolabatur excubiis, vt digne frueretur cœlestibus alimentis.

¶ Volens ergo Deus etiam in hoc seculo remunerare eius fidele propositum, ad prouidentiam suam solitudinem quotidiani victus eius reuocat curam. Vt enim cibi vsum proposuisset naturæ necessitas ingrediens speluncam suam inueniebat mansæ panem superpositum, miræ suauitatis, mirique candoris. Ex quo refectus, & gratias diuinæ prouidentiam referens rursus ad hymnos & orationes cōuertebatur. Ad quem multæ etiam reuelationes, multæque de futuris rebus, à Deo præmonitiones fiebant. In his ergo talibus

bus ac raris profectibus positus: quia gloriari quædam meritis suis cepit: & cœlestis beneficii munus, vitæ suæ meritum dixit. Continuo subintrat eum parua quædam desidia animi tam parua: quam nec posset aduertere. Post hæc creuit maior negligentia: ita vt tardior iam fieret ad hymnos: sed ad orationem pigrius surgeret. Resali quoque ipsi (non ea qua prius vigilantia) ab ipso cernerentur: sed ubi parum quid exhibitum fuisset soliti ministerij, anima eius quasi nimio labore fatigata requiescere festinabat: quia sensus eius reprobus effectus, de sublimioribus ad inferiora cotruerat, & cogitationes suæ per diuersa eum præcipitia rapiebant. Erat enim iam in corde eius clandestina quadam & turpis ac nephanda cogitatio, consuetudo tamen prior velut si decursus aquæ etiam cessante remigio adhuc priore impetu nauigium serauit & vetus institutio ad consuetam hominum officia trahebat. Ob quæ causam & adhuc stare in suo statu videbatur. Hic ergo cum post orationes cibum solitum requisisset ad vesperam, ingressus locum in quo refici consueuerat, inuenit solitum panem mensam superpositum, ex quo refectus, nihil de eorum quæ in corde suo versabantur emendatione curauit: neque immutationis suæ

damna persensit, sed spernendo minima paulatim se casurum non intellexit. Interea cum graui iam libidinis incendio stimularetur, & inflammatus turpis concupiscentia raperetur rursus ad seculum, illa interim die cohibuit se, & solita hymnorum & orationum mysteria ex more persoluit, atque ingressus vt cibum sumeret, panem quidem inuenit mensam superpositum: sed aliquantulum sordidiorē. Admiratus est, & tristis effectus intellexit quod ipsum respiceret hoc genus monstrum: tamen cibo sumpto refectus est. Post in diem tertium replicatis vrgeri stimulis cepit occupari enim cogitationes eius quasi siam præsentis & secum positæ, sedumque accumbentis imago mulieris, quam & complecti sibi videbatur, & ad turpes vsus habere substractam. Processit tamen & sequenti die ad solita psallendi & orandi officia: sed stabat vagus oculis, & mente captiuus. Cumque solito ingressus ad vesperam requireret cibum, panem quidem inuenit super mensam: sed sordidissimum ac aridissimum, & quasi a muribus vel canibus vndique corrosum. Tunc ille vt hoc vidit ingemuit, & lachrymas fudit: sed non ita ex corde, nec ita vberes quæ possent flammam tanti ignis extinguere. Veruntamen sumit cibum, sed neque

que qualem consueuerat. neque quantum solebat. Cum interim cogitationes cum tanquam cohorts barbarica vndique circuvallant, & omni ex parte in eum tela iaculantur, ac vincitum captivumque eum ad seculum trahunt. Exurgens ergo cœpit iter agere noctu per eremum & tendere ad civitatem: sed ubi dies facta est, civitas quidem adhuc longè aberat. Ipse vero cum rapidissimo æstu torqueretur & fatigaretur in eremo vndiquaque versus considerate oculis caput & requirere, sicubi esset in vicino monasterium. Et cum respexisset fratrum quorūdam cellulam: tenebat illuc: vt apud eos requiesceret. Quem ubi adesse sensere serui Dei, continuo præcurrunt in obviam & velut angelum Dei excipientes adorant, pedes lavant, ad orationē inuitant, mensam ponunt: atque omnia secundum diuinum mandatum complent charitatis officia. Verum ubi refectus est, & paululum requieuit, ex more quasi ab eruditissimo patre carperunt verbum ædificationis expetere, ac monita salutis inquirere. Interrogauerunt quoque eum quomodo quis diaboli laqueos possit effugere, aut si quādo turpes iniecerit animo cogitationes, quomodo depelli possint & abijci. Tum ille vt compulsus est monita fratribus

date, & salutis eos viam docere ac de insidijs dæmonum (quas serui Dei intendunt) facere sermonem, illos quidem planè & sufficienter docuit, sibi vero ipsi stimulos compunctionis infixit, & in semetipsum regressus ait. Quomodo ego alios moneo, & ipse decipior aut quomodo alios corrigo, qui me ipsum non emendo, Age ergo miser, facito ipse prior quæ facere alios doces. Cū que huiusmodi increpationibus vteretur aduersus semetipsum & intellexisset se miserabiliter supplantatum. Vale dicens fratribus, continuo securu rapido in Eremitum dedit, & ad speluncam de qua discesserat redijt prosternens se Domino in oratione, dicens, Nisi dominus adiuuisset me, paulò minus habitasset in inferno anima mea. Et iterum, paulò minus fui in omni malo, & paulò minus consummauerunt me in terra. In hoc vero completum est quod ait scriptura. Frater fratrem adiuvans exaltabitur, sicut civitas munita & fortis. Post hæc ergo permanfit omni vita sua in luctu & lachrymis videns diuinitus sibi concessum cælestis mensæ beneficium perdidisse cepit enim in labore rursus & sudore vultus sui manducare panem suum. Conclufit autem se intra speluncam, atque in cilicio & cinere iacens tandiu lugens

lugens fletusque permansit in orationibus, donec assistens ei angelus domini diceret ad eum. Suscepit dñs penitentiam tuam & repropiciatus est tibi, sed caue ne vltimitatus decipiaris. Veniēt ad te autem fratres, quos tu ipse docuisti deferentes tibi benedictiones, quas suscipere ne recuses, & sumens cum eis cibum age gratias Deo tuo. ¶ Hæc autē locutus sū vobis filioli mei, vt sciretis quanta sit in humilitate firmitas & in elatione ruina quā maxima. Ideo denique & saluator noster primam beatitudinem de humilitate docuit dicens. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum, simul huiusmodi exemplo dicentes: vt cautiores sitis, ne a dæmonibus in cogitationū subtilitate seducamini propterea enim & forma huiusmodi inter monachos obseruatur: vt si quis ad eos veniat, siue vir ille seu mulier sit, siue senex, siue iuuenis, siue ignotus, siue notus, ante omnia vt oratio fiat & nomen domini inuocetur: quia si fuerit aliqua transformatio dæmonis, continuo oratione facta diffugit. Si vero in cogitatione vestra suggesserint ipsi dæmones aliquid, vnde laudari debeatis & extolli, non acquiescatis eis: sed tunc magis vosmet ipsos humilitate in conspectu domini & pro nihilo ducite cum vobis illi aliquid deseanda laude

suggesserint. Denique etiam me frequenter dæmones noctibus seduxerunt, & neque orare me neque requiescere permiserunt, fantasias quasdam per noctem toram sensibus meis & cogitationibus suggerentes. Mane vero velut quasdam illusionem prosternebant se ante me dicentes. Indulge nobis abba, quia laborem tibi incusimus tota nocte. Ego autem respondi ad eos, Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, & non tentetis seruum domini. Et vos ergo filioli quietem silentiumque diligite, & scientiæ operam date, atque exercete vosmet ipsos vt frequēti collatione mentem vestrā purā exhibeatis Deo, ne orationes vestræ impediatur apud Deum: quauis etenim illi bonum opus agant, & sit in illis probabilis conscientia, qui inter seculares positi exercētur in operibus bonis, & occupant semet ipsos actibus religionis & sanctis vel hospitalitatem sectando, vel charitatis ministerijs obsequendo, vel misericordias ac visitationes aliaque huiusmodi opera explendo, in quibus alijs quidē boni semper aliquid cōferat semet ipsos tamen castos seruent. Sunt ergo & isti probabiles, & valde probabiles qui in bonis actibus placēt Deo & sūt operarij in cōfusibiles mandatorum Dei: sed tamen hæc omnia terrenos habent actus

actus & erga materias corruptibiles geruntur. Qui vero in exercitio mentis desudat, & spirituales intra semetipsum excolit sensus, longe illis superior iudicatus est. Locum namq; intra semetipsum preparat, vbi Spiritus sanctus habitet, & obliuionem quodammodo capiens: terrenorum, sollicitudinem gerit de caelestibus, & aeternis. Constituit enim semetipsum semper ante conspectum Dei, & omnes presentium rerum sollicitudines post tergum iaciens solo diuini desiderij colore costringitur, & ideo in laudibus Dei positus, & hymnis & psalmis die ac nocte non poterit fatiari. Hæc & multa alia his similia beatus Ioannes per triduum continuo loquens ad nos animas nostras refecit, & innouauit. Vt autem cœpimus velle ab eo proficisci, datis nobis bñdictionibus, pergite inquit in pace, o filioli: hæc tamē scite vobis volo quod hodierna die victorie religiosi principis Theodosij Alexandrie nunciata sunt de Eugenio tyranno. Necesse est autem, & ipsum Theodosium non multo post propria morte vitam finire. Cumque profecti ab eo fuisset mus hæc ita gesta esse ad fidem comperimus, vt ipse prædixerat. Post dies autem paucos insecuti sunt nos quidam fratres annunciantes nobis quod ipse Sanctus Ioannes in pace quiescit. Obitus

autem ipsius talis quidem fuerat. Per triduum, inquit, nullum ad se introire permisit, & positus genibus in oratione reddidit spiritum, atque ita perrexit ad dominum, cui est honor, gloria, laus, & imperium in secula seculorum, amen.

¶ Vita & gesta Sancti Hor Abbatis, cui diuinitus collata est literarum scientia.

Vidimus & alium apud Thebaidem venerabilem virum Hor nomine, hic multorum erat monasteriorum pater qui habitu ipso honoris videbatur angelici nonaginta iam agens ætatis annos, barbaprolixa & claritatis canicie splendida vultu & aspectu ita lætus vt plus aliquid habere quam in hominis natura est visio ipsa videretur. Hic prius in vltima eremo plurimis abstinentia laboribus exercitatus: postremo in vicino vobis loco monasterium instituerat. ¶ In adiacentibus autem habitationis sue locis, diuersi generis arborum siluas ipse per se plantaria ponendo conseruit, in quibus vt nobis à plurimis Sanctis Patribus affirmatum est ante illius aduentum nullum omnino virgultum fuit. Ob hoc autem plantauit hanc siluam vt fratres quos ibi congregare cupiebat non haberent necessitatem ligni gratia longius euagandi ha-

di habens curam, & in his quæ ministerio corporis necessaria sunt, sed præcipue salutis eorum ac si dei. Ipse tamen cum esset in Eremito herbis pascebatur & radicibus quibusdam: & hæc ei dulcia videbantur. Aquam vero si quando inuenisset bibebat, orationibus & hymnis occupans omne diei tempus ac noctis. Vt autem ad maturam peruenit ætatem apparuit ei Angelus Dei in Eremito per visum dicens, Eris in gentem magnam, & multus tibi populus credetur, & erunt qui per te saluandi sunt multa millia hominum, Quanto scunq; autem in hac vita positus conuerteris ad salutem super tantos principatum accipies in futuro, & nihil veteraris, nunquam enim aliquid tibi deerit eorum quæ ad usum corporum requiruntur quoties hæc poposceris à Deo. Hæc cum audisset ad viciniora loca accedit, & primo solus sub paruo tugurio quod sibi ipse construxerat habitare cœpit oleribus compositis vescens, solis interdum etiã post continuata ieiunia. Literas primo ignorauit. Cum autem de Eremito ad hæc quæ supra diximus viciniora habitaculis loca accessisset, data est ei diuinitus gratia, & cum à fratribus oblatas ei fuisset codex quasi olimriam sciens literas legere cœpit. Collata est ei aduersus demones etiam virtus: ita vt

multi ex his quos vrgebant demones etiam inuiti ad eum raperentur, protestantes summo cum clamore de meritis eius. Sed & alias quamplurimas sanitates operabatur, Congregabantur interim ad eum plurimæ multitudines monachorum, inter quos cum etiam nos aduenissemus, visis nobis lætissimus redditur. Cumque salutans nos orasset more sibi solito pedes hospitem proprijs manibus lauit, & docere nos ex scripturis quæ ad ædificationem vitæ ac fidei pertinent cœpit. Erat enim ei docendi gratia à Deo collata. Cum itaque plurima nobis scripturarum capitula sapienter disseruisset, rursus ad orationem conuertebatur. Consuetudo autem erat ei non prius corporalem cibum sumere quam spiritalem Christi communionem acciperet. Quæ percepta post gratiarum actionem adhortari nos etiam ad reficiendum cœpit, ipse tamen sedens nobiscum nunquam cessabat aliquid de studij spiritualibus commonere. Narrabat ergo nobis tale aliquid scio. Scio inquit hominem quendam in Eremito per tres continuos annos nullum sumpsisset terrenum cibum, angelus enim domini tertia quaque die escam deferebat ei caelestem. Et hæc ei cibus erat & potus. Et iterum scio huiusmodi hominem ad quem venerunt demones in spe

cie celestis militiæ & habitu angelorum, currus igneos agentes, plurimo apparatu, tanquam magnum aliquem regem deducentes, isque qui cæteris ut rex haberi videbatur, dicebat ad eum. Implesti omnia, o homo, superest tibi ut adores me & transferam te sicut Heliam. Sed monachus hæc audiens dicebat in corde suo, quid est hoc? Quotidie ego saluatorem, qui est rex meus, adoro. Hic si esset ille quomodo à me hoc posceret, quod indesinenter me facere sciret? ¶ Et post hæc respōdit ad ipsum. Ego habeo meū regem quem quotidie sine intermissione adoro, tu autem non es rex meus. Et continuo inimicus ad hæc verba nunquam comparuit. Verum hæc ille quasi de alio nobis narrantis sua gesta sub alterius persona memorabat. Patres tamen qui aderant ipsi nobis affirmabant quod ipse esset qui hæc vidisset & audisset. Erat enim hic magnificus pater, qui inter cætera bona etiam hæc præstabat advenientibus fratribus, & cum ipso habitare volentibus, quod faciebat conuocari fratres qui secum erant, & in vna die aduenienti fratri cellulam edificabant. Et erat in hoc opere magna alacritas fratrum. Vnoquoque eorum festinante lateres conuehere, aut lutum porrigere aut aquam infundere aut ligna deferre. Vbi

perfecta fuisset ipse eam omnibus utensilibus vel necessarijs instructam tradebat fratri. Hic aliquando cum falsus quidam frater ad se venisset, & ut videretur nudus vestimenta suo occultasset arguit eum coram omnibus, & in medium quæ occultauerat protulit, & ita pertimere omnes ut de cætero nemo auderet coram ipso fallere. Tanta in eo erat virtus animi, & tanta diuinæ gratiæ magnitudo, quam abstinentiæ labore & fideli puritate quæsierat. Multitudines autem fratrum cum ipso posita tanta gratia erant repleti, ut cum ad Ecclesiam conuenirent: chori eorum vestibus ac mentibus resplendentes, ad imitationem virtutum celestium in hymnis & laudibus Dei peruigiles viderentur.

¶ De sancto Ammonæ Abbate triarii millium monachorum.

Vidimus autem, in Thebaida etiam alium virum nomine Ammonem patrem trium millium circiter monachorum qui Thebenensi appellabatur, ingentis abstinentiæ viri, quibus usus est indui colobijs, quasi faccis ligneis, & pelle confecta à collo post tergum & latus descendente contegi, cuius etiam caput operiri, maxime cum ad cibum conuentum fuerit, eis etiam

velare

velare faciem, ne alius alium parcius cibum sumentem deprehendat. Est autem eis & in capiendo cibo summum silentium, ita ut nec putetur in eo loco esse aliquis hominum vbi sedent ad mensas, & omnis eorum conversatio ita in multitudine posita quasi in solitudine, dum ita latet vniuscuiusque abstinentia ut ab alio deprehendi non possit. Sed et ergo ad mensam contingentes magis quam sumentes cibos, ut nec defuisse mensis, nec tamen vetri factis fecisse videantur. Maior quippe est continentiæ virtus his abstinerere quæ in occultis habentur & non in omnibus.

¶ De Sancto Benone Angelici ordinis viro & Abbate.

Vidimus & alium senem mæsuertudine omnes homines præcellentem Abbatem Benonem nomine, de quo assererent fratres qui cum ipso erant quod neque iuramentum vnquam neque mendacium de ore eius processisset neque vllus hominum iratus viderit eum aliquando, aut sermonem superfluum ociosumque proferentem, sed erat vita eius in summo silentio, moreque tranquillitate & per omnia quasi angelici ordinis vir, humilitas quoque immensa, & in omnibus pro nihilo semetipsum ducens. Denique nobis multum rogantibus ut aliquem


sermonem ab eorum edificationis audiremus vix impetrare volumus, ut pauca nobis de mansuetudine loqueretur. Hic aliquando cum beata quædam quæ hypotamus appellatur sibi regionem proximam vicinamque vastaret, ipse rogatus fuit ab agricolis & immediate veniret ad illud locum, & cum ad inanem belluam peruenisset ait ad eam. Præcipio tibi in nomine Iesu Christi, ne ultra vastes hanc terram. Tunc illa quasi angelopersequente effugata, nusquam omnino comparuit. Simili modo etiam crocodillum ab eo alio tempore fugatum perhibebant.

¶ De Oxirincis civitate ubi nullus manet hæreticus.

Venimus autem, & ad civitatem quandam Thebaidis, nomine Oxirincum in qua tanta religionis deprehendimus bona, ut ea nemo digne sufficiat enarrare. Repletam namque monachis intrinsecus vidimus, & extrinsecus, omni ex parte circumdatam & ædes publicæ (si que in ea fuere) & templa superstitionis antiquæ, habitationes nunc erant monachorum, & per totam civitatem multo plura monasteria quæ domus videbantur. Sunt autem in ipsa vrbe, quia est ampla valde & populosa duodecim Ecclesiæ, in quibus publicus

B a

agitur



agitur populi conuentus, exceptis monasterijs, in quibus per singula loca orationum domus sunt quæ certis temporibus ad orationem frequentantur. Sed nec portæ ipse nec turres ciuitatis, aut ullus omnino angulus eius, monachorum habitationibus vacat, quique per omnem partem ciuitatis die ac nocte hymnos ac laudes Deo referentes urbem totam quasi vnam Dei ecclesiã faciunt. Nullus enim ibi inuenitur aut hereticus aut Paganus, sed omnes Christiani, & etiam omnes catholici, vt nihil omnino differat, si Episcopus in platea orationem aut in ecclesia faciat. Ipsi quoque magistratus aut principales ciuitatis & reliqui ciues studiose per singulas portas statuunt eos qui obseruant vt sicubi apparuerit peregrinus aut pauper, certatim ad eum currant, & qui præoccupauerit adducit vt quæ sunt necessaria consequantur. De his autem qui erga nos ab ipsis populis gesta sunt, videntibus transire nos per ciuitatem suam, & velut angelis occurrentibus atque honorem deferentibus quomodo enarrant? Aut de ipsis monachis, & virginibus, quorum innumerae multitudines (vt supra diximus) in illa vrbe habentur. Requiritentes enim à sancto Episcopo loci illius viginti millia virginum, & decem millia monacho-

rum ibi haberi cõperimus. Quorum omnium affectum erga nos & honorem quem exhibebant, vobis exponere nec sermo sufficit, nec verecũdia permittit, quomodo pallia nostra scinderentur vnoquoque nos sibi rapiente. & ad se adducere cupiente. Vidimus quoque ibi plurimos Sanctorum Patrum diuersas Dei gratias habentes, alios in verbo Dei, alios in abstinentia, alios in signis, & virtutibus ministrantes.

¶ De Sancto Theone, qui triginta annis silentij habuit obseruationem.

Vidimus, & alium non longe ab vrbe, ad eam partem quæ mittit ad Eremum nomine Theonem virum Sanctum intra cellulam suam clausum, & solitarium qui perhibebatur triginta annis silentij habuisse continentiam, quique tam multas virtutes faciebat vt propheta apud illos haberetur. Conueniebat namque ad eum per dies singulos infirmorum plurima multitudo ad quos ille per fenestram manum proferens, & vniuscuiusque capiti superponens ac benedicens eos, sanos ab omni ægritudine remittebat. Hic etiam ipso visu tantum venerabilis erat, tantamque reuerentiam gerebat in vultu vt inter homines angelus videretur, ita lætus

lætus oculis, & plenus totius gratiæ apparebat. ¶ Huic cum paruum ante tempus, vt compertimus, noctu latrones superuenissent, aurum se apud eum inuenturos sperantes, oratione sola iravinxit, vt foribus eius affixi mouere se omnino non possent. Mane vero cum ad eum turbæ solito conuenissent, & viderent ad ianuas eius latrones, volebant eos igni tradere. At ille rerum necessitate compulsus, vnam eis solum locutus est verbum. Sinite (inquit) istos abire illætos: alioquin gratia a me fugiet sanitarum. Populi autem vt audierunt hæc cõtradicere nõ audiētes dimiserunt eos. Latrones vero videntes quod secum est gestum abiecta scelera voluntate præteritorum malorum poenitentiam gerentes ad monasteria vicina confugiunt, atque ibi cenendarioris vitæ formam modamque suscipiunt. Erat autem supradictus vir eruditissimus non solum Aegyptiorum & Græcorum lingua, sed etiam & Latinorum, vt & ab ipso & alijs qui ei aderat didicimus: sed & ipse reuelare cupiens & consolari peregrinationis nostræ laborem, in tabula scribens ad nos gratiam doctrinamque sui sermonis ostēdit. Erat autem ei cibus absque ignis opere. Dicebant autem quod & noctibus ad Eremum progrediens comitatu viceretur ultimo Eremi bestiarum.

Ipse vero lætissimus aquam de puteo suo & præbens eis pocula, obsequi earum remunerabatur labore. Huius autem rei manifestum dabatur indicium quod vestigia bubalorum captarumque, & onagrorum, circa eius cellulam plurima deprehendebantur.

¶ De Sancto Apollonio Confessore, & virtutibus eius.

Vidimus, & alium Sanctum virum nomine Apolloniũ apud Thebaidam in finibus Hermopolis ad quam ciuitatem saluatorem cum Maria & Ioseph de Iudæa finibus venisse tradunt secundum prophetiã Isaia dicentis, Eeẽ dominus sedet super nauem leuem, & veniet in Aegyptum, & commouebuntur simulacra manufacta Aegyptiorum a facie eius & cadent in terram. Vidimus ergo ibi etiam, & templum ipsum in quo ingressus saluator corruisse omnia idola in terram & comminura esse memotabantur. ¶ Vidimus ergo supradictum virum in vicina Eremo sub monte quodam habentem monasteria, erat enim pater monachorum circiter quingentorum, & famosissimus in omnibus Thebaida finibus habebatur. Opera enim magna erant ei & virtutes multas, signaque plurima & prodigia faciebat per eum Deus. Apueri

ria namq; in abstinentia nutritus est, qui cum ad maturam peruenit aetatem gratia Dei semper cum ipso creuit. Erat enim annorum fere octoginta cum eum vidimus in monasteriorum congregatione florentem sed & ipsi qui videbant eius esse discipuli, ita perfecti erant & magistri, ut omnes pene possent signa facere. Quindecim ergo annorum secessisse eum ad Eremitum ferebant, atque ibi cum quadraginta annis fuisse in exercitijs spiritualibus conuersatus aiebant vocem Dei ad eum delatam dixisse. Apolloni per te perdam sapientiam sapientium in Aegypto, & intellectum prudentium reprobo. Perdes autem mihi & eos qui inter ipsos sunt sapientes Babylonis, & omnem culturam demoniorum subrues. Perges ergo nunc ad loca habitabilia generabis enim mihi populum substantiuum & perfectum amulatorem operum bonorum. At ille respondens ait, Aufer a me Domine iactantiam, ne forte elatus super fratres meos cadam ab omnibus bonis tuis. Respondit ad eum rursus diuina vox. Mitte manum tuam ad ceruicem tuam, & quod comprehenderit constringe & sub arena obrue. At ille sine mora iniecta manu ad ceruicem suam apprehendit quasi paruulum quendam Aethiopenem, & continuo demersit eum sub arena clamantem & dicen-

tem. Ego sum superbiae demonium. Post haec vox ad eum facta est a Deo dicens, Perge nunc, omnia enim quaecumque a Deo poposceris consequeris. Ille ergo post haec perrexit ad ea loca in quibus homines habitabant. Temporibus autem Iuliani tyranni haec fiebant. ¶ Fuit autem in locis illis spelunca quaedam Eremitae vicina in qua habitare cepit, indefinenter die ac nocte orationibus vacans, easque (ut aiebat) per diem centum vicibus tonitruumque noctis tempore curuans genua consignabat Deo. Cuius autem magis caelesti quam humana utebatur. Indumentum eius stuppeum collobium erat quod apud illos Lebetes appellatur, & linteum quo collum & caput obuolueret. Quae tamen indumenta permansisse ei ferebant in deserto nunquam veterata. Erat ergo in vicino Eremitae loco in virtute spiritus degens, signa & sanitates miras efficiens: quas enarrare pro sui immensitate (sicut ab his qui cum ipso erant senioribus ceperimus) vox nulla sufficit. Fama autem magnifica de eo peruulgata cum admiratione omnium quasi propheta aliquis aut Apostolus haberi cepisset, vicinis regionibus monachi diuersis ex locis conueniebant ad eum & tanquam pio patri magna munera, suas singuli quique animas offerebant. At ille unumquemque eo-

rum

rum tota religione suscipiens, alios ad bene operandum, alios ad bene intelligendum prouocabat. Sed & ipse prius ea ostendebat exemplis quam verbis docere cupiebat. Alijs quidem diebus unumquemque apud semetipsum exercere abstinentiam quam posset suggerere, die vero Dominica gratia charitatis secum omnes cibum sumere hortabatur, cum tamen ipse solitis abstinentiae obseruationibus deseruaret, herbis solum modo aut oleribus utrens, nec usum aut ministerium ignis admittens. ¶ Hic cum audisset Iuliani (ut supra diximus) temporibus fratrem quendam ad militiam comprehensum detineri in carcere venit ad eum cum fratribus consolandi gratia, ut moneret eum in necessitate tenere constantiam, atque imminetia contemnere ac deridere pericula. Tempus enim ait certaminis adest, in quo fidelium mentes temptationibus probandae sunt & noscendae. Cumque his & alijs verbis roboraretur animus adolefcentis, superuenit Centurio, & indignatus cur introire ausus esset, claues extrinsecus carceri imposuit, ipsum quoque & omnes qui cum eo venerant pariter conclusit, quo scilicet, etiam ipsi similiter ad militiam detinerentur officium. Constituens quoque custodes quamplurimos abscessit. Me-

dio autem noctis altare visus est angelus ingenti luce resplendens & obstupefactis perterritisq; custodibus, carceris claustra patefecit. Tunc vero ipsi custodes aduoluti ad pedes Sanctorum rogabant eos discedere dicentes, melius sibi esse mori pro his quam diuinae virtuti obistere, quae eorum curam gerebat. Mane vero etiam ipse Centurio cum principalibus viris festinus ad carcerem venit, rogans ut discederent omnes qui teneri videbantur. Dicebat enim domum suam terremotu magno concidisse, & electos quosque famulorum suorum remisse. Sancti vero his auditis hymnum Deo laudesque cecinerunt, & regressi ad Eremitum erant in unum positi, secundum Apostolorum exemplum, habentes animam unam & cor unum. ¶ Pater autem senior docebat eos ut quotidie proficerent in virtutibus, & insidias diaboli, quas per cogitationes inferret hominibus in initijs statim reuiderent. Sic enim (aiebat.) Si confringatur caput serpentis omne eius corpus emortuum redditur. Ob hoc enim mandatum nobis Deus obseruare caput serpentis, ut omnino statim ab initio, nec recipiamus malas & sordidas cogitationes in corde nostro. Quando ergo magis diffundi non conuenit in sensibus nostris cogitationum fantasias, quas

B 4 etiam

etiam ab initio recipi verat. Sed & illud monerat, vt in virtutibus animi alter alterum vincat, nec patiatur se vnusquisque inferiori proximo suo fieri. Hinc autem dicebat, Sciatis ergo vos ita proficere in virtutibus, si nulla vobis passio fuerit dominata ergo mundana desideria. Hoc est initium donorum Dei. Quod si etiã ad hoc venerit, quis vestrum, vt & signa & mirabilia faciat, non extollatur pro hoc, neque in cogitatione sua erigatur tanquam ex teris prælatus, sed nec hoc ipsum hominibus debet ostēdere, q̄ donum gratie huius accepit, alioquin seducit se ipsum & ipse decipitur & gratiam perdet. Habeat ergo hanc magnificam verbi Dei doctrinã, sicut & nos etiam ipsi ex parte experti sumus. Sed & maiorem habebat in operibus gratiã. Omne enim quicquid petisset à Deo, sine mora consequēbatur. Sed & reuelationes ei plurimæ ostēdebatur. Deniq; seniori fratrem suum, qui & ipse in Eremo defunctus est, cum quo plurimo tempore egerat vitam perfectam, vidit in somnis in sede Apostolica residentem, atq; vnum ex ipsis hæreditatem sibi virtutē & gratiam reliquisse. Cumq; etiam pro semetipso oraret, vt velocius eum dominus assumeret, & cum ipso sibi requiem præstaret in cælis responsum est ei à domino sal

uatore: parum adhuc ei temporis in terris deberi, donec vita & cōuersationis eius plurimi amulatores existant, populos namque ei plurimos credendos esse monachorum, & exercitum quendam piorum, vt per hæc dignam protalibus meritis remunerationem inueniret apud Deum. Hæc autē vt vidit, ita gesta sunt. Conueniunt enim ex omni loco monachi fama & doctrina eius inuitati, & præcipue exemplis eius quã plurimi seculo renuntiantes, qui conuentum quendam magnificū fecerunt apud eum in supradicto montis loco: communem vitam mensæ vnus vnanimiter conseruantes. Hos ergo tanquã veterē cælestem quandam, & angelicū cernebamur exercitū, omnibus virtutibus adornatum. Nullus sane in eis sordidis utebatur indumentis, sed splendore vestium pariter atq; animorum nitebant, ita vt secundū scripturã lætaretur Eremus sitiens, & multi filij eius viderentur in deserto. Quæ quãuis de Ecclesia dicta sint: tamē in Aegypto desertis hæc etiã historica relatione completa sunt. Vbi enim tantæ per vrbes multitudines veniunt ad salutem, quã in Aegypto, deserta protulerunt. Quanti populi habentur in vribus, tantæ penè habentur in desertis multitudines monachorum. Vnde mihi videtur etiam Apostoli dictum in

eis esse cōpletum, quod vbi abundauit peccatum, ibi abundauerit gratia. Abundauit enim aliquando immundus idolorū cultus in Aegypto sicut nusquam gentium. Canes enim & simias, atque alia portera olim venerati sunt. Alia quoque & cepas & nonnulla aliorum genera deos credebant, sicut ab ipso patre Apollonio tradere didicimus: causã enim nobis profæcorum superscriptionis hoc modo exposuit. Bouem quidem Deū crediderunt aliquando Aegyptij, pro eo quod per ipsum rura excolentes victum cibumque capiebant. Sed & aquarum nonnulli colebant, pro eo quod vniuersas rigabat Aegypti regiones. Colebant quoque & terram, vt potest vberior rem ceteris terris. Canes etiã, vt supradiximus & simias ac diuersa herbarum genera, atq; olerum colebant, pro eo quod occasione sibi salutis per hæc venisse opinabantur temporibus Pharaonis. Circa hæc enim singula occupatio eis exorta videbatur, cum ille patres nostros persequens submersus esset, & vnusquisq; id per quod occupari visus est, ne Pharaonē sequeretur, hoc sibi reputauit. Deū dicens, quia hoc mihi Deus fuit hodie, vt non sequeretur Pharaonem & simul cum ipso demereretur. Hæc ergo erant verba sancti Apollonii, quæ nobiscum loquebatur. Sed multo magis illa

scire oportet quæ in operibus & virtutibus habuit. Erat aliquando in circuitu sancti Apollonii, positi decem circiter gentilium vicij, apud quos damoniaca superstitio summo studio colebatur. Templum enim erat ibi amplissimum atque in eo simulacrum, quod moris erat circūferri à sacerdotibus bacchantiū ritu cum reliqua multitudine circumueuntibus, & quasi pro aquis pluuiaribus prophana mysteria peragētibz. Corripit autem sub eo tempore, quod huiusmodi ab eis orgia gerebantur iter agere beatorum Apolloniū per ipsa loca cum aliquantis fratribz. Et cum vidisset infelicium turbas quasi damone quodam agi baccharique per campos miseratusque errorem eorum fixis genibus inuocauit Dominum, & saluatorem nostrum, & omnes eos, qui caeremonijs damoniacis agebantur, cum simulacro suo stare fecit immobiles; nec progredi omnino vsquam posse. Atque ita per totã diem rapidissimè aduersis ventibus permanferunt ignorantes, vnde eis herere vno in loco iam mobiliter contigisset. Tunc sacerdotes eorum dicebant quendam Christianum in regionibus vicinæ Eremi commanentem, Apolloniū nomine, & ipsius esse hæc opera, qui nisi esset exoratus, eis periculum permanferunt. Vnde autem ad reuerentem miraculū con-

uenerunt vndique qui audierant & percunctantes quę tanti causa extiterit monstri ignorare se penitus fatebantur, suspiciōnem tamen dari sibi dicunt supradicti. Ai viri quem & exorari pro sede possunt. Tunc quidam ex ipsis vere eos opinari aiunt: nam & vidisse cum illo itinere prætereuntem confirmant & tamen adhibere quę putabant prodesse auxilia non morantur. Adducunt boues quorum virtute videretur posse moueri simulacrum. Sed cum nec sic quidem aliquid profecissent omni auxilio frustrari legatos ad hominem Dei mittunt pellicentes, vt si eos resoluat ab his vinculis pariter quoque erroris in eis vincula dissoluere. Hac vbi nunciata fuit ei sine mora descendit ad eos & oratione sola ad Deum fusa omnes resoluit. At illi sine dilatione vnanimiter omnes confugiunt ad eum Saluatori Deo nostro credentes, & gratias referentes. Simulacrum vero quod erat ligneum continuo igni tradunt: ipsi autem secuti hominem Dei atque edocti ab eo fidem Christi Ecclesie Dei sociari sunt. Plurimi vero ex ipsis cum ipso manserunt, & etiam nunc in monasterijs degunt. Facti tamen huius mirabilis fama vbique diffusa est, & multi pro hoc ad fidem Domini conuertebantur, ita vt in omnibus illis re-

gionibus nullus iam poene gentiliū remaneret. Post aliquantum temporis certamē erat de finibus inter duos vicos: hoc cum nunciatum esset sancto Apollonio festinans ad eos pacis gratia. Sed illi furore contentionis incensi nullo genere ad pacis consilium flectebatur, maximè quod vnius partis populus plurimum fiducia in viribus cuiusdā latronis gerebat qui ipsius certaminis signifer videbatur. Hunc cum videret Apollonius paci resistentem dicit ad eum. Si mihi, o amice acquiescere volueris ad pacem rogabo Deum meum & remittet tibi peccata tua. At ille cum audisset nihil omnino distulit, sed genibus eius proculutus supplicabat ei. Tunc deinde conuersus ad turbas quę cum secutę fuerant fecit omnes cum pace discedere. Quibus secedentibus ipse permansit cum homine Dei expectans ab eo promissum. Tunc vero Apollonius assumens eum & cum ipso iter agens ad monasterium docebat eum mutare debere ordinem vitę & patienter à Deo querere misericordiam, & promissionem eius ex fide expectare: omnia enim possibilis dicebat esse credenti. Cumque noctis tempore simul in monasterio requiescissent per visum ambo vident se esse in cœlis, & assistere ante tribunal Christi. Vidēt etiā ange-

angelos Dei, & sanctos quosque adorantes dominū. Et cū hæc videntes etiā ipsi adorassent Deum, vox Domini ad eos deferretur dicens, licet nulla sit cōmunitio luci & tenebris, nec sit aliqua portio fidei cum infidei: tamen donatur tibi salus istius pro quo supplicasti Apolloni. Sed & aliamulra cum audissent in cœlesti visione positi quę neque sermo enarrare sufficit neque auris audire, surrexerunt à somno, & quę viderant fratribus indicarunt. Admiratio autem ingens esse cœpit, cū vnum atque idem somnium vterque narraret. Permansit autem cum fratribus latro ille iam sanctus vitā suam moreque ad omnem inocētiam pietatemque commutans tanquā in agnum versus ex lupo, vt in eo plenissimè compleri videretur prophetia Isaię dicentis. Lupi cum agnis pascetur, & leo & bos simul paleis vescentur. Vidimus ibi quosdā etiā gentis Aethiopum viros cum monachis viuentes, & multos ex ceteris monachis in obseruantia religionis & virtutibus animi præcellentes, vt & in ipsis compleri videretur scriptura quę dicit. Aethiopia præueniet manus eius Deo. Adhuc autē in gestis sancti Apollonij ferebatur hoc. Lis quodā tempore dicebatur exorta inter duos vicos quorū vnus Christianorum, alius gentilium fuit.

Procedūt ex vtraque parte armorum turba plurima, accidit autem vt vir sanctus Apollonius su perueniret. Cumque eos hortaretur ad pacem quidam eorumquē inter Gentiles quasi caput & causa belli illius stabat homo truculentus & ferus: obstitabat ei vehementer, dicens non se permittere fieri pacem vsque ad mortē suam. Tunc ille, fiat (inquit) vt optas. Nullus enim alius præter te perimetur, sed & mortuo congruū honori tuo tibi sepulchrū fiet, non terra, sed bestiarum ac volucrum ventres. Et continuo sermo eius efficitur veritas. Nullus enim alius ex vtraque parte nisi solus ipse cecidit. Quę cum sub arena obtuissent mane ingressi inuenerunt corpus illius a bestiis effosum laniatumque, atque a volucribus deuoratum. Cumque omnes admirationem habuissent, quod sermo hominis Dei ita fuisset impletus conuersi sunt omnes ad fidem Saluatoris Domini & Apollonium prophetam predicabant. Sed & hæc vos non effugiat, quod ab eo primis aduc diebus (quibus in spelunca habitare cū paucis fratribus cœperat) factum didicimus. Dies sanctus aderat Pasche & cum solennitas vigiliarum sacramentorumque intra speluncā fuisset expleta, atque ex his, quę fuerant apud eos refectio paratur.

reter. Erant autem et panes tan-
tummodo, & feci panes atque ole-
ra ex his quæ sale aspersa respo-
nsum apud eos solenne est. Tunc
Apollonius fratres qui secum ve-
rant alloqui incœpit. Si est in vo-
bis fides & verè fideles sumus, ra-
muli Christi, petat unusquisque
nostrum à Deo si quid quæsi-
in die festo timere licenter ha-
bet. At illi ipsi potius (qui eos ve-
rate & meritis præcelleret) hæc à
Deo poscenda permittunt semet-
ipsum inferiores huius gratia iu-
dicantes. Tunc ille cum omni ala-
critate orationem fudit ad Deum.
Quia expleta cum omnibus respon-
dissent, amen. Ecce repente ante
fosses speluncæ altare vident ho-
mines quosdam sibi penitus igno-
rosos, quique tam multas copias re-
rum omnium, quæ ad usus duna-
taxat ciborum pertinent detulerunt,
ut neque tam multa, neque tam
diuersa facile quisquam viderit
in quibus erant quædam quæ
omnino in Aegyp̄ti regionibus
nusquam visa sunt, videlicet pom-
orum genera, & magnitudo in-
credibilis vana, nuces, ficus, mala
quæque punicæ, & ante tempus
omnia faui atque mellis, & lactis
copia, & panes calidi & mundissi-
mi, qui tamen peregrine esse vi-
derentur. Viri vero qui
hæc detulerant statim ut eam mo-
nachis tradiderunt quasi festinan-
ter ad eum à quo missi fuerat re-

ditio cupientes, & discedunt.
Tunc ipsi monachi gratias Do-
minos referentes ex his quæ sibi
fuerant delata, vesci cœperunt.
Quorum copia tanta fuit ut vsq;
ad diem Pentecostæ quotidie mi-
nistrata sufficerent, certi quod
huic sibi à Deo solenitatis gratia
nulla sunt. Comperimus etiam
hæc, quod quidam ex fratribus
cui de erat humilitatis & mansue-
tudinis gratia, poposcit ab eorum
petere à Domino ut sibi dona-
retur hoc munus, orante illo tau-
ra in eum gratia mansuetudinis &
humilitatis aduenit ut omnes fra-
tres stupere de tranquillitate ani-
mi eius, & modestia in quo prius
nihil horum viderant.

Orta est aliquando famis apud
Thebaidam. Sciens autem ha-
bitatores terræ illius, quod mo-
nachi qui cum Apollonio Domi-
no seruebant frequenter etiam
sine cibo per Domini gratiam pa-
scebantur, omnes simul cum vxo-
ribus & filiis pergunt ad eum ci-
bum simul benedictionemque po-
scentes, at ille nihil dubitans pro-
ferre cœpit ex his quæ ad usum
fratrum reposita erant, & dare sin-
gulis copiose. Cum vero tres sole-
panum sportæ remansissent, fa-
mes autem populum vehementer
urgeret iubet in medium porta-
re sportas quæ sola super fuerat
vnius dei vultum monachis præ-
bituræ & in auditu totius populi
qui

qui famis necessitate confluerat
eleuatis ad Deum oculis mani-
busque ait, Nunquit non valet
manus domini multiplicare hæc?
Sic dicit Spiritus sanctus. Nō de-
ficiet panis in sportis his, donec
sariemur omnes de frugibus no-
uis. Etiam & plurimi ex his qui
tunc presentes fuerant, confir-
mabant quatuor continuis men-
sibus, nec cessatum est vnquam
erogari panis ex sportis, neque
deesse potuit aliquando. Simili-
ter autem & alio tempore fecisse
cum de frumenti & olei specie
perhibebant. Quibus virtutibus
motus diabolus dixisse ad eum
fertur, Nunquid Helias es tu, aut
alias aliquis Prophetarum, vel
Apostolorum, quod hæc facere
ausus es? At ille respondit ei, Quid
enim? nonne & Prophete & A-
postoli homines erant qui nobis
& fidem suam & gratiam tradi-
derunt? Aut tunc Deus præfens
erat, nunc vero absens est? Absit.
Deus omnia potest, & quæ po-
test semper potest. Si ergo Deus
bonus est, tu quare malus es. Hæc
ut supra iam diximus, à seniori-
bus viris religiosis & sanctis per
eum gesta esse, fidei narratione
comperimus. Et quauis eorum
fidelis sit habenda relatio: maio-
rem tamen fidem rerum præsti-
tuit etiam hoc quod nos ipsi oculis
nostris inspeximus. Plenas enim
sportas panibus deferri vidimus

& vacuas mensas & cum reple-
rentur panibus mensæ atque ad
omnem saturationem consumeren-
tur, plene nihilominus recollige-
bantur. Aliud quoque quod a-
pud eum mirum vidimus non si-
lebo. Tres eramus nos fratres, qui
ad sanctum Apollonium veni-
mus, & ecce longè adhuc nobis
positis ab eius monasterio, occur-
rerunt fratres, qui ab ipso ante tri-
duum audierant de aduentu no-
stro, occurrerunt autem nobis
cum psalmis. Hoc enim moris est
eis facere in aduentu omnium mo-
nachorum. Et adorantes in facies
suas vsque ad terram, osculaban-
tur nos atque ostendentes nos si-
bi inuicem dicebant, Isti sunt fra-
tres de quorum aduentu ante tri-
duum nobis pater Apollonius præ-
dixerat, dicens, Post triduum affu-
rurus tres fratres Hierosoly-
mis venientes. Alij vero ex fra-
tribus præcedebant nos, alij se-
quebantur, vtraque tamen turba
psallebat. Vbi autem appropin-
quare cœpimus, audita voce psal-
mi etiam ipse sanctus procedit in
occursum. Et ut vidit nos statim.
Prior adorauit vsque ad terram,
& surgens osculo nos suscepit.
Vbi autem ingressi sumus mona-
sterium oratione prius (ut moris
est) data, pedes nostros proprijs
manibus lauit, & cætera quæ ad
requiem corporis pertinent adim-
pleuit. Hæc autem ita facere ei
mos

mos erat omnibus aduentibus. Illud quoque moris erat apud eum ut fratres qui cum ipso erant, non prius cibum sumerent, quam communionem dominicam perciperent, circa horam diei nonam, & post hoc interdum sic usque ad vesperam permanebant dum verbum Dei audientes de mandatis Domini adimplendis sine intermissione docebantur. Post hæc iam cibo sumpto alij ipsorum ad Eremum secedebant per totam noctem scripturas diuinas memoria recolentes, alij in eodem loco ad quem conuenerant permanebant, & usque ad lucem in hymnis & laudibus Dei peruigiles durabant, sicut & ego ipse præfens vidi. Aliquantum vero ex ipsis circa horam nonam cum descendissent de monte, percepta Dei gratia statim descendebant, solo hoc spiritali cibo contenti, & hoc faciebant per plurimos Dies. Supra montem autem letitia & gaudium inerat eis: & tanta exultatio, quam sa haberi ab ullo hominum non possit in terris. Nullus in eis tristis omnino inueniebatur, sed & si aliquis visus fuisset aliquantulum tristior, statim pater Apollonius causam tristitiæ perquirebat. Frequenter autem etiam si aliquis occultare voluisset, ipse enunciebatur quid lateret in corde, ita ut is qui patiebatur agnosceret. Monebat ergo eos dicens: non oportet

tere prorsus inesse tristitiam his, quibus salus in Deo est & spes in regno caelorum. Tristentur autem bar Gentiles, & lugeant Iudæi, plangant sine cessatione peccatores, iusti vero latentur. Nam si illi qui terrena diligunt, super fragilibus & caducis rebus latentur nos qui tantæ gloriæ spem, & æternitatis habemus expectationem, cur non omni exultatione lætemur. Demum Apostolus nos ita monet dicens, semper gaudeat, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Sed quis possit doctrinæ eius & verborum gratiam sufficienter exprimere? unde silere de his melius censeo quam parum digne proloqui.

¶ Multa enim nobis etiam secretius de ratione abstinentiæ, & conuersationis integritate: multa etiam de hospitalitatis studio differebat, & præcipiebat attentius ut aduentantes fratres quasi domini suscipiamus aduentum. Nam & adorari fratres aduentantes propterea (inquit) traditio nostra habet, ut certum sit in aduentu eorum aduentum Christi haberi. Sic enim & Abraham susceperat eos, qui homines quidem videbantur, Dominus autem in eis intelligebatur. Interdum etiam contra voluntatem cogere debemus ad corporalem requiem fratres, sicut sancti Loth exempla nos edocent, qui angelos vi com-

pulsos,

pulsos, ad domus suæ adduxit hominibus spiritum. Sed & hoc monebat, ut fieri possit, quotidie monachi communicarent mysterijs Christi, ne forte qui se longe facit ab his longe fiat a Deo, qui autem frequentius hæc suscipit, frequentius ipsum videatur suscipere salutem, quia & ita ipse saluator dicit. Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum in me manet & ego in eo. Sed & ipsa commemoratio Dominicæ passionis cum assidue sit a monachis, plurimum utilitatis eis confert ad exemplum patientiæ. Sed & communitio datur per hæc: ut studeat unusquisque ita semper paratus inuenire ne indignus Dominicis mysterijs habeatur. Addebat autem his: quod etiam remissio peccatorum per hæc creditibus datur. ¶ Ieiunia sane legitima id est quartam & sextam feriam monebat non esse soluenda: nisi grandis aliqua necessitas fieret: quia quarta feria Iudas de traditione Domini cogitauerat, & sexta feria crucifixus sit saluator. Vi debetur ergo qui in his diebus si ne aliqua necessitate soluit statuta ieiunia, vel cum tradente tradere Saluatorem, vel cum crucifigentibus crucifigere. Dicebat ergo, ut si forte in diebus predictis superueniret aliquis fratrum si quidem ante horam nonam laboris causa se velit reficere, po-

nenda ei esse mensam soli: quod si nolit non esse cogendum, communis namque huius obseruatiæ traditio est. Culpabat sane eos valde qui vel comam capitis nutriunt, vel ferrum in collo circumferunt, vel aliquid tale (quod ad ostensionem hominum fieri videatur) gerunt. Certum est enim, inquit, quod isti ab hominibus laudem querant, & ostentationis causa hæc faciant: cum mandatum sit etiam ieiunia ipsa in occulto esse celebranda, ut Deo soli sint cognita, qui videt quod in occulto fit, & reddet palam. Sed ut videretur isti non sunt contenti eius testimonio, & remuneratione, qui videt in occulto, sed manifestari apud homines se volunt. Omnis ergo abstinentiæ ratio in occulto habenda est, ut & corpus ieiunijs fatigetur, & tamen non apud homines iactantia. sed apud Deum retributio queratur. Hæc & multa alia nobis de conuersatione monachorum per totam differens septimanam dierum, & fidem doctrinæ gestorum suorum autoritate confirmas, ubi proficisci cepimus: producentis nos aliquantulum monebat dicens. Ante omnia pacem habetote inter vos, & nolite ab inuicem se parari. Tunc conuersus ad fratres qui simulcum eo producentes nos aderant. Quis (inquit) vestrum fratres proptus est: deducere eos usque

vsque ad vicina patrum monasteria: Et cum pene omnes promptissime semetipsos obtulissent, & progredi nobiscum vellent, ipse sanctus pater Apollonius elegit ex omnibus tres, qui & Græcam linguam & Aegyptiam bene nossent, ut sicubi necessarium fuisset interpretarentur nobis, qui & in colloquutionibus suis edificare nos possent. Mittens ergo eos nobiscum præcepit, ne prius a nobis discederent, quam omnes patres atque omnia quæ velimus monasteria videremus, quanuis omnes circuire nemo sufficiat. Benedicens ergo nos dimisit, atque in hæc verba benedictionem dedit. Benedicat vos Dominus ex Sion, & videatis quæ bona sunt Hierusalém, omnibus diebus vitæ vestræ.

¶ De Sancto Ammone Abbate, qui draconem interfecit, & latrones conuertit.

QUAE audiuimus de Ammone quodam Sancto viro, cuius etiam locum, in quo habitauerat vidimus in deserto, omittenda non credidi, igitur cum ad locum eius peruenissemus, & progredieremur ad partem deserti contra meridiem vidimus per arenam vestigia tractus draconis ingentis, cuius tanta magnitudo apparebat, quasi

trabes aliqua per arenam ducta videretur. Quod ut vidimus timore ingenti percussi sumus. Fratres autem qui nos deducebant, horrebantur nos nihil omnino formidare, sed magis fiduciam capere, & per vestigium sequi draconem. Videbitis enim inquit quantum valet fides, cum a nobis eum videritis extinguere. Multos enim & dracones & angues & cornutas manibus nostris peremimus, sic enim scriptum legimus: quia credentibus in se concedit saluator calcare super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Sed illis hæc dicentibus nos præ infidelitatis fragilitate magis magisque metuebamus, & rogabamus eos, ne velint sequi draconis vestigia, sed potius ut recto itinere pergeremus. Unus tamen ex ipsis alacritate impatiens insecutus est draconem. Et cum non longe inuenisset eius speluncam clamabat ad nos ut iremus ad eum, & videremus exitum rei. Quidam tamen ex fratribus occurrens nobis, qui in vicino habebat monasterium, prohibuit nos ire. Dicens ingentis esse magnitudinis bestiam nec posse nos ipsum saltem visum eius aspectumque tolerare, præcipue quia nihil tale inuisa habuerimus videndi. Semetipsum vero fatebatur frequenter vidisse ipsam bestiam, cuius vastitas quidem incre-

incredibilis, longitudo vero distendebatur in quindecim cubitis. Cumque nos ad locum dehortatus esset accedere, ipse prope fratrem, qui illic nos hortabatur paratus ad perimendam bestiam abstraxit, secumque reuocauit & nolentem discedere nisi extingueret eam multa prece cum deflexit. Qui cum venisset ad nos, ignauiam nostram infidelitatemque redarguit. Peruenientes autem nos ad cellulam fratris illius, qui nos rogauerat: cum omni gratia ab eo suscepti, requieuimus. Ille ergo narrabat nobis, quod in illo loco ubi ipse commanebat, fuisset quidam vir sanctus, cuius ipse esset discipulus Ammon nomine, per quem plurimas virtutes fecerat dominus. Inter cetera igitur etiam hoc de eo narrabat, frequenter (inquit) veniebant ad eum latrones, panem quo solo vivebatur auferentes ei, & si quid erat quod ad victum suum contentissimum repositum videbatur. Cumque frequenter ab his molestiam pateretur quadam die processit ad Erenum, & inde rediens duos dracones ingentes secum commitari iussit: atque ad ostium monasterii sui manere eis præcepit, ingressumque seruare. Venientes ex more latrones, vident qui essent custodes in limine. Et ut viderunt dracones exanimis & a-

tim & conciderunt. Quod ubi senior sensit, egressus inuenit eos minaces, & accedens, atque erigens eos increpabat dicens. Cernitis quantum vos digniores estis bestiis? Illæ etenim nobis propter Deum obediunt, vos autem nec Deum timetis, neque vitam seruorum Dei inquietare erubescitis. Verum tamen introducens eos in monasterium posuit eis mensam & iubet ut perciperent cibum. Illi vero corde compuncti, & ab omni mentis sue immanitate mox conuersi, multis seruis Dei (qui ante hos seruire Deo cœperunt) breuiter meliores fiunt. In tantum enim per penitentiam profecerunt ut post non multum temporis: etiam ipsi eadem facerent signa, eademque virtutes. Alio præterea tempore, immanissimo quodam dracone vicinas vastante regiones, & plurimos perimentem: venerunt habitatores loci illius ad supradictum patrem rogantes eum, ut in regionibus suis perimeret bestiam. Simul etiam, ut ad misericordiam flecterent senem puerum quendam pastoris filium secum deferunt, qui solo visu draconis exterius mente exciderat, & a flatu solo bestie exanimis portabatur ac turgens. Tunc ille puerum quidem perungens oleo restituit sanum. Semetipsum vero ad necem draconis instigans, illis interim quasi qui nihil eos posset iuuare

promittere nihil voluit. Mature autem surgens abiit ad degressus bestiarum, & figens genua sua in terram deprecatus est Deum. Tunc bestia cum ingenti impetu venire super eum cepit terribilibus flatibus ac sibilis, stridoribusque praemisit. At ille nihil horum metuens conuersus ad draconem dicit. Perimat te Christus filius Dei, qui percipiturus est ceterum magnum. Et ubi haec senior dixit statim dirisissimus draco simul cum spiritu euomens venenum, disruptus crepuit medius. Cum autem conuenissent finitimi habitatores & facti draconis miraculo obstupescerent, factoris vehementiam non ferentes congregauerunt super eum arenae moles immensas astante tamē ibidem patre Ammon: qui nec sic quidem cum mortua fuisset bestia, sine illo appropinquare ei audebant.

¶ De sancto Coprete presbytero
& Eremita.

ERat quidam pater in ipsa Eremo habens monasterium Copretis nomine, vir sanctus annorum circiter octoginta, & ipse multas virtutes faciens: langores curans & efficiens sanitates, sed & demones fugans & multa mirabilia faciens. Ex quibus nonnulla etiam in nostri praesentia effecit. Is ergo cum vidisset nos, &

osculo salutasset, atque ex more post orationem etiam pedes lauisset, requirebat a nobis quae gererentur in seculo. Nos autem rogabamus eum, ut ipse magis nobis de suis gestis aliqua narraret: ex quibus actibus, quibusve meritis Dominus ei tantam gratiam contulisset, exponeret. At ille nihil dedignatus est, & suae vitae, & priorum suorum narrare nobis ordinem cepit, quos tantum longe illustriores fuisse perhibebat seque ipsorum parua vix exempla sectari. Dicebat ergo. Nihil magnum est, o filii, quod in nobis videris ad comparationem sanctorum patrum. ¶ Erat enim quidam ante nos vir nobilissimus pater nomine Martius. Hic fuit primus in hoc loco monachus, & in omni hac Eremo, viam salutis omnibus nobis primus ostendit. Hic autem primogenitus fuit latronum maximus, & sepulchrorum violator, atque in omnibus flagitijs opiuatissimus: ad quem tali ex modo occasio salutis a luenit. Nocte quadam ad domum cuiusdam virginis Deo consecratam expoliandi gratia perrexit cumque machinis quibusdam, quae huiusmodi artificibus nota sunt, domus eius tecta conscendisset: quærens quali arte vel quo aditu ad penetralia eius irperet difficultate perpetrandi operis innixus, plurimum noctis tempus in tectis positus sine villo

transe-

transegit effectum. Post multos vero animi conatus frustra adhibitos veluti fessus somno opprimitur, & per visum assistere sibi videt quendam religiosum habitu fulgentem & dicentem. Desine iam ab his flagitijs, & ab effusione humani sanguinis cessa, atque ab execrabilibus furtis, ad laborem religiosum conuertere vigiliarum, & suscipere caelestem angelicamque militiam, atque ex hoc iam animi virtutibus viuere, & ego te huius militiae ducem atque principem faciem. At ille cum gratanterque sibi offerebantur, audisset, ostenditur ei exercitus monachorum, & principatum tenere super eos iubetur. In his auigilas astantem vidit sibi virginem & requirentem, quis autem vnde: vel cur illic adesset. At ille quasi amens effectus nihil ei respondit, sed tantum ut Ecclesiam sibi ostenderet, rogat. Illa vero cum intellexisset esse in re aliquid operis divini, hominem perducit ad Ecclesiam, ac presbyteris offert. Ad quorum ille vestigia proluens, orabat Christianum se fieri, & locum sibi poenitentiae dari. Presbyteri vero, qui cognouerant virum hunc omnium esse scelorum autorem, mirantur si haec vera loqueretur. Et cum perseverantia sui fidem rei fecisset, monent eum ut si haec vellet illa penitus omitteret. De hinc cum religionis initia susce-

pisset orat sibi praecipua dari quibus viam salutis deberet incedere. At illi tres ei primi psalmi versus siculos tradunt. Quibus ille diligenter consideratis, sufficere sibi autem ea ad viam salutis & scientiam pietatis. Tribusque diebus permanens apud eos ad Eremum proficiscitur, ubi plurimo tempore demoratus, & die ac nocte in oratione cum lacrymis perdurans cibum ex radicibus accipiebat herbarum. ¶ Regressus autem ad Ecclesiam tres versiculos psalmi quos a presbyteris perceperat, non solum verbis, sed & rebus atque operibus reddidit. Presbyteri vero mirabantur quod subito conuersus acerrimam statim inierit abstinentiam & instruens eum plenius ex diuinis scripturis, hortabantur secum demorari. At ille ne videretur esse inobediens unquam apud eos exigens septimanam, rursum pergit ad Eremum, atque ibi continuo per septem annos, in omni abstinentia degens, plenitudinem gratiae consequitur a Deo, ita ut pene omnes scripturas memoriter teneat. Panem vero dominica tantum die sumebat & hunc diuinitus delatum. Nam cum oraret surgens ab oratione inueniebat panem positum, quem nemo hominum detulerat. Hinc ubi cum gratiarum actione sumpsisset, sufficiebat eiusque ad altam dominicam diem. Post multum

C^a vero

vero temporis, iterum regressus ex deserto, exemplo abstinentiæ suæ quam plurimos ad imitationem sui inuitauit, inter quos accessit ad eum adolescens quidam, cupiens eius esse discipulus. Cui ille cum habitum monachorum hoc est leuitinam & cuculam ac melotem, quæ est caprina pellis, imposuisset: docere eum de cæteris monachorum institutionibus cœpit. Multa sanè cū sollicitudine curabat sicubi Christianorum quis fuisset defunctus, ut sepeliret eum. Quem cum vidisset adolescens ille discipulus suus summa cum diligentia mortuis indumenta aptatam, dicit ad eum. Pater vellem ut & me mortuum ita indueres ac sepelires. At ille ait. Ita inquit faciam & tam copiose te induam donec dicas sufficit. Post non multum vero temporis defunctus est adolescens & prædictus sermo completur. Cum enim plurima ei circumdedisset indumenta: ait ad eum coram omnibus. Sufficiunt tibi hæc ad sepulturam filiule, an adhuc vis ut aliquid addamus. Tunc defunctus vocem cunctis audientibus emisit, obuelata iâ facie vultuque cōstricto & dixit. Sufficit pater, implesti quod promiseras. Obstupuerunt autem qui per præsentem aderant, & admirati sunt valde, super tam mirabili factō eius. At ille sepulto adolescente conti-

nua ad Eremum redijt, summo studio iactantiam declinans.

¶ Quodam autem tempore iterū de Eremo venit ad visitandos fratres, quos ipse instituerat: & cum quidam ex eis in extremis diem ageret reuelatū est ei a domino quod esset moriturus. Hora autem iam erat ad vesperam declinans. Festinabat ergo, ut eum videre posset. Vicus autem vbi decumbebat æger longo adhuc aberat spatio, & nolens noctu introire vicum, simul & saluatoris sermonem intra semetipsum meditans, quo dixit. Ambulate dū lucem habetis vobis, & qui ambulat in luce non offendit. Cum videret iam solem demergi, ait ad eum. In nomine domini nostri Iesu Christi sta paulisper in itinere tuo, & expecta me donec ad vicum perueniam. At ille cum aliqua iam mergi cœpisset ex parte, restitit, nec prius accubuit quam homo Dei perueniret ad vicum. Hoc autem manifestum factum est hominibus illis qui in eodem vico habitabant. Stantes enim & intuentes moras solis in occasum, mirabantur omnes quid sibi vellet hoc quod tot horis in occasu suum non descenderat sol. Videntes autem patrem Mutium, de Eremo venientem, quærebant ab eo quid hoc esset signi quod ostenderat sol. At ille respondit eis, Non meministis vocem Domini & Sal-

& Saluatoris nostri dicentem. Si habueritis fidem sicut granum sinapis maiora horum signa facietis. Cum autem intellexissent ad eius fidem solem stetisse, timore magno exterriti sunt plurimique ex eis iunxerunt se ei discipulos, & sequi eum cœperunt. Cum autem ingressus fuisset domum illius fratris pro quo festinauerat, & inuenisset eum iam defunctū, oratione facta accedens ad lectum oscularus est eum, & ait, Quid magis desiderij habes frater abire & esse cum Christo, an permanere in carne? Tunc ille recuperato spiritu paululum residens, ait ad eam. Quid me reuocas pater. Melius est mihi redire & esse cum Christo, permanere autem in carne mihi necessarium non est. Cui pater Mutius. Dormi ergo, inquit in pace fili, & ora pro me. At ille continuo reclinans se in lecto dormiuit. Hi autem qui aderant obstupuerunt dicentes. Verè Dei homo est hic. Tunc ille induit adolescentem, ut sibi moris erat fatiis decore, & totam noctem in psalmis hymnisque peruigilem ducens, honeste iuuenem tradidit sepulturæ. ¶ Alium autem fratrem cum visitasset decumbentē vbi vidit eum quietem mortis difficulter accipere, & grauitè conscientia suæ metu redargui ait ad eū. Cur imparatus es fili ad professionem

tuam? Accusatrix, ut video, ignauia tuæ tecum pergit conscientia. Tunc ille exorabat eum, dicens, Obsecro te intercede pro me ad Deum, ut mihi parui temporis spatium largiatur, quo possim emendare vitam meam. At ille. Nunc inquit spatium penitentia requiris, vbi vitæ tempus implesti? Quid faciebas in omni hoc vitæ tuæ tempore? Non potuisti vulnera tua curare. Quinimo & recentiora semper addebas. At ille cum permaneret exorans, ait ad eum senex. Si ultra non addes malis tuis mala, orabimus pro te Deum. Bonus est enim & patiens & indulget tibi parū aliquid temporis vitæ, ut omnia debita tua reddas. Et cum post hæc orasset Deum, surgens ab oratione, ait ad eum. Ecce tres annos tibi Dominus concessit in hac vita tantum ut ex animo ad penitentiam conuerteraris. Et apprehensa manu eius, eleuauit eum de lectulo. At ille surgens sine aliqua dilatione secutus est eū ad desertum. Et vbi completi sunt tres anni: reuocabat eum ad locum, vnde eum assumpserat iam non quasi hominem, sed quasi angelum ex homine Deo consignans, ita ut omnes mirarentur de conuersatione eius. Cumque conuenissent ad eum fratres plurimi, statuit eū in medio, atque ex ipso materiam sumens per totam noctem

do & inam de fructibus poenitentiae, & conuersionis produxit ad fratres. Ipso vero sermonem faciente quasi dormire frater ille coepit paululum, & continuo in perpetuum quieuit? Tunc facta oratione super eum, & omnibus, quae ad sepulturam pertinent ex more completis, ad Eremum properanter abscessit. Frequenter autem & Nilum fluium huc immanem pedibus transiit, aequam usque ad genu habens. Alio quoque tempore clausis ostijs, fratribusque in superioribus solarijs sedentibus ipse ingressus est ad eos, & frequenter ad quemcunque locum ire voluit: quantum longe positum, intra momentum temporis inuentus est. Nam primo adhuc tempore conuersionis suae cum esset in Eremito & septimanam ieiunasset, aiunt occurrisse ei hominem in deserto habentem panem & aquam, qui & hortatus est eum accipere cibum. In alio quoque tempore daemon assistens thesauros auri plurimos, quos Pharaonis fuisse perhibebat ostendit ei sub terra demersos. Cui respondisse fertur pater Mutius, Pecunia tua tecum sit in interitum & perditionem. Haec ergo & his similia plurima effecit Deus per eum. Sed & alij nihilominus fuerunt ante nos multi patres quibus: dignus non fuit mundus: signa ca-

lestia & prodigia facientes? Quid ergo miramini si nos parui homines parua faciamus, claudos autem caecos curantes, quod & medici ex arte facere possunt? ¶ Et cum haec nobis Copres senior enarraret vnus ex fratribus nostris quasi incredulitate eorum quae dicebantur tediare coepit, & praetudio dormire. Cumque somno fuisset oppressus vidit per visum librum aureis literis scriptum in manibus senis Copretis, ex quo narratio eius deduci videbatur, & assistentem quendam clarissimi aspectus virum, canicie venerandum, comminatione sibi magna dicentem. Cur non audis attente quae recitantur, sed incredulus dormitas. At ille conturbatus euigilat & statim nobis secretius latino sermone quae viderat enarrabat. ¶ Inter haec autem vidimus rusticanum quendam accessisse ad ostium senis habentem vas arena plenum & expectantem donec senex sermonem suae narrationis expleret. Nos autem videntes eum interrogauimus seniore quid sibi vellet rusticanus iste stans, & arenam tenens in vase. Respondit ad nos senior, dicens. Non quidem oportebat me, o filioli hoc vobis predicare ne gloriari videamur, & merces laboris percipere, tamen pro aedificatione vestra, & utilitate quam longo itinere venistis ad me non patiar etiam hoc abscondi a vobis,

vobis, sed enarro opera Domini, qui dignatus est implere per nos. Terra regionis huius, quae in vicinobis posita colitur sterilis valde & infructuosa fuit, ita vt si quando femina ex necessitate suscepit duplicata vix redderet. Vermes enim quidam nascebantur in ipsis germinum culminibus, & ascendentibus segetem succidebant. Erant autem agricolae loci ipsius gentiles. Hos cum docuissemus Domino credere, & fidem Christi recipere, Christiani iam facti veniunt ad nos & rogant vt oremus Dominum pro segetibus ipsorum, & cum diceremus eis nos quidem oratores, sed fide ipsorum requisiti apud Deum, quae hoc percipere mereatur illi ex arena haecque calcatur a nobis sinus suos replentes offerunt nobis rogantes, vt in nomine Domini benediceremus. Et ego ad eos secundum fidem (inquam) vestram fiat vobis. Tunc illi aufertes arenam secum miscent seminibus quae seminaturi erant & spargunt per agros & tantum fructum ex eo coligunt quantum nulla usquam potuit Aegypti terrae colligere. Ex eo ergo consuetudo est eis bis per annos singulos venire ad nos & eadem expectare a nobis. ¶ Sed & illud non celabo vos quod mihi Deus ad gloriam nominis sui prestitit. Descenderam aliquando ad ciuitatem & inueni ibi virum quendam Doctorem Ma-

nichgorum seducentem populos cum hoc habui conflictum sermonis. Sed quia erat versutus nimis & concludere cum verbis non poteram, veritus ne auditorum turba laederetur, si ille quasi superior abscessisset in verbis dixi, Accendite ignem plurimum in medio plateae & ambo intremus in flammam si quis nostrum ex ea non fuerit adustus, huius vera fides credatur. Quod cum dixissem valde placuit populo, & continuo ignis accenditur plurimus. Tunc ego apprehendens eum ceppi mecum pertrahere ad ignem. Et ille non ita inquit, sed vnusquisque nostrum singulariter ingredietur. Primus tamen tu debes intrare qui hoc proposuisti, & ego in nomine Christi consignans, me metipsum ingressus sum ignem. Flamma vero huc illucque diuisa ac dispersa & refugere penitus a me coepit. Steti in medio ignis dimidia fere hora, & in nomine Domini in nullo penitus laesus sum. Videntes autem populi cum ingenti admiratione acclamauerunt & benedixerunt Deum dicentes, mirabilis Deus in factis suis. Coeperunt autem vigere etiam Manichaeum, vt introiret in ignem. At ille reluctari coepit & subtrahere se. Tunc comprehendentes eum turba iniecerunt in medium ignis, & statim circumdans eum flamma atque, adurens semivivum reddidit.

didit. Et illum quidem cum dedecore ex vrbe populus eiecit, clamans, & dicens. Viuus ardeat seductor. Me vero affumentes secum & benedicentes Dominum ad Ecclesiam perducunt.

Alio quoque tempore dum trāfirem iuxta templum quoddam vidi ibi sacrificare Gentiles, & aio ad eos. Cur vos cum sitis homines rationabiles immolatis iustis, & insensibilibus simulacris. Nonne enim vos multo magis sine sensu estis, quā illi quibus immolatis? Ad hunc sermonem Dominus aperuit eis intellectum & relinquētes errorem suum quem agebant, secuti sunt me, & crediderunt Saluatori nostro Deo.

Fuit mihi aliquando hortulus monasterio vicinus, in quo propter aduentantes fratres olera colere videbamur. Quidam autem gentilis ingressus est nocte, & furatus est olera. Quæ cum pertulisset ad domum suam, igni apposuit vt coqueret. Cumque tribus horis continuis ingenti igne suggesto, neque seruare, neque molliri, aut calefieri aliquatenus potuissent, sed permanissent eadem viriditate qua in ollā missa sunt, & neque aqua quidem ipsa vel leuiter calefieri potuisset, in semetipsum regressus ille qui furatus est, crepta rursus defoco olera reportabat ad nos & prosternens se ante pedes nostros ro-

gare cœpit, vt peccati sui venere meretur; & fieret Christianus, quod & impetrauit.

¶ Accidit autem eadem die hospites venite ad nos plurimos fratrum, quibus opportune olera ipsa parata sunt gratias ergo referentes Domino pro mirabilibus suis duplicem lætitiā gessimus & pro salute hominis, & pro beneficijs diuinis.

¶ *Incipit vita de sanctis Syro Esaiā & paulo.*

ADdebat & adhuc etiā hoc Abbas Syrus aliquando & Esaias & Paulus occurrerunt sibi inuicem ad ripam fluminis. Erant autem isti viri iusti summæ abstinentiæ & totius religionis. Hi pergebant visitaturi sanctum quendam virum nomine Anuph. Aberat autem monasterium, ad quod ibant, mansionibus tribus. Cum ergo vellent transire fluuium, nec esset copia transmeandi, aiunt inter semetipsum. Petamus à Domino gratiam, ne impediatur nobis boni operis iter. Et conuersi ad Abbatem Syrum: tunc (aiunt) præcipue pete à Domino, scimus enim audiri te, quia præstauit tibi quæ petis. At ille cohortatus etiā ipsos secum genua figere in oratione prostauit se in faciem coram Domino. Et cum impleta

ORA

oratione surrexissent ecce videt appellari nauigium ad ripam fluminis paratum ad iter quod acturi erant & expeditum. Hoc ascendentes aduersus fluminis cursum ita velociter ferri cœperunt, vt inter horam vnā, totius itineris (quod peracturi per triduum erant) conficerent spatium. Cunque applicuissent ad terrā Esaias ait. Dominus mihi ostendit virum ad quem properamus occurrentem nobis, & vniuscuiusque nostrum secreta cordis aperientem. Sed & Paulus ait. Et mihi ostendit Dominus quod post triduum educat eum de hoc mundo. Cum ergo iter, quod ducit ad monasterium de flumine, incedere cœpissent, progressique essent paululum, occurrit eis supra dictus vir ad quem visitandum pergebant, & salutans eos ait, benedictus Deus, qui vos mihi, & nunc in corpore, & ante iam ostendit in spiritu. Et tunc cœpit de vniuscuiusque eorum meritis quæ habebat apud Deum, atque a quibus memorare. Tunc Paulus ait, Quoniam & nobis Dominus ostēdit, quod post triduum te de hoc mundo assumat, petimus à te, vt etiam de tuis nobis virtutibus & actibus, quibus Domino placuisti, enarres, nec verearis iactantiam notam. Abscesurus enim de hoc mundo, ad imitationem posteris gestorum tuorum me-

moriā derelinque. Tūc ille. Nihil inquit magnum fecisse memini, hoc tamen custodiui, ex quo nomen Saluatoris nostri in perfectione cūfessus sum, ne post cōfessionē veritatis mendacium de ore meo procederet, neque præ amore cœlestiū terrenū aliquid amarem, sed nec gratia Domini in his defuit mihi. Nunquā enim me fecit in aliquo egere terreno, omnem quem desiderauī cibum, angelorum mihi deferens ministerio. Nihil à me occultauit Dominus eorum, quæ geruntur in terris, nunquam defuit in corde meo lux eius, per quā fuscitatus somnum corporis non requirerem, desiderium habens semper videndi eum. Sed & angelū suū assistere mihi fecit edocentē me de singulis quibusque virtutibus mundi. Lux mentis meæ nunquā extincta est. Omne quod petij à Domino sine mora consecutus sum. Ostendit mihi frequenter multitudines angelorum assistentium sibi, vidi & cœtum iustorum, congregationesque martyrum, monachorum cōuentus, omniumque sanctorum, eorum duntaxat, quorum opus non est aliud nisi laudare semper & benedicere Deum, in simplicitate cordis & fidei. Vidi è contrario Satanam & angelos eius æternis ignibus tradi, & rursus iustos æterna lætitiā perfrui. Cum hæc & multa alia his

C 5 simi-

similia per totum triduum enarrasset eis, tradidit spiritum. Et continuo vident ipsi ab angelis suscipi eius animam, atque ad caelos ferri, ita ut vocem hymnorum audirent etiam ipsi, à quibus una cum angelis anima eius abscedens dominum collaudabant.

¶ De Sancto Helena.

Fuit & alius vir sanctus Helenus nomine hic à puero in seruitio Domini omni cum continentia & castissimis institutionibus enutritus ad summam aetate peruenerat. Denique cum ad huc puer esset in monasterio, si necessarius fuisset ignis, ut è vicino peteretur, ardentem prunas vestimento deferrebat illi solo. Quod admirantes omnes qui aderant fratres, studium animi vitaeque eius ac meritum cupiebant. Huic quodam tempore cum solus esset in Eremitio: desiderium vescendi mellis exortum est, & conuersus vidit in saxo fauam mellis inhaerentem, sed intelligens inimici hanc esse fallaciam continuo semetipsum incrocans ait, Discedite à me decipitrix & illecebrosa concupiscentia. Scriptum est enim, spirituam belate, & desideria carnis ne per feceritis. Et statim derelinquens etiam locum ipsum, decelsit & abiit in desertum, atque ibi tantquam pro carnis concupiscentia

punienda ieiunij semetipsum corpora affligere. Tertia autem septimana ieiunij sui videt in deserto iacere diuersa poma dispersa, & intelligens dolos inimici ait, Non manducabo neque contingam, ne fratrem meum, hoc est animam meam scandalizem. Scriptum est enim, qui non in cibo solo uiuit homo, sed in omni verbo Dei. Cuiusque & sequentem septimanam ieiunaret, paululum in somnum ductus est, & ecce angelus astitit ei per visum, dicens, Surge iam & quae inuenieris tibi apposita nihil dubitans his vescere. Et surgens vidit aquam fontem lenibus repletum fluentis, eiusque ripas in circuitu herbis quibusdam teneris odoratisque praetextas. Et accedens decerpere coepit & edere si militer & ex fonte poculum sumere. Affirmabat autem se nunquam in omni vita sua tantae dulcedinis aliquid, & tantae suauitatis hausisse. Inuenit autem in ipso loco etiam speluncam quandam intra quam aliquandiu requieuit. Et cum reficiendi corpusculi tempus & necessitas affuisset, per Dei nihilominus gratiam, nihil deerat eorum quae poscebat à domino. ¶ Quodam vero tempore pergebat ad visitandos fratres Iconomios, quibus etiam quae necessaria erant ad refectionem corporis deferrebat. Et cum in itinere eorum, quae portabat, onere gra-

uare

uaretur, vidit eminus onagros transire per desertum, & exclamauit, dicens. In nomine Domini nostri Iesu Christi veniat vnus ex vobis & suscipiat sarcinam meam. Et ecce vnus ex omni grege tota cum mansuetudine pergit ad eum. Tunc ille praebenti se sponse & onus imposuit & ipsi insedit, & cum velocitate ab eo ad cellulas fratrum, quo pergebat euectus est. ¶ Alio rursus tempore dominica die venit ad quoddam monasterium fratrum, & cum vidisset eos non agentes solemnitate diei causam requirit. Cum autem dixissent pro eo quod presbyter non adesset qui trans flumen maneret, propter metum enim crocodili transire nullos audebat. Tunc ille si vultis inquit ego eam, & adducam eum ad vos, & continuo ad ripam fluminis pergit. Vbi cum nomen Domini inuocasset, presto fuit bellua, & quae solebat adesse ad perniciem hominum, affuit nunc ad vehiculum iusti, tergo quoque suo suscipiens eum cum omni metu subiecta usque ad partem ripae ulterioris euexit. Adijt continuo presbyterum, & exorare eum coepit, ut veniret ad fratres. Erat autem indurus vilissimo & abiectissimo indumento. Super quo miratus presbyter, quis autem vnde esset: vel quid sibi vellent, inquit. Vbi vero cognouit esse hominem Dei sequi eum

coepit ad flumen. Et cum causeretur non inueniri nauigium quo transiri possit, tunc Abbas Beletus: nihil inquit verearis parer, ego iam nunc parabo vehiculum. Et exclamans voce magna, adesce bestiam iubet. Quae statim voce eius audita affuit ac dorsum suum ad vehendum placite praebuit, prior ipse conscendens inuitat & presbyterum, dicens, Ascende nihil formidans. At ille visa bellua exterritus, retrocedere ac refugere magis coepit. Omnes autem qui aderant stupor ingens & metus inuadit, videntes eum crocodillo euectum fluminis alueum transmeare. Sed ubi descendit, secum pariter in siccum educit etiam bestiam dicens ad eam. Melius est tibi mori quam tot scelorum & tot homicidiorum inuolui reatu. At illa statim corruens expirauit. Interea per triduum in monasterio sanctus Helenus permanens docebat fratres spiritali doctrina: ita ut etiam nonnullorum cogitationes cordis, & secreta consilia proferret in medium & alium quidem proderet spiritu fornicationis urgeri, alium spiritu iracundiae: alium vero cupiditate pecuniae, non nullos autem & iactantiae ac spiritu superbiae illudi. Alterius vero mansuetudinis, alterius iustitiae, alterius etiam patientiae testimonium dabat, & sic vtraque ex parte aliorum vitiis: alio-

ria: aliorum etiam virtutes animi exaggerans, ad omnes eos profectus mirabiliter excolebat. Agnoscentes vero singuli quique, ita agi inter semetipsos ut ille nuntiauerat corde compuncti emendabantur. Profecturus autem it ad eos, praeprare olera ad aduentum fratrum. Et illis praeprarantibus continuo superuenerunt fratres quibus honorifice susceptis, ipse contendit ad Eremum.

¶ Rogabat vero eum quidam de fratribus ut permitteret ei secum esse, & degere in Ermo. Cumque respondisset ei graue esse negotium, & plurimi laboris obistere tentationibus daemones, eo contentiosius iuuenis persistebat promittens se cuncta tolerabiliter perlatum, tantum ut preberet ei copiam confortii sui. Et cum permisisset securus est eum, ad Eremum, quem ille in vicina sibi spelunca habitare iubet. Tunc daemones aduolantes per noctem primo foedis & turpibus eum cogitationibus exagitant, post haec vero etiam violenter irruere & necare eum aggrediuntur. Effugiens autem iuuenis, & peruolans ad cellulam sancti Beleni, quibus malis irgeretur exponit. Tunc senior consolatus eum paucis verbis, & de virtute fidei ac patientiae commoneans, statim reuocat ad speluncam, de qua fugerat, & tanquam sulcum quendam per

arenam extra cellulam iuuenis digito suo ducens, praecepit in nomine Domini, ne audeant daemones statutum transgredi limitem, & ita verbi eius virtute adulescens permansit de reliquo securus. ¶ Ferebatur etiam de illo iuuenis, quod & ipse in Erempositis coelestes saepe percepisset cibos fratribus ad se venientibus, cum nihil habuisset quod apponeret, attulisse quendam adulescentem, panes ei & quae erant necessaria deferentem, eaque cum ante speluncam eius deposuisset, ultra nusquam comparuisse, dixisse vero eum ad fratres. Benedicamus Dominum, qui praeprauit nobis mentiam in deserto. Haec & alia plurima de Sanctorum Patrum vita, & conuersationibus enarrans nobis pater Copres, & cum omni effectu instruens, post adificationis sermonem introduxit nos in hortum, ostendens nobis arbores palmarum aliorumque pomorum, quas ipse plantauerat & dicebat. Haec me in Erempo plantare rusticorum fides admonuit. Ut enim vidi eos tantam fidem habere ut arenam sub nostris vestigijs colligentes per agros suos spargerent, & terram sterilem ad totius fecunditatis verteret ubertatem, pudor inquam est, si nos inferiores his inueniamur in fide, quorum fides per eos cognita est Deo.

De

¶ De Sancto Helia.

Vidimus & alium senem venerabilem Heliam, nomine in finibus ciuitatis Anthinos quae est metropolis Thebaidis, centum fere iam & decem (ut dicebatur) annorum, super quem dicebant, quod vere spiritus Heliae in eo requieuisset. Multa enim de eo & magnifica ferebantur. Septuaginta namque annos in solitudine vastissima eum transegisse perhibebant: cuius de ferri horrore terroremque nullus sermo digne poterit exponere. Illic ergo sedebat senior tota hac aetate, humana habitationis nesciens loca. Semita autem erat angusta & serupea, quae ad eum ducebatur, quae vix inueniri a comitantibus posset. Locus vero ipse in quo sedebat spelunca erat terribilis quidam, & intuentibus plurimum horrore incutiens. Ipse autem tremetibus iam membris, praematura quatiebatur aetate. Incessabiliter faciebat signa per singulos dies, & euntes ad se quacumque incommoditate contrictos omnimodis resoluebat. Cuncti vero patres confirmabant, quod nullus omnino minisset, quando hic secessisset ad Eremum. Cibus ei erat panis exiguus & paucissima oliuae usque ad ultimam senectutem. Nam & in iuuentute sua septimanas frequenter ieiunasse perhibebatur.

¶ De Sancto Pythirione.

Interca redeuntes ex Thebaida vidimus montem, quendam praeruptum fluuii imminentem elatione minacis saxi aspectu etiam ipso terribilem, in quo erant per ipsa praecipitia spelunca difficilis accessus. In his monachorum plurimi commanebant, quorum pater erat nomine Pythirion. Hic & ex discipulis beati Antonii fuit, & post illius obitum cum sancto habitauerat Ammone. Post huius quoque abscessum in hoc se constituerat monte. Sed & tanta in eo erat virtutum copia, tanta gratia sanitatum, & potestas aduersum demones, ut duorum merito summorum virorum solus hereditatem consecutus dupliciter videretur. Hic ergo multis monitis nos adificans, multaque doctrina instruens praecipue tamen de discretionem spirituum nos docebat dicens esse quosdam daemones, qui certis quibuscunque vitij obsequuntur, quique cum effectus animae passibiliter & vitiose viderint moueri conuertunt eos ad omne facinus malum. Si quis ergo est qui vult daemones dominari, prius vitij suis & passionibus dominetur. Quodcumque enim vitium propriae passionis abieceris, huius vitij daemonem poteris etiam de obsessis corporibus effugare. Et ideo conandum est paulatim pro-

propria vitia superare, vt possimus etiam dæmones superare, qui huiusmodi vitij obsequuntur. Hic secundo reficiebatur in septimana pulcillas accipiens ex farina, nec poterat iam accipere aliam escam, neque etate, neq; consuetudine permittente.

¶ De Sancto Eulogio.

V Idimus & alium Sanctum Patrem Eulogium nomine, qui in offerendis sacramentis tantum gratia accipiebatur à Domino, vt vniuscuiusque accedentium ad altare Dei merita culpasque cognosceret. Denique ex monachis quosdam volentes accedere ad communicationem retinuit, dicens, Quomodo ausi estis accedere ad sacramenta; cum mens vestra & propositum sit in malo. Denique aiebat. Tu hac nocte habuisti cogitationes fornicandi. Tu vero dixisti in corde tuo, nihil interest tunc iustus ad sacramenta siue peccator accedat. Et alius dubitationem habuit in corde suo, dicens, Quid enim me sanctificare communio potest. Hos ergo & singulos remouebat à communione sacramenti, & dicebat eis, Secedite paululum & agite penitentiam, vt purificati per satisfactionem & lacrymas, digni habeamini à communione Christi.

¶ De Sancto Apelle.

V Idimus & alium presbyterum in vicina regione nomine Apellem, virum iustum. Hic faber erat Ferrarius, & quæ necessaria erant fratribus operabatur. Quodam autem tempore cum ad fabricia opera vigilaret in silentio noctis, conuersus diabolus in formam mulieris speciose venit ad eum tanquam aliquid ei operis deferens. Tunc ille ereptum manu nuda de fornace ferrum candens in faciem eius iecit. At illa clamans & vllulans aufugit, ita vt omnes fratres qui in circuitu commanebant, vllulatum eius fugientis audirēt, & ex eo iam vir ille in visu habuit ferrum candens manu nuda tenere nec lædi. Ad hunc ergo cum venissemus & humanissime nos suscepisset, poscebamus ab eo vt nobis vel de suis vel de eorum quos præcipuos in conuersatione sancta sciret, virtutibus loqueretur. Tunc ille. Est inquit in hac Eremito vicina frater quidam nomine Ioannes etate prouectus, vitam oribus atque abstinentia cunctos præcellens. Hic primo cum secessisset ad Eremitum tribus continuis annis sub cuiusdã saxi rupe stans semper orauit, ita vt nunquam omnino resederit neq; iacuerit. Somnum autem tantum cepit quantum stans rapere potuit. Cibum vero nunquam nisi die dominica sumo

sumebat. Presbyter enim tunc veniebat ad eum & offerebat pro eo sacrificium, idq; ei solum & sacramentum erat & victus. Huic quodam die Satanas furripere volens transfurauit se in presbyterum qui venire ad eum solebat, & præueniens horam solitam simulat se sacramentorum gratia venisse. At ille vigilanter intelligens diaboli fraudem cum indignatione quadam ait ad eum. Omnis doli omnique fraudis pater, inimice omnis iustitiæ non desinis seducendo animas Christianas, sed ausus es etiam ad ipsa te immergere terrificæ & sacrosanctæ mysteria. At ille respondit ei. Putaui inquit & possim te ludificare. Sic enim & alium quendam ex vestris decepi, ita vt & mente excederet & perderet sensum. Quem cum credentem mihi insanum reddidissem, tot iusti orâtes pro eo vix eum & loco & sanitati restituere potuerunt. Et hæc cum dixisset dæmon aufugit ab eo. Erat autem supradictus vir perlietis in opere cæpto, atq; in oratione perdurans. Pedes vero eius ex eo quod multo tempore immobiles fuerunt distrûpebantur, ita vt sanies ex eis profueret. Tres autem cum complerentur anni affuit angelus domini, & ait ad eum. Dominus Iesus Christus & Spiritus sanctus susceptis orationibus tuis, & corporis tui cicatrices sanat. & cœlestis cibi,

id est verbi & scientiæ suæ tibi abundantiam donat. Et cōtingens os eius ac pedes, & ab vlceribus eum sanam reddidit & repletum scientiæ & doctrinæ gratia cibi famem sentire non fecit. Iuber autem transire eum ad alia loca, & Eremitum circumeuntem visitare etiam alios fratres, & edificare eos in verbo & doctrina domini. Dominica autem die ad eundem semper reuertebatur locum simili modo sacramentorum gratia, reliquis vero diebus etiam opus manuum faciebat & operabatur in iumentorum cingula ex palmarum folijs texens, vt in illis locis haberi moris est. Quodam vero tempore claudus aliquis ire ad ipsum voluit vt ab eo curaretur. Contigit autem vt animal ipsum quod ascensurus erat cingulum manibus hominis Dei factum haberet. ¶ Cum ergo imponeretur ille claudus supra iumentum, statim, vt contigerunt pedes eius illud cingulum, sanus effectus est. Sed & quibuscunque agris benedictum panem misit, statim vt ex eo perceperunt sanati sunt. Et alias multas virtutes & sanitates per eum Dominus impleuit. ¶ Habuit autem, & hanc gratiam super omnes penes ceteros homines, vt vniuscuiusque fratrum de vicinis monasterijs, conuersatio ei reuelaretur, ita vt scriberet ad patres eorum, &

commoneret: quod ille & ille se-
gniter agunt, nec rectum in timo-
re propositum gerunt, ille vero, &
ille in fide & animi virtute profi-
ciunt. Sed & ad ipsos patres scri-
bebat, alijs quidem quod multum
radiosi essent erga fratres, & pu-
sillanimes circa patientiam, alijs
vero quod bene constanter & so-
lucite agerent & sufficienter con-
solarentur fratres. Et quid huic
meriti pro virtutibus, quid vero
illi correctionis immineret à do-
mino pro ignavia prædicabat, &
ita eorum qui absentes erant actus
& causas ac merita vel negligenti-
am describebat, ut audientes hi
(de quibus dicebat) conscientia
conuicti negare non possent.

¶ Docebat tamen omnes, ut à visi-
bilibus & corporeis rebus cor &
animum ad inuisibilia, & incor-
porea transferrent. Tempus enim
inquit est, ut ad huiusmodi stu-
dia transeamus, neque enim sem-
per pueri, & semper infantes esse
debemus, sed aliquando iam ad
spiritalia & altiora conscendere,
& virorum sensus capere, atque
ad perfectiorem subire intelligenti-
am, ut possimus virtutibus ani-
mi enitescere. Sed & multa alia
de hoc viro, sanctus homo Dei
Apelles narratione nobis fidelis-
sima commendauit, quæ cuncta
conscribere, & longum videtur
& pro magnitudine sui, nonnullis
fortasse audientium vix credibile.

¶ De Sancto Paphuncio.

Vidimus & aliud monaste-
rium sancti Paphuncij ho-
minis Dei, qui nominatif-
simus in illis locis anacharites, &
ultimi habitator fuerat deserti in
regionibus Ercleos, splendide ur-
bis apud Thebaidam. De hoc er-
go fidelissima patrum narratio-
ne comperimus, quod cum fuisset
vire angelicæ, quodam tem-
pore orauit ad Deum ut sibi o-
stenderet, cui sanctorum similis
haberetur. Assistens vero ange-
lus Dei respondit ei, quod similis
esset Symphoniaco cuidam, qui
in vico illo cantandi arte victum
quereret. Tunc ille obstupefa-
ctus nouitate responsi cum omni
properatione pergens ad vicum
requirit hominem, Et cum inue-
nisset studiosissime percunctaba-
tur ab eo, quid nam sancti & reli-
giosi operis gestum sit ei, omnesque
actus eius curiosius discutit, at il-
le respondit ac res erat se esse in-
dignissimæ vitæ hominem pec-
catorem, atque ante non multum
temporis ex latrone in istud quod
nunc exercere videtur, factum ar-
tificium deuolutum. Paphuncius
eo magis instabat requirens siquid
ei forte vel inter latrocinia pij
operis fuisset admissum. Nihil in-
quit mihi conscius sum boni. Hoc
tamen scio, quod dum inter latro-
nes essem capta est aliquando a
nobis virgo Deo consecrata, hu-
ius

ius cum cæteri collegæ mei latro-
nes cuperent eripere pudorem,
obiici me medium, & ripui eam
de contaminatione latronum, &
nocte deducens eam vsque ad vi-
cum domui suæ restitui intactam.
Alio quoque tempore inueni mu-
lierem honestæ formæ in Eremo
oberrantem. Hæc cum interroga-
retur à me, cur aut quomodo in
hæc loca deuenisset respondit. Ni-
hil me interrogas infelicissimam
mulierem, nec causas requiras,
sed si ancillam placet habere ab-
ducito quo vis. Mihi enim infeli-
ci est maritus, qui debiti fiscali
gratia sæpe suspensus & flagella-
tus, ac pœnis omnibus cruciatus
seruatur in carcere, nec aliam ob
causam producit nisi, ut tor-
menta patiat. Tres autem no-
bis filij fuerunt qui pro eiusdem
iam debiti necessitate distracti
sunt. Ego quoque miserrima quia
ad similes pœnas inquiror de lo-
co ad locum fugitans, inedia mi-
seriaque confecta, per hæc nunc
latitans oberro loca, triduum hoc
sine cibo iam ducens. Ego vbi hæc
audiui, miseratus adduxi eam ad
speluncam, & reficiens animam
eius fame collapsam dedi, etiam
trecentos ei solidos pro quibus se
ac maritum & filios non solum
seruituti, sed & supplicijs assere-
bat obnoxios, & reuocatam eam
ad ciuitatem omnes eos data pe-
cunia liberaui. Hoc solum scio

me fecisse in latrocinio meo. Tunc
pater Paphuncius. Ego inquit ni-
hil tale feci tamen credo etiã ad
te peruenisse, quod celebre Pa-
phuncij nomen inter monachos
habeatur. Fuit enim mihi non me-
diocris studij, ut vitam meam in
huiusmodi excolerem discipli-
nis. Deus igitur de te mihi reuela-
uit, quia nihil minus apud ipsum
meriti habeas quam ego. Quia er-
go frater vides te non minimo lo-
co haberi apud Deum, non negli-
gas animam tuam. At ille statim
fistulas quas manu gerebat abij-
ciens secutus est eum ad Eremum,
& artem musicam in spiritualem
commutans vitæ mentisque ar-
moniam, per integrum triennium
arctissimæ se tradidit abstinentiæ,
in psalmis & orationibus semet-
ipsum die noctuque exercens, at-
que iter cælestis animi virtutibus
agens, inter sanctorum angelicos
choros reddidit spiritum.

¶ Postea quam hunc Paphuncius
omnis exercitij virtute consum-
matum præmisit ad Dominum,
ipse acrioribus semetipsum stu-
dijs quam prius exercuerat agens,
iterum Domino supplicabat, ut
sibi ostenderet quis ei esset simi-
lis super terram. Fit ergo vox ad
eum dicens. Similem te esse no-
sce primario vici huius, qui est in
proximo. Quibus auditis Paphun-
cius sine mora ad eum properans
pulsat ad ostium domus eius. Ille

D vero

vero: cui moris erat suscipere hospites occurrit ei, atque introduxit in domū suam: lauans quoque pedes eius apposuit mensam: egitque conuiuium: inter epulas vero percūctari Paphuncius cœpit ab hospite qui actus eius: quod studiū, cuiusque operis haberet exercitia. Ille vero cum dese humilia respōderet, & latere in bonis quā publicari mallet, perurgebat Paphuncius dicens relatum sibi esse à Domino, quod dignus esset confortijs monachorum. At ille ergo magis humiliora de seipso sentiens aiebat. Ego quidem in nullo mihi boni alicuius sum cōficius. Verum quia verbum Dei factū est ad te, eum, quem nihil latet celare non possum. Hæc ergo quæ mihi in medio multorum posito in vsu sunt loquar. Triginta iam completi sunt anni, quod continentia consensum habere mecum coniuge mea nullus agnouit. Suscepi autem ex ea tres filios: horum enim causa solū modo cognita est mihi vxor, nec præter eam alia, nec ipsa ultra iā cognita. Suscipere hospites nunquā cessauit, sed ita ut neminem ante me pater aduenienti occurrere peregrino. Non dimisi vnquam de domo mea hospitem sine viatico, pauperem nullum despexi, sed quæ necessaria fuerant præbui. Si in iudicio fedi, necessitatis mei personam contra iusticiam accē-

pi. Alieni laboris fructus nunquā introierunt in domum meā. Litem si vidi, nunquam præter iudicium nec reconciliarem dissidentes ad pacem. Nemo vnquam deprehēdit in culpa famulos meos, nunquam greges mei læserūt fruges alienas. Volentes seminare in rure meo nunquam prohibui, nec vberiora mihi noualia elegi, sterilia illis dereliqui. Quantum in me fuit nunquam permisi, ut potentior infirmum premeret. Semper studui in vita mea, ut neminem cōtristarem. Iudicium si fuit apud me, neminem condemnaui, & dissidentes renocare in cōcordiam studui. Hæc interim mihi vitæ institutio Deo donante hæc beatus Paphuncius caput eius exosculans benedixit eum & dixit. Benedicat te Dominus altissimi ex Sion, & videas quæ bona sunt Hierusalē omnibus diebus vitæ tuæ. Quia ergo bene hæc & conuenienter implesti illud tibi deest quod bonorum omnium summum est, ut omittens cuncta, ipsam iam sequaris Dei sapiētiam & secretioris sciētia inquiras thesauros: ad quos aliter non poteris peruenire, nisi abneges teipsum, & tollas crucē tuam & sequaris Christū. At ille cum audisset hæc nihil moratus, nec omnino aliquid in domo sua ordinās secutus est virū, perges cū ipso ad desertum.

desertum. Cumque venissent ad flumen, nusquam ad transmeādum reperto nauigio, Paphuncius precepit intrare secum pedibus fluum, cui in illis locis profunda habebatur altitudo: transferūt ergo pariter fluuiū ita ut aqua eis vix ad latera perueniret. Vbi vero veniunt ad desertum, collocat hœminem Paphuncius in cellula quadam, haud procul a suamona sterio posita & cōuersationis spiritalis ordinē tradidit: perfectiorumque studiorum exercitia docet, scientiarum quoque secretiora cōcredit. Cumque eum in omnibus instruxisset, semetipsum de nouo maioribus exercitijs dedit, exiguos priores deputas labores quibus conferri potuerit his qui seculi videbantur actibus occupari, hoc enim sibi dicebat. Si isti qui sunt in seculo tantum boni operis faciunt, quanto nos studere debemus plus vel amplius in abstinentia labores eos antecedere. Tempore autem aliquādo in his transacto, & ad scientia perfectionem perducto: eum quem perfectum iam in operibus assumpserat quadam die Paphuncius sedens in cellula sua videt animam eius inter angelorum choros assumptam dicentium. Beatus quem elegisti & assumpxisti: habitabit in tabernaculis tuis. Et cum hæc audisset agnouit assumptum esse ex hoc

mundo virum. Tunc vero Paphuncius persistebat in ieiunijs & orationibus semetipsum ad maiora, & perfectiora extendens: & rursus orabat Dominum, ut sibi ostenderet cui similis haberetur inter homines. Rursus ei vox diuina respondit, dicens: Similis es negotiatori quem videris ad te venientem: sed exurge velociter & occurre ei. Adest enim vir cui tēsimilem iudicavi. Et Paphuncius sine mora descendens occurrit cui dam negotiatori Alexandrino viginti milibus solidorum, merces tribus nauibus diferenti ex Thebayda: & quoniam erat religiosus & bonorum operum studium gerens, decem leguminum saccos pueris suis impositos ad monasterium Dei hominis deferrebat: & hæc ei causa adeundi Paphuncium fuit. At ille continuo ut eum vidit: quid agi (inquit) pretiosissima, & Deo digna anima. Quid tibi cum terrenis est labor: cui fors & societas cum cœlestibus data est. Relinque hæc illis qui de terra sunt, & de terra cogitantibus: tu autem regni Dei (ad quod vocatus es) negotiator effice & sequere Saluatorem à quo paulo post assumendus es. At ille nihil omnino differens præcepit pueris suis: ut omnia quæ superessent (multa enim iam ipse per se distribuerat) pau-

peribus erogarent. Ipse vero sequens Sanctum Paphuncium ad desertum in eodem ab eo constitutus est loco: ex quo & priores ad Deum fuerant assumpti: & similiter ab eo de omnibus instructus in exercitijs spiritualibus & diuinae sapientiae studijs permanebat. Breui autem tempore consummato, etiam hic translatus est ad congregationem iustorum. Et non multo post ipse etiam Paphuncius in ipsis summae abstinentiae exercitijs & laboribus vitam possuit. Astitit enim ei angelus Domini dicens ad eum: Veni iam benedictae Domini & ingredere. (quae tibi debentur) aeterna tabernacula. Ecce enim mecum ad sunt prophetae, qui te in tuum suscipiant chorum. Hoc autem tibi prius idcirco non reuelauit, ne forte elatus damnum aliquod tui laboris incurreres. Et una post haec in corpore adhuc positus diem ducens, cum quidam presbyteri ad eum visitandum venissent omnia eis quae sibi Dominus reuelauerat nota fecit, dicens ad eos, nullum in hoc seculo debere despici, etiam si latro sit aliquis, aut in scena positus, etiam si cultum ruris exerceat, & coniugio videatur astrictus, etiam si negotiator dicatur, & mercimonijs inseruiat, tamen in omni ordine humanae vitae sunt animae Deo placentes, & habentes actus aliquos occultos

quibus delectatur Deus unde constat non tantum professionem vitae aut habitus speciem Deo esse placitam quantum sinceritatem atque affectionem mentis & operum probitatem. Et cum similia de singulis quibusque disseruisset tradidit spiritum. Evidenter autem presbyteri qui aderant, & omnes fratres viderunt eum ab angelis fulcpi, hymnum cantantibus, & collaudantibus Deum.

¶ De sancti Isidori monasterio.

Vidimus apud Thebaidam, etiam Isidori nominatissimum monasterium, amplissimis spatijs circumscriptum, muroque circumdatum in quo habitantibus viris larga praebentur habitacula. Intrinsicus putei plures, horti irrigui, omnium quoque pomorum arborumque paradisi, & quaecunque necessaria vibus erant sufficere, imo & abundanter prouisa, ob hoc ut nulli monachorum habitatum intrinsicus necessitas vlla fieret ex eundi foras ad aliquid requirendum. Senior quidam vir magnus grauique, & de primis electus ad ianuam sedens hoc habebat officij, ut aduentantes ea lege suscipiat, qua ingressi vltra non exeant. Si ergo semel ingredi placuerit stat immobilis lex, sed quod est admirabilis, ingressos non iam legis

gis necessitas, sed vitae beatitudo retinet ac perfectio. Hic ergo senior in ianua sibi ipse comanet, adhaerentem sibi habet hospitalem cellulam, in qua aduenientes hospitio recipiat, & omni humanitate refoueat. Ut ergo & nos ab eo suscepti sumus introeundi quidem copia nobis nulla fuit, ab ipso autem didicimus quae institutio num beatitudinem gereretur intrinsicus. Duos aiebat esse solos seniores viros quibus permessa est egrediendi, ingrediendique libertas, qui opera fratrum dispensare, & quae necessaria sunt inferre curarent, ceteros vero ita esse in silentio & quiete, orationibus & religiosijs studijs operam dantes atque animi virtutibus pollentes, ut omnes signa faciant, & quod verum omnium mirificum signum sit, nullus eorum egritudinem cuiusque infirmitatis incurrit, sed cum vnicuique vitae finis affuerit, omnimodis praeuolens & indicans ceteris fratribus suis de suo exitu, atque vale dicens ad hoc ipsum recubans spiritum laetus emittit.

¶ De sancto Serapione.

SED & in regione Arsenoite Serapionem quendam presbyterum vidimus multorum monasteriorum patrem, sub cuius cura plura & diuersa monasteria, quasi decem millium habebat

monachorum, qui omnes ex laboribus proprijs quos praecipue mensis tempore, mercede manuum conquirebant, partem plurimam ad supradictum patrem conferentes, in vsum pauperum destinabant. Hoc autem moris erat non solum ipsis, sed & omnibus pene Aegypti monachis, ut mensis tempore locent ad merendum operam suam, atque ex ea mercede octogenos vnusquisque modios frumenti, plus minusque conquirat, & horum partem plurimam pauperum vibus afferunt unde non solum regionis ipsius egeres alantur, sed & Alexandriae naues frumento onustae diriguntur, vel in carcere conclusis vel reliquis peregrinis ac egentibus praerogant. Neque enim intra Aegyptum sufficunt pauperes, qui possint misericordiae eorum fructus & largitates absumere. Vidimus autem in regionibus Memphis & Babylonis innumeras multitudines monachorum, apud quos & diuersas virtutum gratias, ac morum ornamenta perspeximus. Ibi autem tradunt esse loca illa, in quibus Ioseph recondidisse frumenta quos & thesauros Ioseph vocant. Alij vero Pyramides, quas dicunt ipsas esse in quibus putant frumenta nunc congregata.

¶ De sancto Apollonio monacho & martyre.

TRadebat ergo seniores horum fuisse quendam persecutio

nis tempore monachum nomine Apollonium. Qui cum vitam magnificam egisset inter fratres etiam diaconus orbidatus est. Tempore ergo persecutionis erat ei studium singulos quoque circuire fratres, & cohortari eos ad martyrium. Cumque fuisset etiam ipse comprehensus & in carcerem trusus gentiliū plurimi tanquam insultaturi veniebāt ad eum, & verbis blasphemis & impijs confutabant. Inter quos fuit quidam Philemon nomine Choraula famosissimus, & omni populo amabilis. Qui cum multis cum fatigaret iniurijs, impium & scelestum, & seductorem vocans, multorumque mortaliā deceptorē, dignumque esse ab omnibus odio haberi. Cuique hæc & multa alia aduersum eum grauiora loqueretur, respondit Apollonius, dicens, misereatur tibi Deus fili, & nihil tibi horum quæ locutus es reputet ad peccatum. Hæc cum audisset Philemon corde compunctus est, viamque verborum eius super humanum motum in sua mente persensit, in tantum ut Christianum se repente fateretur. Et inde statim per uolat ad tribunal iudicis atque in conspectu iudicis totius populi proclamans iniuste (inquit) agis, o iudex viros religiosos & Deos amabiles puniens: nihil enim Christiani vel malefaciunt vel docent, at ille hæc audiens primo quidē pu-

rabat utpote loci illius hominem loci aliquid proponere. Sed cum vidisset hæc cum serio prosequentem, & cum omni constantia assistentem, insanis inquit, o Philemon & mente captus es subito, at ille. Ego inquit non insano, sed tu iniustissimus atque insanissimus iudex es, qui tot iustos iniuste perimis viros. Ego enim Christianus sum, quod est hominum genus optimū. Tunc ille coram populo cepit eum primo plurimis blandimentis reuocare uelle in id quod eum nouerat, sed ubi immobilē vidit, omnia intendit in eum genera tormentorum. Cognito vero, quod ex verbis Apollonij hæc ei fuerit facta permutatio, correptum etiam Apollonium grauioribus subdidit tormentis, & deceptoris in eum crimen exaggerat. Apollonius vero utinam inquit, & tu iudex & omnes qui assistunt & audiunt me, hunc meum quem dicis errorem deceptionemque sequeremini. At ille ubi hæc audiuit & ipsam, & Philemonem ignibus tradi in conspectu populi iuber. Illi vero postquam ingressi sunt flammæ beatus Apollonius cunctis audientibus clamat ad Dominum, dicens, Non tradas Domine bestijs animas consentium tibi, sed ostende nobis Domine euidēter salutare tuū, igitur ubi hoc in auditu populi, & iudicis ad Dominum locutus est Apollonius

gius repētenubes repleta rore circumdedit viros, & flammæ accensæ ignis extinxit. super quo obstupefacti & iudex & populus, vna voce omnes clamare cœperunt. Magnus & vnus est Deus Christianorum solus immortalis. Sed hæc cum fuissent præfecto Alexandriæ nunciata, semetipso truculentior redditur, & electis quibusdā de officio crudelissimis & sauiissimis, non tam hominibus, quam bestijs, mittit qui & ipsum iudicem, qui mirabilibus diuinis crediderat, & eos per quos virtus Dei apparuerat, vinctos in Alexandriam deduceret. Igitur cum adducerentur omnes pariter vincti, affuit gratia Dei in verbo, & cœpit Apollonius eos, qui se vinctos ducebant, fidem Dei docere. Quique cum Domini misericordiam credidissent, & fidem Dei tota cordis firmitate recepissent semetipsos cum his quos exhibere venerant, vinctos offerunt iudici, & Christianos se esse pariter præstentur. Quos cum præfectus in fide Dei pertinaces & immobiles peruidisset, vniuersos pariter iubet in profundum maris demergi, ignorans impius quid ageret. Hoc enim sanctis non mors, sed baptisma fuit. Sed horum corpora sine dubio Dei prouidentia integra illibataque maris vnda re portauit ad litus, quæque ab his qui obsequij causa simul venerat

suscepta ac reuocata sub vno sepulchri domicilio collocata sunt a quibus vsque, ad præsens tempus virtutes multæ & signa miranda omnibus consummantur, sed & vota omniumque orationes suscipiuntur ab eis, & cum fructu petitionis implentur, quo etiam nos dignatus est Dominus adducere, & vota nostra orationesque complere.

De Sancto Diocoro.

Vidimus & alium venerabilem patrem apud Thebaidam Diocorum nomine presbyterum habentem in monasterio suo centum fere monachos quem tempore eo quo acceditur ad sacra, summam curam summamque perspeximus adhibere diligentiam, ne quis eorum, qui accedunt in aliquo deferret conscientie maculam, in tantum, ut etiam de his eos comoneret: quæ accidere per somnia omnibus solent vel per phantasias mulierum apparentum, vel etiam per naturalis humoris abundantiam. Dicebat ergo si quidem absque mulierum phantasias tale aliquid si eueniat non esse peccatum. Ingenitus enim humor in corpore ubi propria repleuerit receptacula suis necesse est ut meatibus digeratur & ideo non trahit ad peccatum. Vbi vero visus mulierum & blandimenta carnis occurrunt in hoc iam de suis anima: & erga huiusmodi co-

gitationes atque illecebras occupare dari confirmabat indicia. De bere ergo monachos (aiebat) omni genere a cogitationibus suis repellere huiusmodi simulacra indulgere eos omnino in hæc blandimenta dilauit sensus suos, alioquin nihil interesse videbitur inter eos & illos qui seculo viuunt. Sed laborandum est monachis, vt etiã naturalem humorẽ per multam ieiuniorum abstinẽtiã & frequentes orationes doment ac superet fluxamq; eius labem, orationis & ieiunij cõmutatione perstringat. Deniq; (aiebat) & qui delicijs viuunt si forte corporis sui ægritudo deposcat: ab omnibus quæ noxia esse iudicauerit medicabstinebunt, cur non hæc multo magis monachus faciat, cui animæ & spūs sanitas expetenda est.

¶ De Nyriæ monasterijs.

V Enimus autem & ad Nyriam famosissimum in omnibus Aegypti monasterijs locũ, qui quadraginta fere millibus adest ab Alexandria ex nomine vici adiacentis in quo Nyriũ colligitur, Nyria vocabulum trahens prospiciente hoc credo iam nunc diuina prouidentia, quod in illis locis peccata hominum tanquam Nyrris sordes abluenda essent & abolenda. In hoc igitur loco quingenta fere, aut nõ multo

minus cernunt vicina sibi & sub vno patre posita monasteria, in quibus aliqui plures, alij pauci, nõ nulli etiã singulares habitant, & mansionibus quidem diuisi, animo autem ac fide & charitate valde coniuncti & inseparabiles manent. Huic ergo cũ appropinquarem locovbi peregrinos fratres aduẽtare senserunt ferui Dei, cõtinuo velut examen apum singuli quiq; ex suis cellulis prorunt, atq; obuiam nobis lato cursu & festina alacritate contendunt, portantes secum quam plurimi ipsorum vrceos aquæ & panes, secundum qd propheta corripit quosdam dicit: quia non existis filijs Israel in obuiã cum pane & aqua. Tunc deinde susceptos nos adducunt primo cum psalmis ad Ecclesiam, lauãt pedes ac singuli quiq; lintheis quibus utebantur abstergunt quasi viã laborem leuantes re autẽ verã vitam humanarum nas mysticis traditionibus abluẽtes. Quid ergo nunc de humanitate eorũ, quid de officijs, quid de charitate loquar cũ omnes gesserint nos ad suum quisq; introducere monasterium, & non ea solũ quæ hospitalitati debentur expleri, sed & insuper aut de humanitate qua ipsi pollebant docere, aut de mansuetudine atq; alijs huiusmodi bonis, quæ apud illos velut ad hoc ipsum de seculo sequestratos, diuersa quidem gratia, vnã

tamen

tamen eademq; doctrina discuntur. Nusquam sic vidimus florere charitatem. Nusquã sic vidimus opus feruere misericordie, & studium hospitalitatis impleri. Scripturarũ vero diuinarũ meditationes, intellectus atq; sciẽtiæ diuinæ, nusquã tãtavidimus exercitia vt singulos pene eorum oratores credas in diuina esse sapientia.

De loco qui dicitur Cellia.

OST hunc vero alius est locus in deserto interiori, decẽ fere ab hoc millibus distans, quæ locum pro multitudine dispersarum in Eremo cellularum, Cellia nominauerunt. Ad hunc locum hi qui prius fuerunt imbuti, & secretiorem iam depositis rudimentis ducere volunt vitam secedunt. Eremus enim est vasta & cellulae tanto inter se spatio direptediuiduntur, vt neque in conspectu sibi inuicem neque in vocis auditu sint positæ. Singuli per cellulas commanent silentium ingens & quies magna inter eos est, die tantum Sabbati & Dominica in vnum ad Ecclesiam conueniunt, & ibi semetipsos inuicem tanquam cœlo redditos vident. Si quis forte in conuentu illo defuerit, intelligunt statim eum corporis aliqua inæqualitate detentum & ad visitandum eum nõ omnes simul, sed diuersitate tẽporis om-

nes aduunt, portantes vnusquisq; si quid apud se est, quod ergo possit gratum videri. Aliam vero ob causam nullus audet proximi sui obturbare silentium, nisi si quis forte qui potest verbo instruere, & velut athletas in agone positos sermonis cõsolatione vngere. Multi ipsorũ a tribus & quatuor millibus passuum ad Ecclesiam conueniunt, ita longo à semetipsis spatio habitationis eorum cellula dirimuntur, sed charitas in eis tãta est, & tanto inter semetipsos & circa omnes fratres constinguntur affectu, vt in admiratione & in exemplo sint omnibus. Vnde & si quis forte voluerit habitare cum eis, vbi intellexerint vnusquisque cellulam suam offerre.

¶ De Sancto Ammonio Abbate.

V Idimus quendam apud eos venerabilem patrem Ammonium nomine, virum in quem Dominus omnem plenitudinem spiritualium contulerat gratiarũ. Charitatis in eo gratiam si videres, nihil tale vsquam vidisse te crederes. Sed & si humilitatem considerares, longe eum in hoc dono præstantiorem ceteris fatereris. Et rursus si patientiã si mansuetudinem, si benignitatẽ in singulis eum ita præcellere iudicares, vt quid cui præferri debeat ignorares. Donum vero sa-

D 5 pien-

scientiæ & scientiæ tantum ei cōtulerat Dominus vt nullū fere ex omnibus parribus ita penetrasse aulas totius sciētiz crederes, nec ita aliquem receptum esse intra cubiculum sapientiæ Dei omnes quicumque eum viderent faterentur. Huic erant duo fratres Eusebius & Eutimius. Nā Dioscorus qui maior natu in eis fuerat ad episcopatus officiū raptus est. Hi ergo fratres erant ei non solū carne, sed & vita atque institutione & tota animi virtute germani. Qui omnes simul eos qui in illis locis habitabant fratres tanquam si nutritrix foueat filios suos ita vnum quenque instruētes consolabantur, & docentes ad summā perfectionem nitēbantur educere. ¶ Vidimus ergo supradictum hominem Dei Ammonium habentem monasterium inter eos muro circumdatum, quod in illis locis ex lateribus crudis fieri facile solet amplum & omnibus necessarijs instructum, in quo etiam puteum ipse foderat. Venit autē quidam frater qui saluari apud eos volens adiit eundem Ammonium rogans sicubi esset cellula vacans, in qua habitari posset. Tunc ille. Ego (inquit) requiram, sed donec inueniam hic esto in hoc monasterio. Ego enim iam nunc egrediar vt requiram. Et relinquens ei omnia pariter cum monasterio ipse procul ab eo lo-

co paruisimam cellulam reperit, atque in ea cōstituit, fratriq; qui nuper aduenerat, nec intelligenti ex integro, cum omnibus quæ in eo fuerant cessit monasterio. Sed & si plures fuissent qui forte venientes ad eos saluari cuperent, supradictus vir fratribus congregatis omnibus cum alacritate iuuantibus sub vna monasterium construebant. Et cum singulis quibusq; expleuisset numerum monasteriorum, inuitabantur hi qui mansuri erant ad Ecclesiam, quasi refectiois gratia, quibus mihi occupatis vnusquisque fratrum de cellulis suis proferentes quæ necessaria erant singulorū nouas cellulas instruebant, ita vt ex collatione charitatis nihil omnino vel vtensilium, vel quæ ad victum requiruntur deesset, nec tamen manifesta fieret vniuscuiusq; oblatio. Regressi ergo ad vesperam hi quibus fuerant cellula preparata inueniebant posita omnia quæ ad vsus essent necessaria, & ita instructa habitacula vt nihil prorsus deesse prospicerent.

De Sancto Didymo.

Vidimus inter eos quendam ex senioribus virum bonum nomine Didymū, in quo multa erat Domini gratia quā in eo etiam vultus ipse indicabat. Hic

scor-

scorpiones & cerastes, id est bestias quas cornutas vocant, & angues, quæ in illis locis pro feruore solis acerrimi habentur, tanquam terræ, quosdam vermiculos pedibus conculcabat, & ita extinguebat, vt nihil ab eis omnino pateretur.

¶ De Sancto Cronio.

Vidimus etiam alium apud eos summæ antiquitatis patrem Cronium nomine, in senectute bona & perfecta ætate durantem, centum nanque & decem agebat ætatis annos. Hic ex discipulis adhuc, beati Antonij supererat, cuius inter ceteras animi virtutes & humilitatis gratiā vidimus immensam.

¶ De Sancto Origene.

Erant autem & alius adhuc ex discipulis Antonij Origenes nomine, vir per omnia magnificus, & summæ prudentiæ, cuius sermo & narratio de virtutibus optimi magistri hominis Dei edificabat omnes audientes, & inflammabat vehementer, ita vt ocellis cerni quæ ab eo narrabantur putares.

¶ De Sancto Euagrjo.

Vidimus ibi, & sapientissimum virū ac per omnia mirabilem Euagrjū nomine: cui inter ceteras animi virtutes tāta concessa est gratia discernendorum spirituum & purgan-

darum, sicut Apostolus dicit cogitationum, vt nullus alius putaretur ex fratribus ad tantam subrilium & spiritualium rerum scientiam peruenisse. Cui quanuis rebus ipsis & experimētis, & (quod est super omnia) per gratiam Dei magna collata fuerit intelligentia, accidit tamē & hoc vt multo tēpore instructus fuerit à beato Machario: quem famosissimum in Dei gratia, signisque & virtutibus insignē fuisse omnibus notum est. Hic ergo Euagrjus incredibilis erat abstinentiæ, super omnia tamen monebat fratres si qui forte studium gererent vel humiliandi corporis: vel phantasias ab eo dæmonum propellendi: ne in bibenda aqua largiore mensura vterentur, dicebat enim. Quia si aqua multa corpori infundatur: maiores phantasias generat & largiora, receptacula dæmonibus præbet. Sed & multa alia de abstinentia: summa cum deliberatione edocebat. Ipse autem non solum aqua parcissima vtebatur, sed & pane penitus abstinēbat. Illi vero qui in illis locis morabantur fratres pane solo & sale contenti erant vt in illa omni multitudine: vix inuenires aliquē qui oleo saltim vteretur. Plures autem ex eis nec iacentes somnum, sed sedentes: & (vt ita dicam) in meditatione diuinorum verborum positi capiebant.

¶ De

De sancto Machario Aegypto.

Narrabant autem nobis quidam ex patribus, qui ibi erant, quod in locis illis duo Macharij quasi duo caeli lumina refulsissent ex quibus vnus Aegyptius genere, & discipulus beati Antonij fuit, alius Alexandrinus, quibus vt vocabulanominis, ita virtutes animi & caelestium gratiarum magnificentia concordabat. Vterque enim Macharius abstinenciae exercitijs & virtutibus animi aequaliter pollens, hoc solo alius praecellens, quod quasi hereditatem gratiarum & virtutum beati Antonij possidebat. Huc denique ferunt, aliquando cum homicidium in locis vicinis fuisset admissum, & innocenti cuidam impingeretur crimen admissum, confugisse ad eius cellulam is qui calumnia patiebatur, affuisse etiam eos qui perungebant, allegantes & dicentes periclitari se ipsos nisi comprehensum legibus traderent homicidam. Is vero cui crimen impingebatur cum sacramentis affirmabat: conscius se non esse sanguinis illius. Et cum diu ab vtraque parte certamen haberetur, interrogabat sanctus Macharius vbi sepultus esset qui dicebatur occisus. Cu designassent locum cu omnibus qui ad perurgendum hominem venerunt pergit ad sepulchrum, atque ibi fixis genibus inuocato Christi no-

mine ait ad eos, qui assistebant. Nunc Dominus ostendat si vere reus est hic: qui perurgetur a vobis. Et eleuata voce ex nomine clamabat defunctum. Cumque eo vocatus de sepulchro respondisset, ait ad eum. Per fidem Christi te obtestor, vt dicas si ab hoc homine, qui calumniam patitur occisus es. Tunc ille de sepulchro clara voce respondit dicens, non se ab eo esse interfectum. Et cum obstupescerent omnes decidissent in terram, ac pedibus eius aduoluerentur rogare coeperunt vt interrogaret eum a quo esset occisus. Tunc ille hoc (inquit) non in terrogabo. Sufficit enim mihi vt innocens liberetur, non est autem meum vt reus prodatur.

¶ Aliud quoque eius genus miraculi ferebatur. Cuiusdam è vicino oppido patris familias virgo filia, per phantasias magicas videbatur hominibus in equinum animal versa, vt putaretur equa esse: & non puella. Hanc adduxerunt ad eum. Tunc ille percunctatur. Quid sibi vellent. Aiunt parentes eius. Equa haec qua videt oculi tui puella virgo & filia nostra fuit: sed homines pessimi magicis artibus in animal hoc, quod vides eam verterrunt. Rogamus ergo vt ores Dominum, & comutes eam in id quod fuit. At ille ait. Ego hac qua ostenditis mihi puella video nihil in se

pecu-

pecudis habentem. Hoc autem quod dicitis non est in eius corpore, sed in oculis intuentium. Phantasia enim demonum sunt istae, non veritas rerum. Et cum introduxisset eam cum parentibus suis intra cellulam, fixis genibus orare Christum coepit, simulque & parentes hortabatur secum Domino supplicare, & post haec perungentes eam oleo in nomine Domini, omni fallacia visus expulsa virginem videri omnibus, vt etiam sibi videbatur effecit.

¶ Alia quoque iunior, puella ad eam deducta est cuius obscena corporis, ita omni ex parte coputruerunt, vt consumptis carnis interiora quoque & secreta naturae nudarentur, ac vermibus ebulliret inde innumeram multitudinem, ita vt nec accedere quidam quisquam ad eam posset, praefecto horrore. Haec cu allata a parentibus, & proiecta fuisset ante fores eius miserans virginis cruciatibus, a quo animo inquit esto filia, haec tibi ad salutem Dominus non ad interitum dedit, vnde providendum est magis, vt sanitas tua nullum tibi periculum conferat. Et cum institisset orationibus per septem continuos dies, & oleum benedicens in nomine Domini perungeret membra eius, ita eam sanam reddidit vt muliebris in ea naturae nulla forma, nulla species appareret, sed esset ei in-

ter viros conuersatio, absque formine suspicionis obstaculo.

¶ Aiebant praeterea, & aliquando venisset ad eum hereticum quendam hieracytam, quod genus haereseos inuenitur apud Aegyptum. Hic cum per multam loquendi artem plurimos fratrum qui habitabant in Eremo conturbaret ausus esset iam coram ipso fidei suae asserere prauitatem. Cui cum resisteret senior & contradiceret, ille verba simplicia argumentis callidis eludebat. Sed cu videret sanctus fide fratrum periclitari quid opus est (inquit) nos verbis contendere ad superuersionem audientium. Exeamus ad sepulchra fratrum, qui nos praecesserunt in Domino, & cui nostrum coesse rit Dominus suscitare mortuum de sepulchro sciat omnes quia illius fides probatur a Deo. Sermo hic omnibus, qui aderant fratribus placuit. Processerunt ad sepulchra, hortatus Macharius hieracytam, vt euocaret mortuum in nomine Domini. At ille. Tu inquit qui praeposui Prior reuocasti. Et Macharius posternens se in oratione ante Dominum vbi sufficenter orauit eleuatis sursum oculis suis ait ad Deum. Tu inquit Domine quis ex duobus nobis rectam fidem teneat ostende eleuato mortuo hoc. Et cum haec dixisset, fratris cuiusdam nomen qui nuper fuerat sepultus euocauit,

uit, cui ille cum de tumulo respō
disset, accedentes fratres conti-
nuo quæ superposita erant aufe-
runt: & eductum eum de sepul-
chro resolutis fasciis quibus cō-
strictus erat exhibuerunt viuē-
tem. Hieratica vero vbi hæc vi-
dit, obstupescit in fugam ver-
titur. Quem fratres quoque om-
nes insequentes, extra terminos
terre illius exturbauerunt. Mul-
ta etiam alia ferebatur de eo quæ
nimis proluxa sunt ad scribendū,
sed ex his paucis etiam cætera e-
ius opera noscuntur.

¶ *De virtutibus alterius Macharij vi-
delicet Alexandrini.*

Alius vero Sanctus Macha-
rius magnificas etiam ipse
virtutes consummauit, de
quibus & alij nonnulla scripse-
runt: quæ sufficere possunt ad vir-
tutis eius magnitudinem cōuen-
dam, & ideo nos ea compendio
præterimus. Ferebāt tamen eum
amatorem fuisse Eremi super om-
nes cæteros, ita vt etiam vltima
& incessibilia deserti perferuta-
tus sit loca vsque quo inueniret
(vt ferebatur) locum quēdam in
vltimis Eremi constitutum, & di-
uersis ac pomiferis arboribus cō-
strum, & omnibus bonis reple-
tum vbi etiam duos fratres inue-
nisse ferebatur quos cum rogaret
vt patretur à se deduci illuc mo-

nachos: vt ibi habitarent, quoniā
quidē locus & amœnus esset, &
abundās in omnibus necessarijs.
Responderunt. Non posse adhuc
illuc plures adduci, ne forte veniē-
tes per Eremum à dæmonibus de-
cipereatur. Multos enim dicebāt
esse dæmones in deserto ac mon-
stra, quorum molestias & callidi-
tates ferre multitudo infueta nō
posset. Regressus tamen ad fra-
tres cum indicasset de opportuni-
tate loci multorum inflammari
sunt animi vt pergerēt illuc cum
eo. Sed vbi patres reliqui senserunt
animos iuuenum concita-
tos, represserunt eos salubriore
consilio dicentes. ¶ Locus iste si
verē, vt iactatur a Iamne & Mam-
bre confitus est, non aliud de eo
credendum est, nisi quod diaboli
opere ad deceptionem nostram
preparatus sit. Si enim verē vt
perhibent deliciosus est & abun-
dans, quid sperabimus in futuro
seculo, si hic delicijs fruimur. Et
hæc atque alia huiusmodi dicen-
tes iuuenum feruentes animos re-
presserunt. Locus autem in quo
habitabat ipse Sanctus Macha-
rius Scythium appellatur. Est au-
tem in Eremito vastissima positus
diei & noctis iter habens de Ny-
trix monasterijs, & illuc nulla se-
mita, neq; terrenis aliquibus col-
ligitur vel mōstratur indicijs, sed
& stellarū signis & cursibus per-
gitur. Aqua raro inuenitur & si-
cubi

cubi inuenta fuerit, odoris quidē
ditissimi est & quasi bituminea,
sed saporis innoxij. Sunt ergo ibi
viri valde perfecti nec enim pa-
titur tam terribilis locus, nisi per-
fecti propositi habitatores sum-
maque abstinentiæ, charitatis ta-
men inter se, & erga omnes (si
qui forte ad eos accesserint) sum-
mum studium gerunt. ¶ Ferrur
denique cum Sancto Machario
viam quis aliquando derulisset,
ille qui secundum charitatē non
quæ sua sunt, sed quæ alterius co-
gitaret ad alium fratrem deferri
eam (qui quasi infirmior videba-
tur) iubet. Tunc ille gratias egit
Deo pro fratris officio, sed &
ipse nihilominus plus de proxi-
mo quàm de semetipso cogitans
ad alium pertulit, & ille ite ad
alium. Et sic cum per omnes cel-
lulas quæ longe à semetipsis per
Eremum dispersæ erant vna cir-
cunlata esset, ignorantibus eis,
quis eam primo misisset ad vlti-
mum ipsi deferret, qui eam mi-
serat. Gratulatus est autem San-
ctus Macharius, quod tantam vi-
deret in fratribus continentiam,
tantamque charitatem, ad acro-
ra semetipsum spiritualis vitæ ex-
tendit exercitia. Ad fidem nam-
que confirmandam nobis affir-
matum de eo est ab his qui ex o-
re eius audierant, quod quodam
tempore noctis dæmon ad ostiū
cellulæ eius pulsauit dicens, Sur-

ge abbas Machari, & camus ad
collectam vbi fratres ad vigilias
congregantur. Sed ille qui gratia
Dei repletus falli non poterat in-
tellexit diaboli esse fallaciam, &
ait. O mendax & veritatis inimi-
ce. Quid enim tibi cōsortij, quid
societatis est cum collecta & con-
gregatione Sanctorum? At ille.
Latet ergo te, inquit, o Machari
quod sine nobis nulla collecta a-
gitur nullaque congregatio mo-
nachorum. Veni denique, &
videbis opera nostra. Tunc il-
le. Imperet, inquit, tibi Domi-
nus: dæmon imunde. Et con-
uersus ad orationem: petijt à Do-
mino, vt sibi ostenderet si hoc ve-
rum esset: quod gloriatus est dæ-
mon. Abijt ergo ad collectam: v-
bi à fratribus vigiliæ celebraban-
tur: & iterum in oratione domi-
num deprecatur, vt sibi verita-
tem verbi huius ostendat. Et ec-
ce vidit per totam Ecclesiam qua-
si paruulos quosdam pueros AÆ-
tiopes tetros discurrere huc at-
que illuc & velut volitando de-
ferri. Mos autem est inibi seden-
tibus cunctis, ab vno dici psal-
mum cæteris vel audientibus vel
respondentibus. Discurrentes er-
go illi AÆtiopes pueri: singulis
quibusque sedentibus alludebāt
& sicubi duobus digitulis oculos
compressissent statim dormitabar.
Si cui vero in os immerissent di-
gitum: oscitare eum faciebant.

Vbi

Vbi vero post psalmum ad orandum processissent fratres præcurrebant nihilominus singulos, & ante alium iacentem in oratione quasi mulierum specie ferebantur ante alium quasi ædificantes, aut portâtes aliquid, aut diuersa quæque agentes apparebant. Et quæcunque dæmones quasi ludendo formassent hæc orantes illis, in cordis sui cogitatione versabant. A nonnullis tamen vbi aliquid horum agere cœpissent, quasi vi quadam repulsi præcipites dei ciebantur, ita vt nec stare qui dem profus, aut transire iuxta eos auderent, alijs vero etiam infirmis fratribus supra ceruices & dorsa ludebant quia non erant in sua oratione intenti. Hæc cum vidisset Sanctus Macharius ingemuit grauitè, & lachrymas profundens ad Dominum, respice (ait) Domine, & ne silcas, neque mitigeris Deus? Exurge vt dispergantur inimici tui, & vt fugiant à facie tua quoniam anima nostra repletur illusionibus. Post orationem tamen examinandæ veritatis gratia seorsum euocatis singulis quibusque fratribus, ante quorum faciem viderat dæmones diuerso habitu, & varijs imaginibus ludentes, requirit ab eis si in oratione vel ædificandi cogitationes habuerint, vel iter agendi, vel alia diuersa, quæ vnicuique imaginata per dæmones viderat

& singuli eorum ita confitebantur in corde suo fuisse vt ille arguebat, & tunc intellectum est, quod omnes vanæ & superfluz cogitationes quas vel psalmorum vel orationum tempore vnusquisque conceperit ex illusionè demonum fiant, ab his autem qui omni custodia seruât cor suum tetri repelluntur Æthiopes. Deo enim coniuncta mens, vt in ipsum præcipue tempore orationis intenta nihil alienum, nihil superfluum recipit. Aliud quoque multo terribilius addebat quod vidisset eo tempore quo fratres accedebant ad sacramenta. Vbi porrexissent ad suscipiendum palmas in nonnullorum manibus præuenientes Æthiopes carbones, deponere, corpus autem quod tradi manibus sacerdotis redire videbatur ad altare, alijs vero quos meliorum merita iuuabant, extendentibus manus ad altare longe recedere dæmones, & cū ingenti metu effugere, angelum enim Domini assistere videbat altari qui cum sacerdotis manu suam quoque manum in sacramentorum distributione exponeret. Et ex hoc iam permansit ei à Deo gratia ista, vt in vigilijs fratrum psalmorum & orationis tempore, si quis aliud aliquid secundum illusionem dæmonum in corde cogitasset, agnosceret, & accedentium ad altare, vel in dignitates, vel merita eum

non

non laterent. Quodam autem tempore ambo, Macharij homines Dei cum fratris cuiusdam videnti gratia iter agerent ascenderunt nauigium: quo fluuiustransiri solent. In quo nauigio erant simul quidam tribuni diuites homines præponentes equos plurimos ac pueros, & multa secum ministeria habentes. Horum vnus cum videret in vltima nauigij parte vilibus indumentis atque ad omnia expeditos iacere monachos ait ad eos. Beati estis vos qui huic seculo illuditis nec quicquam ex eo inquiritis: nisi indumentum vilissimum & parcellimum victum. Tunc vnus de Macharijs respondit ad eum. Vere quidem vt dicis, qui Deum sequuntur, illudunt mundo, sed miseremur vestri, quod vobis è contrario mundus illudit. Tunc ille compunctus super hunc sermonem, statim vt peruenit ad domum suam, derelictis omnibus, vel distractis quæ habebat & pauperibus datis, ipse Deum sequi cœpit & ad monachorum exercitia properauit. Sed & multa: vt diximus alia de operibus Sancti Macharij Alexandrini mirabilia feruntur, ex quibus nonnulla in 11. libro Ecclesiasticæ historix inserta qui requirit inueniet.

(.?)

¶ De Sancto Ammone primo Nitriae monacho.

INitium sane habitationis monasteriorum, quæ sunt in Nitria sumptum tradebant ab Ammone quodam cuius animam (cum exisset de corpore) vidit ferri ad cœlum sanctus Antonius sicut refert scriptura illa, quæ vitam describit beati Antonij. Hic igitur Ammon locupletibus, & generosis parentibus natus est à quibus inuitus ad nuptias cogebatur. Et cum vim parentum non posset effugere: accepta virgine cum intra nuptiales thalamos conuenissent, & data eis essent cubiculi secreta silentia, alloqui puellam de pudicitia & conseruanda virginitate cœpit & hortari, dicens, quia corruptio sine dubio inueniet corruptionem, incorruptio vero incorruptionem sperat. Multo melius est si vterque nostrum in virginitate perduret, quàm vt alter corrumpatur ex altero. Acquiescit virgo, silentio tegitur incorruptionis thesaurus. Cūque plurimo tempore solius Dei contenti testimonio Deo magis essent quam carni & sanguini coniuncti, post obitum parentum, ille quidem ad hunc vicini deserti secedit locum, virgo vero intra domum residens in breui & ipsa multitudinem virginum, & ille multitudinem monachorum congregabat. Cumque secretius reside-

E ret in

ret in Eremito adolescens quidam qui morsu canis rabidi in rabiem veclus est, multis vinculis catenis ad eum deducitur prosequen- tibus eum parentibus suis, & ro- gantibus pro eo. At ille. Quid (in- quit) mihi molesti estis, o homi- nes. Supra merita mea est, quod expetitis, sed tamen hoc vobis in- dicare possum, quod in manibus vestris est eius sanitas. Reddite vi- dum bonem suum quem furari es- stis, & sanus reddetur vobis filius vester. At illi extrinuerunt qui- dam valde, quod ea que in secre- to gesta sunt non latuerunt homi- nem Dei. Gausi sunt tamen quod hanc eis viam salutis ostendit, & sine mora, ut reddiderunt direp- ta, orante homine Dei etiam iuue- ni sanitas redijt. ¶ Alio quoque tempore cum venissent ad eum qui- dam: probare volens animos ipso- rum dicit dolium sibi esse necessa- rium, ubi aquam pro aduenienti- bus congregare. Et cum polliciti fuissent perlaturos se, vnus ex ip- sis graue sibi duxit, dicens pericli- tare posse camelum suum si ei ta- graue onus imponeret. Et ait ad alteram. Tu si vis aut potes de- ferre ergo, camelo meo parcam ne moriatur. Tunc alter ait. Mihi in- quit, ut ipsi nosti camelus non est, sed asinus. Nunquid quod came- lus portare non potest, valet asi- nus portare. At ille facito inquit quod vis tu videbis. Ego enim

non interimam camelum meum. Tunc ille, ego inquit impono a- sino meo pondus, quod tu came- lo tuo onerosum dicis, & meri- to homini Dei satisfaciam, quod impossibile est esse possibile. Et ita impositum dolium asino suo peruenit vsque ad monasterium hominis Dei, ita ut nec sentiret asinus se aliquid oneris portare. Quem ut vidit Ammon, bene fe- cisti inquit in asino deferens do- lium, college enim tui camelus mortuus est. Et regressus iouenit ita gestum, ut praedixerat famu- lus Dei. Sed & multa alia per eum signa Dominus ostendit. Nam & fluium Nilum cum transire vel- let, & exuere se erubesceret vir- tute Dei subito in alteram ripam translatus dicitur. Beatus autem Antonius in summa admiratio- ne vite huius iustitiam, atque a- nimi eius virtutes habuisse memo- rat.

De sancto Piamone.

NON autem mihi videntur dignum etiam eius Ere- mi habitatores, quae Par- threnio mari adiacet, & vicina est oppido, quod Diolcho dicitur silentio praeterire. In quo vidi- mus quendam presbyterum ad- mirabilem nomine Piamonem, totius humilitatis, & benignita- tis virum habentem etiam reue- latio

lationum gratiam. Denique cum quodam tempore Domino sacri- ficia offerret, vidit angelum Dei stantem iuxta altare, & vnuscu- iusque monachorum accedentium ad altare, scribentem nomina in libro: quem tenebat in manibus, quorundam tamen nomina non scribentem. Cumque diligenter obseruasset senior, qui essent quo- rum nomina non scripsisset postea quam sunt completa mysteria, vnumquemque eorum seorsum vo- cans perferatur. quid eis in oc- culto peccati fuisset admissum & inuenit ex confessione eorum v- numquemque mortalis peccati obnoxium. Tunc hortatus est eos agere poenitentiam, & semetip- sum cum eis ante Dominum pro- sternens die ac nocte tanquam ipse in eorum peccatis esset obnoxius flebat, & tandiu permansit cum eis in lacu & lachrymis & poe- nitentia, donec iterum videret eundem angelum stantem & scri- bentem accedentium nomina. Et postea quam omnium scripsit, tunc etiam illos ex nominibus e- uocantem, atque ad reconcilia- tionem altaris inuitantem. Et vbi haec senior vidit, intellexit eorum susceptam esse poenitentiam, & sic eos altari tota cum gratula- tione restituit. Hunc etiam quo- dam tempore ferebant a demoni- bus ita verberatum, ut stare aut moueri omnino de loco non pos-

set. Et cum dies adesset Domini- ca, & res posceret offerri sacri- ficiu iussit se fratrum manibus ad altare portari. Vbi cum in ora- tione iacuisset astantem conti- nuo vidit angelum Domini, qui stare solebat altari, & porrigen- tem sibi manum atque eleuatam se de terra, & statim dolor omnis ita ab eo discessit, ut solito sanis redderetur.

De sancto Ioanne.

Erat in ipsis locis vir sanctus ac totius gratiae dono reple- tus Ioannes nomine, in quo tanta erat consolationis gratia, ut quacunque moestitia, quocunq; taedio oppressa fuisset anima, pau- cis eius sermonibus alacritate, & letitia repleretur. Sed & sanita- tum gratia plurima ei a Deo do- nata est. In alijs quoque quam pluri- mis locis Aegypti, sparsim vidi- mus sanctos Dei virtutes multas & mirabilia facientes & gratia Dei plenos, sed paucos ex multis me- morauimus. De omnibus enim ex- plicare supra vires nostras est. Nam de his qui in superiore Theba- dae id est circa ipsam Syrenem, ha- bitare dicuntur, auditu solo com- perimus, quod his pene omnibus quos vidimus, celsiores illi & ma- gnificentiores habebantur. Ac- cedere vero ad ipsos pro itineris periculo nequimus, quia quamuis

omnia illarū partium loca latro-
nibus incurserunt, illa tamē quæ
ultra ciuitatē Lyco sunt etiā bar-
baros patiūtur. Et ideonullus no-
bis ad eos accessus fuit, quia re ve-
ra nec eos quos superius memo-
rauimus, absq; periculo vidimus,

¶ De periculis itineris ad Eremos.

Septies nanque in hoc itinere
periclitati sumus in octauo
autem sicut scriptum est, nō
obtinuit nos malum Deo nos in
omnibus protegente. Denique se-
mel per quinque dies, ac noctes
incedentes per Eremū, siti ac lasi-
tudine periclitati sumus. Alio
quoque tempore incurrimus lo-
ca, in quibus est conuallis qua-
dam humorem ex semetipsa gi-
gnens salum, quem continuo ca-
lor solis velut hyemalem pruina
in glaciem, ita in salem stringit,
& tanquam fudes acutas ex ipso
exasperant loca, vt non solum nu-
dos pedes vt habeamus nos, sed
& calciamētis munitos, terebret
ac fecet. In his ergo inuenti ma-
gno cum periculo vix euasimus.
Tertio cum nihilominus per Ere-
mū pergeremus, incurrimus val-
lem quandam humorem ex seme-
t ipsa similiter gignentem, sed in-
tra semetipsam cum feruantem,
cuius solum laxum & fœtidum
sceno repletum transire cupien-

tes vsque ad latera descendimus,
Cumque pene ibidem in eadem
mergeremur, exclamantes ad Do-
minum vocē psalmi protulimus,
dicentes, Saluum me fac Deus,
quoniam intrauerunt aquæ vsq;
ad animam meam. Infixus sum
in limo profundi, & non est sub-
stantia. ¶ Quartū impetulimus in
aquis quibusdam, quæ ex inunda-
tione fluminis Nili remanserant,
in quibus triduo continuo affli-
cti, vix euadere potuimus.

¶ Quintū periculum fuit nobis
à latronibus cum secus mare iter
perageremus, qui per decem mil-
lia passuum insequētes, nos quos
perimere ferro non potuerant, pe-
ne exanimēs reddiderunt per fu-
gam. ¶ Sextū discrimen nobis
in ipso flumine Nilo fuit, in quo
nauigātes pene submersi sumus.
¶ Septimū in stagno quod Ma-
rethe vocabulo appellatur, ven-
to feuiēte in Insulam quandam
iecti sumus, hyeme grauissima
super nos & tempestate fluente.
Erat enim tempus, quo epipha-
niorum dies celebrantur. ¶ Octa-
uum autem fuit, quod cū ad Ny-
trix monasteria venire mus, lo-
cum quandam incidimus in quo
reflucus Nili aqua residens velut
stagnum quoddā effecerat in quo
multæ bestię, præcipue croco-
dili plurimi erant. Qui cum ad
temperiem solis exissent, resoluti
circa ora stagni iacebant, ita vt
igno-

ignorantibus nobis mortui vide-
rētur. Et cum accederemus ad vi-
dendum mirandamq; magnitudi-
nem bestiarum, quas exanimēs
putabamus, continuo vt sonum
pedum senserūt excitare, irruere
& insectari nos vehementer cœ-
perunt. Nos autem magno cum
clamore & metu nomen Christi
inuocauim⁹, cuius misericordia

affuit, & bestię quæ contra nos
insurrexerunt, quasi ab angelo re-
pellente, in stagnū protinus pro-
iectæ sunt. Nos autem cursu con-
cito ad monasteria festinauimus
gratias agentes Deo nro qui nos
detaris periculis liberauit, & tan-
ta nobis ostendit mirabilia. Ipsi
gloria & honor & potestas & im-
perium, in secula seculorū. Amē.

¶ Finit vita & conuersatio Sanctorum Patrum Egyptiorum & qui
in Scythia & Thebaida morabantur, quemadmodum beatus
Hieronymus multo labore conspexit, & relata a fide-
dignis audiuit, & diligenter conscripsit.

INCIPIUNT GESTA SANCTORUM PATRUM AEGY-
ptiorum Scythia & Thebaida, quæ beatus Hieronymus authenticè
conscripsit, & e Greco fideliter in Latinum transtulit, imo
etiam ab alijs translata in unum collegit.

¶ Prologus beati Hieronymi presbyteri in vitam Sancti
Pauli primi Eremitæ.



ANTIER multos saepe dubitatum est, a quo potissimum mona-
chorum Eremus habitari cepta sit. Quidam enim alius repe-
tentes a beato Helia, & Ioanne principia sumpsisse dixerunt
quorum & Helias plures nobis videtur fuisse quam monachus
& Ioannes ante prophetare cepisse quam natus esse. Alij au-
tem inquam etiam opinionem vulgus omne consentit, asserunt Antonium hu-
ius propositi caput, quod ex parte verum est. Non enim tam ipse ante omnes
fuit, quam ab eo omnium imitata sunt studia. Amathas vero & Macharius
discipuli Antonij, e quibus superior corpus magistri sepeliuit, etiam nunc af-
firmant Paulum quendam Thebecum principem resistis fuisse: sed non nomi-
nis quam opinionem nos quoque probamus. Nonnulli & hæc & alia prout vo-
luntas tulit, iactant subterraneo specu trinitus calcaneo tenuis hominem,
& multa alia pressequi otiosum est incredibilia fingentes: quorum quia impu-
dens mendacium fuit, repellenda quidem eorum sententia videtur. Igitur quia

de Antonio, tam Græco quam Romano stylo diligenter memoria traditum est, pauca de Pauli primi Eremita principio, & sine scribere disposui, magis quia res omnia erat, quam fretus ingenio. Quomodo autem media aetate vixerit, aut quas Satana pertulerant insidias nulli hominum compertum habetur.

¶ Incipit vita Sancti Pauli primi Eremitæ.

Sub Decio & Valeriano persecutoribus quo tempore Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine felici cruore damnati sunt, multas apud Aegyptum & Thebaidâ Ecclesias tempestas sua populata est, voti tunc Christianis erat pro eo nomine gladio percuti. Verû hostis callidus tarda ad mortem supplicia conquirens animas querebat iugulare, nõ corpore. Et ut ipse quia ab eo passus est, Cyprianus ait volentibus moti non permittebatur occidi. Cuius ut crudelitas notior fiat, duo memoriæ causa exëpla subiiciamus. Perseuerantem in fide martyrem, & inter equuleum flammæsq; victorem iussit melle perungi & sub ardentiissimo sole, ligatis post tergum manibus reponi, scilicet ut muscarum aculeis cederet, qui ignitas sarragines ante superasset. Alium iuuenili ætate florëtem in amoenissimos hortulos precepit adduci, ibique inter candida lilia, & rubetes rosas cum leui murmure iuxta serperet rinulus, & molli sibilo arborum folia vetus stringeret super stratum plumis lectulum resupinari iussit,

& ne se inde posset excutere blandis sectorum nexibus irretitum relinquit. Quo cum recederibus cunctis meretrix speciosa venisset, cepit delicatis stringere colla complexibus & quod dicitur quæque scelus est, manibus atterere virilia, ut corpore in libidinem concitato se vidit impudica superiaceret. Quid ageret miles Christi aut quomodo se conferret nesciebat, quæ tormēta non vicerat ne superaret abominata voluptas. Tandem coelitus inspiratus, præcisâ mordicus linguam in osculantis se facie expuit ac sic libidinis sensum succidens doloris magnitudo præripuit. Per idem ergo tempus quo talia gerebatur apud inferiorē Thebaidâ cum sorore iam viro tradita post mortem amborum pariter in hereditate locupletis Paulus relictus est annorum circiter sedecim, literis tam Græcis quàm Aegyptiacis apprime eruditus, mansueti animi, Deum valde amans. Sed dum persecutionis detoneret procella, in villam remotiorē & secretiorē recessit. Verum, quid pectora humana non cogis auri sacra fames? Sororis maritus cepit prodere velle quem celare debuerat. Non illum ut assolere xoris lachryma, non communi sanguinis,

nis, non spectas cuncta ex alto Deus a scelere suo reuocat. Aderat, instabat, crudelitate quasi pietate utebatur. Quod ubi prudētissimus adolescens intellexit, ad montem scelerata confugiens, dum persecutionis finem prestolaretur, necessitate involuntate venit, ac sic paulatim progrediens, rursusque tantum de subsistens, atque idem sapiens faciens reperit saxum morte, ad cuius radices haud gradis spelunca lapide claudēbatur. Quo remoto ut est cupiditas hominum auidius occulta cognoscere animaduertit intus non grande vestibulum. Quod aperto desuper celo, patulis diffusa ramis, vetus palmacōtexerat, forte lucidissimum ostendens, tam modo foras eadem continuo quæ genuerat terra forbebat. Erant præterea per extensum montem non pauca habitacula, & in quibus scabre iam incudes & malei (quibus pecunia furtiua signabatur) videbatur. Hunc locum Aegyptiorum litera ferunt furtiuam monetam officinam fuisse, ea tempestate qua Cleopatra iunctus Antonius est. Igitur adamato & quasi a Deo sibi oblato habitaculo, omnem ibidem in orationibus & solitudine duxit ætatem, cibum & vestimentum palma præbebat. Quod ne cui impossibile videatur, Iesum testor & sanctos angelos eius, in ea parte Eremitæ, quæ iuxta Syriam Sarracenis iungitur, & vidisse me monachos & videre est quibus v-

nus triginta iam per annos clausus, ordeaceum panem manducabat, & lutulētam aquam bibebat. Alter in cisterna veteri quam gentili sermone Syri gubra, alias gippum vocant, quinque caricis per singulos dies sustentabatur. Hac incredibilia videntur his qui non crediderint omnia possibile esse credentibus. Sed ut ad id redeam unde digressus sum: cum iam centesimo tertio decimo ætatis suæ anno beatus Paulus cœlestem vitam in terris ageret, & nonagenarius in alia solitudine moraretur Antonius ut ipse asserere solebat hæc in mentem eius cogitatio incidit nullum ultra se meliorem monachorum in Eremita concidisset. At illi per noctem quiescenti reuelatum est esse alium interiorius multo se meliorem ad quem videndum deberet properare. Illico erumpente luce venerabilis senex infirmos artus baculo regente sustentans cepit ire velite quo nesciebat. Et iam media dies coqueute desuper sole feruebat, nec tamē a cepto itinere deducebatur, dicens, Credo in Deum meum, quod feruum suum quem mihi promisit ostendet. Nec plura his, interea contipicatur hominem equo mixtum, cui opinio portarum centauri vocabulum indidit. Quo viso salutaris impressio ne signi armat frontem. Et exquirō (inquit) qua nam in parte Dei

feruus hichabitat. At ille barbarū
nescio quid infrendens. & frāgēs
porius verba quā p̄loquens, in-
ter horrentia ora satis blādū quæ
fuit alloquium & cū dextræ ma-
nus protensione cupitum indicat
iter, ac si per patētes cāpos volitā
do transmittens se in fugā ex ocu-
lis mirātis euauit. Verū hoc vtrū
diabolus ad terrendū eum simula-
uerit, an vt solet Eremus, mōstruo-
forū ferax animalū, istā quoque
signat bestia incertum habemus.
¶ Stupēs itaq; Antonius & de eo
quod viderat secum voluens, vi-
terius progrediebatur. Nec mora
inter saxosam cōuallem aut gradē
homunculum videt, ad uncis narī-
bus, fronte cornibus asperata, eu-
ius extrema pars corporis, in ca-
prarum pedes desinebat. Ad hoc
spectaculum Antonius scutum si-
dei & lorica spei bonus p̄liator
arripuit nihilominus memoratū
animal palmarum fructus eidem
ad viaticū quasi pacis obsoles
ferebat. Quo cognito, gradū p̄f-
sit Antonius & quisnā esset inter-
rogans hoc ab eo responsum acce-
pit. Mortalis ego sum & vnus ex
accolis Eremi, quos vario delusa
errore gētilitas faunos & satyros
& incubos colit, legatione fugor
gregis mei. Precamur vt pro nobis
cōmunem Dñm deprecetis, quē
pro salute mundi olim venisse co-
gnouimus: nā in vniuersam terrā
xiuit sonus eius. Talia eo loquē-

re, lōgquus viator vberim lachry-
mis faciem rigabat, quasmagnitu-
do latitiae indices cordis effude-
rat. Gaudebat quippe de Christi
gloria, & de interitu Satanae, si-
mulq; admirans quod eius posset
intelligere sermonē, & baculo hu-
mum percutiens, aiebat. Vx tibi
Alexātria, quæ pro Deo portēta
veneraris, v̄tibi ciuitas meretrix
in quā totius orbis dāmonia con-
faxere. Quid nūc dictura est? Bes-
tia Christū loquuntur, & tu pro
Deo portēta veneraris. Nec dum
verba cōpleuerat, & quasi penni-
gero volatu petulcum animal au-
fugit. Hoc ne cui ad incredulitatē
scrupulum moueat, sub rege Con-
stātino vniuerso mundo teste de-
fenditur. Nam ad Alexandria istius-
modi homo viuis perductus
magnum populo spectaculum p̄æ-
buit, & postea ne cadauer ex ani-
me calore æstatis dissiparetur, sa-
le infusum ad Antiochiā, vt ab im-
peratore videretur, allatum est.
¶ Sed vt propositū persequar, An-
tonius cœpta regione pergebat,
ferarū tantum vestigia intuens &
Eremi latam vastitatem, quid age-
ret quo verteret gradū nesciebat.
Iam altera fluxerat dies restabat
vnum, vt deserit se à Christo non
posse cōsideret. Perseuerās secun-
das in oratiōibus exigit tenebras
& sub dubia adhuc luce: nō lōgē
intuetur lupam sitis ardoribus an-
helantem, ad radices montis irre-
pere.

perere. Quam secutus est oculis, &
iuxta speluncā, cum fera abiisset,
accedēs cœpit intropiscere, nihil
curiositate proficiente, tenebris
aufferētibus visum. Verum (vt scri-
ptura ait) perfecta dilectio foras
mittit timorē, suspenso gradu &
ānhelitu tēperato, callidus explo-
rator ingressus est, ac paulatim
progrediens læpiusq; subsistens
sonum aure captabat. Tandē per-
caxa noctis horrorem procul lu-
men intuitus, dum auidius prope-
rat ofenso pede lapidem instrepi-
tum concitabat. Post cuius soni-
tum beatus Paulus ostiū quod pa-
tebat, claudens fera obfirmavit.
Tunc vero Antonius p̄foribus
corruēs, vsque ad sextā & eo am-
plius horam aditum precabatur,
dicens, Quis sim, vnde & cur ve-
nerim nōsti. Scio me non mereri
cōspectū tuum, tñ nisi videro, nō
recedā. Qui bestias suscipit, homi-
nem cur repellis? Quæ sui & inue-
ni. Pulso vt aperiatur mihi. Quod
si nō impetro: hic moriar ante po-
stes tuos, certe sepelies vel cada-
uer meum. Talia perstabat memo-
ratus fixusque manebat. Ad quē
responsum Paulus ita reddidit he-
ros. Nemo sic petit, vt minetur.
Nemo cum lachrymis calumniā
facit, & minaris si nō recipiam te-
cū moriturus adueneris. Sic arri-
dens patefecit ingressum. Quo a-
perto, dum in mutuos miscerētur
complexus, proprijs se salutare co-

perunt nominibus, gratia dño in-
cōmune ib eis referuntur, & post
sanctum osculum, residens Pau-
lus cum Antonio, ita exorsus est.
Et quem tanto labore quaesisti pu-
tribus senectute mēbris operit in-
cultā canicie. En vides hominem
in puluere mōx futurum. Verum
quia charitas omnia sustinet, nar-
ra mihi quæso quomodo se homi-
nū genus habeat. An in antiquis
urbibus noua testa cōsurgat quæ
mundus regatur imperio. An su-
persint aliqui qui demonū errore
decipiantur. Inter has fermocina-
tiones suspiciunt alitem coruum
in ramo arboris cōsedisse. Qui in-
de leuiter subuolās, integrum pa-
nē ante mirantium ora deposuit.
Post cuius abscellum eis inquit,
Paulus: dñs nobis p̄adium misit.
Verē pius, verē misericors. Sexa-
ginta iam anni sunt quod dimidij
semper panis fragmenta accepi,
verum ad aduentum tuum militi-
bus suis Christus duplicauit anno-
nā. Igitur in Deū gratiarum actio-
ne celebrata, super vitrei fontis
marginē vterq; cōsedit. Hinc ve-
ro quis frangeret panē orta cōfē-
tio pene diem duxit in vesperum.
Paulus more cogebat hospitij, An-
tonius iura refellebat ætatis. Tam-
dem cōsiliij fuit, vt apprehēso è ro-
gatione panē, dum ad se quisq; ni-
titur, pars sua remāsit in manibus
De hinc paululum aquæ proni in
fonte ore lamberunt & immolan-

res Deo sacrificium laudis, ne tē
trāsegere vigilijs. Cumq; iā esset
terris redditus dies, beatus Pau-
lus ad Antonium sic locutus est.
Olim te frater in illis regionibus
habitare sciebā, olim conferuum
meū mihi, pmiserat dñs. Sed quia
iam dormitionis tēp^o aduenit, &
q̄ semper cupierā dissolui, & esse
cum Christo, peracto cursu supe-
ret mihi corona iustitiae tu mis-
sus a dño es, qui humo corpuscu-
lum regas, imo terrā terrā reddas
His Antonius auditis, flens & ge-
mens ne se desereret, atq; ut comi-
tem talis itineris acciperet, preca-
batur. Et ille. Non debes inquit
quittere quae tua sūt, sed quae alie-
na. Expedi quidē tibi sarcina car-
nis abiecta agnū sequi, sed & ca-
teris expedit fratribus, ut tuo ad-
huc instruatū exēplo. Quā obrē
perge quae so (nisi molestum est)
& pallium quod tibi Athanasius
Episcop^o dedit, ad obuolūndū
corpuscu lū meū defer huc. Hoc
autem beatus Paulus rogauit, nō
q̄ magnō opere curaret, utrum tē-
ctum putresceret cadauer an nu-
dū, quippe qui tanti tēporis spa-
tio cōtēctis palmarū folijs vesūe-
batur, sed ut a se recedēti, meior
sua mortis allenaretur. Stupefa-
ctus Antonius q̄ de Athanasio &
de pallio eis audierat quasi Chri-
stum in Paulo videns, & in pectō-
re eius Deum venerās ultra respō-
dere nihil ausus est, sed cum silen-

tio lachrymas, ex osculatis eius o-
culis manibusq; ad monasterium
quod postea à Sarracenis occupa-
tū est, regrediebatur. Neq; verō
gressus sequebantur animum, sed
cum corpus inane ieiunijs seniles
etiā animi frāgerent animo vin-
cebat aetatem. Tandem defatiga-
tus & anhelans, ad habitaculum
suum, confecto itinere peruenit.
Cui cum duo discipuli, qui ei iam
lōgauo ministrare cōperant, oc-
currissent dicētēs. Vbi tādū mo-
ratus es pater, respōdit. Vae mihi
peccatori, qui falsum monachi
nomen fero. Vidi Heliam & Ioā-
nem in deserto, & vere in paradī-
so, Paulū vidi. Ac sic ore cōpres-
so, & manu verberans pectus, a
cellula pallium protulit. Rogati
busq; discipulis, ut plenius quid
nam esset rei exponeret, ait, Tem-
pus loquendi & tempus tacēdi,
Tunc egressus foras, & nec modi-
cum quidem cibi sumens, per viā
qua venerat, regrediebatur. Illū
stūtiens, illum videre desiderans, il-
lum oculis, ac mente cōplectens
tīmebat enim quod euenit, ne se
absente debitum Christo spiritū
redderet. Cumq; iam dies illuxis-
set alia, & trium horarum spatio
iter remaneret vidit inter angelo-
rum cateruas, & inter propheta-
rum & Apostolorum choros, ni-
ueo Paulum candore fulgentem
in faciem procidens sabulum ca-

piti

piti suo superiacebat, plorās atq;
eiulās. Cur me inquit Paule dimi-
tis. Cur abis in salutatus. Tātardē
notus quā cito recedis, referebat
quae postea beatus Antonius tāta
se vel citate quod reliquumerat
viē cucurrisse, ut instar auis prequo-
laret, nec immerito. Nā intro gres-
sus speluncā vidit genibus cōpli-
catis erecta ceruice: extēsisq; ma-
nibus in altum corpus exanime,
ac primum & ipse viuere eū cre-
dens pariter & orabat. Postquam
vero nulla ut solebat suspiria pre-
cantis audiuit in flebile osculum
ruēs, intellexit quod etiā cadauer
sancti viri Deum (cui omnia vi-
uunt) officio gestus precaretur.
Igitur obuoluto & prolato foras
corpore, psalmus quoq; ex Chris-
tiana traditione cātatis, cōtrista-
batur. Antonius, quod sarculum
quo terrā foderet nō habebat, stu-
ctūas vario mētis est, & tecum
multa replicās si ad monasteriū
reuertar quatrīdū iter est, si hic
mancā, nihil ultra proficiam. Mo-
riar ergo ut dignum est & iuxta
bellatorē tuum Christe ruens ex-
tremum alitum fundā. Talia eo
animo volente, ecce leones duo
ex interioris Eremitae parte concur-
rentes, volantibus per colla iubis
ferebantur. Quibus aspectis, pri-
mo exhorruit, rursusq; ad Deum
mentem refertens, quasi colum-
bas videret, mansit intrepidus. Et
illi quidē directo cursu ad cada-

uer beati senis substituerunt adu-
lantibusque caudis circa eius pe-
des accubere fremitu ingēti ru-
giētes, prorsus ut intelligeret eos
plangere, quomodo poterant. De-
inde haud procul cōperunt hū-
mum pedibus scabera arenamq;
certatim egerentes, vnius homi-
nis capacem locum effodere, &
statim quasi mercedem pro ope
repostulaturi, cum motu aurium
ceruice deiecta ad Antoniū per-
rexerunt, manus eius pedesque
lingentes, ut ille animaduerteret
benedictiones eos à sede precari.
Nec mora in laudatione Christi
effusus, quod cum muta quoque
ānimal infentirent, ait. Domine
sine cuius nutu, nec folium arbo-
ris defluit ne vnus passer ad ter-
ram cadit, da illis sicut tu scis. Et
manu annuens ut abirent impe-
rauit. Cumque illi recessissent
sancti corporis oneri seniles cur-
uauit humeros, & deposito eo in
fossam desuper humum congregans
tumulum ex more, compo-
suit. Postquam autem dies illu-
xerat alia, ne quid pius haeres ex-
intestari bonis non possideret tu-
nicam eius sibi vendicauit, quam
in sportarem modum de palmae
folijs sibi ipse contexerat. Ac
sic ad monasterium reuersus dis-
cipulis ex ordine cuncta replica-
uit, diebusq; sollemnibus Paschae
vel Pentecostes semper Pauli tu-
nica vestitus est. ¶ Liber in fine
opus-

opusculi interrogare eos qui par-
trimonia sua ignorat, qui domos
marmoribus vestiunt, qui vno li-
mo villarum insunt prædia huic
feni nudo quid vnquam defuerit
Vos ex gemma bibitis, ille vero
cauis manibus satisfecit naturæ.
Vos in tunicis aurum texitis: ille
nec vilissimi quidem vestri man-
cipij indumentum habuit. Sed è
contrario illi pauperulo paradisi
sus pater: vos auratos gehenna
suscipiet. Ille Christi vestem licet
nudus seruauit, vos vestiti sericis
indumentum Christi perdidistis.
Paulus vilissimo operæ puluere
iacet resurrecturus in gloria: vos
operosis saxi sepulchra cremat:
cum vestris opibus fortassis arfu-
ros. Pareite quæso vos parcite fal-
tè diuitijs quas amatis. Cur mor-
tuos vestros auratis obuoluitis ve-
stibus. Cur ambitio inter luctus
lachrymasque nõ cessat? An cada-
uera diuitum nisi inferico putre-
scere nesciunt? Obsecro quicun-
que hæc legeris: vt Hieronymi
peccatoris memineris, cui si Do-
minus optionem daret: mulroma-
gis eligeret tunicam Pauli cum
meritis eius: quam Regum purpu-
ram cum regni suis.

*Incipit prologus Euagrii presbyteri
ab Innocentium Episcopi in vitam
beati Antonij Abbatis.*

Presbyter Euagrius Inno-
centio charissimo filio in Domi-
no salutem. Ex alia in aliam

linguam ad verbum & exptessa
translatio sensus operit: & veluti
latum gramen sara strangulabat.
Dum enim casibus & figuris fer-
uit oratio: quod breui poterat in-
dicari sermones: longo ambitu cir-
cumacta vix explicat. Hoc igitur
ego vitans vitam beati Antonij te-
petete transposui: ita vt nihil de-
sit ex sensu cum aliquid desit ex
verbis. Alij syllabas aucupentur
& literas, tu quæ res sententiam.

*Incipit præfatio Athanasij Episcopi
in vitam sancti Antonij
monachi.*

Athanasius Episcopus ad pe-
reginos monachos. Opti-
mum fratres in ijs certam-
en. Aut æquari Ægyptijs mona-
chis, aut superare nitentes virtutis
instantia. Etenim apud vos iam
plurima sunt monasteria, mona-
chorum quoque nomen est cele-
bre. Et hanc voluntatem vestram
iuste quisque mirabitur, oratio-
nibusque vobis optatum Deus tri-
buet effectum. Quoniam igitur
exegistis à me vt vobis scriberem
de cõuersione beati Antonij vo-
lentibus discere quemadmodum
cœperit, qui ve fuerit ante sanctũ
propositum, qualem etiam habue-
rit terminum vite, & si vera sunt
ea quæ de ipso fama dispersit,
vt ad eius emulationem atque
exemplum vos instituire possitis
magna cum læticia suscepi vestræ
chari

charitatis imperiũ mihi etenim
imperium ingens lucrum est at-
que vtilitas hoc ipsum, quod re-
cordor Antonij & vos cum admi-
ratione audiētes scio eius propo-
situm cupere sectari, perfecta est
siquidem ad virtutem via Anto-
nij scire quis fuerit. Ergo vt bre-
uiter dicã ex omnibus quæ de eo
referentur sermo iactauit credi-
te, & minima vos existimate au-
dijsse de maximis, quia non ambi-
go nec eos omnia potuisse cogno-
scere: cum & ego rogatus a vobis
quantacunque per Epistolam si-
gnificauero, nõ æqualia sim eius
meritis narraturus. Sed & vos om-
nes huic nauigantes studiose per-
cunctamini quo singulis quæ no-
runt referentibus, congruadigna-
que tanti hominis relatio com-
pleatur. Disponebam itaque post
lectionem literarum vestrarũ ali-
quos ad me monachos inuitare,
& maxime eos qui crebro ad eũ
ire consueuerant, vt plenius ali-
quid addiscens, munera vobis ma-
iora trãsmitterem. Sed quoniã
& nauigationis tempora labeban-
tur, & literarum portitor vehemẽ-
tissime festinabat, ideo ea quæ &
ipse noueram (frequenter enim
eum visitauit) & quæ ab eo didici
qui ad præbandam ei aquam nõ
paullulum tẽporis cum eo fui, di-
lectioni vestræ indicare propero
vtrouque curam veritatis habens:
vt neque plus aliquis audiens mi-

raculorum congestionem nõ cre-
dat, nec rursus meritis eius infe-
riora cognoscens non putet dig-
num esse miraculo pro tanto no-
minis viro.

Explicit Prologus.

**INCIPIT VITA SAN-
CTI Antonij Abbatis ab Athanasio E-
piscopo Alexandrino conscripta.
Et ab Euagrijo presbytero e Gre-
co in latinum translata, at-
que a beato Hieronymo
huic libro inserta.**

(?.)



GITVR Sanctus
Antonius nobilibus
religiosisque paren-
tibus natus in Ægypto
oriundus fuit, tan-
ta suorum, & sua nutritus cura, vt
nihil aliud præter parentes domũ
que cognosceret. Et cũ iam puer
esset non se literis erudiri, non
ineptis infantium iungi passus
est fabulis, sed Dei desiderio fla-
grans, secundum quod scriptum
est, innocenter habitabat domũ.
Ad ecclesiam quoque cum paren-
tibus sæpe conueniens, nec infan-
tum lasciuias, nec puerorum ne-
gligentia sectabatur, sed tantum
ea quæ legebantur aufcultas, vt
litate præceptorum vitæ institu-
tione seruabat, non suis, vt solet
illa ætas incuriosus pro varijs, &
delicatis cibis vnquam tẽdio fuit.
non

non esse mollioris blandimen-
ta sectatus est. his solū quæ dabi-
tur cōrentus, nihil amplius requi-
siuit. ¶ Post mortem autem paren-
tum annorum circiter decem &
octo seu viginti cū sorore admo-
dum paruulā derelictus est: & do-
mus & fororis honestam curam
garebat. Nec dum vero sex fluxe-
rant menses quibus ad Ecclesiā
ut solebat, accurrens recordaba-
tur quomodo & Apostoli omni-
bus spretis secuti fuisset saluato-
rem, & multi, ut legitur in Acti-
bus Apostolorū, facultatibus suis
venditis, pretia ad pedes eorum
detulissent egentibus partienda
quæue aut quanta spes ipsidem re-
posita esset in cœlis. Talia secum
uoluens intrauit Ecclesiā, & ac-
cidit ut tunc Euangelium legere-
tur, in quo Dominus dicit ad diui-
tem. Si vis perfectus esse, vade vē-
de omnia tua quæcumq; habes &
da pauperibus, & veni & sequere
me & habebis thesaurum in celo.
Quo audio quasi diuinitus hu-
iusmodi ante memoriam conce-
pisset, & veluti propter se hæc
esset scriptura recitata, ad se do-
minicū traxit imperiū, statimque
egressus possessionē quā habebat
dimisit. Rure autē erat ei trecen-
ti iugeres, & valde optimi, quos
vicinis largitus est, ne in aliquo
aut sibi aut forori molestia gigne-
retur. Cætera vero quæ in mobili-
bus possidebat, vniuersa vēdidit

& aggregato nō exiguo pretio in-
digentibus dedit, paruis ob sororē
restitutis, quæ sexu & atate vi-
debat infirmior. ¶ Rursus autē
Ecclesiā ingressus, cū audisset Do-
minū in Euāgelio dicentē, Nolite
cogitare de crastino relicta quo-
q; portionē pauperib; distribuit,
neque se versari passus est domi,
sed sorore fidelibus ac noctis vir-
ginibus cōmendauit ad carū nu-
trituræ exemplū ut ipse iam om-
nibus seculi vinculis liber, asperū
atq; arduum arripuit institutum.
Nec dum autē tam crebra erat in
Egypto monasteria, neq; omni-
no quisquā aliquā solitudinē no-
uerat, & quicūq; in Christi serui-
tute sibi metipsum prodesse cupie-
bat, nō longe a sua villula separa-
tus instituebatur. ¶ Erat igitur in
agello vicino senex quidā vitam
solitariā à prima sectatus atate,
hūc Antonius cū vidisset, æmula-
tus est ad bonū. Et primo quidē
incipiēs etiā ipse in locis paululū
a villa remotioribus manebat, ex
inde autē si quē vigilantē in hoc
studio cōpererat, procedēs quere-
bat ut apud prudentissimā, nec ad
habitaculū suū ante remeabat ni-
si eius quē cupiebat, frueretur as-
pedib; & sic tāquā munere mel-
lis accepto abibat ad sua, tali ibi
dem institutus exordio. Cūq; per
dies singulos ita animum roborā-
ret, ut nec opū paternarū, nec suū
rū meminisset a finū, omne etiā

deside

desideriū & solitudinē erga id
quod cōperat, ut exerceret, ope-
rabatur manibus suis sciens scri-
ptum esse, qui non operatur non
māducet. Mercedem sanē operis
sui pretio panis excepto, egentibus
largiebatur. Orabat frequen-
ter, quippe qui didicerat quod
oportebat sine intermissione do-
minū rogare. ¶ Auditioni etiam
scripturarum ita studiū cōmēda-
bat, ut nihil ex eius animo labere-
tur, sed vniuersa Domini præce-
pta custodiēs memoriā pro libris
haberet. Sic suā vitā instituēs ab
vniuersis fratribus puro dilige-
tur affectu, & omnibus ad quos
spiritali studio discēdi pergebat:
obediēs proprias singulorum gra-
tias hauriebat, huius cōtinentiā,
iucūditatē illius sectabatur: istius
lenitatem, illius vigiliās, alterius
legendi cōmūlabatur industriam.
Istum ieiunantem, illum humi-
quiescētē mirabatur. Alterius
patientiam, alterius mansuetudi-
nem prædicabat. Omnium quoq;
vicariam, erga se retinēs charita-
tem, atque vniuersis virtutū par-
tibus irrigatus ad sedem propriā
regrediebatur. Ibi secum vniuer-
sa pertrāctans, omnium in se bo-
na nitentibus exprimere. Neque
vero aduersum coruos aliquando
mouebatur, sed ea rarum flā-
ma egregio viro crescebat in pe-
ctore, ne secundus cuiquā in præ-
dictis operibus inueniret. Ethoc

ita faciebat ut cum omnes gloria
anteiret, omnibus tamen charus
esset. Nam & vicini monachi, ad
quos sæpe veniebat, Antonium
videntes deicolam nuncupabant
indutisque naturæ vocabulis qui-
dam ut filium alij ut fratrem dili-
gebant. ¶ Dum hæc gereret An-
tonius, quibus omnium in se pro-
uocaret affectum, inimicus nomi-
nis Christiani diabolus, impatiē-
ter ferens tantas in adolescente
virtutes veteranis eum aggressus
est fraudibus, & primo quidē cen-
tans, si quomodo posset ab arre-
pto eū instituto detrahere. Immi-
tebat ei memoriam possessionū
sororis defensionem, generis no-
bilitatem amorem rerum, fluxā
seculi gloriā: escę variam delecta-
tionem, & reliqua vitæ remissio-
ris blādimenta, postremo virtutis
arduum finē & maximum perue-
niendū laborem, nec nō corporis
fragilitatem, suggerēbat & etatis
spatia prolixa, prorsus maximam
ei cogitationum caliginē suscita-
bat, volēs eum à recto proposito
reuocare. ¶ Postquā autem diabo-
lus orationibus eius ad Deū per-
pationis fidem se intellexit eui-
di, consuetā aduersum oēs adole-
scentes arma arripēs, nocturnis
eum inquietabat illecebris. Per
dies etiam tam apertis in eū telis
irruerat, ut nullus ambigeret,
quin Antonius contra diabolū
dimicaret, nā & ille cogitationes
sordi

sordidas conabatur inferere, & hic eas oratu submecebat assiduo. Ille titilabat sensus naturali carnis ardore: hic vigiliis & ieiuniis corpus omne vallabat. Ille per noctes in pulchra mulieris vertebatur ornatum, nulla emittens signa lasciuia, hic ultimates gehennae flammis, & dolorem vermibus recordans ingestis sibi libidini opponebat. Ille lubricam adolescentiae iter & ad ruinam facile proponebat, hic aeterna futuri iudicij tormenta considerans: illae faminae puritatem per tentamenta seruabat. Ista autem omnia ad confusionem diaboli fiebant. Qui enim similem se Deo fieri posse existimabat, nunc ab adolescente miserimus vincebatur: & qui contra carnem & sanguinem sauebat, ab homine qui carnem portabat, elusus est. Adiuuabat enim seruū suum Dominus, qui nostri gratia carnem suscipiens victoriam corpori contra diabolum largitus est, ut singulis ita certantibus apostolicum licere proferre sermonem, non ego autem, sed gratia Dei mecum. ¶ Postremo cum nec hoc argumento destruere posset Antonium draco teterrimus, & videret se semper ab eius cogitationibus superari: secundum quod scriptum est, stridens dentibus & vultus, qualis est merito: talis apparebat & vultu, puer horridus

atque niger: ad eius se genua prostratus, humana voce deflebat dicens, multos seduxi plurimos de cepi: nunc autem ut à ceteris sanctis: ita & tuo labore sum prostratus. Quem cum interrogasset Antonius quisnam esset qui talia loqueretur. Ego sum fornicationis amicus, ego multimoda turpitudinis aduersus adolescentem arma suscepi, hinc & spiritus fornicationis vocor. Quantos pudice viuere disponentes se felli quot tenuiter incipientes ad sordes pristinas redire persuasi. Ego sum propter quem propheta lapsos increpat dicens, spiritu fornicationis seducti estis, & re vera per me illi fuerant supplantati. Ego sum qui te ipsum saepe tentavi: & semper repulsus sum: cum hoc Christi miles audisset gratias agens Deo, & largiora aduersus inimicum confortatus audacia ait. Multum ergo despicabilis multumque contemptus es, nam & obscuritas tua, & etas infirmarum signa sunt rerum. Nulla mihi iam de te cura est. Dominus mihi auxiliator est & ego exultabo super inimicos meos. Et statim ad vocem canentis phantasma quod videbatur euauit. ¶ Hæc autem Antonij contra diabolum fuit prima victoria imo virtus in Antonio saluatoris qui peccatum in carne condemnauit: ut iustificatio legis in nobis completeretur, quia non secundum

dum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Sed neque Antonio vincendi securitatem dedit vnus triumphus, nec diaboli semel fracta defecere vires. Nam & iste, ut leo rugiens quarebat aditum per quem posset irrumperre, & ille scripturarū doctus eloquio, non ignorabat multas esse demonum captiones. Propter quod solerti propositum labore seruabat, consideras, quia posset Saranas in carnis colluctatione superatus, nouarum aduersus sectarium machinas commouere. Idcirco magis ac magis subiugabat corpus suum ne vincens alia in alijs vinceretur. Disponens igitur duriori se vitæ lege constringere, cum omnes infatigabilem adolescentis mirarentur instantiam cunctum toleranter ferebat laborē: quia voluntarij seruitutis, longum in Dei opere studio consuetudinem in naturam vertebat. In die autem & vigiliarū in tantum patiens erat, ut plus faceret quā ab vilo per illum posse fieri crederetur. Pernoctabat in oratione saepissimè, edebat semel in die, post solis occasum. Nonnunquam biduo triduoque sic permanens, ut vix quarta demum die cibum vellet accipere. Sumebat veropannem & salem, potumque aquæ paruulum de carnibus vero & vino tacere melius puto, quā quicquam dicere: quia nec apud plu-

rimos quidem monachorū istius modi escæ in vultu habebantur, quæ tamen sic membra concedens, ut iunco cōtexto atque cilicio vteretur. Nonnunquam etiam super nudum humi iacens, sine stramine permanebat, vnguenta penitus repudians. Dicebat enim minime posse vtentium, & præcipue iuuenū corpora roborari, si olei essent perunctione mollita, oportere vero asperos carnalaborum imperare, secundum Apostoli præceptum dicens: quando infirmior, tunc fortior sum. Asserebatque sensum animi sic posse reuiuiscere, si corporis fuissent impetus fatigati. Vnde nec temporum longitudine laborum merita pensabat, sed amore & famulari spontaneo semper tanquam in principijs constitutus, ad profectus metus desiderium concitabat. Nouisq; cupiens augere præterita, supra memorati doctoris sermonum recordabatur, qui ait Præterita obliuiscens, & in futurum conualescens. Meminerat quoque Heliae prophetae dicens, viuit Dominus cui adsto hodie ante ipsum, & diserebat cur hodie esset appositum, quia non cōputabat Helias præteritū tempus, sed tanquam quotidie incertamine constitutus, talem se præbere cupiebat qualem sciebat dignum Dei esse conspectibus purū corde, & paratum obedire vo-

luntati eius. ¶ Igitur sanctus Antonius secum reputans oportere Dei famulum ex instituto magni Helię exemplum capere, & ad illud speculum vitę suam debere componere, ad sepulchra lōgē à villa cōstituta secessit, vni de cognatis mādans vt statutis diebus sibi alimenta deferret. Et cum in vna memoria supradictus frater eum clausisset, solus ibidem morabatur. ¶ Metuens ergo diabolus ne accessu tēporis Eremum quoque habitare faceret, ita eum aggregatis sarellitibus suis variacę de laceravit, vt doloris magnitudo & motum auferret & vocem. Nam & ipse postea referebat vulneta fuisse tam grauia, vt vniuersa hominum tormēta superarent sed Dei prouidentia qui nunquā in se sperantibus desit, conseruauit eum. Alio die is quem supra diximus frater aduenit, cibos deferens quos ei deferre consueuerat, atque eum iacentem in terra semimortuum, fractis feribus inuenit. Quem impositum humeris ad villulę domicilium reportauit. Quo audito ingens vicinorum, atque affinium multitudo concurrens, tristi in medio posito funeri debitum reddebat officium, & iam in media noctis parte transgressa, cum iam opportunus & gratus peruigiles omnium oculos vicerat sopor, Antonius (anima paululū redeūte)

suspirans eleuauit, caput ceteris vero alta quiete prostratis, cum à quo delatus fuerat vigilare conspexit, eumq; nutu aduocans obsecrauit vt nullo penitus excitato ad pristinū se refert habitaculum. Relatus ergo iuxta cōsuetudinem solus iterum permanebat & stare quidem propter recentis plagas non poterat, orans vero prostratus post orationem clara voce dicebat. Ecce adsum ego Antonius, non fugio vestra certamina, etiā si maiora faciatis, nullus me separabit a charitate Christi. Pfallebatque dicens. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Talia eo docente, bonorū hostis diabolus admittatus, quod post tot verbera ausus fuisset reuerti, cōgregatis canibus suis & proprio furore se lañiās, videtis (ait) quia nec spiritu fornicationis, nec corporis doloribus superatus, tam audacter laesit. Omnia arma corripite, acrius nobis impugnandus est sentiensque debet scire quos prouocet. Dixit & adhortantis vocem audientium turba cōsensit, quia innumeras & diuersas habet diabolus artes nocendi. Sonitus igitur repētinus increpuit, ita vt loco fūditus agitato, & parietibus patefactis multifaria dæmonum exinde turba se funderet, nam & bestiarum & serpentium formas induentes omnem protinus locum

cum repleuere phantasias, leonum, taurorum, luporum, aspidum, serpentum, scorpionū, nec non & pardorum, atq; vrsorum. Hęc singula secundum suam fremebant naturam. Rugiebat leo occidere volens, taurus mugitu & cornibus minabatur. Serpentes sibilo personabant. Luporū imperus inhiabat. Pardus discolor auctoritas sui calliditates varias indicabat. Truces omnium vultus & vocis horridę dirus auditus, Antonius flagellatus atq; confossus sentiebat quidem asperiores corporis dolores, sed interiorius durabat mente peruigili. Et licet gemitum vulnera carnis exprimerent. Sensu tamen idem manens quasi de inimicis luderet, loquebatur sivrimum, aliquid haberetis, sufficeret vnus ad praelium. Sed quoniam Domino vos eneruante frangimini, multitudine tētatīs interre terrores, cū hoc ipsum infirmitatis indicium sit, quod irrationabilium, formas induitis bestiarum. Rursumque confidens, aiebat, si quid valetis. Si vobis in me potestatem Dominus dedit, ecce praesto sum, deuorate: si vero non potestis, cur frustra nitimini. ¶ Signum enim crucis & fides ad Dominum, inexpugnabilis nobis murus est. ¶ Multa contra Sanctum Antonium minantes fremebant dentibus suis, quod nullus eorum

tentamenta sequeretur effectus. Sed maxime è contrario gignetur illusio. Non oblitus Iesus colluctationis serui sui eiusdem prosector factus est. Denique cum eleuaret oculos, vidit desuper culmen aperiri, & deductis tenebris radium ad se lucis illucere.

¶ Post cuius splendoris aduentum, nec dæmonum aliquis apparuit, & corporis dolor ex templo deletus est. A Edificio quoque quod paulo ante dissolutum fuerat instauratum est. Illico presentiam Domini intellexit Antonius, & ex imo pectore trahens longa suspiria ad visionem, quę ei apparuerat, loquebatur sic. Vbi eras bone Iesu, vbi eras. Et quare non à principio affuisti hic, vt sanares omnia vulnera mea? Et vox ad Sanctum Antonium facta est. Antoni hic eram sed expectabam videre certamentum. Nunc autem, quia dimicando viriliter non celsisti, semper auxilia hortibi, & faciam te in omni orbe nominari.

¶ His auditis exurgens in tantum roboratus orabat vt intelligeret plus se recepisse tunc virium quam ante perdididerat. Erat autem tunc Antonius annorum triginta quinque. Ex hinc tum, vt voluntati promptē merita religiosa succrescerent, vadens ad supradictum senem precabatur, vt in deserto pa-

riter habitarent. Causante illo senile æuum, & rei nouitatem, folus contendit ad montem & Eremiti adhuc monachis ignotæ vitæ rupto metu viam conatus est pãdere. Sed nec tunc cessauit malignus aduersarius. Nam impedire eius propositum volens argentum discum in itinere proiecit. Quo visu Antonius callidi artificis cognouit astutiã, stanque in-trepidus & discum toruis intueñs oculis, doli auctorem in phantasmate obiurgabat argenti, talia secum reputans. Vnde hic in deserto discus? Auium hoc iter est, nulla sunt vestigia cõmeantium. Lapsus de sarcina præ magnitudine latere nõ potuit, sed qui perdiderat reuersus ob solitudinem locorũ inuenisset profecto quod ruerat. Hoc artificium diabole tuum est in impedies voluntatem meã. argentum tuum tecum sit in perditionem. Et hoc illo dicente, discus ille vt fumus à facie ignise uanuit immediate. De hinc non vt ante in phantasmate, sed ingentem auri massam in itinere conspexit. Verum hanc vtrum diabolus attulerit, an ad Antonium cõprobandum, quia nec veris opibus infestaretur, virtus cõlestis ostenderit, ignoratur. Hoc tãtum agnouimus, quia quod visum est aurum fuit. At ille magnitudinẽ admiratus radiãtis metalli, rapido cursu quasi quoddam vitaret

incendium, ad montem vsque perrexit, ibi flumine transuadato, inuenit castellum desertum plenum ob tempus & sollicitudinem venenatorum animalium: in quo se constituens nouus hospes habitauit. Statimq; ad eius aduentum ingens turba serpentium, quasi persecutorem passa profugit. At ille obstructo lapidibus introitu, panes mensium sex, vt Thebeis mos est: secum recondens (nam crebro per annum incorrupti durare solent) nec nõ & exiguum habens aquæ solitarii perdurabat: nusquam inde procedens, nunquam aliquem suscipiens in tantum, vt cum bis in anno per rectum desuper panes acciperet, nullum cum deferentibus haberet alloquium. ¶ Multis igitur videndi eum desiderio, & studio requirẽdi ante ostium eius pernoctantibus, audiebantur vt vulgi voces aduersum Antonium, tumultusque dicentium. Quid re nostris ingeris habitaculis, quid tibi & deserto, abscede à finibus alienis non poteris nostras insidias sustinere quia quidẽ qui foris erant existimabãt aliquos homines scalis positum introisse & ibidem contendere. Postquã autem per cauernam introspicientes nullum viderunt, demones contra eum intellexerunt cõtendere, & nimio metu perterriti Antonij auxilium flagitabãt. At ille

ille ostio propinquans ad consolandos fratres ne timèrent, atque vt inde recederent, precabatur, trepidantibusque afferẽtibus à demonibus incuri metum: signate vos inquit & abite securi, istosque semetipsos finite deludere. Itaque illis reuertentibus hic remanebat illæsus, nec vquam in terramine lassabatur. Accendentium eum augmenta profectum, vel debilitas repugnantium maximum contentioni leuamẽ addiderat, tum & animo constantiam suggerẽbat. Rursumque ad Eremitum venientibus turbis quidam mortuum eũ existimauerant sepe perturos, ille autem pallebat intrinsecus. Exurgat Deus & dissipentur inimici eius & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus deficiant, vt liquefcit cera a facie ignis, ita pereant peccatores à facie Dei. Et iterum, omnes gẽtes circũdederunt me, & in nomine Domini vindicauit in eis. Sic Antonius annis viginti solitariẽ tranfactis, atque ab hominum segtegaris aspectibus perdurauit. Cum ergo multorum & propositum imitari cupientium, & notorum multitudo ad eum concurreret, nec non & patientium infinita se caterua glomeraret, tandem pene iam per vim foribus euulsis, quasi ex aliquo cœlesti aditu consecratus appa-

ruit, obstupuerunt vniuersi, & oris gratiam, & corporis dignitatem quod nec per quietem intumuerat nec ieiunijs demonumque cœramine faciẽ eius pallor obsederat, sed è contrario quasi nihil temporis egisset antiquus membrorum decor perseuerauerat pro tam mira qua in nullo animis plurtas fuit. Nunquam hilaritate nimia resolutus in risum est, nunquam recordatione peccati tristitia ora contraxit, non magis stupentium se eleuatus est laudibus. Nihil in illo indecens solitudo, nihil asperum quotidiana cum hostibus bella contulerant, sed temperata mens aequali ad cuncta ferebatur examine. Plurimos igitur ab immundis spiritibus & infirmitatibus varijs Dei gratia per Antonium liberauit. Sermo eius sale conditus, consolabatur moestos, docebat inscios, concordabat iratos omnibus suadens nihil amore Christi anteponendum. Præponebatque ante oculos bonorum magnitudinem futurorum, & Dei clementiam, & beneficia retexebat indulta, quod proprio filio suo nõ pepercerit: sed pro nostra omnium salute eũ tradiderit. Nec mora plura audientium corda, ad humana rerum conceptum hac eius suauis oratio, & habitandẽ Eremiti istud eius exordium fuit.

¶ Quid sane & in Arsenoytarum

oppido gestum sit, non transibo silentio. Nam cum fratres vellet inuisere, & riuulum Nili qui Crocodilis & multis suis fluminis beftijs plenus erat transuadare, esset necesse, tam cum comitibus suis transiit illæsus, quam inde redibat in Ælamis, rursusque in pristinis laboribus perseuerans, multos magisterio suo fratres confirmauit, ita vt breui tempore pluri ma fierent monasteria. Nouos antiquosque monachos pro ætate, vel tempore, paterno moderabatur affectu. Quadam autem die cum Sanctus Antonius à congregatis fratribus rogaretur, vt eis institutoria largiretur præcepta, quibus cum prophetica fiducia exaltans vocem aiebat, ad omnem quidem mandatorum disciplinam scripturas posse sufficere, sed & hoc optimum fore si mutuis se inuicem fratres sermonibus consolarentur. Et vos ergo inquit, vt patri referte quæ nostis, & ego quæ per longam ætatem consecutus sum quasi filijs indicabo. Hoc sit autem primum cunctis in commune mandatum, nullum in arrepti propositi vigore lacerare, sed quasi incipientem augere semper debere quod cœperit, præsertim cum humanæ vitæ spatia, æternitati comparata breuissîma sint. Ita exorsus paululum siluit & admiratus Dei nimiam largitatem, rursus adiecit dicēs, in præ-

senti hac vita æqualia sunt pro re tam, cōmutatiōe cōmercia, nec maiora recipit ab emētē qui vendicat. Præmissio autē vitæ sempiternæ vili prætio cōparatur. Scriptum est enim, Dies vitæ nostræ septuaginta anni, aut vi multum octoginta aut ceterum, vt multum annis laborantes in Dei opere vixerimus, non parū tempore regnaturi sumus in futuro, sed pro annis prædictis omnium nobis seculorum regna tribuerentur. Nō terrā hereditabimus, sed cælum corpus quoq; corruptū relinquentes, id ipsum, cū in corruptiōe recipiemus. Ergo filioli nō vos, aut ædiū defatiget aut vanæ gloriæ delectet ambitio, non sunt enim condignæ passiones huius tēporis ad superuenturā gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nemo cum despexerit mundū reliquissē, se arbitretur ingentia, quia omnis terra ad infinitatem cōparata cœloro, breuis ac parua est. Si ergo nec vniuerso orbi renunciātes dignū aliquid habitaculis possumus cōpensare cælestibus, se vnusquisq; cōsideret, & statim intelliget paruis iugeribus agri, & parietibus vel modica atri portione cōtempna, nec gloriari se debere quasi magna dimiserit nec redere quasi parua sit recepturus. Vt enim cōtemnit aliquis vnam aream drag-

gram,

gram, ad dragmas centū aureas cōquirēdas, ita etiam qui totius orbis dñm dereliquit, centuplum de meliorib; præmiis in sublimi sede recipiet, ad summū illud per spicere debemus, quod (etsi nostras velimus retētare diuitias) lege mortis ab ipsis diuellimur inuiti vt in libro Ecclesiastes scriptū est. Cur ergo nō facimus de necessitate virtutē cur nō ad lucranda regna cœlestia vltro relinquimus quod lucis istius sineperdendum est. Nihil eorum curā sit Christianis quæ secū auferre nō possunt, illud potius debemus expetere, quod nos ducat ad cælum, sapientiā scilicet & castitatē, iustitiā & virtutem, sensum peruigilē, pauperum curā, fidem in Christo robustā, animū iræ victōrem, hospitalitatē. Hæc sectantes mansionē nobis in terrā quietorū secundū Euāgeliū præparabimus. Consideremus dñi esse nos famulos & seruitutē deberē ei à quo creati sumus. Vt enim seruus præteriti gratia famularus præses aut futurū nō contēnit imperiū nec aude afferere quod d' ex labore trāfacto instantis operis habere debeat libertatē, sed iugi studio, vt in Euāgelio scriptū est, eadē semper exhibet seruitutē vt dño placere possit, & ne metu lucretur & verbera, sic & nos diuinis cōgruit parere præceptis, sciētes quod æquus & ille retributor in quo quenquā

inuenerit in eo sit iudicaturus, quod prophetica per Ezechielem voce testatur. Nam & infelix ludas propter vnius noctis impietate, omni præteriti tēporis labore priuatus est. Idcirco tenendus est cōtinuus instituti rigor, habentibus Deū auxiliatorē, sicut scriptū est, quia omni proponēti bonum Deus cooperatur. Ad inertiam autem calcandā Apostoli præcepta replicemus quibus se mori quotidie testabantur, similiter & nos humanæ conditionis vitam ancipitem retractantes non peccabimus, cum enim & excitati mane à somno ad vesperam nos peruenire dubitemus, & quieti corpora concedentes, de lucis non confidamus aduentu: & vbiq; natura ac vitæ incertæ memores, Dei nos intelligamus prouidentia gubernari. Hoc modo nō delinquemus, aut aliqua fragili cupiditate raptabimur, sed nec irascemur quidē aduersus aliquē, terrenos nec & congregare thesauros ambiemus, quin potius metu quotidiani recessus & seiungenda corporis iugi expectatione omniacalca calcabimus. Cessabit mulierum amor, libidinis extinguetur incēdium: inuicem nobis debita nostra dotabimus, ante oculos semper habentes vltimæ retributionis aduentum: quia maior formido iudicii & pœnarū timor horridus simul & lubricæ carnis

incentiua dissoluit & ruentem animam quasi ex aliqua rupe sustentat. Ideoque precor vt ad finem propositi boni omni labore tendamus. Nemo post tergum respiciens Loth. imitetur vxorem, presertim cū dñs dixerit in Euangelio nullum ponentē manus super aratrū & respicientem retrorsum dignū esse regno cœlorum: respicere autem retrorsum nihil aliud est quā in eo penitere quod cœperis, & mundanis rursus desiderijs obligari. Nolite quæso virtutis tanquā impossibile nomen pauere, nec peregrinū vobis aut procul positum videatur hoc studium, quod è nostro Dei gratia precedente pēder arbitrio huius operis homini inserta natura est & eiusmodi res est, quæ nostram tantum expectat voluntatē. Græci studia trāsmariara sectentur, & in alieno orbe cōstitutos, inaniū literarum quarant magistrōs, nobis vero nulla proficiscēdi nulla trās fretādi fluctus necessitas imminet in omni sede terrarum cōstituta sunt regna cœlorū. Vnde & dominus in Euangelio ait, Regnum Dei intra vos est, virtusq; in nobis est mentē tantum requirit humanam. Cui enim dubium est quia naturalis animæ puritas si nulla fuerit extrinsecus forde polluta fons sit & origo virtutū. Bonam necesse est eā esse quam creauerit bonus autor, quod si for-

te cū stabimur audiamus Iesum filium Naue populo dicentem, Rectum facite corvestrū ad dñm Deum Israel. Nec Ioannes dissonam tulit de virtute sententiæ predicās, rectas facite vias vestras, si quidem hoc est rectum esse animū, cum eius principalis integritas, nulla vitiorū labe maculatur si naturā mutauerit, peruersa tūc dicitur si conditio seruetur, & virtus est. Animā nostram commendauit nobis Deus, seruemus depositum quale accepimus, nemo causari pot extrinsecus sitū quod in se nascitur, facturam suā, qui fecit, agnoscat opus suum inueniat vt creauit. Sufficit nobis naturalis ornatu, ne deturpes homo quod tibi largitio diuina cōcessit. Opera Dei immutare velle polluere est. Illud etiam sollicitè prouidere debemus, vt tyrānicā ira superemus insanā, quia scriptum est. Iracundia viri iustitiam Dei non operatur. Et iterum. Desiderium concupiscens parit peccatū, quod perfecto mors gignitur. Diuina vocis præceptum est, vt iugi custodia tueamur animū, quia exercitatos ad supplantandum habemus inimicos, dæmones, scilicet contra quos nobis secundum Apostolicam contestationem pugna sine intermissione est. Ait enim, Non est vobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus

fus

sus principatus & potestates huius mundi. Aduersus spiritualia nequitia in cœlestibus. Ingens eorū turba per istum volitat ætrem, nō procul a nobis hostium caterua discurrit. Et diuersitatem quidē eorum non est meæ prauitatis exponere, sed hanc maioribus concedo rationem. Quod autem impromptu est & ignorare non expedit, dolos scilicet eorū aduersus nos compositos breuiter indicabo, hoc primum mentibus debemus affigere, nihil Deum fecisse quod malum est, nec ab eius institutione dæmonum capisse initium. Peruersitas ista non naturæ sed volūtatis est vitium. Boni etenim vt pote a Deo conditi ex proprio mētis arbitrio ad terras ruerunt de cælis, ibiq; incœni fordibus volūtate gētilitatis impias instruerunt culturas. Et nunc de nobis torquetur inuidia, atq; vniuersa mala cōmouere non cessent, ne pristinis eorum sedibus succedamus. Diuersa autem eorum & partita nequitia est. Quidam enim ad summum nocendi verticem peruenire. Alij ex comparatione peiorum videntur esse leuiore, atque omnes pro possibilitate virium diuisi, contra singulas causas sumptere certamina. Idcirco nobis munus necessarium est spirituum discernendorum a Domino petere, vt possimus (tam fraudes eorum quam studia præuidētis) ad

uersus disparem pugnam vnum dominicæ crucis eleuare vexillū. Hoc munere Paulus accepto docebat dicens. Non enim eius ignoramus astutias. Ad cuius exēplū etiam nos oportet ex his quæ passi sumus, mutuis nos inuicem instruere sermonibus. Hostile illis contra omnes christianos, maxime vero contra monachos & virgines Christi odium est. Coram semitis laqueos prætendunt, eorum mentes impijs atque obscenis cogitationibus cū nitentur euertere sed nihil vobis in hoc terroris incutiant. Fidelibus enim orationibusque atque ieiunijs ad dominum confugientibus statim corruunt nec tamen si paulum cessaerint, plenam puretis esse victoriam. Solent etiam faucij grauius assurgere, & mutata arte pugnandi cū in cogitatione nihil egerint pauoribus terrenis, assumētes nūc mulierum, nunc bestiarum & serpentium formas, necnon ingenia quædam corpora, & vsq; ad ætium domus porrectum caput, infinitas species & militum cateruas. Quæ omnia ad primum quoque crucis signum euanescent. His quoque agnitis fallaciarum modis incipiunt præfagire, & futurorū dierum euentus velle prædicere. Cumque & in his contempri fuerint, ipsum iam suę nequitie principem ac totius mali summitatem ad subsidium sui certaminis

F 5 minis

minis vocant. Crebro deniq; Antonius talem a se visum diabolū afferbat, qualem & Iob beatus, Domino reuelante cognouerat. Oculi eius tanquam Luciferi & ex ore eius procedunt lampades incensa. Crines quoque incēdijs spargūt, & ex naribus eius fumus egreditur, quasi fornaces astuantis ad ore carbonum. Anima eius vt pruna, flamma vero ex ore eius glomeratur. Cum huiusmodi terroribus visus est dæmonum princeps inquit Antonius & ingenie sepe vt dixit, promittens impietatis sue defuerit lingua magniloqua, de qua Dominus triumphauit ad Iob dicens. Arbitratur enim ferrum vt plateas, æramen tum vt lignum putridum, maria vt terram, Tartari profundum tãquam captiuum æstimabit, abyssum vt deambulatorium. Per prophetas quoque increpat dicens. Persequens comprehendam & omnem orbem terrarum manu mea vt nidum obtinebo, & vt ouaderelicta auferam. Sic iniquus funereas euomens voces, bene uentium aliquos frequenter illaqueat. Sed nos nec eius pollicitationibus credere, nec minas formidare debemus. Fallit enim frequenter nihilque verum immitit. Nam si non mendacia cuncta loqueretur, quomodo talia & tã infinita promittens hamo crucis vt draco aduicatus a Domino est,

& capristo ligatus vt iumentū, & quasi mancipium fugitiuum vincus circulo, & armilla labia perforatus nullum omnino fidelium deuorare permittitur. Nunc miserabilis vt passer ad nidum irretitus a Christo est, nūc comites suos quasi scorpiones & serpentes calcaneo Christianorum subtractos gemit. Ille qui vniuersa maria a se deleta plaudebat, ille qui orbem terrarum manu sua tenere pollicebatur, ecce a nobis vincitur, ecce me aduersum se prohibere nō potest disputantem. ¶ Contemnēda est filioli penitus cum inani verbis superba iactantia. Fulgur ille qui lucere se simulat non veri splendor est luminis, sed qui bus ausurus est indicat flammam. Nam dicto citius recedens, suarum secum refert simulacra penarum. Solent etiam cum modulatione nonnunquam apparentes psallere. Proh nephas adhuc & impuro ore sacra scripturarū eloquia meditantur frequēter legentibus nobis quasi echo ad extremo verba respondent. Dormientes quoque excitant adorandum, vt totius noctis somnum eripiant, plerisque etiam in monachorum nobilitum habitu coercent, & pristina quibus conscij sunt peccata imputat, sed spernēdæ sunt eorum increpationes & admonitiones ieiunandi vigiliarum quoque fraudulenta suggestio.

stio. Ob id enim familiares nobis species assumunt, vt affinitate virtutum nocentes facilius virtutes interferant & innocentes quoque per speciem honestatis elinant. Impossibile postea durūque hoc studium prædicat, vt dum onerosum esse videtur quod ceptum est, ex desperatione redium, & ex tedio succedat ignauia. ¶ Idcirco propheta missus a Domino luctuosa denuncians sublimi voce dicebat. Vt illi qui potat proximum suū, subuersione turpida. Huiusmodi enim exhortamēta deprauatoria sunt itineris quod ducit ad cœlum. Idcirco, cum venisset Dominus ad terras, & veradeo Dæmones inuiti prædicarent vere (enim dicebāt) tu es Christus filius Dei viui, vociferantium ora clauderebat, qui vincas hominum linguas soluebat, ne cum præconio vesi peruersitates venenatas miscerent, & vt ipsius eius exemplo etiam si profutura suaderent in nullo his commodaremus assensum, quia profecto non congruit post libertatem a Domino concessam, & scripturarum præcepta vitia, a diabolo viuendi capere consilia, qui suum deserens ordinem sacrum Christi remerauit imperium. Propterea etiam Dominus eum de scripturis loquentem iubeat tacere, quia peccatori dicit Deus. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamen-

tum meum per os tuū? Omnia dæmones simulant, colloquuntur, sepe cum turba incognitos excitant sonitus. Manus applaudunt, sibilant, incipit cachinnant, vt vel in puncto peccati Christianum pectus introeant. Cumque ab vniuersis fuerint repulsi, ad extremum debilitatem suam lamentatipne testantur. Et Dominus quidē quasi Deus & fur conscientis maiestatis obmutescere his imperabat, nos autem vestigijs sanctorum inhaerentes, eandem gradiamur viam qui memoratas subtilius fallacias præuidentes caneant. Cum consisteret aduersum me peccator obmutui & humiliatus sum & filii a bonis. Et iterum. Ego vero tanquam surdus non audiebam, & tanquam murus non aperiens os suum, ego sum factus vt homo non audies. ¶ Christus silentium imperauit vt nos diabolo nihil credamus, & vincamus. Si orare compellunt, si ieiunia suadent, non ex eorum nos monitis, sed ex nostra consuetudine dirigamus. ¶ Denique etiam si ieiunantes motem nobis intentione videantur, ieiunandi potius sunt quam timēdi, quia cum sine debiles minantur cuncta nefaciunt. ¶ Hęc quidem de istis iam transitorie dixisse me memini, at tamen eadem nūc explicanda sunt latius, quia nō mediocriter afferit re peritio cautela. Adueniente, Dño desitu-

destruētus est inimicus, & omne penitus eius robur elanguit propter quod pristina virtutis memor, quasi tyrannus iam senescens, & cum ruisse se videat, in perniciem grassatur humanam, nec tamen potest firmum Deo pectus cogitationem & ceterarum fraudum atque peruertere. Nam luce clarius est quia aduersarij nostri cum nec humana carne sint septi, ut caufari valeant idcirco nos a se non posse superari, quia clauso ostio introire non valeant. Et te vera si fuissent hoc fragili corpore colligati obseruato introitu ipsi negarentur accessus. Cui autem ut diximus, hoc impedimento sint liberi & obstruata penetrant, atque in omni licenter volitent aere manifestum est, ob enarrationem eorum permanere Ecclesie corpus illa sum. Denique, satellites impij cum principe suo diabolo, quem saluator in Euangelio homicidam, & patrem malitiae ab initio fuisse firmat nobis aduersum se dimicantibus fortiter nullo modo cessissent si potestas eorum non fuisset ablata. Nam si mentior, cur nobis Satanas parcis, qui ubique discurrens. Cur qui nullo clauderis loco aduersum te viuentium & disputantium non potes labefactare constantiam. Sed forsitan nos diligis, quos quotidie conaris obruere aut credibile est te esse bonitatis magistrum & fauere magis opti-

mis quam nocere. Et quid tam charum tibi potest esse quam laedere, maxime eos qui tuis sceleribus viriliter repugnant, secus id quod scriptum est quia abominatio est pietatis peccatori. Quis tam foecundum ad malitiam possidet pectus. Qui tam meditata implere conatur insidias? Scimus te impurissimum cadaver. Scimus quia idcirco viuimus christiani, & contrate nobis est secura congressio, quia infirmus es a Domino. Ideo de tuis confoderis inuiculis, quia minationem tuam non sequitur effectus. Quod si fallimur, cur cum terrore simulato, cur eam magnitudine corporum nostram aggraderis si dem? Si voluntarem sequeretur possibilitas, tantum tibi velle sufficiat. Is enim potentia mos est, non extranea fallaciae argumento conquirere, sed sua virtute coplere quod cupiat. At nunc dum theatri mutatione formarum quasi rudem infantiam scenica niteris simulatione deludere, exhaustas vires manifestius probas. Numquid nam verus ille angelus contra Assyrios missus a Domino, aut populorum egit societate, aut sonitus quaesivit, aut plausus non potius tacita exercens potestatem, centum octoginta quinque milia hostium sermone velocius iuxta iubentis Domini prostravit imperium. Vos ergo cum fragiles sitis viribus, perpetuus vos consequitur inte-

interitus. Audicit aliquis. Cur diabolus egrediens beati Iob omnem in ruinam impulit domum? Cur eius operibus penitus dissipatis, parietum quoque fundamenta subuertens, vnum numero sobolis coaceruauit sepulchrum? Cur ipsum ad extremum diri vulneris nouitate percussit. Qui hoc opponit audiat e diuerso non diabolus potuisse hoc, sed dominum, a quo potestas aduersum nos dupliciter datur vel ad gloriam si probamur: vel ad poenam si delinquimus: quin potius ex hoc animaduertat nec contra vnum quidem hominem diabolus quicquam potuisse si non potestatem accepisset a domino. Nullus enim quod suae ditionis est, ab alio depraedatur. Sed quid Iob in improbum nec experitum potuit vincere. Nec e contra iumenta quidem eius: & contra oves nec contra sues sine consensu Dei proprium robur exercuit, sicut in Euangelio scriptum est. Demones autem rogabant eum dicentes. Si eius is nos mitte, nos in gregem porcorum. Quomodo igitur qui porcorum expetant mores, imaginem Dei hominem & tam charum conditori animal suo valebunt iure pervertere? Magna dilectissimi aduersum daemones arma sunt: vita sincera & intemera ad Deum fides. Credite mihi experto: pertimescit Satanas, re-

te viuentium vigilias: orationes ieiunia: mansuetudinem voluntariam paupertatem vanae gloriae contemptum, humilitatem, misericordiam, iram dominatum, & precipue purum erga Christum amorem. Nouit teterrimus coluber ex precepto Domini sub iustorum se iacere vestigijs, qui ait. Ecce dedi vobis potestatem calcare super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici. Si autem & diuinationem se habere simulantibus venturos fratres nunciauerint & affuerint quos venire praedixerant, nec sic fides est concedenda mendacibus: ob id enim praecessere venientes ut credulitas sibi pareatur ex nuncio, & postea aditus ex credulitate fallaciae. Verum in hoc nullum christiano debet esse miraculum cum non tantum qui leuitate naturae per cuncta discurrent, valeant peruenire gradientes, sed homines quoque equorum velocitate peruecti nunciant affuturos. Non enim ea quae nondum fieri coepta sunt referunt quia Dominus solus conscius est futurorum: sed quorum conspiciunt in actu initium, eorum sibi tanquam fures apud ignaros vendicant notionem. Nam quantos nunc putatis qui possunt velocitate puerili istum captum nostros que contra se sermones ante relatum alicuius hic positi longe manentibus indicare. Quod vobis per:

perspicuum fieri potest exēplis. Si quis a Thebaide aut alicuius regionis oppido cōperit proficisci, & hunc dāmones in itinere vident ambulārem, pernicitate memorata possunt predicere venientē. Ita & de Nili inundatione solenni, cum multas in Æthiopiaviderint pluias è quib⁹ fluuius intumescens vltra alueum effluere consuevit præcurrentes ad Aegyptum, nūciant annis augmentum. Hoc autem & homines (si illis celestatis esset tanta natura) facile nunciarent. Vt enim speculator beati David ad verticem loci celestioris ascendens, prior quā hi qui in terra erant prospiciens venientes non quadam incerta de futuris sed de his qui venire ceperant nunciabat: sic & dāmones curaperuigili omnia considerantes, rapido cursu sibi inuicem nūciant. Sed si forte contigerit, vt Dei nutu ad finē capta non veniant, hoc est si aut viator è media regrediatur via, aut suspēsis nubibus atq; ad altum celi cardinē deferatur tunc decipientium vna cū credētibus error aperitur. Hæc gentilitatis fuere principia, his presagiorum dolis apud delubra dāmonū quōdā credebantur oracula, quæ aduentu Domini nostri Iesu Christi indictō silentio obmutuerunt suosq; perdidere captiuos. Quis rogo medicum ex obseruatione morborum (cum animæ estuantis

incendium de venarum pulsu leui digitorū seruetur attractu) diuinam arbitratu habere notitiā. Quis gubernatorē navigationis suæ viam inter celi sydera requirerent, maiestatis omnino veneratur. Quis agricolæ de aridis estatis feruoribus, aut de hyemali aquarum largitate, vel frigore disputārem nō torius ex penuria laudat quod Dei consecrari nomine? Verum vt concedamus paulisper si vera dāmones nunciarent, respondere mihi quis fructus est nosse venientia? Nunquid aut sciens hæc aliquando laudatus aut punitus est nesciens? In hoc vnusquisque sibi præparat, seu tormenta seu gloriā si vel negligat scripturarum mandata, vel faciat. Nullus ob id nostrum hanc arripuit vitam vt habeat præscientiā futurorum, sed vt præceptis Domini obediens, amicus incipiat esse de seruo. Curandum est non præscire quæ veniunt, sed implere quæ iussa sunt nec institutionibus bonis hæc flagitare mercedem cum magis debeamus victoriā contra diabolū ab auxiliatore Domino postulare. Sed si forte aliquis hoc libenter assumit, vt futura cognoscat habeat purū cor quia credo animam Deo seruientem si in ea perseuerauerit integritate, quare generata est plus scire posse quā dāmones. Talis erat anima Heli sci quæ alijs incognitas virtutes vidg

videbat. Nunc iam cæteras vobis dāmonum explicabo fallacias. Solent nocte venientes Angelos Dei se fingere, laudare studium mirari perseueratiā, futura præmia polliceri. Quos cū videritis tam vos quam domos vestras cruci armate signaculo, & confestim dissoluentur in nihilum, quia metuunt illud trophæum in quo saluator aereas expoliās virtutes horridas eas fecit ostentui. Solent etiam varijs salrationibus membra torquere, & nostris procaciter offerre se visibus, vt mentem pauore, & corpus horrore concutiant. Sed & in hoc fides Deo tota fugat eos quasi infirma ludibria. Non est autem difficilis bonorum spirituum malorumque discretio, quæ si Deo tribuente panditur. Sanctorum angelorum amabilis & tranquillius aspectus est, quia non contendunt neque clamabunt, neque aliquis audiet vocem eorum, verum tacite leniterque properantes, gaudium, exultationem, fiduciam peccatoribus infundunt. Si quidem cum illis est Dominus, qui est fons & origo lætitiæ. Tunc mens nostra non turbida, sed lenis & placida angelorū luce radiatur, tunc anima celestium præmiorum auiditate flagrans extracto si posset humani corporis domicilio, & membris exonerata mortalibus cum his quos videt abire festinat

ad cælum. Horum tanta benignitas est vt si quis pro conditione fragilitatis humanæ miro fuerit eorum fulgore perterritus omnem continuo ex corde auferant metum. Ita Gabriel cum Zachariæ loqueretur in templo & Angeli cum diuinum virginis partum pastoribus nunciarent, & qui dominici corporis agebant excubias, securis videntium se mentibus ostendentes, ne metuerent imperabant. Metus enim non tantum ex pauore animi quantum ex magnarum rerum sæpe concutitur aspectu. Pessimorum vero vultus truces, sonitus horrendi, sordidi cogitatus, plausus motusque indisciplinatorum adolescentum vel latronum, e quibus confestim timor animæ sensibus torpor incurritur, odium Christianorum, monachorum maror, radium suorum recordatio & metus mortis cupiditas nequitia, lassitudo virtutis, cordis hebetatio. Si igitur post timorem horrore, concepto successerit gaudium, & ad Deum fiducia atque ineffabilis charitas venisse sciamus auxiliū, quia securitas animæ, presentis maiestatis indicium est. Sic namque & Abraham Patriarcha videns Deum grauisus est, & Ioannes cum Mariam superuenisse sentiret quæ in sacri ventris hospitis vniuersitatis gestabat

bat parentem, exultauit necdum natus in gaudium. Si autē incussa formidopermanserit, hostis est qui videtur quoniam nec refouere nouit ut Gabriel pauentem virginem ne timeat iubet, & sicuti pastores nuncio consolati sunt, quinimo pauorē duplicat, & vsq; ad profundā impietatis foueā, ut sibi homines prosternātur, impellit. Exinde misera gētilitas dominica interdictionis ignara falso dæmones deos opinata est. Christianorum autem populos his fallacijs irretiti non passus est Dominus, qui diabolum in Euangelio audacter sibi principatum omnium præsumptem repulit dicens. Vade retro Satanas. Scriptū est enim. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Horū verborum etiam nobis licētia est tributa, quia idcirco locutus est talia, ut similitudo tentamentorum autoritate nostri frangeretur eloquij. ¶ Illud quoque mei charissimi adinonco, ut vitæ magis sit vobis quam signorum sollicitudo. Nullus ex vobis hæc faciēs aut ipse superbia intumescat aut despiciat eos qui facere non possunt. Conuersationem magis scrutari singulorum in hoc & imitari vos quæ perfecta sunt cōuenit, & implere quæ desunt. Nam signa facere non est nostræ paruitatis, sed Domini potestatis, qui ad discipulos gloriantes in Euan-

gelio ait. Ne gaudeatis, quia dæmones vobis subiecti sunt, sed quæ nomina vestra scripta sunt in cælis. Nominum enim in libro vitæ conscriptio, testimonium est virtutis & meriti, expulsio autem Satana largitio saluatoris est. Vnde his qui non in vitæ laboribus, sed qui in prodigijs exultabant dicentibus, Nonne in tuo nomine dæmonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas facimus? respondit Dominus. Amen dico vobis nō nouos. Disceditis à me operarij iniquitatis. Non enim nouit Dominus vias impiorum, hoc ergo magnopere postulemus, ut donum spirituum discernendorum increamur accipere, quo secundum sententiā scripturarum omni spiritui nō credamus. ¶ Volueram quidem iam finire sermonem, & silentio premere quæcumque meæ acciderāt paruitati, sed ne putetis me frustra commemorasse quæ inueniri non possent: id circolicet incipiens siam tamē Dominus qui secretæ mentis est inspector nouit non me causa iactantiæ sed vestri gratia profectus hoc facere, pauca replicabo de plurimis. Quotiens me nimis laudibus efferre conati sunt cum à me in nomine Domini maledicta reciperent. Quotiens augmenta Nili fluminis futura dixerunt, cum à me audirent & hoc ad vestram quid pertinet curam? Quotiens

tiens minitantes ut milites armati scorpionibus equis, beluis, & varijs serpētibus circumdederūt me & domum in qua eram repleverunt, cum ego è contra psalere hi in curribus & hi in equis, nos autē in nomine Domini Dei nostri magnificabimur, & statim misericordia Christi fugabantur. Quod autē tempore cum ingēti luce venientes dixerunt venimus Antoni nostrum tibi præbere fulgorē. Et ego clausis oculis, quia lucem diaboli dedignabar aspiceret orabam, & dicto citius impiorum lumē extinguebatur. Post menses autem paucos, cum me corā psallerent, & de scripturis sibi me sermocinarentur tanquam surdus non audiebam. Cōmouerunt aliquādo monasteriū. Et ego mente immobili Dominū deprecabar. Sæpè strepitus sæpe saltationes, sæpe sibillos ingesserunt, & me psallēte, sonus eorum in voces flebiles vertebantur. ¶ Creditē mei filioli quod dicturus sum, vidi aliquādo diabolum celsum corpore, qui se Dei virtutem & prouidentiam habere ausus est dicere, & ait ad me. Quid vis ut à me tibi donetur Antoni. At ego spectaculum maximum in os eius ingeminans, totum me in eū Christi nomine armatus ingessi & statim ille procerus aspectu, inter medias manus exoleuit. Ieiunanti etiam mihi visus

est ut monachus, & panes offerens, his sermonibus suadebat ut vefceret & huic aliquid indulgerem corpusculo. Et tu inquit homines, & humana fragilitate circundaris, labor paululū cōquiescat, ne agritudo surripiat. Illico lucidam faciem serpentis agnouit, & cum ad cōsuetā Christi munimenta confugerem, tanquam per fenestram fumus laberetur euauit. Auri quoque discipulam mihi in deserto frequēter redit, quod idcirco offerebat, ut aut visu irretiret me aut tactu vapularer me. Nam sæpè me à dæmonibus non denego verberatum. Canebam autē sic, nullus me separabit a charitate Christi. Ad cuius vocis auditum in se inuicem furentes, non meo, sed Domini fugabantur imperio, qui ait, vidi Satanam quasi fulgur cadentem de cælo. Hęc ergo filioli apostolici memor eloquij in me transformauit, ut propositum vestrum nec dæmonum terror, nec aliqua lassitudo dissolueret. Sed quoniam ob vestram vtilitatem multa me morādo insipiens factus sum, huic rei vobis impartiri cupio notionem quam verā nullus ambigat audientium. Pulsauit aliquādo dæmon monasterij ostium egrediens video hominem enormi sublimitate porrectum caput vsque ad cælum. Cū ad hoc quis nam esset inquirerem, ait, Ego sum

sum Satanas. Et ego quid inquam hic quaris, respondit. Cur mihi frustra impugnant monachis? Cur mihi Christianorum populi male licent? Et ego, iuste faciunt, tuis enim frequenter molestantur in sedis. At ille ait. Nihil ego facio, sed ipsi se inuicem turbant. Nam ego miserabilis factus rogo. Nonne legisti, quia defecerunt inimici frangere in sinem & ciuitates eorum destruxisti. Nullum iam habeo locum, nulla possideo ciuitatem, iam mihi nulla sunt arma. Per omnes nationes, cunctasque prouincias Christi personarum nomē, solitudines ipse monachorum stipantur choris. Ipsi se quare tuentur & me sine causa non facerent. Tunc ego Dei gratiam cum alacritate mirarus, sic ad eum locutus sum. Non tu ueritati que nulla est tam nouam & tam inauditam ascribo sententiam. Nam cum fallaciz caput sis, hoc sine mendacio coactus es cōfiteri: uere enim Iesus tuas funditus surripuit vires & honore nudatus angelico uolucris in fordibus. Vix dum uerba compleueram, & ille sublimis saluatoris nominatione delectus est. Quare ergo iam, o filioli poterit residere cunctatio, que trepidatio manebit ulterius? Quis vos eorum turbo poterit conuellere? Securæ sint animæ singulorum, non sibi fingant uanas cogitationes, uana discrimina nō

aliquis timeat a diabolo sublatum ad precipitia se posse deferri. Pellatur omnis anxietas, dominus enim, qui nostros prostrauit inimicos, manens ut promittit in nobis, a varijs nos Satanae munit in cursibus. Ea ipse diabolus, qui huiusmodi cum suis satellitibus exercet astutias, nihil se posse contra Christianos statetur. Iam curæ Christianorum & monachorum nō per eorum inertiam uires demonibus præbeantur. Nā quales nos & nostras repererint cogitationes, tales se nobis præstare cōsueuerunt. Et si quod in peccatoribus mala mentis & pauoris semen inuenerint, quasi latrones qui detenta obsident loca, ceptos cumulant timores, & crudeliter imminentes, infelicem puniunt animam. Si autem alacres facti in Domino, & futurorum bonorum cupido nos succenderit, si semper omnia manibus Dei committamus, nullus demonum ad expugnandum ualebit accedere, magis autem cum munita in Christo corda conspexerint, confusi reuertuntur. Ita & Iob firmatum in Domino diabolus refugit, & infelicissimum Iudam expoliatum fide, uinculis captiuitatis innexuit. Vna est enim ratio uincendi inimicum læticia spiritalis, & animæ Dominum semper cogitantis iugis recordatio, que demonum ludos, quasi fu-

muca

num expellens, persequetur aduersarios potius quā timebit, nō est enim nescius Satanas ignium futurorum, sed æstuantis gehennæ copiosa nouit incendia. Sed ut mea iam claudatur oratio, illud in sinem cōmemoro. Cum aliquase uobis obtulerit uisio, audacter requirite quis sit ille, & unde uenerit, ac sine mora si sanctorum fuerit reuelatio, angelica consolatio ne timor uerteretur in gaudium. Si uero diaboli fuerit oblata tentatio, fidelis anime per uicinationibus euanesceat, quia maximū est securitatis indicium interrogare quisnam est & unde. Sic & Naue filius auxiliatorem suum interrogando cognouit, nec Daniele percunctantem latere potuit inimicus. Postquā Antonius dicendi sinem fecit, lætantibus cunctis in alijs uirtutis cupido exardescibat, in alijs infirma refouebatur fides, ex aliorum mentibus falsæ opiniones pellebantur, ex aliorum sensibus inanium terrorumpellebatur accensio, simulque cum iam demonum insidias cōtinerent, mirabantur in Antonio tantā gratiam spirituum discernendorum quam Domino tribuente perceperat. Erant igitur in monte monasteria tanquā tabernacula plebæ diuinis choris psallentium, lætantium, orantium, tantumque ieiunandi & uigiliarum ardorem eorum mentibus sermo eius ac-

flauerat, ut futuræ spei auiditate ad charitatem mutuam & misericordias indigentibus exhibendas, iugis studio laboraret, qui in finitam regionem quandam, & oppidum a mundana cōuersatione seiuictū, plenū pietatis atque iustitiæ uidebatur incolere. Quis tantum monachorum agmen aspiciens, uisile illum concordie cœtum cernens in quo nullus nocens, nulla detractio susurronis, sed multitudo abstinentium, & certamen officium erat, non in hanc statim erumperet uocem, quam bonæ domus tuæ Iacob tabernacula tua Israel tanquam nemora obumbrantia, tanquam paradisi super fluuios, tanquā tabernacula que fixa sunt domino, tanquam cedri circa aquas. Dū hæc ita geruntur, quibus in dies beatæ uitæ studiū cresceret Antonius mansionem in celo positā recordans & presentis uitæ deficiens inuinitatē, quasi parua essent quæcunque iam gesserat, separatus a fratribus instituebatur. Cumque cum siue cibum siue somnum indulgere corpuscule, aut alias naturæ necessitates cogeret humana cōfectio, miro afficiebatur pudore, quod tantam animæ libertatem modici carnis termini coercerent. Nam frequenter cum fratribus sedens, a cibo qui fuerat appositus memoria eicæ spiritualis ab-

G. abstr

strahatur. Edebat tamen ut pote homo saepe solus, saepe cum fratribus. Et cum haec mira (ut praedixi) ageret, cum confusione animae adhibendum magnopere corpori diligentiam persuadebat dicens, nec corpus esse penitus encandandum, ne operatio contra voluntatem creatoris dissolueretur & ob id omne studium animae conferendam, ne vitijs superata corporeis ad aeternas inferni tenebras truderetur, quinimo indultū sibi propter alteros in carne imperiū vindicās domicilium suum, ut Apostolus Paulus ad tertium caelum subleuaret. Asserebat hoc à saluatore praecipitū in quo ait. Nolite solliciti esse corpori quid vestiamini, & ne quaesieritis quid māducautis aut quid bibatis: quia haec gentes quaerunt vester autē pater nouit quod indulgetis his omnibus. Quarite ergo primum regnum Dei & iustitiam eius, & haec omnia adijciuntur vobis. His rebus transactis, cum persecutio impijssima Maximiani furore vesano vastaret Ecclesiam sanctis martyribus Alexandriam perductis, relicto & ipse monasterio secutus est futuras Christi victimas, dicens, Pergamus ad gloriosos fratrum trium phos, ut aut ipsi congregiamur aut spectemus alios praeliantes. Et amore quidem iam martyr erat, sed cum tradere se ultro non

valeret, & sociari confessoribus in metallis vel in carceribus constitutis, magna cum cura & libertate ingredientiens ad iudicem, exhortabatur, ne terrore impiorum subacti Dominum negarent. Iamque sententia coronatos exultās quasi ipse vicisset, vsque ad locum felicitis sanguinis prosequabatur. Quamobrem motus index ob Antonij sociorumque eius constantiam praecipit: nullum penitus monachorum, aut obseruare iudicium aut in ciuitate versari. Et ceteris quidem omnibus in illa die placuit abscondi. Antonius autem impavidus neglecto persecutoris imperio, lauit impedimentum, id est scapulare suum. Et alia die stans in quodam eminenti loco cadente praecipuus veste, procedentem iudicem suo prouocabat aspectu flagrans cupiditate martyrij, ostendebatque nobis contemptorē poenarum & mortis in Christianis animum: perseuerare debere in tantum ut contristaretur, quia volenti pati pro Dei nomine, martyrium non dabatur. Sed dominus qui suo gregem parabat magistrū seruauit Antonium, ut institutio (sicuti factū est) monachorum, non solum oratione eius, sed & conspectibus firmaretur. Nunquā tamen à confessorum vestigijs separatus est: quia maxima circa eos cura, & charitatis vinculo colligatus ma-

gis.

gis carcerem patiebatur exclusus. Postquam autem persecutio nis turbo defluerat, & beato Episcopo Petro iam ob martyrij gloriam, coronato ad pristinum monasterium regressus est, quotidianum fidei ac conscientiae martyrium merebatur, acrioribus se ieiunijs vigiliisque conficiens. Vestimento cilicino intrinsecus de super pelliceo utebatur nunquā corpus lauans, nunquā à pedibus sordes abluens nisi cum per aquas transire necessitas compulisset. Nullus denique Antonij corpus nudum antequam moreretur vnquam vidit. Quodam autem tempore cum ab omnium se amouisset oculis, & clauso monasterio neminem omnino suscipere, Martinianus militum praepositus, cuius filia immundi spiritus infestationibus quatiebatur, pulsans ostiū obsecrābat, ut suo pignori subueniret, & exiens, Deum pro filia deprecaretur. Tunc ille aperite quidem minime voluit prospiciens vero desuper ait, o homo, quid meum poscis auxilium? Mortalis & ego sum, & tuae socius fragilitatis. Si autem credis in Christum cui de seruo vade & secundum fidem tuam ora Deum, & sanabitur filia tua. Confestim ille credens abiit & iuocato Iesu filiam reduxit incolumen. Multa & alia mirabilia per illū Dominus ope-

ratus est, & merito, qui haec promisit in Euangelio petire & dabitur vobis, inuēto qui eius gratiam meretur accipere suam potentiam non negauit. Nam plures vexatorum ante monasterium eius clauso introitu dormientes fidelibus per eum ad Christū precibus curabantur. Haec illi multitudo venientium desideratā solitudinem auferens radio fuit, metuens itaque ne signorum copiosa cōcessio, aut suum animum extolleret aut alios plus de se quā videbāt in ipso cogere estimare, ad superiorem Thebaidē pergere cogitauit, vbi nullus eum agnosceret & à fratribus acceptis panibus, sedebat super fluminis ripam, transitum nauis obseruās. Illo talia cogitante vox ad eum desuper facta est dicens. Antoni quopetgis & quare? At ille intrepide quasi cōsuetam vocem loquentis agnosceret, respondit. Quoniam non sinunt me quiescere, populi idcirco ad superiorem Thebaidē ire optatum duxi, praecipue quia ad ea exigor, quae virtutem meam pusillanimitatis excedunt. Et vox ad illum ait, Si ad Thebaidem vadas & ad pastoraliam ut cogitas pergas, maiore ac duplicem sustinebis laborem. Si autem verē quiescere cupis, vade nunc ad interioris desertum. Cumque Antonius liceret & quis mihi locum alium poterit ostendere? Ignarus autem

G 3 sum

sum locorum. Confestim ei vox quæ loquebatur Sarracenos indicauit, qui mercandi gratia ad Aegyptum venire consueuerat. His appropinquans Antonius, rogauit ut se pariter adducerent in desertum. Nullus obnixus est, sed tanquam à Deo missum comitem suscipientes, amplexi sunt eius societatem. Tribus autem diebus & noctibus itinere, confecto, inuenit montem valde excelsum, ad cuius radices fons aquæ dulcis labebarat. Et campus haud magnus totum ambiens montem qui palmis per paucis, & his neglectis constitus erat.

Hunc Antonius locum quasi à Deo sibi offerretur amplexus est. Is enim erat quem sibi ad fluminis ripam sedenti qui loquebatur, ostenderat. Et primo quidem accipiens à comitibus panes solus remansit in monte, nullo alio cum eodem conuersante. Quasi propriam enim dominum agnosceus habebat locum illum. Sarraceni quoque videntes eius fiduciam orato per eum transitu panes eidem cum lictitia deferrebant, nec non palmarum (licet mediocri) tamen aliquanto solatio refouebatur.

¶ Exinde cum fratres agnito loco tanquam ad patrem filij sollicitè alimenta transmitterent, videns Antonius quod ob suum refrigerium multis onerosus labor

indiceretur, & parcens etiam in hoc monachis rogauit vnum de aduenientibus, ut sarculum sibi bis acutum cum frumento deferret. Quibus allatis circumiens montem haud grandem, cultura aptum reperit locum ad quæ deriuata aqua desuper poterat influere. Istique seminauit, atque exinde annuum sibi panem laborans, gaudebat, quod sine cuiusquam molestia ex proprijs manibus viueret in deserto. Sed cum rursus etiam illuc quidam venire coepissent, misertus est lassitudinis eorum, & olus in paruo terræ cespite coluit, ut post asperum iter aliquando venientes, solatio refouerentur: hoc fratrum fuit refrigerium & paruplam mellem quam bestia quæ propter aquam illuc adueniebant depastat fuit, è quibus vnam apprehendens dixit omnibus. Cur me laeditis, nihil à me lictis. Abite, & in nomine Domini ne huc appropietis ulterius. Quis non credat post hanc denuntiationem quasi timentes nunquam illuc bestias propinquasse. Sic Antonium in penetrabilia montium & deserti in testina captiuam, orationibus etiam deditum introeuntes fratres magnis vix precibus extorserunt, ut oliuas & legumen, & oleum, quod post menses aliquot ministrabant dignaretur accipere

cipere & senili modicum laxaretur arati. Proh nephas quantas ibi conuersans expertus est. lictas vere secum, quod scriptum est: non illi aduersus carnem & sanguinem fuisse colluctationem: sed aduersum principatus & potestates, ab his qui ad eum ingrediebantur, agnouimus. Illic enim tumultus, voces & populi armorumque sonitus prorsus plenum montem daemonum multitudine se vidisse referebat, ipsum etiam quasi contra inimicos palam resistentem, & fortiter colluctantem. Qui tamen & aduenientes seo refouebat hortatu, & flexis genibus armisque orationum omnem Satanæ prosternebat exercitum. Admiratione plane dignum est, tam immanis litidine vnum hominem nec daemonum quotidianas expauisse congregationes nec tantarum bestiarum quadrupedum siue reptilium diuersa celsisse feritati. Iuste David cecinit. Qui confidit in Domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum. Immobilem, & tranquillam retinens animi firmitatem, & daemones fugabat & feras, sicut scriptum est secum pacificabat. Sed & diabolus ut suprascriptus propheta ait, obseruans eum, frendebat dentibus suis, & ille Saluatoris auxilio ab vniuersis tutus perseuerabat insidijs. ¶ Quadam er-

go nocte cum peruigili cura obsecraret dominum tantos in monasterium eius bestiarum greges coaceruauit, ut omnes Eremita lictis circum se aspiceret. Quæ eum rugitu oris morsum corpori imminarentur, intellexit hostis astutias dixitque. Si à Domino iam me vobis est tributa licentia deuorare concessum, statim demonum huc venistis impulsu, quanto citius abite: quia Christi famulus sum, ita factum est, & cum iubentis voce omnis bestiarum multitudo quasi maiestatis verbera caderetur, aufugit.

¶ Non multi post hæc fluxerant dies, & alia oritur cum eodè hoste certatio. Operante illo (nam semper, ut venientibus pro his quæ sibi detulerant, aliquod munusculum repèderet laborabat.) Die quadam sportellæ texebat tuitiam, siue funiculum. Ad cuius motum exurgens vidit bestiam puberens humanam speciem præferentem, quæ exinde in aliam siniebat. Post cuius aspectum vexillum crucis in fronte suapin gens hoc tantum, ait, Christi seruus sum, si ad me missa es non fugio nullum in medio spatium. Et statim infirme prodigium dicto oclis cum satellitū turba fugit, & in medio cursu ruens extinctum est. Ista autem explosi mors atque euectio prodigij, daemonum erat cõmunis in

teritus, qui omni studio laborantes Antonium à deserto deducere non valuerunt. ¶ Mirandis plus miranda succedunt. Non grande post ista tempus excesserat, & tantarum victoriarum homo fratrum precibus vincitur. A monachis enim rogatus, vt eos dignaretur inuisere, vna cum his profectus est, impositis camelo aqua & panibus, quia nusquam preter monasterij locum ex quo hauserat, potabilis aqua per arenam viam repetiebatur. Verum in medio itinere bibendi subsidia defecerunt. Ardor nimius, æstus intolerabilis mortem cuncta minitantur. Circumeunt & querunt saltim collectam pluuiis lacum nihil prorsus remedium, nihil occurrit penitus ad saluum. Camelus quasi petiturus & ipse æstus dimittitur, æstus percutus exurit & sitis desperatione feruefcit. Mouit senem fratrum commune discrimen, & vehementissimè contristatus ingemuit. De hinc ad solita precum auxilia confugiens paululum ab eis secessit, ibique genibus fixis, supplices manus tetendit ad dominum. Nec mora, & ad primas rogantis lachrymas in orationis loco, fons ebulliens erupit, ibique extincta siti & arenia membra refecta sunt, & plenis vtribus inuentum potant camelum. Ita enim casu euenerat, vt camelus

errans per Eremum dum funiculum trahit in quodam lapide eiusdem alligatione funiculi tenebatur. Tandem confecto itinere ad monachos qui inuitauerat peruenit. Tunc vero quasi patri omnes obuiam currunt, & honorifico salutatu in oscula eius & amplexus certatim ruunt. ¶ Proposito feruenti gaudet Antonius, & letantibus de auentū suo cunctis, quasi crenca de monte portans spiritualia, impartitur alimenta. Laudat veterum studia, hortatur nouorum. Sororē quoque iam vetulam virginem videns, & aliarum puellarum magistrā mira exultatione suscolitur. ¶ Exinde quasi diu abesset ab Eremo rursus festinauit ad montem. Plurimis iam ad illum venientibus cum etiam vexatiā dæmonibus malo necessitate acto auderent deserta penetrare, quos ille consolans & monachis in commune præcipiens, aiebat. Credite in Iesum fideliter, mentem à malis cogitationibus, carnem ab immunditijs seruate puram & iuxta eloquia diuina ne seducamini in saturitate vëtris. Odite vanā gloriā orate sepius, psallite vespere, & mane & meridie & mandata scripturarū reuoluite. Recordamini gestorū quæ sancti quinque fecerunt, vt exempli memoria animam inciter ad virtutē refrenet à vitijs, sua

debat

debat etiam iugi meditatione retinendum apostoli sermonē quod ait, sol non occidat super iracundiam vestram. Non rātum autem super iracundiam solem occidere non debere interpretabatur: sed & super omnia delicta hominum ne peccatorum vnquam nostrorum, aut in nocte luna, aut in die sol testes abscederent. Illius quoque admonebat precepti quod dicit. Dijudicate vosmetipfos, & probate vt rationem diei noctisque facientes, si in se delictum deprehendissent, peccare desisterent. Sinautem nullus error decessisset perseverantes instarent potius incepto quam arrogantia tumidi, aut alios contemnerent, aut sibi iustitiam vendicarent, iuxta supradicti doctoris eloquium dicentis, Nolite iudicare ante tempus magis debere eos Christo, cui soli occulta parēt, referuare iudicium. Multas esse, vt scriptum est vias quæ videntur hominibus iustæ: sed fines earum ad profundum respicere inferni. Sape nos tra non posse nos intelligere peccata, sape falli in ratione gestorum, aliud esse Dei cuncta cernētis iudicium, qui non ex superficie corporum, sed ex mentium indicat arcanis. Equum autē esse nos nobis compati, & inuicem olera nostra portare vt concessio examine saluatori proprias conscientias nosmetipfos dijudican-

tes intueremur. Nec nō præcipiebat magnam esse virtutis viam, si singuli vel obseruarent quid regerent vel vniuersas mentium cogitationes fratribus referrent.

¶ Non enim posse aliquem peccare, cum relaturus esset ad alium quæcunque peccasset, & subite pudorem in publicum turpia proferendi. Denique nullum peccantem coram alio peccare, etiam si peccet, tamen restem vitare peccati, mentiri magis & negare, & vetus delictum nouo inficiendi augere delicta. ¶ Igitur quasi sub oculis agentes nostris, & cogitatu confundimur & acti si omnia referenda faciamus, multo autem magis si peccata nostra fideliter describentes digeramus in ordinem. Tunc vero annotatio delictorum fratrum videbitur oculis, tunc timebimus peccati maculas, conscientia ipsi nos arguent apices. Et quomodo meretricibus membra miscentes confunduntur ad præsentia ceterorum; ita & nos erubescemus ad literarum scripturas, hinc agamus, hanc virtutis gradiamur viam, & corpora mentibus subiugantes, perniciosas diaboli conteramus insidias. Talibus sermonibus hortamentisque, & venientes ad se monachos incitabat ad studium & parentibus condelebat pluresq; eorum Dominus per Antonium liberauit. Nunquam

G § amen

tamen, aut de incolumitate curarum est inflatus ad gloriam aut contristatus de obsessis adhuc corporibus murmuravit. Magis autem eodem semper animo & vultu manens gratias Deo referebat suadens occupatis ut correptionem qua vexabantur patientius ferrent. Non enim Antonij aut cuiusquam hominum omnino hanc esse medicinam, sed Dei solius, qui & quibus vellet & quo vellet tempore daret sanitatem. Ita consolatione sua & vexatos equanimiter ferre tentationem & iam liberatos non sibi, sed Deo gratias referre docebat. Frontonem autem quidam vir ex Palæstinis, qui infestissimo demonio vexabatur, nam & linguam eius laniabat dentibus, & oculorum nitebatur lunien extinguere, perrexit ad montem, rogabatque beatum senem, ut pro se dominum rogaret. Orauit Antonius, dixitque ad eum. Vade & curaberis. Ille incredulo sibi & violenter ibidem contra preceptum remoranti eadem geminabat Antonius dicens. Hic curari non poteris, egredere, & cæcæ in Aegypto statim te misericordia Christi consequetur. Tandem credidit, & profectus est, ac visa in Aegypto secundum promissionem senis, quam ei Dominus oranti reuelauerat infestatio cessauit inimici. Virgo vero quædam quæ a Tripolitana regionis

ciuitate deuenerat, inauditis & flebilibus morbis laborabat. Etenim narium purgamenta, oculorum lachrimæ, autium putridus humor in terram cadens, confestim in vermes vertebatur. Augere calamitatem corpus paralitico dissolutum, oculos quoque peruersos contra naturam habens. Hinc parentes eius deserentes cum ad Antonium monachos ire didicissent credentes in Domino, qui pertinacem sanguinis fluxum in euangelio, tactu sibriz stare præceperat, rogauerunt ut miserabilem filie comitatum susceperent. Illis renitentibus eam usque ad Antonium perduxere, remanserunt parentes foris cum filia debili apud beatum confessorum & monachum Paphuncium, qui effectus pro Christo oculis, sub Maximiano persecutore tali de honore sancto corporis plurimum gloria batur. Peruenerunt igitur ad Antonium monachi. Cumque de morbo puellæ referre disponderent relationem eorum senis sermo preuenit, & omnem debilitatis, & itineris usque ad sanctum Paphuncium causam quasi ipse interfuisset exposuit. Rogantibus autem eum monachis, ut paratibus cum filia permitteretur ingressus, non concessit, sed ait. Ite & inuenietis puellam, si non est mortua curatam. Et adiecit. Nul-

per

peruenire, quia largitio curatio- num non est humane miserie sed Iesu Christi misericordie, que vbi que in se credentibus prestare conuenit auxilium, quæ obræ & illa pro qua petitis, suis precibus liberata est, & cum ad Dominum orarem ego, mihi præsentia sanitatis eius indulta est, dixit & secundum verba eius puellæ incolumitas secuta est. Nam exeuntes foras ad beatum Paphuncium & filiam sospitem: & parentes letos repererunt. Non multum autem post istos dies cum duobus fratribus intereuntibus ad Antonium aqua in itinere defecisset, & ut vno sit mortuo alter iaceret in terra mortem expectans, Antonius sedens in monte celeriter ad se duos monachos vocauit qui forte ibidem sunt reperti, & festinato precepit, ut lagenam aquæ assumentes, inuaderent iter quod ducit ad Aegyptum, dixitque. Vnus est frater huc aduenientibus modo migravit ad Dominum alter si non succurreritis ei, addetur. Hoc enim mihi nunc eranti reuelatum est. Sic ait, & iuxta preceptum eius monachi festinantes extinctum corpus inueniunt terra proid operientes alterum refocillatum suo iunxerunt comitatu. Erat autem spacium itineris vnus diei, fortasse aliquis hoc querat, cur non antequam moreretur, Antonius dixit

rit incongruo proflus christiani argumento vitur, quia non Antonij, sed Dei fuit iudicium quia & de recedente quæ voluit sententiam tulit, & de sitiente reuelare dignatus est, hoc tantum in Antonio mirabile est, quod in monte remotissimo sedens corde peruigili cuncta procul posita Domino indicante cognosceret. Alio rursus in tempore cum sederet in monte, & oculos subito tetendisset in cælum vidit nescio quam animam letantibus in eius occursu angelis, ad cælum pergere. Cuius spectaculi nouitate stupefactus beatum dixit sanctorum chorum, orauitque ut sibi ei præsens agnitio panderetur. Et statim vox ad eum facta inquit istam esse Ammonis monachi animam, qui Nitri morabatur. Erat autem Ammon vir graueus qui perseueranter a pueritia usque ad senectutem in sanctitate vixerat. Itinere quoque dierum xiiij. spacio a Ninia locus in quo sedebat Antonius diuidebatur, videntes autem cum monachi admirantem qui venerant deprecati sunt ut causâ hilaritatis ediceret. Quibus ait. Modo Ammon quieuit, quem propter frequentem eius ad Antonium comitatum, & propter celeritatem indultorum ei a Domino signorum optime nouerant, de quibus etiam

hos

hoc vnum dicendum est. Necessarium enim fuit aliquando flumen nomine Licum subitis aquis inundatum transuadare, rogauitque Theodorū qui cum ipso erat vt paululum a suo separaretur aspectu, ne nuditatem corporis inuicē uterque conspicerent. Recessit Theodorus. Nihilominus ille seipsum cum nudare vellet erubuit. Cogitantem autem cum in alteram ripam virtus diuina transposuit. Rursusque Theodorus vir, & ipse Deo deuotus transiens ad senem mirari cepit, quod tam velociter fluuium transuadasset. Cūque nihil humoris in pedibus, nihil in vestibus eius aqua cōspiceret, rogauit eum vt tam incredibilem translationem quasi filio pater exponere. Nolente illo dicere quæ acciderant, amplexus est pedes eius, iurauitque non se dimissurum priusquam sibi id quod celabat referret. Videns ergo senex contentiose vincere volentem fratrem, exegit vicissim ab eo, vt nulli hoc ante suam mortem indicaret, atque ita confessus est, se subito in alteram ripam fuisse transpositum, neque omnino vndis impiesse vestigia, dominici corporis hoc tantummodo priuilegium asserens & eorum quibus ipse vt Apostolo Petro donauerat, vt aquarum leuitate humanū corpus insisteret. Hac autē Theodorus præmisso tempore non di-

xit, post eius mortē retulit. ¶ Monachi ergo quibus dixerat Antonius de morte Annō, notauerunt diem & veniētibus de Nitria fratribus: post dies triginta sciscitantes, reppererunt illo die illaqueo ra dormisse Ammon, qua animā eius ferri senex viderat, utriusque igitur puritatem mentis in Antonio mirati sunt quomodo rei tam longe gesta statim ad eum fuisset perlata cognitio. ¶ Archelaus quoque comes cum eum inuenisset in exteriori monte rogauit, vt oraret pro Policratia Publij filia, quæ in Laodicia erat admirabilis, & Christo dedicata virgo. Patiebatur enim pessimos stomachi & lateris dolores, quos ieiunijs nimijs vigilijsque contraxerat, & erat penitus toto debilis corpore. Orauitque Antonius, & diem (quo oratio fuerat facta) annotauit. Archelaus Redijt in Laodiciam, & inuenit virginem incolumen. Percussit status diem sanitatis reperit tempus medelæ, cum annotatione cōgruere. Et omnes admirari sunt, agnoscentes eo tempore illam à Domino fuisse a doloribus liberatam, quo oras Antonius pro ipsa bonitatem saluatoris inuocauerat. ¶ Sæpe etiam ad se venientium turbatum, ante dies & menses, & causas prædixit, & tempora. Nam quosdam videndi cum tantum deliderium alios imbecillitas, nonnullos obsessa a dæmoni-

bus

nibus corpora pertrahebant, nemmo tamen vnquam vexationem aut detrimentum laborioso itinere conquestus est, regrediebantur omnes spiritali cibo pleni. At ille præcipiebat, nō suæ laudi hanc admirationem ab eis applicari debere, sed domini, qui sui notionē hominibus pro capacitate mortalitatis indulserit. Quodam autē tempore cum exisset ad exteriora monasteria, & rogatus esset a fratribus, vt in naui quidem cū monachis proficiscentibus iret, ascendit, & solus ex omnibus odorem fenit terribilissimum, assererebant cuncti piscium falsorum & caricarū eum in naui positarum hunc esse putorem. At ille alterius rei factorē se sentire affirmauit. Adhuc loquente illo, adolescens quidam possessus a Dæmone, qui procedens iuxta carinam se absconderat repente exclamauit, Quo statim per Antoniū in nomine Domini Iesu Christi curato, intellexere vniuersi diaboli illum fuisse putorem. ¶ Alius quoque ad eum vir inter suos nobilis dæmoniosus adducitur tanta oppressus insaniam, vt non sciret se esse apud Antonium: nec non & corporis sui superflua comederet. Quamobrem rogatus senex ab his qui eum adduxerant, vt pro illo Dominum oraret, intantum iuuenis miserie condoluit, vt tota nocte peruigilans cum eo, aduersus pa-

tiētis insaniam laboraret. Sed cum iam luscisceret, & obsessus impetu in Antonium facto, vehementer eum impulisset, irasci ceperunt qui eum adduxerant, cur feni fecisset iniuriā. Quibus Antonius ait. Nolite alienam culpam iuueni misero ascribere. furor iste obfidentis est non possessi. Idcirco autem in hanc prorupit dolens hostis audaciam, quia Dominus ad aridam regionem ire eum iussit, & expulsi Satanae iudicium, iste aduersum me impetus fuit. Nulla post verba & mora, & adolescens recepto sensu, & gratias agens Deo, & locum vbi esset agnouit, & toto Antonium complectens, deosculatus est affectu. ¶ Innumera & alia istiusmodi, ligna sunt, quæ monachorum concordiam sæpe relatione cognouimus. Verum non tantum his adhibendis est stupor, quia multo plus quæ sequuntur conditionem nostram fragilitatis excedunt. Hora circiter nona cum ante cibū orare cœpisset, raprum se sensit in spiritu, & ab angelis in sublime ferri prohibentibus transitus aeris dæmonibus, ceperunt angeli contradicentes requirere quæ esset causa retinendi nullis existentibus in Antonio criminibus. Illis vero ab exordio natiuitatis replicare peccata nitentibus, calumiosa angeli ora clauserunt dicentes, non debere eos à natiuitate eius delicta narrare, quæ

quæ iam Christi essent bonitate sopita, si qua autem scirent ex eo tempore, quo factus est monachus, & Deo se consecrasset, liceret proferri. Accusabant demones multa procaciter mentiens, & cum decellent probamenta fallacibus, liber Antonio consensus aperitur. Et statim rediēs in se, in eo loco in quo stare ceperat, hoc rursum vidit esse quod fuerat. Tunc vero oblitus esse ex illa hora non tamen gemitu ac lamentatione trāsegit reputans secum humanorū hostilium multitudinem, & colluctationem tanti exercitus, & laboriosum per aera iter ad cælum & hoc Apostoli dictum quod ait. Non est vobis colluctatio adversus carnem, sed adversus principes potestatis huius aeris. Qui sciēs aereas potestates ob id semper tentare, luctari, & contendere non vobis liber transitus esset ad cælum hortabatur monens. Assumite arma Dei, ut possitis resistere in die mala, ut nihil mali habēs. quod de vobis dicere possit inimicus confundatur, nos autem apostolici sermonis recordemur dicentis. Siue in corpore siue extra corpus nescio, Deus scit, & paulus quidem vsque ad cælum tertium raptus est, ibique auditis verbis ineffabilibus descendit. Antonius autem vsque ad aërem sublatus post colluctationem liber cōcessus apparebat. Habebat etiam

istiusmodi donum. Si cuius rei fadens in monte ignarus fuisset, & eius secum inquireret notionem oranti ei a Domino reuelabatur, & erat secundum quod scriptum est a Deo doctus. Denique cum a fratribus haberetur iste tractatus, & ab eo sedule seiscitaretur, quemadmodum se post corporis sarcinam anima gereret, quæ ei locus post exitum concederetur, proxima nocte vox desuper nomen eius in clamitans ait, Antoni exurge, exi & vide. Qui exurgēs egressus est, sciebat enim quibus respondere deberet. Et elevatis ad cælum oculis, vidit quædam longum atque terribilem, caput vsque ad nubes attollentem, vidit etiam pennatos quosdā evolare cupientes ad cælum atque illum extensis manibus prohibere transgressum, è quibus alios apprehensos elidebat ad terrā, alios frustra retinere contendens dolebat super se ad cælestia transvolare, & maximum gaudium mixtum mœrore, vidit victoresque tribuebant. Statimque ad eum vos facta est dicens. Animadvertite quod vides & tunc cepit illuminato corde intelligere, animarum esse confensum & diabolum prohibentem, qui & sibi retinere obnoxios, & in sanctorum quos decipere non poterat, cruciaretur volatu. His visionum exemplis incitatus quotidie ad meliora cresce-

bat.

bat. Neque vero id quod sibi reuelatū fuerat causa iactantię, fratribus indicabat, sed cum orās iugiter Dei laudaret auxilium, interrogatibus compellebatur edicere, nec spirituales filios pura in Christo anima occultare quicquā volebat, præsertim cū huiusmodi signorum relatio & amorem ministraret proposito, & fructum laboris ostenderet. Nunquam ille, aut ira subita concitatus patientiam rapit, aut humilitatem erexit in gloriam. Nam omnes clericos vsque ad ultimum gradum ante se orare compellens. Episcopis quoque atque præbyteris, quasi humilitatis discipulus, ad benedicendum se caput submittebat. Diaconos vero qui ad eum utilitatis causa veniebant, cum pro adiutorio eorum eis presentibus disputaret, adorandum dominum sibi proponebat, non erubescens, & ipse discere. Nam & interrogabat frequenter eos cum quibus erat & si aliquid ab eis necessarium audierat, se ferebatur adiutum. Habebat autem, & in vultu magnam gratiam, & admirabile a salvatore etiam hoc munus acceperat. Si quis enim ignarus eius inter multitudinem monachorum eum videre desiderasset, nullo indicante ceteris prætermissis ad Antonium currebat, & animæ puritatem agnoscebat in vultu, & per speculum cor-

poris gratiam sanctæ mentis intuebatur. Nam semper hilarem faciem gerens liquido ostendebat se de cælestibus cogitare, sicut scriptura ait. Corde letante vultus floret: sed in mœrore constitutus tristatur. Ita & Iacob agnovit Laban locerum suum insidias sibi machinantem dicens ad filias eius. Non est facies patris vestri, sicut heri & nudius tertius. Sic Samuel agnovit David: letificatos enim habebat oculos, & dentes sicut ac candidos. Similiter agnoscebat Antonius quia semper eandem faciem, inter prospera & adversa retinens: nec secundis extollebatur nec frangebatur adversis. Erat autem in vultu amabilis & in fidei puritate mirabilis. Nunquam enim schismaticorum se miscuit communioni, antequam eorum sciens pravitatem atque transgressionem. Nunquam Manichæis aut alijs hereticis saltem amabilia verba largitus est, nisi tantum ea, quæ eos possent ab iniquitatis errore revocare denunciatis talium amicitias atque sermones perditionem esse animæ. Sic etiam Arrianos detestabatur ut omnibus diceret, nec iuxta eos quidem esse accedendam. Nam cum venissent quidam Arrianite reperia post eorum examinationem infidelissima secta effugavit eos de monte dicens multo serpentibus

bus deterioris horum esse sermo-
nes. Mentiētibz autem Arrianis
aliquādo Antonium ita vt se cre-
dere, admiratus eorum audaciā
& iusti doloris ira commotus ro-
gatusque ab Episcopis atque vni-
uersis fratribz Alexandriam des-
cendit, ibique Arrianas publico
sermone condēnauit vltimā hanc
esse hēresim & præcursorē Anti-
christi affirmans, prædicauitque
in populo filium Dei non factu-
ram, non ex vllis instantibus, sed
propriū & vnius cū patre sub-
stantiæ, ne creatura potius aut ad-
optio, aut appellatio videtur, im-
pium esse dicens vel mente con-
cipere, erat quādo non erat, cum
verbum Dei Deus, qui est semper
patri sit coæternus quia ex eo na-
tus est patre qui semper est. Vnde
ait. Cum Arrianis vobis nulla
sit cōiunctio. Quæ enim societas
luci ad tenebras? Vos fideliter cre-
dentes christiani estis, illi verbum
id est filium qui ex Deo patre est
creaturam docentes nullo inter-
uallo à gentibus separantur, qui
seruiūt creaturæ potius quā crea-
tori, qui est benedictus in sæcula.
Ipsa (mihicredite) irascuntur ele-
menta, & omnis contra Arrianū
furorē secundum Apostoli di-
ctum congēmisit creatura, quod
sibi Dominum suum, per quem
omnia facta sunt videat cōequari
alias aggregari. Hæc tanti viri præ-
dicatio exprimi non potest quan-

tum ad fidem populos roborauit.
Latabantur quippe hostilem
& Christo inimicam hēresim, ana-
thematizari ab Ecclesiæ columna
Nulla tūc ætas, nullus sexus domi
remanfit. Taceo de christianis cū
pagini quique, & ipsi Idolorum
sacerdotes ad dominicum impe-
rium conuolabant dicentes. De
precamur, vt videamus hominē
Dei, quia hoc apud vniuersos cō-
spicuum, erat nomen Antonij.
¶ Ambiebant quoque saltim sim-
briam vestimenti eius attingere
multum sibi. & tactum prodesse
credētes. Quot tūc diabolica ob-
sidione & varijs infirmitatibus li-
berati, quot simulacris erepta sūt
spolia, quanti etiā ab errore gēti-
lium retracti nostro iucti sūt gre-
gi? Tanti certe, vt paucorum die-
rum spacio ex Idolorum supersti-
tione conuersio, omnem per an-
num credentium vinceret turbā.
Præterea cum irruentem multitu-
dinem comites repellerent, existi-
mantes tadio illi conuentum po-
puli fore ipse tranquillo animo
dicebat. Nūquid hic cæcus dæmo-
num maior est turbis. Nunquid
obsequiū multitudinē colluctato-
rum in mente nostrorum cater-
uis est numerosior. Accidit e-
tiam vt cum eum redeuntem cir-
ca portam prosequeremur, à ter-
go quædam mulier clamitaret di-
cēs. Expecta homo Dei, filia mea
atrocissimo vexatur dæmonio, ex-
pecta

pecta obsecro expecta, ne & ego
corrucens inteream? Hoc audito
admirabilis senex à nobis admo-
nitus, volens tamen & ipse pau-
lulum subsistit. Cumque appro-
pinqante muliere puellā iaceret
explosa orauit tacitus Iesum, &
ad comminationem eius statim
spiritus impurus egressus est, puellā
in columis, populus in laudibz
Dei, mater in gaudiō fuit. Ipsa
tamen latabatur, qui ad desidera-
tam solitudinem repedabat. Erat
autem valde sapiens & hoc in se-
mirabile habebat, quia cum lite-
ras non didicisset ingeniosissi-
mus & prudentissimus, immo-
bilis & mansuetus erat. ¶ Aliquā-
do etenim philosophi duo genti-
les venerunt ad eum putātes. An-
tonium se posse decipere. Erat
enim in superiori monte. Quos
cum vidisset paganos intellexit
ex vultu, & procedens ad eos per
interpretem, ita cepit appellare.
Quare tam longe ad stultum ho-
minem sapientes se vexare voluc-
runt illis dicentibus non esse il-
lum stultū sed nimium sapientē,
vigilanter respondit. Si ad stultū
venistis, superfluous est labor ves-
ter. Si autē putatis me sapientē ef-
fe, & sapientiā habere bonū est,
imitamini quæ probatis, quia bo-
na cōuenit imitari. Si ego ad vos
venissem, vos imitarer, sed quia
vos ad me quasi ad sapientem ve-
nistis, estote sicut ego. Sum Chri-

stiani. Abscefferunt philosophi
vtrunque mirantes, & acumen in-
genij & dæmonum expulsionē.
¶ Alios quoque similiter mundi
sapientes, qui eum irridere cu-
piebant, quia literas ignoraret,
tali disputatione colligauit di-
cens. Respondete mihi. Quid
prius est sensus an literæ. Et quid
cuius exordium. Sensus ex literis
an literæ oriuntur ex sensu: illis
asserentibus, quia sensus esset an-
teor atque inuentor literarū ait.
igitur sicut sensus in columis est,
hic literas non requirit. Quis præ-
sentium post hanc colluctationē
non exclamauerit, cum obstupue-
runt, & ipsi qui videri sūt, tan-
tam in imperio literarum sagaci-
tatem animi admirantes. Neque
enim vt in solitudine & monti-
bus versatus, atque omnem ibi-
dem exigens vitam, agrestis &
rudis erat, sed iocundus atque af-
fabilis sermonem secundum apo-
stoli præceptum diuino condi-
tum sale præferēbat, ita vt inui-
dia careret, & amore omnium po-
tiretur. ¶ Inter hæc quasi parum
esset, his gentilitatem fuisse supe-
ratam, & tertio venerunt viriom-
nis secularis prudentiæ nuge se-
cati, atque vniuersis prophetiæ
studij artium suarum estimatio-
ne doctissimi. Hi cum rationem
ab eo exigerent fidei, quam in
Christo habemus, & niterentur
arguta sophismatum interroga-
tione

tionem, de diuinæ cruce eū illudē-
re. Intra silērium paululum voce
compressa, primum eorum misc-
ratus errorem est. Deinde per in-
terpretem, quæ eius verba dilige-
ntissime in græcum solebat expri-
mere sermo, ita exorsus est di-
cens. Quid pulchrius est quid ve-
hementius, cruce colere, an adul-
teria, patricidia, vel incestum,
his assignare quos colitis, cum in
altero contemptus mortis in-
signe virtutis sit in altero turpiter
lizio fuit obscenitatis magistra.
Quid melius est dicere quod Dei
verbum manens, ut erat ob salu-
rem nostram humanum corpus
assumpserit, ut societate mortali-
tatis nos eueheret ad cœlum, par-
ticipesque naturæ cœlestis effice-
ret, an ut ipsi afferitis diuinæ me-
ris haustum, ad terrena veneran-
da caput submittere, & pecudū
atque serpentium formis cœle-
ste numen includere? Quod oīe
christianorum crudelitātē aule-
ris irridere, dicentium Christum
filium Dei sine sui detrimētō, &
exuisse esse quod non erat, & mā-
sisse quod fueret, cum ipsi ani-
mā de cœlestibus detraheantes,
non tantum hominum, sed & pe-
cudum sœcietatis sepire corpori-
bus, christiana credulitas pro sa-
lute mundi Deum suum venisse
testatur, vos vero innatam ani-
mam predicantes, vltro citroque
trāsfortis. Christiana fides omni-

potentiā Dei clementiamque ve-
neratur. Consequēter incarnatio-
nem dicit Deo fuisse possibilem.
ita tamen ut non euacuaretis di-
gnati dignitatem, vos qui ani-
mam ex splēdidissimo Dei fon-
te manentem turpiter decidisse
iactatis, qui mirabilem & cōuer-
tibilem eam post sui diminutio-
nem audetis asserere, iam illam
quoque naturam dominam, sæcu-
lorum per animæ cōtumelias im-
piā linguā temeratis. Imago enim
que secundum nos naturalem si-
militudinem sui retinet auctoris
cui vna est ex qua defluit, eadem
que substantia humilitati & pro-
prias & iniurias consequenter ad
suam originem remittit. Igitur
animā doctite cōtumelias ani-
marum ad patrem, ut appellatis
earum, per vestram blasphemiam
redundare. Crux Christi Domini
Dei nostri vobis ingeritur. Rogo
quæ hic est religionis obsequitas.
Nonne potius est cruce, aut ali-
cuius generis in ortem ab iniquis
hominibus illatam patienter su-
stinere quā istis plingere post
Christum agis incertosque discer-
sus. Pudeat quæ vos insidiarum
Typhuris, pudeat Saturni fagus,
& de uoratis, nisi crudelissimi glibe-
rorū. Erubescite patricidia, adul-
terii & incestum erubescite, raptum
eius & coitum mulierum atque
puerorum. Ille sicut vestri lin-
gunt pete ad explendum imma-
nissimæ

nissimæ libidinis furorē, molles
dedit in amore vagit, ille in Dia-
nefluxit sinus, ipse amator & pre-
cium, ille modularis ales, ledcos
peritit amplexus, ille in propriū
seuies sexum regium puerum mi-
nistris auibis polluit. Hæc vos
credit, hæc colitis, hæc sunt ve-
strorum ornamenta templeorum.
Ex quo deprecor pro vestra salu-
te, nostra dicta pensate iudicio.
Cuncta an nihil libris credenda
sunt christianis. Si nihil nec cru-
cis, quoque cui detrahitis nomen
agnoscitis, Si vniuersa credenda
sunt, cur cum in istis libris cru-
ci resurrectio copuletur, passionē
diuinā stolidolaceratis eloquio
& non statim iungitis, exconum
visum, surdorum audium, clau-
dorum gressum, lepræ emundatio-
nem, seruiens ambulati Deo suo
mare, dæmonum fugas, resurre-
ctionem mortuorum, & desun-
ctorum ab inferis reditus. Hæc
omnia scripturis, quas intepelli-
tis inserta sunt, & istis volami-
nibus contingunt præconia ma-
iestatis & meritis. Quamobrem
odio qui imbuti eius abiecto, in-
uenientis illico, & Deum verum
esse lesum, & salutis humana gra-
tia fragilem assumpsisse naturā.
Vestram tamen nobis (si non pu-
det) narrate religionem. Sed quas
(o error infelix) poteris referre
culturas de tāta rerum fœditate
atque vacordia nisi forte ut audio

fabulas assētis deorum vestro-
rum, & obscenitates, & crudelita-
tes, & vanitates, & mortes, regem
tesias allegoricis velaminibus, li-
berum raptum, terram Proserpi-
nam, semiclaudum Vulcanum &
debilem ignem, Lunonem æe-
rem, Apollinem solem, Dianam
lunam, Neptunum maria, & li-
bidinum principem Iouem ethe-
rem interpretantes. Nec post
hanc exultationis procacitatem
Deum, sed creaturas contem-
pro creatore suscipitis. Quod si
pulchritudo vos, elementorum
ad suam traxit venerationē, mo-
dum fas erat custodire, & oport-
et, ut mirari tantum, nec cole-
te ne hæc vras venerationis creato-
ris esset iniuria. Nam secundum
istiusmodi, quam vos sequimini
formam ratio est præpostera at-
que peruersa, & architecti honor
migravit ad dyonem, & medici
scientia ad remediū conferretur
omnium quoque artificum me-
rita vel laudes ad opera transfe-
rentur. Quid ad hæc dicitis, ut
agnoscantur quæ sit crucis ridi-
cula vobis ignominiosa confu-
sio. Hæc disputationis conuer-
tibus, inter se philosophis oculo-
simulque militantibus, sub-
ridens Antonius rursusque per
interpretantem ait, Prædurum
nanque cuncta victor videntur
operi quotiens iusto vniuersæ
rei tenore calcato, laboris metita-

factis magis quæ a scribis astruuntur. Elementa quidē, ut memoravi ex ipso conspectu suam comprobant seruitutem. Sed quoniā vos obseruatione dialecticaneceflaria (ut putatis) quæq; colligitis hæc quoque artificia, etiam nostram religionem compellit is affirmare. Respondete mihi. Cognitio Dei quemadmodum manifestius approbatur, per lectionem verborum, an per operationem fidei. Et quid antiquius est, operatio fidei, an disputatio per argumenta procedens. Illis respondētibus firmiore sermonibus operationem esse, & hanc liquidam de Deo cognitionē, bene eos & ipse dixisse consentit, quia operationem, quæ ex fide descendit animi generat affectus, dialecticam vero ex artificio componentium sumptisse oppositionis exordia. Cum ergo ait operationem fidei animo firam quis habuerit superflua erit verborum cōpositio per quā conceptam sensu nostro credulitatem tentatis euellere, & tamen sepe nostras explicare intelligētiā non valeatis. Ita solidiora sunt mētis opera, quam sophismatum fraudulenta conclusio. Nos christiani mysterium vitæ nostræ, non in sapientia mundi habemus repositum, sed in virtute fidei, quæ nobis à Deo tributa per Christum est. Hanc orationis mex veritatē, rerum quæ quo

tidie geruntur ordo commēdat, vobis imperitis & literarum vestrarum ignaris ad Dei cognitionem eius solum verba sufficiūt. Ecce nos tot gētilitatis gregibus abstractis in vniuersum orbē quotidie propagamur, vobis vero post aduentum Dñi modo se sophismatum deferūt versuræ. Ecce nos simplicem Christi fidem docti idolatriam debelauimus & per prædicationem ignominiose crucis, autata templa ceciderūt. Vos si potestis, ostendite qua conuersione verborum gentilitatem Christo præponere suaseritis, per omnes iam terras Deus Dei filius Christus est agnitus, nihil eloquentia sophismatum nihil disputatio philosophiæ multitudinē potest esse credentium, Crucifixum nominamus & vniuersi dæmones. (quos vos ut deos colitis) rugiūt atque ex obsessis corporibus ad primum dominicæ crucis signum fugantur. Vbi sunt illa fabulosa oracula vbi Aegyptiorum incantationes quo magorum profecere carmina? Certe tunc vastata sunt omnia, cū de sua cruce mundo Christus insonuit. Nihilominus vos prætermisissis beatorum ceteris, gloriosam Iesu mortem irridere conamini. Illud autē quale est, quod nunquam infestatione regali concussa gentilitas, imo sæculo chara & hominum præsidis fulta iā corruit. Nos famuli

Christi

Christi quo plus premimur, eo magis assurgimus & floremus, Vestra simulacra ornatus quondam septa parietibus, iā vetustate collapsa sunt. Christi vero doctrina (quæ vobis stultitia videtur & ludus) licet tyrānica persequentium principum tentamenta pepulerint, licet varijs sit incur sara terroribus, nullo tamē terrarum orbē concluditur nullo gentium barbararum sine prohibetur. Quando enim diuinæ scientiæ tantus splendor illuxit? Quando tot simul in se cōuenere virtutes? continentia in matrimonio, virginitas in Ecclesia, floret martyrum pro Domino suo gloriosæ constantia, quorū omnium crux Christi principium est. Cum interim eos inter tantos virtutum choros syllogismarum retia tenditis, & verā rerum lucem tenebrosis conamini argumentationibus obuolueret. Ecce nos ut dixit doctor noster, non in gentili persecutione, sed in fide apertissima suademus quæ verborum affirmatione præuenire cōsuevit. Ad sunt quippe patientes à dæmonibus vexati quos cū in medium produxisset verba repertit dicens. Nunc vos collectionibus vestris, & quovultis malefico carmine deos vestros quos putatis expellite, sin autem nō potestis victas submittere manus, & ad Christi trophæa confugite, & statim crucifixi credulita

tem maiestatis potētia profectur. Dixit & inuocato nomine Iesu, cū vitale signum in sacro numero trinitas pressisset in frontibus vna cum expulsis dæmonibus, vana præsentium philosophorum confutata sapientia est. Expauerunt enim stupentes hominem cui post tantum ingenium afflueret signorum diuina largitio. At ille vniuersa Christo qui curauerat ascribēs vsus est affectu reciproco & ait. Nolite me putare his sanitate dedisse, Christus per seruos suos facit ista miracula. Credite & vos & videbitis, quia deuota Deo fides, non eloquentiæ vanus tumor talia signa mereantur. Cōfugite ad crucifixi legē, nosq; eius imitamini famulos, & hoc scientiæ sine contēti, nulla deinceps secularis imprudentiæ argumenta quærat. Hæc tunc Antonio dicente miro philosophi stupore percussis, & cum honorifico salutarum ab eo recedentes, multum eius sibi fatebantur profuisse conspectum. Hoc in coivito mirabile est ut hominem in extremo mundi limite cōditum & fauor principum & omnis celebraret aula regalis. Nam & Constantinus Augustus & eius liberi Constantius atq; Constantius talia cognoscentes crebro ad eum quasi ad patrē missis literis obsecrabant ut reciprocis eos scriptis hilare, at ille eiusmodi manēs, quæ

H 3 lis

lis & antequam literæ ad eum veniret fuerat, nec salutatione principum movebatur, & tanquam non acceptis literis conuocatis monachis aiebat. Reges sæculi ad nos miserunt epistolas, quæ hic christianis adhibenda miratio est. Licet enim diuersa sit dignitas atque tamen eadem nascenti morienti que conditio est. Illa sunt veneratione omni percolenda, illa toto animi affectu retinenda sunt, quod hominibus Deus legem scripserit, quod per filium suum proprijs Ecclesijs ditauerat eloquijs. Quæ monachis est ratio cum epistolis regum? Cur accipiã literas quibus cõsuetam nesciam reddere salutationis obsequia. Igitur rogatus ab vniuersis fratribus, vt christianos reges suis literis refrigeraret, ne scilicet per silentium eius exasperaretur, ad susceptas stolas cõuenientia rescripsit. Laudauit primum quod Christum colerent, deinde salutaria persuasit ne magnam putarent regiam potestatem, ne presentis carnis imperio tumentes, se homines esse nescirent, & indicandos a Christo obliuiscerentur. Ad postremum clementiã circa subiectos & iustitiã, curam quoque inopum admonuit, atque vnum semipiternum esse regem omnium sæculorum Iesum Christum epistolis testatus est. His principes susceptis vehemētissimè lætabantur

¶ Sancta quoque apud cunctos Antonij flagrabat opinio: ita vt eius se filios cuperent nominari, magna etenim cum aduenientibus affabilitas, omnium in se studium cõuerterat: postquam ergo gentiles confutati, reges admoniti fratres ab eo sunt consolatione releuati ad interiorē montem, & ad rigorem solitum gressus est, ibique sæpe cum introeuntibus deambulans ac residens stapebat, sicut in Danielē scriptum est & interiectis horarum spatiis consequentia respondebat, vt intelligeretur aliqua reuelationis vidisse secreta. Nam in monte positus, ea quæ in Aegypto legerebantur præuidens Episcopo Serapioni ipsi constituto narrauit. Lamentabilis sequitur visio, & omni lachrymarum fonte plangenda. Cum enim cum fratribus circa se sedentibus operaretur, intente fixit oculos in cælum gemens atque suspirans. Et post aliquantum spatium reuelationis inceptæ, nimio dolore contremuit, & statim fixis genibus ante Dei vultum prouolutus orauit, vt clementia sua futurum auerteret scelus. Succedunt orationi lachrymæ, metus ingens inuadit presentes obsecrant vt tantæ calamitatis exponere visionem. Singultibus præpeditur & in medio conatu sermo gemitu interrumpitur.

tur. Vix tamen cum vociferatione fletuosa ait. Melius erat obliuio impendens piaculum cita morte lucrari. Sic incipiens rursus lachrymis vincitur & inter ægra spiria tandem pectori commodans vocem, magnum inquit quodam & vniuersis sæculis inauditum imminet nequas. Magno fides catholica turbine subuertetur, & homines iumentis similes Christi sancti diripiēt. Vidi enim altari Domini mulorum circumdatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia dissipabāt. Hæc est causa gemituum quos audistis. Et facta est vox Domini dicens, Abominabitur altare meum, nec mora visionem sequitur effectus. Nam post annos duos, saeva Arrianorum irrepsit insania. Tunc Ecclesiarum rapina, tunc diuinorum temeratio vasorum, tunc pollutis ethnicorum manibus sacra polluta sunt ministeria, tunc paganorum opificum præsidia aduersum Christum comparata cum assumptione palmarum, quod Idolatriæ apud Alexandriam insigne est, ad Ecclesiam pergere compellebantur Christiani, ita vt Arrianorum populi crederet. Proh scelus, horret animus replicare quæ gesta sunt Virginum matronarumque: ereptus pudor, sanguis omnium Christi in Christi templo effusus veneranda resperit altaria, baptisterium pro voluntate

gentilium pollutum est nihil de fuit visionis: veritatem monstrauit effectus, quod calcitrantium multorum indisciplina, Arrianorum esset impietas. ¶ Sed istam tristitiam consequētis reuelationis prosperitate cõsolatus est, & ait. Nolite filioli mœrori vos penitus cedere, vt enim iratus est Dominus sic rursus miserabitur, & suum cito Ecclesia recuperabit ornatum, eosque qui in persecutionibus fidem Domini seruauerint solito videbitis fulgore relucere. Reuertetur ad focas suas serpentes, & religio longius propagabitur, tantum videte ne fidei vestræ sinceritas Arriana labefordefcat. Non Apostolorum, sed demonum & patris eorum diaboli ista doctrina est, ob id per insipientiam iumentorum similis pecudum eorum expressus est animus. Hucusque Antonius. ¶ Sed nos minime conuenit diffidere, tam grande miraculum per hominem potuisse ostendi. Saluatoris enim promissio est, ita dicentis. Si habueritis fidem vt granum sinapis dicetis huic monti transferte, & transferetur & nihil impossibile erit vobis. Et iterum. Amen amen dico vobis, omne quod petieritis patre in nomine meo dabit vobis. Petite & accipietis. Ipse enim suis discipulis & vniuerso creditum gregi, nunc subiectionem demonum

num, nunc variatū infirmitatum pollicens curationem, aiebat, gratis accepistis, gratis date, nūquid sua virtutis imperio curabat Antonius. Nunquid suę possibilitatis arbitrabatur quod fecerat orationibus non: præceptis demones morbiq; cesserunt, & ad Christi Dei nostri nominationem, semper vniuersa perfecta sūt. Nemo sapientium sanitarum admiracionem ascribat Antonio sed Domino Iesu, qui solitam erga creaturas suas exhibens beneuolentiam nunc quoque per electum famulum suum indulgenter exercuit. Antonius tantum orabat, & ob vitę eius merita cuncta Dominus largiebatur. Sæpè autem & contra voluntatē, ad exteriorē montem à fratribus perducebatur. Et cū iudices qui ad interiorē archisterium propter asperitatem itineris & obsequerium multitudinem & horridam solitudinē ire non poterant, precario quærent, vt eius frueretur aspectibus: nec impetrare possent, quia molestissime ferebat, vexationē discursum. Ipsos Carhenatos quos auroxietas, aur rigor publicus constrinxerat, ad eū destinabat, scientes tales ab Antonio non posse conueniri, quorum fletibus superatus pertraheretur ad exteriorē montem agnoscens laborem suum vtilem miseris fore. Suadebatque iudicibus qui eum inuita-

uerant, vt in sententiā proferendā & odio, & gratiæ Dei timorem anteponebant, nec ignorare eos debet quod scriptum est. Quocūq; iudicio iudicaueritis in eo iudicabitur de vobis. Attamen inter medios sermones chara sibi solitudinis recordabatur. Postcoetam itaq; præsentiam quā ducis præces, & quod verius est miserorum fletus extorserant post salutaria monita, post reorum commendationem quorundam vero & absolutionem, postulanti duci vt paulo largius eidem suam præsentiam indulgeret, ait non posse se diutius ibidē morari grato vsus exemplo, quod sicut pisces ab aqua extracti mox in arētī terra morentur, ita & monachos cum secularibus retardantes, humanis statim resoluī confabulationibus. Ob id ergo (inquit) conuenit vt pisces ad mare, ita nos ad montem festinare, ne tardatibus nobis aliqua propositi succedat obliuio. ¶ Præ tanta hominis sapientia dux miratus iustam decouit veramque sententiā dicens. Vere istum esse Dei famulū, nec in rustico homine potuisse tantā aliquando inesse sapientiam, nisi diuino amore regeretur. ¶ Præterea cū Balacius qui sub Nestorio præfecto Alexandriae dux egypti fuit, homo Antianę iniquitatis studiosissim⁹ fautor, ita Christi ecclesiā persequeretur, vt ani-

mo vasa

vafano virgines monachosq; nudatos verberaret in publico, ad eum Antonius literas misit, quarum ista sententiā est. Video iram Dei venientem super te: desine persequi Christianos, ne te ira occupet quæ proximū iam tibi minatur in teritum. Legit infelix epistolam & irrisit atque in eam expuens proiecit in terram portitores quoque multis afficiens iniurijs, Antonio talia renuntiariprecepit. Quoniam cura tibi tāto pere monachorum est etiam ad te mei vigoris transfiliet disciplina, sed confestim minitorem oppressit supplicium: & post quinque dies os effrenatum vltro diuina cōpescuit. Egreditur enim ad primam mansionem Alexandriae quę appellatur Chereū: cū supradicto Egypti præfecto Nestorio vehuntur equis quos intrer omnes Balacius, cuius erant manuerissimos nutrierat. Cum ergo pariter solito sibi met equi aluiderem: mitior quo Nestorius. Vehementer, mensu repentino Balacium decussit in terram ac sic in eum inhians formosa eius lacerauit atq; contulit, vt statim relatus ad ciuitatem post tertium diem moreretur vniuersisque agnoscerent minarum ab Antonio prædictarum effectum quam totius consecutum, digno persecutoris sine cōpleto. ¶ Carteros ad se venientes mira cum modestia An-

tonius admonebat vt oblita seculi dignitate, remotioris vitę beatitudinem appetere. Si qui autem maiori potestate premebantur nec poterant obtinere iustitiam: ita eos obnixè defendebat vt ipse pro illis pari videretur iniuria. Multis utilis fuit præclarifenis oratio, magnis diuitijs & altiori gradu militiæ derelicto eius adhesere curriculis. Et vt infinita breui sermone comprehendam, bonum A Egypto medicum Christus indulserat. Quis non tristitiam apud Antonium mutauit in gaudium? Quis non iram vertit in pacem? Quis orbitatis luctum non ad eius temperauit aspectū? Quis non mœrore paupertatis (quo premebatur) abiecto, statim & diuitū despexit opulentias, & insua latat⁹ est paupertate. Quis post lassitudinem monachus non eius vegetatu hortatus est? Quis adolescentiæ ætatis accensus ardoribus nō ex eius admonitu pudicitia amator fuit? Quis vexatus a diabolo in me dela redijt? Quis inimici cogitationibus distractus non cæca tempestate sopita, sereno regressus est animo? Sciebat enim quo quisque laboraret incommodo, & ex vitæ meritis discretionem spirituum agnosces adhibebat verborum (prout erant vulnerat sanitarum). Vnde effectum est vt post eius doctrinam omnes diaboli panderentur:

H 5 insidia.

insidia. Multæ quoque ab eius conspectu desponsata puellæ ab ipso penethalamo recedentes in Ecclesia matris gremio confederer. Quid plura? Totius orbis homines ad eum confluebant & vniuersarum gentium varietas, belli colissimum contra dæmones virum conspiciere gestiebant. Nullus se frustra illuc venisse conquestus est, omnibus delectabile atque iocundum laboris commercium est. Fatigatio enim itinereis emolumentum viatici reprobatis cur rei probauit effectus. Nam post resolutionem eius quasi cõmuni funere orbitatis excepto, propriũ singuli parentem luxerunt. ¶ Quis autem finis vitæ eius fuerit dignum est & me commemorare & vos cum desiderio audire, quia & hoc in eo imitabile cunctis fuit. Iuxta consuetudinem ad visendos fratres qui in exteriori monte erant venit, ibique a diuina providentia de sua morte condicẽs ita exorsus est dicens. ¶ Vltimam filii patris audite sententiam: non enim arbitror, quod in hoc seculo iterum vos visuri simus? Cogit conditio naturæ, vt post centenarium numerũ (quem annis quinque supergredior) iam resoluatur. Ita locutus audientium peccata cõtristauit, gemitus lachrymeque dicta mœrentia consecuta sunt. Amplexabantur eum vniuersi, quasi iam de seculo recessu

rum. At ille tanquam aliena defrens ad propriam patriam profecturus magna cum lætitia præcipiebat, desidiam instituto nõ debere surripere, sed tanquam quotidie morituros, vt ante prædixerat a sordibus cogitationibus animam custodire, & omnem æmulationem ad sanctos quoque conuẽtere, ad Melecianos vero schismaticosque, nec prope quidem accedere. Scitis enim (aiebat) eorum antiquam peruersitatem: neque cum Arrianis communioni iungamini: quia impietas eorum iam omnibus manifesta est.

¶ His etiam illud addebat nullũ debere Christianum cum seculi viderit potestates, pro Arrianorum & Melecianorum pugnare nequitia, a Christi cum discederent veritate, mortaliũ illam esse defensionẽ nec diu fallacem permanere posse phantasiã. Quapropter (aiebat) custodienda est pia fides in Christo & patrum religiosa traditio, quam & scripturarũ lætione & crebo meæ paruitatis didicistis admonitu. Finito sermone fraus eum vehemẽtissime retardabant, glorioso patris cupientes termino decorari. Sed multas ob causas quas & silẽtio demonstrabat, præcipue tamen ob præsumptã Aegypti consuetudinem contradixit. Mos etenim Aegyptijs est nobilium & præcipue beatorum martyrum corpora liu-

ra lintheamine quidem obuolueret, & studium funeri solitum nõ negare, terra vero non ascondere sed super lectulos domi posita reseruare. Hunc honorem quiescentibus reddi inueterata cõsuetudinis vanitas tradidit. De hoc Antonius sæpe & Episcopos deprecatus est vt populos Ecclesiastica cõtestatione corrigerent, & laicos viros ac mulieres rigidius ipse cõuenit dicens, nec legitimum hoc esse nec Deo placitum, quippe cum Patriarcharum & prophetarum sepulchra (quæ ad nos vsq; perdurant) hæc facta conuincerent. Dominici quoque corporis exemplum oportere intueri iubebat, quod in sepulchro positum lapide vsq; ad resurrectionis diẽ tertium clausum fuerit. Atque his modis vitũ circa defunctos Aegypti etiam si sancta essent corpora coarguebat dicens. ¶ Quid maius aut sanctius corpore potest esse Dominico, quod iuxta consuetudinem gentium ceterarum humo conditum esse scimus: Hæc iuxta persuasio multorum insitũ euellit errorem, & repositis in terracadaueribus Domino gratias pro bono magisterio protulerunt. Meuens ergo consuetudinem supra dictam ne eodem etiã circa se haberentur errore celeriter vale dicens monachis qui confluerant ad amicum virtutis habitaculũ repedaui. Post menses autẽ pau-

cos cum nõ mediocre incommodum senilia membra turbasset, vocatis ad se duobus fratribus quos ibidem ante quindecim annos modico interuallo seiunctos instituerat qui que ei iam senicõeperant ministrare, ait, Ego quidem filioli secundum eloquia scripturarum patrum gradior viam, iam enim Dominus me inuitat, iam cupio videre cœlestia, sed vos, o viscera mea admoneo, nec tanti temporis laborem repente perdatis. Hodie vos religiosum studium arripuisse arbitramini, si cœpta volũtatis fortitudo succrescet. Varias dæmonum nostris insidias, vidistis eorum & impetus feroces & vires effeminatas. Ad Iesum suspirate, & credulitatẽ nominis eius vsũs fingite mētibus, & a certã fide vniuersi dæmones fugabuntur. Memõtote etiã admonitionũ mearũ, & incertæ cõditionis vitã quotidie ancipitẽ pertractate, & caeleste vobis præmium sine cunctamine tribuetur. Schismaticorũ quoq; & hereticorũ venenavitate, meũq; circa eos odiũ sectamini, quia Christi sũt inimici. Scitis ipsi q; nulli mihi hæc pacificus quidẽ sermo cũ eis aliquãdo fuerit propter prauam eorum voluntatem, & pertinax contra Christum bellum. In hoc autem magis estote solliciti vt Domini præcepta seruetis, vt post mortẽ vestram sancti quique, quasi ami-

cos & notos in æterna vos recipiant tabernacula. Hęc cogitare, hæc sapite, hæc retextite, & si qua mei vobis cura, si qua patris memoria est: si mihi vicarium rependatis affectum, nullus ad Aegyptum meas perferat reliquias, ne vano corpus honore seruetur, ne viperati ritus a me vt nostis etiã circa me seruentur obsequia. Huius enim rei gratia maxime huc sum regressus. Vos igitur humo tegite, vos patris operite corpusculum; & illud quoque senis vestri custodite mandatum, vt nemo præter vestram dilectionem locum tumuli mei nouerit. Confido in Domino, quia necessario resurrectionis tẽpore hoc corpusculũ resiliet incorruptum. Vestimentorũ autem meorum sit ista diuisio. Melotem & pallium tritum cui superiaceo Athanasio Episcopo dare quod mihi nouum ipse detulerat. Seraphion Episcopus alium accipiat melotem, vos cilicinum habetote vestimẽtum & valete viscera mea. Antonius enim migrat, & iam non erit in presenti seculo vobiscum. Verba finierat, & osculantibus se discipulis extendens paululum pedes morrem lætus aspexit, ita vt ex hilaritate vultus eius angelorum sanctorum (qui ad perferendam animam eius descenderant) presentia nosceretur. Hos intus (tãquam amicos videret) animã exa-

lauit, & additus est patribus secundum ordinem scripturarũ. Seruauerunt mãdata discipuli inuolutum vt præceperat corpus humo operientes & nemo interim vsq; ad hanc diem præter eos vbi sit conditum nouit. Legatarius autem Antonij benedictionem qui tritum pallium cum melote imperio eius meruerat accipere, Antonium in Antonij munõibus amplectitur, & tanquam magna hereditate ditatus lætanter per vestimentum recordatur imaginem sanctitatis. Hic Antonio vitę terminus fuit, ista principium ritorũ. Quæ licet parciore (vt prædixi) sermone seruauerint, tamen ex his potestis aduertere qualiter homo Dei a pueritia ad senectã vsque peruenerit, & quod omni semper dubitatione calcata, nec longiori nec longitã quicquam ætati aliquando concesserit. Magis autem æqualitatem propositi tenens, nec vestimentum mutauit nec pedes lauit, nec escam se status est meliorem, oculorũ quoque aciem & numerum dentium licet paululũ ob ætatem videretur attriti, nec non pedum incessũ, totius etiã corporis firmitatẽ itacõtra iura nature meritorũ gratia custodiuit vt lautorũ corporũ quæ balneis atq; delitijs cõfouentur, hilarior eius caro videretur. Hoc etiam fratres quod per omnes prouincias amor eius fama;

voli-

solitavit, quem neclibrorum diffusor oratio luculenta, nec mundanæ sapientie disputatio, nec nobilitas generis nec opum infinita congestio commendauit cui omnium ore est ascribendum mihi Christo, cuius hoc donum est qui deuotos eius animos, erga suam præuidens maiestatem hominem alio pene orbe celatũ, & inter tantas positum solitu diues Africa, Hispanie, Gallie, Italia, Illirico, ipsi etiam quæ vrbũ caput est Romę, vt in exordio promiserat, demonstrauit. Creatoris est ista benignitas, qui famulos suos licet nolentes, nobilitare cõsuevit, vt virtus possibilis nec ultra humanam esse naturam sanctorum doceatur exemplis & ad beatæ vitæ imitationem, ex fructu laboris optimus quisque impellatur. Hunc itaque fratres librum magnopere perlegere curate, vt agnita fidei vita sublimium monachorũ, sciatis quod Saluator noster Iesus Christus, glorificantes se glorificat, & seruientibus sibi mer non tantum regna Cælorum, sed etiam hic in ipsis montium secretis latere capientibus famæ tribuit nobilitatem, scilicet, vt & ipsi fruantur laude meritorum, & ceteri eorũ prouocentur exemplis. Si autem necessarium fuerit hæc gentibus legite, vt vel sic agnoscant, quia Dominus noster Iesus Christus

non solum est Deus Dei filius, sed etiam his qui eum sollicite colunt & in eum fideliter credunt hanc dedit potestatem, vt demones quos illi deos esse arbitrantur, conculeent atque eijciant, deceptores, scilicet hominum; & totius corruptionis artifices.

Prologus Sancti Hieronymi presbyteri in vitam beati Hylarionis.

In sanctis orationibus tuis memento mei decus, ac dignitas virginum, Nonafella. Scripturus vitam beati Hylarionis habitatorem eius inuoco spiritum sanctũ: vt qui illi virtutes largitus est, mihi ad enarrandas eas sermonem tribuat vt facta dictis exequantur. Huius namque conuersatio & abstinentia, ac præclara dona mirabilium quæ operatus est, vt ait Crispus tanta ac talia habetur, quantum vel ex paruulis verbis potero extollere cuiuscunque præclara ingenia. Alexander Magnus Macedo, quem vel paruum vel hircum caprarum Daniel vocat, cum ad Achillis tumulum peruenisset, felicem te ait dico iuuenis qui magno frueris præcone meritorum, Homerum videlicet significans. Porro mihi tanti ac talis viri conuersatio vitæ que dicenda est; vt Homerus quoque si adesset vel inuideret materis vel succumberet. Quam

quam enim Sanctus Epiphanius Salamina, & Cypri Episcopus qui cum Hylarione plurimū conseruatus est laudem eius breui epistola scitipserit, qua vulgo legitur defunctum tamen aliud est locis communibus laudare, aliud defuncti proprias narrare virtutes. Unde & nos fauore magis illius quam iniuria, ceptum ab eo opus aggredientes, maledicorum voces contemnimus, qui olim detrahentes sancto Paulo meo nunc forsitā detrahent & Hylarioni, illi sollicitudines calūniātes, huic obijcientes frequentiam multorum, ut qui semper latuit, nō fuisse qui a multis visus est, vilis existimetur. Fecerunt hec & maiores eorum quendam Pharisaei, quibus nec Ioannis Eremitus, atque Iesum, nec Domini saluatoris verba tibi potiusque placuerunt. Verum destinato iam operi imponam manum & Scilleos canes obrutata aure transibo. Opto ut in Christo permaneat. Et memer in orationibus tuis sis mei virgo sacratissima.

¶ Incipit vita beati Hylarionis Eremitae.

Hylarion ortus est ex vico Tabacha, qui circiter quinque milia a Gaza vrbis Palestinae ad austrum situs est, cum parentes haberet. Idolis deditos sicut rosa de spinis floruit. A qui

bus missus Alexandriae grammatico traditus est, ibique quantum illa pariebatur aetas, magna ingenij & morū documenta praeuibe breui, charus omnibus & loquendi arte non ignarus, quodque his maius caritibus est Christo credens. Nō circi furoribus nō atque sanguinis non theatri luxuria delectabatur, sed illi tota voluntas in Ecclesia congregatione esset. Audiens autem celebre nomen Antonij quod per orientes Aegypti populus ferebatur in eius visendi cum studio, perrexit in Eremitum. Et statim ut cum vidit mirato pristino habitu duobus ferme mensibus iuxta eum mansit, contemplans ordinem vitae eius morumque grauitatē quae creber in oratione quam humilis in suscipiendis fratribus, seuerus in corripiendis palacem exhortandis esset & ut continentiam cuiusque eius asperitatem nullamquam infirmitas frangeret.

¶ Porro frequentiam eorum qui ad eum ob varias passiones & impetus damnum concurrebant, ultra non ferens, nec congruum esse dicens, pati in Eremito populos ciuitatis, sicque sibi magis incipiendum esse ut cepisset Antonius, illum quasi virū fortem, vitionis premia accipere, se necdum militare cepisse reuersus est cum quibusdam monachis ad patriam, & parentibus iam de-

fua

functis, partem substantiae fratribus, partem pauperibus largitus est, nihil sibi omnino seruans, & rimens illud de Actibus Apostolorum Ananie & Saphirae, vel exemplum vel supplicium maximeque Domini sententiae memor dicentis, qui non renuntiauerit, omnibus quae possidet non potest meus esse discipulus. Erat autem tunc annorum quindecim. Sic nudus & armatus in Christo solitudinem quae in septimo milliario ad Amaium a Gaza cuporio portus cūtibus Aegyptum ad internam fluctatur, ingressus est. Cumque essent cruenta latrocinijs loca, & propinqui amicique eius inuadens periculum denuntiarent, contempsit mortem ut mortem euaderet. Mirabantur omnes animam mirabantur artem nisi quod forma quaedam pedoris & scintillae fidei in oculis relucebant. Lenis erat ingenio deheretum corpore ac tenui, & ad omnem inuicem patiens, quod leui vel aere vel frigore pulsus affrigi. Igiter succo tantam membrae oportet, & pelliciam habebens & eum viderem hoc est pulchrum quod illi beatus Antonius proficicenti dederat sagumque rusticum inter mare & paludem, ut vasta, & terribili solitudine fruebatur, quia decem tantum caricas post solis occasum edes. Et quia regio latrocinijs infamis e-

rat, nūquam in eodem loco quifquam habitare consueuerat. ¶ Videns hoc diabolus, quid faceret & quos se verteret torquebatur, qui gloriabatur ante dicens: in caelum ascendam, super sidera caeli ponam nidum meum & eto similis altissimi, cernebat se vinea pueros, & prius ab eo fuisse calcatum, quam per artem peccate patuisset. Tullabat itaque sensus eius & pubescenti corpori eius insolita voluptatum incendia suggererat. Cogebatur enim tyroneulus Christi cogitare quod nesciebat & eius rei animo causam voluerit, cuius experimēta nō nouerat. Iratus itaque sibi & pectus pugnis verberans quasi cogitationes eade manus pollet excludere, ego te inquit asello feram, ut non calcitres, nec ordeo alam, sed palleis fameque conficiam & sit, grauique onerabo pondere. Per estus inducam & frigora ut cibum potia quam lasciuia cogites. Herbarum ergo succo & pauca caricis post iduū vel quadriduum desicientem animam sustentabat orant frequenter & palleis, & rastrohumam fadens, ut ieiuniorum laborem labor operis duplicaret, simulque fistellam hoc est sporcellam iuncto texens emulabatur monachorum Aegypti disciplinam, & Apostoli sententiam dicentis. Qui autem nō operatur non manducet.

¶ Sic

¶ Sic attenuatus & irantum ex-
haustus corpore, vt ossibus lax-
hæret, quadam nocte infantium
cœpit audite vagitus, balatus pe-
corum, mugitus bonum, planctus
quasi mulierularum, leonum ru-
gitus, murmur exercitus, & pror-
sus variarum portenta vocum, vt
ante sonitu quam aspectu terri-
tus caderet. Intellexit hæc esse
dæmonum ludibria, & prouolu-
tus genibus, crucem Christi signa-
bat in fronte, talique armatus cassi-
de & lorica fidei circumdatus, iac-
cēs fortius præliabatur quodam
modo videre desideras quos hor-
rebat videre sollicitis oculis huc
illucque circumspectans, & cum
interim ex improviso splendens
teluna, cernit hœdam feruētibus
equis super se irruere. Cumque
inclamasset Iesum ante oculos e-
ius repentino terræ hiatu, pom-
pa omnis illa absorpta est. Tunc
ille ait. Equum & ascensorem pro-
fecit in mare. Et hi in curribus &
hi in equis, nos autem in nomine
Domini nostri, magnificamur.
Multa sunt tentationes eius, &
die nocteque varia dæmonum
insidia quas si omnes narrare ve-
lim, modum excedam voluminis.
Quoriam illi nudas mulieres cu-
bant ac circumiacentes finxit, &
multa cœns esurienti largissime ap-
parere dapas. Interdum erantem
lupus yllulans & vulpecula
ganniens transfiliuit, psallentique

gladiatorum pugna spectaculum
præbuit, vt vnus quasi interfe-
ctus & ante pedes illius corruens
sepulturam rogaret. Orabat se-
mel fixo in terram capite, & vt
natura refert hominum, abducta
ab oratione mens nescio quid al-
liud cogitabat, insiliuit dorsum
eius festinus agitator, & latera
calcibus, ceruicem flagellando
verberans, eia inquit curre, cur-
dormitas? & chachinnans desu-
per si defecisset an ordeum vellet
accipere sciscitabatur. Igitur à
sexto decimo vsque ad vicefimū
ætatis sue annum, æstus & plu-
uias breui tuguriunculo declina-
bat, quod iunco & carice tere-
rat, extructa deinceps breuicellu-
la, quæ vsque hodie permanet, la-
titudine pedum quatuor, altitu-
dine vero pedum quinque, hoc
est statura sua humiliorem porro
longitudine paulo ampliore quā
eius corpusculum patiebatur, vt
sepulchrum potius quam domū
crederes. Capillū semel in anno
Paschæ die totondit. Supra nu-
dam humum hoc est terram stra-
tumque iuncoem vsque ad mor-
tem cubabat. Saccum quo semel
fuerat indutus nunquam lauans,
superfluum dicens munditias in-
cilioquerere. Nec mutabat alte-
ram tunicam nisi cum prior peni-
te scissa esset. Scripturas quoque
sanctas memoriter tenens postu-
rationem psalmos quasi Deo pre-
sentē

sentē recitabat. Et quia longum
est per diuersa tempora magna-
lia eius dicere cōprehendam bre-
uiter ante lectoris oculos vitam
eius pariter exponens, & deinceps
ad narrandi ordinem regre-
diar, à vicefimoprmo anno vsq;
ad vicefimosextrum per tres an-
nos dimidium lentis sextarium
madefactam aqua frigida, come-
dit & aliis tribus annis panem a-
ridum cū sale & aqua. Porro ad
vicefimo septimo anno vsque ad
tricesimum herbis agrestibus &
virgultorum quorundam radici-
bus crudis sustentatus est. A tri-
cesimo autem primo vsque ad
tricesimum quintum annum sex
vncias ordeacci panis & coctum
modice olus absque oleo in cibo
habuit. Sentiens autem caligare
oculos suos & rotum corpus im-
petiginem & puniceam quan-
dam scabredinem contrahere ad
superiorem vitam adiecit oleum
& vsque ad sexagesimum ter-
tium vitæ suæ annum, hoc con-
tinentiæ cucurrit tenore, nihil
extrinsecus aut pomorum aut le-
guminis, aut cuiuslibet rei gu-
stans. Inde cum se videret cor-
pore defatigatum & propinquā
putaret imminere mortem à se-
xagesimo quarto anno vsque ad
octuagesimum panem abstinuit,
incredibili feruore mentis, vt eo
tempore quasi nouus accederet
ad seruitutem Domini quo ex-

teri solent remissius viuere. Fie-
bant autem ei de farina, & com-
minuto olere sobortiuicula cibo
& potu vix quinque vncias ap-
pendentibus. Sicque complens
ordinem vitæ, nunquam ante so-
lis occasum nec in diebus festis,
nec in grauisima valitudine sol-
uit ieiunium. ¶ Sed iam tempus
est vt ad ordinem reuertamur.
Cū habitaret adhuc in tuguriu-
culo, annos decem & octo, latro-
nes ad eum nocte venerunt vel
æstimantes habere aliquid quod
tollerent, vel in contemptum sui
reputantes fieri, si puer solitarius
eorum impetus non pertimesce-
ret. Iraque inter mare & paludē
à vesperæ vsque ad solis ortum di-
scurrentes nunquam locum cu-
bilis eius inuenire potuerūt. Por-
ro clara luce reperto puero, qua-
si per iocū, quid inquit faceres
si ad te latrones venirent. Qui-
bus ille respondit. Nudus latro-
nes non timeo. Et illi certe aiunt
occidi poteris. Possū inquit
possum, & de latrones non ti-
meo, quia moriparatus sum. Tūc
admirati constantiam eius & fi-
dem confessi sunt noctis erro-
rem, deinde vitæ pollicentes cor-
reptionem. ¶ Viginti duos iam
in solitudine habebat annos, fa-
ma tantum notus omnibus, &
per totas Palestinæ vulgatus vir-
bes. Cum interim mulier quæ-
dam Eleatropolitana vrbis cer-
I ncas

mens despectui se haberi à viro ob sterilitatem (iam enim per annos quindecim nullos coniugij fructus dederat) prima irrumperet causa est beatum Hilarionem, & nihil tale suspicanti, repente geribus aduoluta, ignosce inquit audacia ignosce necessitati meę. Quid avertis oculos? Quid rogātem fugis. Noli me mulierem despicere, sed miseram. Hic sexus genuit saluatorem, non habet sani opus medicos, sed qui male habent. Tandem substitit, & post tempus visa muliere interrogabat causas aduentus eius, ac fletum. Et postquam didicit, leuatis ad cælum oculis redire eam iussit, euntemq; eam lachryntis persecutus est. Exacto autem anno, vidit eam cum filio. Hoc signum eius principium aliud maius signum nobilitauit. ¶ Acisthene Elpidij (qui postea prefectus praetorij fuit) vxor valde nobilis inter suos & inter Christianos nobilitas reuertens cum marito & tribus liberis à beato Antonio Gazę propter infirmitatem eorum femorata est. Ibi enim siue ob corruptam aërem siue (vt postea clauit) propter gloriam Hilarionis serui Dei, enutrita pariter arrepti omnes à medicis desperati sunt. Iacebat vlulans mater, & quasi in terra filiorum discurrens cadauefa: quem primam plangeret, ac seiebat. Agnito autem, quod

esset quidam monachus in vicina solitudine oblita matronalis pater, quoniam se matrem nouerat vadit comitara ancillis & eunuchis vixque ei à viro suo suafum est, vt a sella sedens pergeret. Ad quem quum venisset, Per eum te (ait) Iesum clementissimū domini nostrum obtestor, per crucem eius & sanguinē, vt reddas mihi tres filios, vt glorificetur in vrbe gentilium nomen Domini saluatoris. Ingrediatur seruus eius Gazam, & Matnas corruat. Reueniente illo & dicente, nūquā se egressum de cellula, nec habere consuetudinem vt non modo ingredi deretur ciuitates, sed nec villas ingredere prostravit, se humi crebro clamans: Hilarion serue Christi redde mihi filios meos quos Antonius tenuit in Aegypto, à reseruentur in Syria. Flebāt cuncti qui aderant, sed & ipse negans Iachrymabat. Quid multa. Non prius mulier recessit, quam ille pollicitus est se post solis occasum Gazam introiturū. Qui postquā venit singularū lectulos, & arentia membra considerans inuocauit Iesum. Et omnia virtus statim quasi de tribus fontibus sudor pariter exiit. Eadem hora accepti sunt cibos, lugentemq; matrem cognoscentes, & benedictentes Deum, sancti manus deosculati sunt. Quod postquam auditum est & longē latēque pererebunt,

certa

certatim ad eū de Syria & Aegypto populi confluebant ita vt multi Christiani fieri & se monachos profiterentur. Nec dum enim tunc monasteria erant in Palestina ne quisquam monachos ante Sāctum Hilarionem in Syria nouerat. Ille fundator & eruditor huius conuersationis & studij in hac prouincia fuit. Habebat Dominus Iesus in Aegypto senē Antonium & in Palestina Hilarionē iuniore, ¶ Facidia viculus est Rinocorura vrbis Aegypti, de hoc decem iam annis caeca mulier ad ducta est ad beatum Hilarionem allataque ei à fratribus (iā enim multi cum eo monachi erāt) omnem suam substantiam se expendisse ait in medicos. Cui respondit. ¶ Si quæ inquit in medicos perdidisti dedisses pauperibus, curasset te verus medicus Iesus. Clamante autem illa & misericordiam deprecate expuit in oculos eius, statimque Saluatoris exemplo virtus eadem secuta est sanitatis. ¶ Auriga quoque Gazensis, in curru percussus à demone, totus obrigit: ita vt nec manus agitare neque ceruicem posset flectere. Delatus ergo in lectulo cum sciam linguam moueret ad preces audiuit nō prius posse se sanari quoufque crederet in Iesum, & sponderet Arrio prius renuntiatū. Credidit spondit, sanatus est, magisque

de anima quam de corporis salute exultauit. ¶ Præterea fortissimus iuuenis nomine Melsicas de territorio Hierosolymæ, tantum sibi plaudebat in viribus, vt quindecim frumēti modios, dilogeque portare & hanc haberet palmā fortitudinis sue, quod asinos vinceret. Sed hic afflatus à pessimo demone non catenas, non cōpedes, non claustra ostiorū integra patiebarur. Multorū nasos & aures mordicus amputauerat horum pedes, illorum guttur fregerat, tantumq; sui terrorem omnibus incuserat, vt oneratus catenis & funibus in diuersa nitētū quasi ferocissimus taurus ad monasteriū protraheretur. Quē postquam fratres videre perterriti, erat enim mire magnitudinis nuntiauerunt patri. Ille sic se debet insit eū protrahi & dimitti, solutoq; ait, inclina caput & veni. Tremere miser cepit & ceruicem flectere nec aspicere ausus, cōtra omniūque ferocia deposita pedes sedentis lambere cepit. Adiuratus itaque & extortus demon qui iuuenem possederat septima die egressus est. ¶ Sed nec illud tacēdū est, quod Oriō vir primarius & ditissimus vrbis Achillez quæ mari rubro imminet à legione demonum possessus ad eum productus est, manus, ceruix, latera, pedes ferro onerata erant, serorūq; sunitiam

torui oculi minabantur. Cumq; deambularet sanctus cum fratribus, & de scripturis nescio quid interpretaretur, erupit ille demanibus se tenentium. Et dum peruenisset ad sanctum Hilarionem statim amplectens eum post tergum in sublime eleuauit. Et clamor ingens ortus est ab omnibus, timebant enim ne confecta ieiunij mēbra collideret. Et sanctus Hilarion ridens, silete inquit. & mihi meum palæstrā dimittite ac sic reflexa super humeros manu caput eius tetigit, apprehensoque crine ante pedes suos adduxit, constringens ē regione ambis manus eius & plantas utroq; calcans pede, simulque congeminans torquere demonum turbas cepit. Cumq; ille eiularet, & reflexa ceruice terram vertice rangeret: Domine inquit Iesu, o me miserum solue captiuum vt vnū & plures vincere tuum est. Rem loquar in auditam. Ex vno hominis ore diuersæ voces, & cōfusus populi clamor audiebatur, curatus itaq; & hic post non multum temporis cum vxore & liberis venit ad monasteriū plurima (quasi gratiā redditurus) dona afferēs. Cui sanctus ait, Non legisti quid Giezi, quid Simō passi sunt, quorum alter accepit pretium, alter abstulit vt ille emeret gratiā Spiritus sancti, hic mercaretur? Cumque Oriō flens diceret, accipe &

da pauperibus, Tumelius inquit tua potes distribuere qui per vrbes ambulat & nosti pauperes. Ego qui mea reliqui, cur aliena appetā. Multis nomen pauperum occasio auaritiæ est. Misericordia artē nō habet. Nemo melius erogat quā qui sibi nihil reseruat, tisti autem & in arena iacenti, noli inquit contristari fili, quod facio pro te & pro te facio. Si enim hæc acceperō, & ego offendā Deum, & ad te demonum legio reuertetur. ¶ Quis vero silētiō possit preterire quōd Zazanus Maynnites haud lōgē a monasterio eius lapides ad ædificādum de ora maris excidens, totus paralyti solutus est, & ab operarijs socijs delatus ad sanctum Hilarionem statim ad opus reuersus est: Etenim litus quōd Palæstinæ Aegyptiq; prætenditur, per naturam mollibus arenis in saxa durefcntibus asperatur paulatimq; cohærens sibi gloria perdit actum cum non perdat aspectū. ¶ Sed & Italicus quidā eiusdem oppidi municeps Christianus aduersum Gazensem virū Marne Idolo deditū, circi equos curules nutrebat, hoc si quidem in Romanis vrbbibus iam exinde seruabatur à Romulo, vt propter felicem Sabinarum raprum cōficio quasi consiliorum Deo quadrigæ septeno currāt circuitu, & equos partis aduersæ frangere vitior sit. Hic itaque gmulō sue habente

bente maleficum quæ demonia eis quibusdam præcātationibus, & huius præpedirēt equos, & illius concitaret ad cursum venit ad beatum Hilarionem, & nō tā aduersarium lardi quam sedefendi obsecrauit. Ineptum visum est venerando seni in huiusmodi nugis orationem perdere. Cumque subrideret, & diceret, cur enim non magis equorum pretiū pro salute animæ tuæ pauperibus erogas. Ille respondit functionē esse publicam, & hoc se non tā velle quam cogi, nec posse hominem Christianum vti magicis artibus sed à seruo potius Christi auxiliū petere maximē contra Gazenses aduersarios Dei nō tam sibi quā Ecclesiæ Christi insultātibus. Rogatus ergo à fratribus qui aderāt Sanctus pateram fictilem in qua bibare consueuerat, aqua iussit impleri eiq; tradī. Quā cum accipisset Italicus stabulum & aurigas suos currumque & repagula aspersit, Mira vulgi expectatio. Nā & aduersarius hoc ipsum irridens diffamauerat, & fautores Italici sibi certatim victoriæ pollicentes exalrabant. Igitur dato signo haud aduolant, illi præpediuntur, sub horū curru rotæ feruent illi præteruolantium terga vix cernunt. Clamor vulgi nimius, ita vt Ethēnij quoque ipsi conclamarent, Marnas victus à Christo est. Porro furentes aduer-

sarij Hilarionem maleficum Christianorum ad supplicium poposcerant. Indubitata ergo victoria & illis & multis de hinc Circēsi bus plurima fidei occasio fuit.

¶ De præfato Gazense Emporij oppido, propter virginē Dei: vicinus iuuenis amādo deperibat. Qui cum frequenter tactu, iocis nutibus, sibilis & cæteris huiusmodi (quæ solent morituræ virginittatis esse principia) nihil profecisset, perrexit Memphim se vt confesso vulnere suo, magicis artibus rediret ad virginem. Igitur post annum edoctus ab Esculapij vatibus non remeantis animas, sed perdētis: venit præsumptum animi stuprum gestiens & subter limen domus puelle, quædam tōrmenta verborum & portentosas figuras sculptas in aris cupri lamina defodit: illico insanire virgo & amictu capitis abiccto, rotare crinem, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis cepit. Magnitudo quippe amoris se in furorem verterat. Perducta ergo à parētibus ad monasterium, seni traditur, vllulāte statim & cōfistente demone, vim sustinui (inquit) inuitus huc adductus sum. Quam bene Memphīs somnis homines deludebam. O cruce, o tormēta que patior. Exire me cogis, sed ligatus subter limen licio & lamina teneor. Non exeo nisi me adolescens qui deti-

net dimiserit. Tūc senex ait, Grādis fortitudo tua, quilibet & lamina stricū teneris. Dic quare ausus es ingredi puellam Dei? Ait vt seruarem virginem. Tu inquit seruares perditor castitatis? Quare nō potius in eū qui te mittebāt ingressus es? Vt quid inquit intrassem in illū qui habebat col legam meum amoris dāmonē. Noluit autem sanctus antequam purgaret virginem, vel adoleſcentem vel signa iubere perquiri, ne aut solutus incāratiōibus recessisse dāmonē videretur, seu ipse sermoni eius accommodasset fidem. asserens fallaces esse dāmones, & ad simulandum callidos: sed magis redita sanitate increpauit virginē, cur fecisset talia per quę in eam demon intrare potuisset.

¶ Non solum autem in Palēstina & vicinā A Egypti vel Syrię vrbibus sed etiam in longinquis prouinciis fama eius creuerat. Nāq; candidatus Constantini Imperatoris, rutilus coma & cādore corporis, iudicās prouinciam (inter Saxones quippe, & Alamanos gens est non tam lata quam valida quę apud historicos Germania, nunc Francia dicitur) antequo ab infantia possessus dāmonē, qui noctibus eum ululare, ingemiscere, & frēmere dentibus cōpellebat, secreto ab Imperatore euectionem petit, causam ei simpliciter indicans. Et acceptis

ad cōsularē quoq; Palēstinae literis cum ingenti honore & comitatu ad Gazam deductus est. Qui cū à decurionibus loci, illiusque siller, vbi habitaret Hilarion monachus, territi Gazenses, & putātes aliqua ratione cū ab Imperatore missum, ad monasterium cōciti perrexerunt, vt & honorē cōmēdato exhiberent. Et si quę de preteritis iniuriis Hilarioni essēt offensa nouo officio delerētur. Deambulabat autē tunc se ex in arenis mollibus, & secū de psalmis nescio quid murmurabat, vidēsq; tātā turbā venientū, substitit, & resalutatis omnibus manu eius, benedicens post horā ceteris abire præcepit, illū vero cum seruis suis & apparitorib⁹ iussit manere. Ex oculis enim eius & vultu, cur venisset, agnouerat. Mox ergo ad interrogatiōē suspētus homo vt vix terram pedibus tangeret, immane rugiens, Syro quo interrogatus fuerat, sermone respōdit, videntes de ore barbaro, & quę Francā tantum & Latinā linguā nouerat, Syra ad purum verbare sonare, vt nō stridor nec aspiratio non idioma aliquod Palēstini deesset eloquij. Confessus est itaq; quoin eum intrasset ordine & vt interpretes eius intelligerent, qui Græcam tantum & Latinam linguam nouerant: Græce quoq; eum interrogauit. Quo similiter & in verba eadem respōden-

dēte, multasque incantationum occasiones & necessitates magicarum artium ostendente, nō euoat, quomodo intraueris, sed vt ex eas in nomine Domini Iesu Christi impero. Cumq; curatus esset simplicitate rustica decem auri libras offerens ordaceum panem ab eo accepit, audiens quod qui tali cibo alerētur aurum pro luce ducerēt. ¶ Parum est de hominibus loqui, bruta quoque animalia quotidie ad eū furētia pertraherentur equorum seu vacarum. Camelū enormis magnitudinis, qui multos iam obtriuerat triginta & eo amplius viri distentū solidissimis funibus cum clamore adduxerunt. Sanguinei erāt oculi, spumabat os, volubilis lingua vrgebat, super omnem terrā rugitus personabat immanis. Iussit igitur dimitti senex, statimq; & qui adduxerant, & qui cum senē erāt vsque ad vnum omnes diffugerunt. Porro ille solus perrexit obuiā, & sermone Syro non me inquit terras Zabule tātō mole corporis. Et in vulpezula & in camelovnus atq; idem es. Et in terram porrecta stabat manu, ad quē cum furēs & quasi deuoraturafes uies belua peruenisset, statim corruit submissamq; caput terrę cōsequauit, mirantibus cunctis qui aderāt, post tantam ferociam tantam subito mansuetudinem. Docebat autē eos senex, hominum

causa diabolum, etiam iumentis corripere, & tanto eorum ardore odio, vt non solum ipsos sed ea quoque quę ipsorum essent ceperet interire. Huiusque rei proponebat exemplum, quod antequam beatum Iob tentare permitteretur, omnem substantiā eius interfecerit. Nec monere quēpiam debere, quod domini iussione duomillia porcorum a demonibus interfecta sunt, si quidē eos qui viderant nō potuisse aliter credere exisse de homine tantam dāmonum multitudinē, nisi grandis porcorū numerus, & quasi a multis actus pariter corruissent.

¶ Tempus deficiet si uolero vniuersa signa quę ab eo sunt perpetrata dicere. In tātā a dño eleuatus fuit gloriā, vt beatus quoq; Antonius audiēs cōuersationem eius scriberet, libeterq; eius epistolā sumeret, ac si quā de Syrię partibus ad se languentes perrexisse diceret eis. Quare nos tālōgē vexare voluistis, cum haberetis ibi filium meū Hilarionem.

¶ Ex templo itaque per totam Palēstina innumerabilia monasteria esse cœperunt, & omnes ad eum monachi certatim currere. Quod ille cernens laudabat Christi gratiam, & ad profectum animę singulos cohortabatur, dicens præterire figuram mundi huius & illam veram esse vitam quę præsentis vitę emeretur in

commodo: volens autem exemplum eis dare etiā humilitatis & officij: statutis diebus ante vindemiā, lustrabat cellulas monachorum. Quo postquam cognitum esset à fratribus: omnes prius ad eū confluebant, & comitanti tali duce circuibāt monasteria, habētes viaticum suum quia interdū vsque ad duo millia hominū congregabantur. Sed & procedente tempore, vnaquæque villa vicinis monachis ad susceptionē sanctorum gaudens cibos offerebat. Sanē quātum fuerit in eo studij: nullum fratrem quanuis humilem, quanuis pauperē præterire illud iudicio est quod vadens in desertum Cades ad vnū ex discipulis suis visendum cum infinito agmine monachorum peruenit Belusam. Eo forte die quo anniuersaria solennitas omnem oppidi populum in templum Veneris congregauerat. Colunt autem illā ob Luciferū, cuius cultui Saracenorū natio dedita est, sed & ipsum oppidum ex magna parte semibarbarum esse propter loci situm dicitur. Audito quod Sanctus Hilarion præteriret (multos enim Sarracenorū arreptos a demone frequenter curauerat) gratiam ei cum vxoribus & liberis obuiam processerunt, submittentētes colla, & voce Syra barech, id est benedic in clamātes. Quos ille blandē humiliterq; suscipiēs,

obsecrabat, vt Deum magis quā lapides colerent, simulq; vbertim flebat cœlū spectans, & se pollicens, si Christo crederent ad eos crebro venturum. Mira Domini gratia, non prius eum abire passi sunt, quam futurā Ecclesiā limitem mitteret, & sacerdos eorum vt erat coronatus Christi signo denotaretur. ¶ Alio quoq; anno cum exiturus esset ad visendam monasteria & dirigeret in cedula apud quos maneret, & quos in transitu visitare deberet, sciētes monachi quēdam de fratribus parciorē, simulq; cupientes vitio eius mederi, rogabant vt apud eū maneret. Et ille, quid inquit vultis & vobis iniuriā & fratri vexationē facere? Quod postquā frater ille parcus audiuit, erubuit & abnitētib; cūctis vix ab inuito impetrauit vt suū quoq; in mansionum ordinē poneret. Post diem ergo decimum venerunt ad eū custodibus iam in vinea (quasi villa esset aliena) ab eo dispositis, qui cum lapidibus & glebarū iactu fundæque vertigine accedentes deterreerent, sine esuuarū mane omnes profecti sunt ridente sene, & dissimulāte se ante scire quod euenerat. ¶ Porro suscepti ab alio monacho cuius Sabbas vocabulū est, debemus quippe parci tacere vocabulum, Largi dicere; quia Dñic⁹ erat dies, inuitabatur ab eo vniuersū ad vineā vt ante ho

te horancibi vuarum pastu laborem via subleuarent. ¶ Et sanctus Hilarion, maledictus ait, qui prius refectioem corpori quam animæ quaesierit. Oremus, psallam⁹ reddamus Domino officium, & sic ad vineam properabitis. Completo itaque ministerio in sublimi stans, benedixit vineæ, & suas ad pascendum dimisit oves. Erant autem qui vescebantur, nō minus tribus milibus. Cumq; cētum lagenis extimata adhuc integra fuisset vinea post dies viginti trecentas fecit. Porro ille parcus frater multo minus solito colligens, etiam id quod habuerat verum in acetū sero doluit. Hoc autem multis fratribus senex ante futurū dixerat. Derestabatur autem præcipue monachos qui infidelitate quadam in futurum seruarent sua, & diligentiam haberent vel sumptuum, vel vestium, aut alicuius rei cum seculo transeuntis. ¶ Denique vnum de fratribus in quinto a se miliario manentem, quia comperit hortuli sui nimis cautū timidumque custodem, & pauxillum habere nūmorum ab oculis suis abegerat. Qui volens sibi reconciliare senem frequenter veniebat ad fratres maxime ad Esycium quo ille vehemētissime delectabatur. Quodā ergo die ciceris fascem viretis sicut in herbis erat detulit. Quē cū ad vesperū Esycius posuit

set in mensam, exclamans senex se putorem eius ferre non posse, simulque vnde esset interrogauit. Respondente autem Esycio quod frater quidā primitias agelli sui fratribus detulisset, non sentis, inquit putorē teterrimū & in cicere facere auaritiā. Mitte bobus, mitte brutis animalibus & videsi comedāt. Quod cū ille iuxta præceptum in præsepia posuisset exterriti boues & plus solito mugientes ruptis vinculis in diuersa fugerunt. Habebat enim senex gratiam hanc, vt ex odore corporum vestiumque, & earum rerū quas quis tetigerat, sciret cui demoni vel cui vicio subiaceret.

¶ Igitur senex sexaginta tres habens annos vitæ, cernens iam grāde monasterium, & multitudinē fratrum secum habitantium, turbasque eorum diuersis languoribus & immundis spiritibus occupatos ad se deducebāt, ita vt omni genere hominum solitudo percircuitum repleteretur, flebat quotidie, & incredibili desiderio conuersationis antiqua recordabatur, interrogatus autem a fratribus quid haberet cur se conficeret, aiebat. Rursus ad seculum redij & recepi mercedem meam in vita mea. Et omnis Palestina & vicinæ prouinciæ existimant me alicuius esse momenti, & ego sub prætextu monasterij dispensationem fratrum, villa possessio-

nes & supellecilem habeo. Seruabatur ergo intente à fratribus maximeque ab Esycio, qui miro amore venerationis seni deditus erat. Quæ cū ita lugens abiennio tractaret, Aristhene illa cuius latius supra fecimus mentionem, præfecti vxor, sed nihil de ambitu præfecti habens venit ad eum volens etiam ad Antonium pergere. Cui ille flens ait. Vellem ipse quoque ire si non carcere huius monasterij clausus teneret & si eū diffractus esset. Biduo enim hodie est quod ex hac luce subtractus, & totus mundus tali parente orbatus est. Credidit illa & substitit, & post paucos dies veniente nuncio Antonij dormitionē audiuit. Mirētur alij signa sancti Hilarioñis & portenta quæ fecit, mirentur incredibilem abstinentiā sciētiā, humilitatem, ego nihil irastupeo, quam gloriam illam & honorem calcare potuisse. Concurrēbant Episcopi presbyteri, clericorum & monachorum greges, matronæ quoque christianorum grandis tentatio, & hincinde ex urbibus & agris vulgus ignobile, sed & potentes viri & iudices ut benedictum ab eo panem vel oleum acciperent at ille nihil aliud nisi solitudinem meditabatur, intantum ut quadam die proficisci statueret, & adducto afello (nimis quippe exesus ieiunijs vix ingredi poterat) iter arripere co-

naretur. Qui cum per Eremum iseret, & quasi vastitas & exitium Palestinae indiceretur, plusquam decem milia hominum diuersæ ætatis ac sexus ad retinendum cōgregata sunt. Immobiles ille ad præces & baculo harenam discutiēs loquebatur. Fallacem Deum meum non facio, nec possum videre subuerfas Christi Ecclesias, calcata Christi altaria, filiorū meorum sanguinem. Vniuersi autem qui aderant intelligunt reuelatū ei quiddam esse secreti, quod nollet confiteri, & nihilominus custodiebant eum ne proficisceretur. Decevit ergo publica voce omnes contestans non cibi se nec potus quippiam sumere nisi dimitteretur. Et post septem dies inediē tādē relaxatus causa, ac vale dicens plurimis, cum infinito agmine persequentium venit Bethynium, vbi persuasus turbis ut reuenterentur elegit quadraginta monachos qui habebant viaticum, ut possent ieiunantes ingredi, id est post solis occasum cibum sumere. Quinta igitur die venit Pelusium visitatisque qui in vicina Eremita & in loco qui Lychonos dicitur morabantur, perrexit triduo ad Castrum Thombaston, ut videret Dracontium Episcopum & confessorem qui ibi exulabat. Quo incredibiler consolato tanti viri presentia post aliud triduum multo

multo labore Babylonem peruenit ut inuideret Philonem Episcopum & ipsum confessorem. Constantius enim rex Arrianorum fauens heresi vtrunque in ea loca deportauerat. Inde egrediēs per biduum venit ad oppidum Afroditon vbi conuento diacone Baylano qui locatis dromedibus, camelis ob aquæ in Eremita penuriam consueuerat euntes ad Antonium ducere, confessus est fratribus instare diem dormitionis beati Antonij, & per uigilem noctem in ipso quo defunctus fuerat loco, a se ei debere celebrari. Tribus ergo diebus per vastam & terribilem solitudinem, tandem ad montem altissimum peruenerunt repertis ibi duobus monachis, Isaac videlicet & Plustiano, quorum Isaac interpretis Antonij fuerat. Et quia se præbet occasio, & ad id loci venimus dignum videretur breui sermone habitaculum tanti viri describere. Saxeus & sublimis mons per mille circiter passus ad radices suas aquas exprimit, quarum alie harena ebibuntur, alie ad inferiora dilapsæ paulatim riuum efficiunt. Supra quem ex vtraque ripa palmarum innumerabiles, multum loco & amœnitatis & cōmodi tribuunt. Videres namque senem huc atque illuc cum discipulis beati Antonij discurrete: hic aiebāt psallere, hic orare, hic

operari, hic fessus residere solitus erat. Has vites, has arbusculas ipse plantauit, illam arcolam manibus ipse composuit. Hanc piscinam ad irrigandum hortulū multo sudore fabricatus est, istum ad fodiendum hamum plurimis annis habuit. Iacebat vero in stratu eius, & quasi calens ad huc cubile deosculabatur. Erat autem cellula non plus mensuræ per quadram tenēs, quam homo dormiens extendi poterat. Præterea in sublimi montis vertice quasi per cocleam ascenditibus & arduo valde nisu duæ eiusdem mensuræ cellulae videbantur in quibus venientium frequentiam & discipulorum suorum contubernium fugiens moratus est, verum hæc in viuo excisa saxo, ostia tantum adita habebant: postquam autem ad hortulum venerant, videtis inquit Isaac hoc pomerium arbusculis constitum & oleribus virens: ante hoc ferme triennium cum onagrorum grex vastaret vnum e ductoribus eorū stare iussit, baculoque rudes latera eius ait. Quare comedistis quod non feulistis? Et exinde exceptis aquis, ad quas potandas ventilabant, numquam eos nec arbusculas nec olera contigisse dicebant. Præterea rogabat senex ut sibi locum tumuli eius ostenderent. Qui cum seorsum cum abduxissent vtrum ne monstr-

strauerint ignoratur, causam occultandi iuxta præceptum beati Antonij fuisse referentes, ne Pergam⁹ qui in illis locis ditissimus erat, sublato ad villam suam sancti corpore martyrium fabricaret. ¶ Igitur reuersus Afroditon duobus tantum secum fratribus: vicina eremo moratus est, tanta abstinencia & silentio deditus, ut tunc primum se capisse Christo seruire diceret. Porro iam triennium erat quod clausum cælum illas terras arefecerat, ita ut vulgo dicerent Antonij mortē etiā elemēta lugere. ¶ Fama quoq; Hilarionis non latuit incolas loci illius, & certatim viri ac mulieres ore luridi & attenuati fame pluias à seruo Christi id est a successore Antonij deprecabatur. Quos ille cernens mire doluit eleuatis ad cælum oculis & vtrāsque in sublime erigens palmas statim impetrauit quod rogauerat. Ecce autem sitiens harenosaque regio postquam pluuijs irrigata est tantam serpentium & venenatorum animalium ex improbitate ebulliuit multitudinem ut percussi innumerabiles nisi ad Hilarionem, concurrissent, statim interirent. Benedicto itaque oleo vniuersi agricolę atque pastores, tangentes vulnera, certam salutem præsumebant. Videns autem se etiam ibi miris honoribus affici, perrexit Alexandriam, inde ad interiorius

monasterium Oasan transiturus. Et quia nunquam ex quo cœperat esse monachus in vrbibus manserat diuertit ad quosdā fratres notos sibi in Bruchum haud procul ab Alexandria. Qui cū miro gaudio suscepissent senem & iam vicina nox esset repente audiunt discipulos eius asinum sternere illumque parare proficisci, itaq; aduoluti pedibus eius rogabant ne hoc faceret, & ante limē prostrati citius se mori quam carere tantō hospite testabatur. Quibus ille respondit. Idcirco abire festino ne vobis molestiam generem. Certe ex posterioribus cognoscetis non frustra me subito recessisse. Igitur Gazenses altera die cū litoribus profecti (nam pridie eum venisse cognouerant) intrantes monasterium, cum illum minime reperissent adinuicem loquebantur. Nonne vera sunt quę audiuimus. Magnus est & futura cognoscit. Urbis enim Gazę postquam profecto de Palaestina Hilarione Iulianus imperio successerat, destructo monasterio eius, precibusque ad imperatorem datis & Hilarionis & Efyçij mortem impetrauerat, amboq; ut quęretur toto orbe scriptū est, Egressus ergo sanctus Hilarion de Bruchio per inuētā solitudinē intrauit Oasan ibique anno plus minus exacto (quia illuc quoque etiā sui fama peruenerat) quasi iā

in

In oriente latere non posset, vbi multi illum & opinione & vultu nouerant ad solas nauigare insulas cogitabat, ut quę terra vulgauerat, saltē maria celarent. Eodē ferme tempore Adrianus discipulus eius de Palestina superuenit dicēs Iulianū occisum christianum imperatorem regnare cepisse, ideo reuerti eum debere ad monasterij sui reliquias. Quod ille audiens detestatus est, & cōducto camelo per vastam solitudinem venit ad maritimam urbem Libię Paratonium, vbi Adrianus infelix volens Palaestinam reuerti, & pristinam sub nomine magistri quærens gloriam, multas ei fecit iniurias. Ad extremum conuastatis, quę a fratribus ei missa dēulerat, nesciente eo profectus est. Super hoc sane, quia alter locus referendi non est hoc autē tantū dixerim in terrorem eorum, qui magistros despiciunt, quod post aliquātulum temporis morbo regio computruerit. Habens ergo senex Zazanum secum, ascendit classem, & Siciliā nauigabat. Cū que venundato euangeliorum codice quam manu sua adolescens scripserat dare naulum disponeret, in medio ferme Adria naucleri filius arreptus clamore cepit & dicere. Hilarion serue Dei cur nobis per te & in pelago rutos esse non licet: Da mihi spacium donec ad terram veniam ne

hic eiectus præcipiter in abyssos, cui ille. Si Deus me (ait) tibi cōcedat ut maneat, mane. Sin autem ille te eieciat, quid mihi inuidiā facis homini peccatori atque mendico. Hoc autem dicebat, ne nauis & negociatres qui in nauis erāt secum ad terram peruenissent, ac prodentent. Nec multo post purgatus est puer, patre fidem dante & ceteris qui aderāt, nulli se super nomine eius locuturos. ¶ Ingressus autem Pachinum promontorium Sicilia, obtulit nauclero euangelium pro subuentione sua & Zazani. Qui nolēs acciperemaxime cum videret eos excepto illo codice, & his quibus vestituerant amplius nihil habere, ad extremum iurauit se non accepturum. Sed & senex assensus est fiduciam pauperis conscientię, & in eo magis lætabatur quod nihil haberet seculi, & ab acculis illius loci mendicus putaretur, porro recogitēs ne negociatores de oriente venientes se notum facerēt, ad mediterranea fugit loca, id est in vicesimo a mari miliario, ibique in quodam deserto agello lignorum quotidie fascem colligēs imponebat collo discipuli, quo in proxima villa venundato & sibi alimoniā, & his qui forte ad eos veniebant, paucillum panis sumebant. ¶ Sed vere iuxta quod scriptum est, Nō potest ciuitas latere super montemposita. Scrutarius

sus quidam dum in basilica beati Petri Apostoli Romae torqueretur, proclamauit in eo immundus spiritus. Ante paucos dies Sicilia ingressus est Hilarius seruus Christi, & nemo eum cognouit, ut putat se esse secretum, ego vadam & prodam illum. Statimque cum seruis suis ascensa in portu nauis, appulsus est Pachinum & ducente demone anterugurium senis prostratus illico curatus est. Hoc initium signorum eius in Sicilia, innumerabilem deinceps ad eum aegrotantium sed & religiosorum hominum adduxit multitudinem tantum, ut de primoribus viris rutiens quidam morbo intercutis, atque eadem die qua ad eum venerat curatus sit. Qui postea offerens ei inobita munera, audiuit dictum saluatoris ad discipulos. Gratias accepistis, gratis date. Cum haec ita geruntur in Sicilia, Esycius discipulus eius toto senem orbe querebat, lustrans littora de terra penetrans, & hanc tantum habens fiduciam, quia ubicumque venisset diu latere non posset. Transacto ergo iam triennio audiuit Mothone a quodam Iudaeo vilia populis seruta vendente, prophetam Christianorum apparuisse in Sicilia, tanta miracula & signa facientem, ut de veteribus sanctis putaretur. Interrogans itaque habitum eius: & incedens, & linguam, maximeque

etatem, discere nihil potuit. Ille enim qui referebat, famam ad se venisse hominis restabat. Ingressus ergo Adriam prospero cursu venit Pachinum & in quadam curui litoris villula, famam senis sciscitans, cum sonaret, nihil ita in eo cunctis admirantibus quam quod pest tanta signa atque miracula, nec fragmen panis quidem a quoquam in illis locis accepisset. Et ne longum faciam sermonem, sanctus vir Esycius ad magistrum genua prouolutus plantasque eius lacrymis rigans, tandem ab eo subleuatus, post biduum triduique sermonem audiuit a Zazono, non posse senem iam in illis habitare regionibus, sed velle ad barbaras quasdam pergere nationes, ubi & nomen & sermo eius ignotus foret. Duxit itaque eum ad Epidaurum Dalmatiae oppidum, ubi paucis diebus in vicino agello mansitans non potuit abscondi. Siquidem draco mire magnitudinis, quos gentili sermone boas vocant, eo quod tam grades sint, ut boues glutire soleant omnem late vastabat provinciam, & non solum armenta & pecudes, sed & agricolas quoque & pastores tractos ad se, ut spiritus absorbebat. Cui cum pyrâ iussisset preparari, & oratione ad Christum missa euocato praecepisset struem lignorum scandere, ignem supposuit cunctaque specie plebe, immanem bestiam

bestiam contemnit. Unde zazonus quid faceret, quo ve se verteret, aliam parabat fugam, & solitarius terram mente perlustrans mœrebat quod tacente de se lingua miracula loquerentur. Ea tempestate terræ motu totius orbis qui post Iuliani mortem accidit, maria egressa sunt terminos suos & quasi rursus Deus diluuium minaretur, vel in antiquum chaos redirent omnia naues ad praerupta dilapsa montium pepederunt. Quod cum videret Epidauritanifrementes videlicet fluctus, & vadarum mole & montis rugitum littoribus inferri, veretes quod iam euenisse cernebant, ne oppidum funditus subuerteretur egressi sunt ad senem, & quasi ad prelium proficiscerespouerunt eum in littore. Qui cum tria crucis signa pinxisset in sabulo maris, manusque contra tenderet, incredibile dictum est in tantâ altitudinem intumescens mare, ante eum steterit, ac diu fremens & quasi ad obicem indignas, paulatim in semetipsum relapsus sit. Hoc Epidaurum & omnis illa regio usque hodie prædicat, matresque docent filios suos, ad memoriam in posteros transmittendam, vere illud quod & ad Apostolos dictum est, si credideritis dicetis motum huic trahi in mare & fiet, etiam iuxta literam impleri potest, si tamen quis habuerit apostolorum fidem, & talē qualem illi habendam Dominus imperauit. Quid enim

interest utrum mons descēdat in mare, an immani vndarum montes repente obriguerint, & ante senis tantum pedes faxei ex alia parte molliter fluxerint? Mirabatur omnis verba & magnitudo signi salinis perceuebat. Quod intelligens senex in breui Lesbos clid nocte fugit & inuēta post biduum oneraria nauis perrexit Cyprum. Cumque inter Maleas & Cytheram pirata derelicta classe in littore, quæ non antea, sed conto regitur duobus haud paruis myopatonibus de se Dromone occurrisent, denuo hinc inde fluctus verente remige, omnes qui in nauis erant trepidare, flere, discurrere, præparare cotos, & quasi non sufficeret vnus nuncius, certatim senis piratas adesse dicebant. Quos ille procul intuens subrisit, & conuersus ad discipulos modice inquit fidei quare trepidatis. Nunquid plures sunt hi quam Pharaonis exercitus, & tamen omnes Deo volente submersi sunt? Loquebatur, & nihilominus spumantibus rostris hostiles carinae imminabant iactu tantum lapidis in medio. Stetit ergo in ora nauis, & porrecta contra venientes manus, hucusque ait venisse sufficiat. O miraretum fides? statim resiliere nauiculæ, & impellentibus contra remis, ad puppim imperus redijt. Mirabantur piratae, post tergum se redire nolentes, totoque corporis

nifu ut ad nauigium peruenirent velocius multo quam uenerat ad litus ferebantur. Prætermitto cætera ne videar in narratione signorum uolumen extendere, hoc solum dicam, quod prospero cursu inter Cycladas nauigās, hinc inde clamantium de urbibus & vicis, & ad litus concurrentium immūdorū spirituum uoces audiebat. ¶ Ingressus ergo sanctus Hilariō Paphum urbem Cypri, nobilē carminibus poetarum, qua frequenti terræ motu lapsa, nunc ruinarū tantum uestigijs, quod olim fuerit, ostendit in secundo ab urbe miliario habitabat ignotus, gaudēs quod paucis diebus quietus uiueret. Verū non pleni viginti transiere dies, cum per omnem illam insulam vicumque, quicumque immūdus habebant spiritus clamare cœperūt uenisse Hilariōnem seruum Christi & ad eum se debere properare, hoc Salamina hoc Curiū, hoc Laphite, & urbes reliquæ conclamabant, plerisque asserentibus scire se quidem Hilariōnem & verum illum esse famulū Dei, sed ubi esset ignorare. Intra triginta igitur nec multo amplius dies ducenti ferme tā uiri quam mulierēs ad eum congregati sunt. Quos cum uidisset, dolēs quod se non paterentur quiete scire, & quodammodo in ultionem sui scruis tanta eos orationū instantia flagellauit, ut quidam sta-

tim, alij post biduum triduum uē omnes uero intra unam hebdomadam curarentur. Manens itaque ibidem biennio, & semper de fuga cogitans, Esyrium ad se uenire sperabat, & Palestinam militibus ob salutationem fratrum & monasterij sui cineres inuisendos. Qui cum reuēssisset cupienti rursum ad Aegyptum nauigare hoc est ad ea loca, quæ uocantur Borcholia: eo quod nullus ibi christianorum esset, sed barbara & ferocis natio, suasisit ut in ipsa magis insula ad secretiorem locum conscēderet. Quæ cum diu lustrans omnia reperisset, perduxit eum duodecim milibus a mari procul, inter secretos asperosque montes, & quō uix reptando manibus genibusque possit ascendi. Quō in trogressus contemplatus quidem est terribilem ualde & remotum locum, arboribusque hinc inde circumdaturum habentem etiā aquas de supercilio collis irriguas, & hortulum per amœnum & pomēria plurima, quorum fructum nūquam in cibo sumpsit, sed antiquissimi iuxta templi ruinam, ex quo ut ipse ferebat, & ut discipuli eius restabantur tam sanum, herbilium per noctem & diem dæmonum uoces resonabāt, ut exercitū crederes. Quō ille ualde delectatus quod, scilicet, agonitas haberet in proximo, habitauit ibi per annos quinque & sæpe inuisente

sente se Esycio, in hoc extremo iā uitæ suæ tempore refocillatus est, quod propter asperitatem difficultatemque loci, & umbrarū (ut ferebatur uulgo) multitudinem nullus aut rarus ad se posset uel auderet ascendere. ¶ Quadam autem die ingressus sanctus Hilarion hortulum, uidit hominem toto corpore paralyticū iacentem ante fores interrogauitque Esycium quisnam esset uel quomodo fuisset aduectus, qui respondēs ait procurationem fuisse uille, ad cuius ius hortulus quoque in quo ipsi erant, pertineret. Et ille conlachrymans redensque ad iacentem manum, tibi inquit dico in nomine Domini Iesu Christi surge & ambula. Mira uelocitas. Adhuc enim uerba in ore loquentis uoluebantur, & iam membra solida ad standum hominem subrigebant. Quod postquam auditum est, etiam difficultatem loci, & inter inuidum plurimorum uicit necessitas, nihil per circuitum cunctis uillis obseruantibus quam ne quoquo modo elabere tur. Disseminauerat enim hoc de eo rumor, diu eum in eodē loco manere non posse. Quod ille non leuitate quadā aut puerili sensu uictus faciebat, sed honorem fugiens & importunitatem, semper silentium & uitam ignoscibilem desiderabat. ¶ Igitur octogesimo ætatis suæ anno, cū absens esset

Esycius, quasi in testamenti uicē, breuem manu propria scripsit Epistolam, omnes diuitias suas ei derelinquens, Euangelium, scilicet & tunicā saccinam cucullam & palliolum, nam minister eius ante paucos dies obierat. ¶ Venerūt itaque ad ægrotantem de Papho multi religiosi uiri, maxime quod eum dixisse audierant iam se ad Dominum migraturū, & de corporis uinculis liberandum. Sed & Constantia quædam sancta femina, cuius generum & filiam uentione olei de morte liberauerat. Quos omnes adiurauit ut ne puto quidem horæ post mortem reseruatur, sed statim eum in eodem hortulo terra operirent, sicut uestitus erat in tunica cilicina, cuculla & sago rustico. Iamque modicus calor tepebat in pectore nec præter sensum quicquā uiui hominis superaret, & tamen apertis oculis loquebatur. Egredere quid times? egredere quid dubitas? anima septuaginta prope annos seruisti Christo & morte times? Inter hæc uerba exhalauit spiritū. Statimque humo obrutum ante urbi sepultum quā mortuum nunciauerunt. Quod postquam Palæstinae sanctus uir audiuit Esycius, perrexit Cyprum, & simulans se uelle in eodem habitare hortulo, ut diligentis custodia suspicionem accolis tolleret, cum ingenti uitæ suæ periculo,

lo, post decem ferme menses corpus eius furatus est, quod Mayumam inde deferens, rotis monachorum, & oppidorum turbis prosequentibus, in antiquo monasterio condidit, ibique illesam tunica cuculla, & pallio, & toto corpore quasi adhuc viueret integro tantisque fragrate odoribus, ut delibutum unguentis putaretur apparuit, Non videtur mihi in caelestis bria tacenda & Constantiae sanctissimae foeminae illius mulieris deuotio, quae perlato ad se nuncio quod corpusculum Hilarionis Palaeitinae esset statim exanimatae eum veram in seruum Dei dilectionem morte quoque comprobans. Beat enim solita peruigiles in se pulchro eius noctes ducere, & quasi cum praesente ad adiundas orationes suas sermone cinari. Cernas usque hodie miram inter Palaestinos, & Cyprios contentione, his corpus Hilarionis illis spiritum se habere certantibus, & tamen utrobique magna quotidie signa fiunt, sed magis in horulo Cypri, forsitan quia plus illum locum dilexerat.

Incipit prologus beati Hieronymi presbyteri in vitam sancti Malchi captivi monachi.

Qui nauali praelio dimicaturi sunt, ante in portu & tranquillo mari fleant

gubernacula, remos trahunt, ferreas manus & uncas preparant dispositumque per tabulata militum pendenti gradu & labente vestigio stare firmiter assuescunt, ut quod in simulachro pugnae didicerint, in vero certamine non pertimescant. Ita & ego qui diu tacui (silere quippe me fecit, cui meus sermo supplicium est) prius exercitatio in paruo opere, & veluti quaedam rubiginem linguae abstergere, ut venire possim ad hinc tam illatorem. Scribere enim disposui (si tamen Dominus vitam dederit) & si vituperatores mei saltem fugierint me, & clausum persequi desierint ab adventu saluatoris usque ad nostram aetate, id est ab Apostolis usque ad huius temporis finem, quemodo & per quos Christi Ecclesia nata sit & adulta per resurrectionis eius ueritatem martyrijs coronata sit & postquam ad Christianos principes uenerit potentia quidem & diuinis maior, sed uirtutibus minor facta sit. Verum haec alias, nunc quae imminet explicemus.

Incipit uita eius.

VAronas triginta ferme milibus ab Antiochia urbe Syriae, haud grandis ad orientem distat uiculus, huc post multos dominos vel patronos, dum ego adulescens morarer in Syria, ad papae Euagrii necessarium me posses-

possessionem deuolurus sum, quae adcirco nunc nominauit, ut ostenderem unde nossem quod scripturus sum. Erat illic senex quidam nomine Malchus quem nos latine regem possumus dicere, Syrus natione & lingua, & ut rebar eiusdem loci indigena. Anus quoque in eius contubernio valde decrepita, & iam morti proxima uisebatur, tam studiosi ambo religionis, sic Ecclesia limen terentes, ut Zachariam & Helisabeth de euangelio crederes nisi quod Ioanes in medio non erat. De his cum curiose ab accolis quererem, quae nam esset eorum copula matrimonij, an sanguinis, an spiritus, omnes uoce consona sanctos, & Deo placidos, & mira nescio quae respondebant, quae cupiditate illectus adorsus sum hominem, & curiosus sciscitans rerum fidem haec ab eo accepi. Ego inquit Minare Nizibeni agelli colonus solus parentibus sui. Qui cum me quasi stirpem generis sui herodem familiae ad nuptias cogentem monachum me potius esse uelle respondi. Quantis patet minis, quantis mater blanditijs persecuti sunt ut pudicitiam perderem, haec res sola iudicio est quod & domum & parentes fugi. Et quia ad orientem ire non poteram propter uicinam Persidem, & Romanorum militum custodiam, ad occidentem uerti pedes, pusillum nescio quid por-

tans uiatice quod me inopia tantum defenderet. Quid multa? perueni tandem ad Eremum Galchidos, qui inter Minas & Heroas magis ad austrum sita est.

¶ Ibi repertis monachis eorum me magisterio tradidi, manu & labore uictum queritans, lasciuamque carnis refranans ieiunijs. Post multos annos incidit mihi cogitatio ut ad partem pergerem, & dum adhuc uiueret mater, iam enim partem mortuum audieram, solarem uirginitatem eius & exinde uenundata possessione partem erogarem pauperibus ex parte monasterium construere. Quid erubescit confiteri infidelitatem meam. Partem in sumptuum meorum solatia referuarem. Clamare hoc cepit abbas meus diaboli esse tentationem, & sub honeste rei occasione, anti qui hostis astutias. Hoc esse reuer ti canem ad uomitum suum, sic multos monachorum esse deceptos, nunquam diabolus aperta fronte se perdere. Proponerem mihi exempla de scripturis quam plurima, inter quae illud ab initio, quod Adae quoque, & Euae spe diuinitatis supplantauerit. Et cum per suadere non posset prouolatus genibus obsecrabat ne se desererem, ne me perderem, ne aratrum tenens, post tergum respicerem. Va misero mihi. Vici pessima uictoria reputans illum non mea

utilitatem sed suū solatium quaerere, profectus ergo me de monasterio quasi fumus efferret, ad extremum vale dicens. Video autem te fili Satanae notatum caetero non quaero causas, excusationes non recipio, ovis quae de ouili non regreditur lupi ita timoribus patet. ¶ De Heroe ad Aethiā pergētibus, vicina est Ebulico itineri solitudo per quam Sarraceni in certis semper sedibus huc atque illuc vagantur. Quae suspicio frequentiam in illis locis viatorum congregat, ut imminens periculum mutuo auxilio declinetur. Erant in comitatu meo viri, foeminae, senes, iuvenes, paruuli numero circiter septuaginta. Et ecce subito equorum camelorumque seliores Ismaelitarum irruerunt, crinibus vitatisque capitibus ac feminudo corpore, pallia & latas calligulas trahētes. Pēdebāt ex humero pharetrae, & laxos arcus vibrātes hastilia longa portabant. Non enim ad pugnandum sed ad praedandum venerant. Rapimur dissipamur, in diuersa distrahimur. Ego interim longo postliminio haereditarius possessor, & sero mei consilij poenitens cum alterius mulierculae in vnius heri seruitutem fortius venio. Ducimur imo portamur sublimes in camelis, & per vastam Eremum semper ruinam timētes haeremus potius quam sedemus. Cibus semi-

crudae carnes, & lac camelorū potui erat. Tandem in grādi amenē transmissis peruenimus ad interiorē solitudinem vbi dominam eiusque liberos ex more gentis adorare iussi ceruices flectimus: ¶ Hoc quasi clausus carcere mutato habitu idest nudus ambulare disco. Nam aeris quoque temperies praeter pudicitiam nihil aliud velati patebatur. Traduntur mihi pascentae oves & in malorum comparatione hoc fructu solatio, quod dominos meos & conseruos rarius video. Videbatur mihi aliquid habere, sancti Iacobī recordabar Moysi, & qui & ipsi in Eremo pecorum quodam fuerē pastores. Vescebar recentis caseo & lacte. Orabam iugiter canebam psalmos quos in monasterio didiceram. Delectabat me captiuitas mea. Agebāque Dei iudicio gratias quod monachum quem in patriam fueram perditurus in Eremo inueneram. O nihil inquam tutum apud diabolum & multiplices & ineffabiles eius insidiae, sic quoque me latentem inuenit inuidia. Dominus videns gregem suum crescere nihil quae in me deprehendens fraudulentaria, sciebam enim Apostolum praecipisse, dominis sic quasi Deo fideliter seruiendum, & volēs me remunerari quo scidum sibi magis faceret tradidit mihi illā conuersam mecum aliquando captiuam.

nam. Et cum egorefutarem, dicere remque me christianum nec mihi licere uxorem viuentis accipere, si quidem captus nobiscū vir eius ab alio domino fuerat abductus, Herus ille placabilis in furem versus, euaginato me coepit petere gladio, & nisi festinus brachio tenere mulierem praer occupassem illico fudissem sanguinē. Iam venerat tenebrofior solito, & mihi nimium matura nox dico in speluncam semiruptam nouā coniugem, & pronubente nobis tristitia vterque detestantur alterutrum, ne fatemur, tunc vere sensi captiuitatem meam prostratusque humi, monachū capi plangere quem perdebam, dicens. Huc cine miser seruatus sum, ad hoc me mea scelera perduxerunt, in canescente, ut iam capite virgo maritus fierē uxoris alienae? Quid prodest parentes, patriam, rem familiarem contempsisse pro Domino, si hoc facio, quod ut ne facerē, illa contempsit, nisi quod forte propterea haec sustineo, quia rursum patriam desiderauit, quid agimus anima? Perimus an vincimus? Expectamus manum domini, non proprio mucrone confidimus: Verte in te gladiū, tua magis mors timenda est quam corporis, habet & pudicitia seruata martyrium suum. Iaceat in sepulchro Christi testis in Eremo. Ipse ero mihi persecutor & martyr.

Sic factus eduxi in tenebrismicā rem gladium & acumine contra me verso, vale inquam infelix mulier, habeto me potius martyrem quam maritum. Tunc illa prouoluta pedibus meis, ego te inquit per Iesum per huius horae necessitatem rogo ne effundas sanguinē tuū sanguinē meū vel si mori placeat in me primū verte mucronē, sic nobis potius coniugamur. Etiam si vir meus ad me rediret seruare castitatem, quā me captiuitas docuit, vel interiorē antequā perderem, cur moreris ne mihi iugaria ego morerer iūgi velles. Habeto ergo me coniugem pudicitiae, & magis animae copulā amato quā corporis. Credant domini maritum, Christus noueris fratrem, facile persuademus nuptias cū nos viderint sic amare. Fateor obstupui & admiratus virtutem foeminae coniugem plus amaui. Nunquam tamē illius nudum corpus intuius sum, nunquam carnem tetigi, timens in pace perdere, quod in praelio seruaueram. Trāseūt in tali matrimonio dies pluri; amabiliore nos dominis fecerunt nuptiarum simulata. Nulla fugae suspicio interdum in mense toto habebam, fidus gregis pastor per solitudinem. Post grande interuallum dū solus in Eremo sedeo, & praeter caelum terramque nihil video, capi mecum tacitus voluere, & inter multam monacho-

rum contubernia recordarimam
meq; vultus patris mei qui me e
rudierat, tenuerat perdidit. Si
eq; cogitas aspicio fornicarū gre
gē angusto calle feruere, videres
onera maiora quam corpora, aliq;
herbarum, quāda semina foret;
pe oris trahēbāt. Aliq; gerēbātū
mum de foueis, & aquarum vrea
tus aggeribus excludēbant. Illa
ventura hyemis memores, nēma
de facta humus in herbanū horrea
vertēret, illa semina prae cide
bant, de lactu celebri corpora de
sancta portabant. Quodq; magis
mirum esse in tāto agmine egre
diēs nō obitabat intratibus quin
potius siquā sub fasce vidisset, &
onere eērdillē, suppositis hume
ris adiuuābant. Quid multa? Pul
chrū mihi spectaculū dies illa pre
buit. Vnde recordar? Salomōnis
ad fornicarū solertiam nos mittētis
& pigras mentes sub tali exem
plo suscitantis eēptō dēre capri
uitatis & monasterij cellulasque
rere, ac fornicatū illarū. Soli
eitu dīnem desiderare; vbi labora
tur in mediū, & cum nihil cu
tulquam propriū sit, omnium
omnia sunt. Regresso ad cubile,
occurrit mihi mulier tristitiam
animi vultu dissimulare non po
tuit. Rogat cur ira exanimatissim
audit causam, horrōr ad fugam
non aspernatur, peto silentium
fidem tribuit, & iugi susurro in
per spē & metū mediū, fluctuaba

mus. Erant mihi in grege duo hir
ci mīte magnitudinis, quibus oc
cisis vtrūq; facio, eēfū carnes vir
ticeo p̄parato, & primō vespere
patribus domitis nos secrete
cubitare, inuadimus iter vtrūq;
partem carnium portantes. Cum
que peruenissemos ad flautū
(hūm decem milibus aberat) in
flatis & ascēsis vtrūq; aquis nos
credidimus paulatim pedibus su
breāngātes, vt dēorsum flumē
deferēto, & multo longius quam
cōsideramus in alterā nōs ex
ponente ripam, vt vestigium se
quētes perderent. Sed intēllēc
mā defacte carnes & ex parte la
psa, vix tridulcibum pollicēban
tū. Bībimus vsque ad sarietātē,
futura nos itī p̄parātes. Currit
mūs p̄ā tergum semper respici
mus, & magis noctibus promoue
mū, vel propter ardētē solū mi
munt. Paucō miser etiam refe
rens, & iam securus, toto tamen
corpore perhorresco. Post diem
terium dubio aspectu procul re
spicimus duos canes sedētes
venire cōcite, statimque ment
mali p̄re sēga putare dominum,
meditari mortem, solem cernere
nigrescentem. Dumque timē
mus & vestigijs per arenas nos
proditos intelleximus, offendi
tur ad dexteram specus lōge sub
terra pēnētrans. ¶ Igitur timen
tes venenata animalia (solent
quippe viperā, reguli & scōrpio
nes,

nes, ceteraque huiusmodi fer
uorem solis, declinātia vmbra
petere) intrantibus quidem spe
luncam, sed statim in ipso in
trotu sinistra nos fouea credidi
mus, nequaquam vltra progred
dientes, ne dum mortem fugi
mus incurreremus in mortem il
lud que nobiscum reputantes, si
innat miseris dominus, habemus
salutem, si despicit peccatores ha
bemus sepulchrum. Quid putas
nobis fuisse animi? quid terroris?
cum ante specum haud procul
starent dominus & conseruus &
vestigio indice iam ad latebras
peruenissent. O multo maior
expectata quam illata mors.
¶ Rursus cum labore & timore
lingua balbutit, & quasi clamare
re domino loqui vel mutire non
audeo, mittit seruum vt nos de
specu protrahat, ipse canes
tenet & euaginato gladio no
stram expectat aduersum. In
terea tribus femē, vel quatuor
cubitus introgresso famulo, nos
his ex occulto tergum eius vi
dentibus (Nam oculorum istius
modi natura est, vt post si lem
vmbra intrantibus caeca sint om
nia) vox per antum sona text
re furciferū. Exite miserū, Exite
morituri. Quid stas? quid mora
mini? Exite, dominus vocat. Ad
huc loquebatur, & ecce per ter
gebis aspiciamus leonem inus
siste hominem, & aguarū sus

focato, cruentum intro trahere.
Iesu bone. Quid tunc nobis terro
ris, quid gladii fuit. Spectabamus
hostem nostram perire domino
nesciente. Qui cum videret illum
moras facere suspicatus duos vni
resistere, sed & iram differre non
valens sicut tenet gladium ad spe
luncam venit, & clamore rabido
ferit in ore p̄ans recordia prius a
fera tentus est quam nostras la
tebras p̄teriret. Quis hoc vn
quam crederet vt ante os nostrū
pro nobis bestia dimicaret. Su
blato ergo illo metu, similis ante
oculos nostros versabatur inte
ritus, nisi quod tutius esset. Leo
nis rabiam quam iram hominum
sustinere. Pauemus intrinsecus,
& ne mouere quidem nos ausi
p̄stolamur euentum rei inter
tanta pericula, p̄diciunt tantum
conscientia pro muro septi. Lea
na insidia cernens, & vitam se ef
ferentis, apprehensum merdi
tū carulum marurina affert, no
bisq; eodit suspicio. ¶ Neq; tamē
satis creduli statim erupimus sed
expectantes diu & egredi cogita
res, illius nobis semper figuraba
mus occursum. Sub tali ergo terro
re illa trāsta dīe eximus ad
vesperā canes (quos ob nimiam
vehocitātē dromedarios vocant)
p̄teritos vtrūq; in ore voluere,
& p̄n alium nullo iterum terra
herd. Quibus ascēsis, & noua si
stertia res cillact, decima tādē

die ad Romanam per desertum castra peruenimus, oblatique tribuno rei ordinem pandimus. Inde ad Sabaudianum Mesopotamiae ducem transmissi camelorum accipimus precium. Et quia iam abbas ille meus dormierat in Domino, ad haec delatus loca, memonachis reddo, hanc trado virginibus, diligens eam ut sororem, non tamen me ei credens ut forori.

¶ Haec mihi senex Malchus adulescentulo retulit. Haec ego vobis narraui senex Castis historiam castitatis expono, virginibus Virgine custodire exhortor, vos narrate posteris, ut sciant inter gladios, & bestias pudicitiam nunquam esse captivam & hominem Christo deditum, posse mori non posse superari.

¶ *Incipit vita sancti Pauli simplicis.*

Fuit quidam inter discipulos sancti Antonij Paulus nomine, cognomento simplex. Hic initium conversionis suae huiusmodi habuit. Cum uxorem suam cum altero concubitantem vidisset nulli quicquam dicens egressus est domum & moestitia animi tactus, in cremum semetipsum dedit. Vbi cum anxius oberraret ad monasterium venit Antonij, ibi ex loci amoenitate & opportunitate consilium capit. Cumque adisset Antonium, ut iter salutis ab eo inquireret, ille intuens ho-

minem simplicis naturae, respondit ei ita demum eum posse saluari, si his quae a se dicerentur obediret. Tunc illa omnia quaecunque praeceperat, facturum se esse respondit. Ut ergo promissionem eius probaret Antonius ante fores cellulae stanti, hic inquit expecta me orans donec egrediar. Et ingressus mansit intrinsecus per totam diem & noctem, per fenestram tamen ex alto frequentius respiciens videbat eum in definita oratione, & nusquam profuse mouente, sed stare in actu diei & noctis, & ita esse mandati memorem, ut ne parum quidem a loco semoueret. Egressus autem die postera Antonius instruere eum & docere de singulis capit quomodo opere manuum solitudine solaretur, & digitis quidem corporis opus carnale, cogitatione vero mentis & animi intentione operaretur quae Dei sunt. Cibus quoque in vespera sumere & praecipue in potu, confirmans non minus per aquae abundantiam phantasias animae fieri, quam per vinum calorem corporis incrementum. Et ubi plene eum qualiter in singulis agere deberet instruxit, in vicino, hoc est in tribus a se milibus cellulam constituit, ibique eum exercereque didicerat iubet. Ipse tamen frequentius visitans eum gratulabatur, deprehendens illum, id est his quae sibi tradita

data fuerant, tota intentione & omni sollicitudine permanentem. ¶ Quadam autem die cum venissent ad sanctum Antonium fratres magni quidam & perfecti viri, accidit etiam Paulum adesse pariter eum eis. Et cum sermo de profundis rebus & mysticis haberetur, cumque de Prophetis & Salvatore plurima tractarentur, Paulus ex simplicitate animi interrogat si Christus prius fuerit aut propheta. Beatus vero Antonius cum pro eo quod tam absurde interrogaret quasi erubuisse blando motu (ut erga simplices solebat) silere atque abire eum iubet. Ille autem qui omne quodcumque ab eo dictum fuisset, tanquam praecipuum Dei seruare instituerat, abscedens ad cellulam suam tanquam mandato accepto, silentium gerere instituit, nec omnino aliquid loqui. Quod cum coperisset Antonius, mirari admodum coepit unde hoc illi obstitit placuisset quam a se sciebat non esse ei iniunctam. Cumque iussisset eum loqui, & cur sileret interrogaret dicit ei Paulus. Tu pater dixisti mihi, ut irem & silerem. Et obstupescit Antonius ita ab eo sermonem quem ille negligenter protulerat obseruatum, omnes inquit nos ille condonat. Cum enim nos de caelo Dominum nobis non audiamus loquentem, ab isto qualiscunque sit sermo, qui ex ore no-

stro ceciderit, obseruatur. Multa tamen & sanctus Antonius docere eum volens de obedientia praecipere ei solitus erat etiam, quae ratio & causa non posceret, in quibus eius animus erga obedientiam probaretur. Haurire namque aliquando eum aquam iussit ex puteo & in terra tota die effundere, & contexta, ac sportas resoluere, ac de nouo texere, & vestimentum dissuere, & iterum resuere, & rursus resoluere & in pluribus huiusmodi exercitijs ab eodem memoratur imbutus, ut in nullo profusus, etiamque contra rationem imperari videbatur, disceret contradicere, & ita per haec omnia informatus, tempore breui ad perfectionem venit. Ex cuius exemplo docebat beatus Antonius, quod si quis vellet velociter ad perfectionem venire, non sibi ipsi magister fieret, nec proprijs voluntatibus obediret, etiam si rectum videretur esse quod vellet: sed secundum mandatum Saluatoris obseruandum esset, ut ante omnia unusquisque abnegaret semetipsum sibi, & renunciet proprijs voluntatibus, quia & ipse Saluator dixit, ego veni non ut faciam voluntatem meam: sed eius qui misit me. Et utique voluntas Christi non erat contraria voluntati patris: sed neque qui venerat obedientiam docere inueniretur non obediens, si propriam faceret voluntatem, quan-

to magis, ergo nos iudicabimur obediētes, si proprias non faciamus. Denique supradictus Paulus exemplo nobis est, qui obediētiæ & simplicitatis merito, in tantum spiritualium gratiarum culmen ascendit, ut multo plures & potentiores virtutes per ipsum, quam per sanctum Antonium Dominus fecerit. Et quoniam pro affluentia gratiarum ad eum multi ex omnibus terræ partibus confluebant, ut curarentur ab eo verens beatus Antonius ne molestia multitudinis fugaretur in interiori Eremo quo accedi facile ab aliquo non possit, commanere eum fecit, ut venientes magis ipse susciperet Antonius. Si quos vero ipse non potuisset curare, hos ad Paulum tanquam plenam rem sanitatū gratiam habentem mittebat & ab illo curabatur. Tantum autem simplicitatis fuisse apud eum & fiduciam tradit, ut quædam tempore cum quidam rabietu patiens in modum canis; lanietet omnē qui a se fuisset ad se accedere, & per ductus ad eum fuisset instabat orationi, ut demonem qui eum urgebat, fugaret. Et cum mora fieret nec celer sequeretur effectus quasi infantum more indignatus dixissetur ad dñm, Vere non manducabo hodie, si eum non curaveris. Et continuo quasi delizioso domino satisfactum est a Deo, & statim curatus est rabi dū.

Incipit vita sancta Paula edita a sancto Hieronymo presbytero.

Sicut cuncta mei corporis membra verterentur in linguas & os artus humana voce resonarent, nihil dignum sanctæ ac venerabilis Paulæ virtutibus dicerem. Nobilis genere, sed nobilior sanctitate, potens quondam, sed nunc Christi paupertate insignior Græchorum stirps, soboles Scipionū, Pauli hæres cuius vocabulū trahit, Metæ Papyriæ matris Africani vera & Germana progenies. Romæ prætulit Bethleem, & auro testata fulgētia, in formis luti vitalitate mutavit. Non micremus, quæ ralem amissimus, sed gratias agimus quod habuimus, imo habemus. Deo enim viuunt omnia, & quicquid refertur ad dominū, in familie numero computatur, quamquam amissio illius cælestis domus habitatio sit. Quæ quædiū in corpore fuit, peregrinata est a domino, voce semper flebili, quætebatur dicēs, Hæc mihi, quia peregrinatio mea prolongata est, habitavi enim cum habitantibus Cedar, multum peregrinata est anima mea. Nec mirum si planxerat se versari in tenebris. Hoc enim Cedar interpretatur, cum mundus in maligno positus sit, & sicut tenebræ ei^a ita & lumē eius. Luxque in tenebris luceat, & tenebræ eam non comprehendunt. Unde & illud crebrius referebat, aduocagolum

sum, & peregrina sicut omnes patres mei. Et iterum. Cupio dissolui, & esse cum Christo. Quoties autē infirmitate corpusculi (quæ incredibili abstinentia, & duplicatis contraxerat ieiunijs) vexabatur, dicebat, corpus meū subiecto & in sefuitutē sedigo ne alijs prædicans ipsa reproba inueniat, & bonum est mihi vinum non bibere, & carnem non manducare, & humiliavi in ieiunio animā meā & totum lectum meum versasti in infirmitate mea, & versata sum in miseria, dum mihi infligitur spina, atque inter doloris aculeos, quasi aperta, sibi cælos aspiceret, loquebatur. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam. Pector sefumi & sanctos angelos eius ipsumque proprium Angelum, qui custos fuit & comes admirabilis foemine, me nihil in gratiam, nihil in ore laudantiam: sed quidquid dicturus sum pro testimoniū dicere, & minus eius esse meritis, quæ quod totus orbis anit. Sacerdotes mirantur, virginum chori desiderant, monachorum & pauperum turba deplangit. Vult lector eius breuiter scire virtutes. Omnes suos pauperes, pauperior ipsa dimisit. Nec mirum de proximis & familiaribus quam utroque sexu, de seruis & ancillis in fratres foretque mutauerat ista proferre

cum Eustochium virginem & deuotam Christo filiam, in cuius consolationem libellus hic traditur, procul a nobili genere sola fide & gratia diuitem dereliquerit. **C**arpamus igitur narrandi ordinem. Alij altius crepitant, & a cunabulis eius ipsiq; (ut ita dicam) crepudijs matrem Blesillam & Rogatum præferam patrem quorū altera Scipionum Græchorūque progenies est, alter per omnes gratias usque hodie, & stemmatibus & diuitijs, ac nobilitate Agamēnonis fertur sanguinem trahere, qui decenniali Troiam obsidione deleuit, nos nihil aliud laudamus nisi quod proprium est, & purissimo sancte mentis fonte profertur, quæquæ dñs ac Saluator in Evangelio doceat Apostolos scificitantes, quid illis reddurus sit, qui omnia sua pro nomine eius dimiserant, centuplā in presentiarum recepturos & in futuro vitam æternam respondit.

Ex quo intelligimus non laudis esse possidere diuitias: sed pro Christo eas contemnere, non timere ad honores, sed pro fide eos paruipendere. Vere quod pollicitus est seruis suis & ancillis, Saluator reddit in presenti. Namque vnus contempsit gloriam vrbs, totius orbis opinione celebratur. Quam Roma habitantem nullus extra Romam agnouerat, latam in Bethleem & barbara

bara & Roma terrâ miratur, cuius enim gentis homines, ad sancta loca non veniât. Quis autem in sanctis locis præter Paulam, quod plus inter homines miraretur, inuenit. Et sicut inter multas gemas pretiosissima gemma micat & iubar solis paruos stellarû igniculos obruit & obscurat, ita cunctorum virtutes & potentiâ, sua humilitate superauit, minima que fuit inter omnes, ut omnium maior esset & quâto plus se deiciebat, tanto magis a Christo subleuabatur. Latebat & nō latebat fugiēdo gloriâ, gloriâ merebatur quâ virtutes quasi umbra sequuntur & appetitiores sui deserēs, appetit cōtemptores. Sed quid ago narrâdi ordinē prætermittēs. Dū in singulis tenore non seruo præcepta dicendi. Tali igitur stirpe genita est, iunctumque viro Toxotio qui Enæ & Iuliorû altissimum sanguinem trahit. Vnde etiam Christi virgo filia eius Eustochium Iulia nuncupatur, & ipse Iulius a magno demissum nomē Iulo. Et hoc dicimus non quod habitantibus grandia sint, sed quod cōtempnentibus mirabilia. Seculi homines suspiciunt eos qui his pollēt priuilegijs, nos laudamus qui habentes paruipendant hæc, si habere noluerint, prædicamus. His inquâ orta maioribus, & fortitudinate ac pudicitia probata, primum vero, deinde propinquis

& totius vr̄bis testimonio, cum quinque liberos edidisset, Blesillam super cuius morte eam Romæ consolatus sum, Paulinam (quæ sanctum & admirabilem virum, & propositi & rerum suarum Pammachium reliquit hæredem, ad quem super obitu eius paruum libellum edidimus) Eustochium quæ nunc sanctis locis virginittatis & Ecclesiæ monile pretiosum est, Rufinam, quæ immaturato funere pium matris animum cōsternauit, & Toxotium, post quem parere desinit, ut inteligeres eam non diu seruire voluisse officio coniugali, sed mariti desiderio (qui mares optabat liberos) obedisse. Postquâ vir mortuus est, ita eum planxit, ut prope ipsa moreretur, & ita se conuerit ad domini seruitutem, ut mortē ei videretur optasse. Quid ego referam amplæ & nobilis domus quondam opulentissimæ omnes pene diuitias in pauperes erogatas? Quid in cunctos clementissimum animum & bonitatem: etiam in eos quos nunquam viderat euagantem. Quis in opum moriens non illius vestibus obuolatus est? Quis clinicorum non eius facultatibus sustentatus est, quos studiosissime totâ vr̄be perquirēs damnû putabat si quis quâ debilis & esuriēs cibo sustentaretur alterius. Spoliabat filios, & inter obiurgantes propinquos maiorem

morem se eis hereditatem Christi misericordiam dimittere loquebatur. Nec diu potuit excelsi apud seculum generis & nobilissimæ familiæ, visitationis frequentiam sustinere. Merebat honore suo & ora laudantium declinare & fugere festinabat. Cumque orientis & occidentis Episcopos ob quasdam Ecclesiarum dissensiones Romæ imperiales literas contraxissent, vidit admirabiles viros Christique Pontifices Paulinum Antiochenæ vr̄bis Episcopum, & Epiphanium Salaminx Cypri, quæ nunc Constantia dicitur, quorum Epiphanium etiam hospitem habuit Paulinum in alia manentem domo quasi proprium humanitate possedit quorum accensa virtutibus per momenta patriam deserere cogitabat. Non domos, non liberorum, non familiæ non possessionum, non alicuius rei quæ ad seculum pertinet memor, sola (si dici potest) & incomitata, ad Eremum Antoniorum & Paulorum pergere gestiebat, tandem exacta hyeme aperto mari, redeuntibus ad Ecclesias suas Episcopis, ipsa voto cum eis & desiderio nauigabat. Quid ultra differo. Descendit ad portum fratre cognatis affinibus & (quod his maius est) liberis prosequētibz & clementissimâ matrem vincere pietate cupientibus. Iam carbasa tendebantur &

remorum ductu, navis in altum protrahatur. Paruus Toxotius, supplices manus tendebat in litore, Rufina iam nobilis ut suas expectaret nuptias, tacens fletibus obsecrabat, & tamed illa siccos tenebat oculos ad cælum, pietate in filios, pietate in Deum suspirans. Nesciebat se matrem ut Christi probaret ancillam. Torquebantur viscera, & quasi a suis membris distraheretur cū dolore pugnabat, in eo cūctis admirabilior, quod magnâ vinceret charitatem. Inter hostium manus, & captiuitatis duram necessitatem nihil crudelius est quam parentes a filijs separari. Hoc contra iura naturæ plena fide patiebatur, imo gaudens appetebat amorem filiorum, maiore in Deum amore cōtendēs, in sola Eustochio (quæ & propositi & nauigationis eius comes erat) quiescebat. Sulcabat interim navis mare & cūctis quicum ea vehabantur littora recipiētibz illa auersos tenebat oculos ne videret quos sine tormento videre non poterat. Fateor nulla sic amavit filios quibus antequam proficisceretur cuncta largita est exheredans se in terra, ut hereditatem inueniret in cælo. Delata ad insulas Pontias (quas clarissimæ quondam fœminarum sub Domiciano Principe professione nominis Christiani, Flauie Domicillæ nobilitauit exilium)

lium) vidensq; cellulas in quibus illa longū duxerat martyriū sumptis alis Hierosolymam & sancta loca videre cupiebat. Tardi erant ventri, & omnis pigra velocitas. Inter Scyllam & Carybdim Adriatico se credēs pelago quasi per stagnum venit Methonem, ibiq; recollato paululum corpusculo, & salo tabētes artus in littore ponens per Maleam, & Cytherā, sparsaq; per æquor Cycladas, & crebris freta concita terris post Rhodū, & Liciam tandē venit Cyprū, vbi sancti & venerabilis Epiphaniij pedibus obuioluta, decē ab eo diebus detenta est, non in refectionē (vt ille arbitrabatur) sed in op^o Dei, vt res probata est. Nam omnia illius regionis lustrans monasteria put habere poterat refrigeria sumptū fratribus reliquit, quos amor Sancti viri de toto illo orbe cōduxerat. Inde breui cursu transfreta-uit Seleuciam de qua ascendens Antiochiam Sanctiq; confessoris Paulini modicum charitate detenta media hyeme calente ardore fidei: femina nobilis quæ prius Eunuchorum in unibus portabatur, a fello sedens profecta est. Omitto Syriæ colles, & Fœnicis iter, neque enim Odeporicum eius dispesui scribere, ea tantum loca nomina quæ sacris voluminibus continentur. Betito Romana colonia & antiqua vrbe Sydona derelicta, in Sæpte littore Helig

ingressa est curriculam in qua adorato Domino Salvatore per arenas Tyri, in quibus Paulus genua fixerat peruenit ad Choum quæ nunc Ptolemais dicitur, & per campos Magedosolæ necis concio intravit in terram Philistij: mirata ruinas, Dor vrbis quondam potissimæ & versa die Strattonis turrim ab Herode rege Iudeæ in amorem Cæsaris Augusti Cæsaream nuncupatam, in qua Cornelij domum Christi vidit Ecclesiam, & Philippi ædiculas & cubiculum quatuor virginum prophetissarum: deinde Antipatrida semirutum oppidulum, quod ex patris nomine Herodes vocauerat & Lyppam versam in Dispolim, Dorcadis atque Eneæ resurrectione & sanitate inclutam, haud procul ab ea Arimathiam viculum Ioseph qui Dominum sepelivit: & Nobe vrbe quondam sacerdotum: nunc tumulus occisorum: Ioppen quoque fugienti portum Ionæ, & (vt aliquid perstringam de fabulis Poetarum) relegatæ ad Saxum Andromedæ spectatricem: reperitoque itinere Nicopolim quæ prius Eniaus vocabatur apud quam in fractione panis Dominus cognitus Cleophræ domum in Ecclesiam dedicauit: atque inde proficiscens ascendit Bethoron inferiorem & superiorem vrbes a Salomone rege conditas, & varia post hæc à bellorum tempestate dele-

deletas, ad dexteram respiciēs Ay lō & Gabaō, vbi Iesus filius Naue cōtra quinq; rēges dimicans soli imperauit & lunę, & Gabaonitas ob dolū & insidias fœderis impetrari in aquarios lignariosq; dānauit. In Gabaa vrbe vique ad solū diruta paululū substitit, recordata p̄cti eius & cōcubinae in frustra diuisæ: & trib^{us} Benjamin in sexcētis viris propter Paulum seruata. Quid diu moror? Ad leuā Mausoleo Helenæ derelictoque a Diabenorū regina in fame populū frumento iuerat: ingressa est Hierosolymā vrbē Troisonomā Iehus: salē Hierusalem q̄ ab Helio postea Adrianode ruinis & cinerib^{us} ciuitatis in Helia suscitata est. Cūq; p̄cōsul Palestinae (q̄ familiā ei^{us} optime nouerat) p̄missis apparitoribus iussisset parari pratoriu, elegit humilē cellulū & cūctā loca tanto ardore ac studio circuiuit vt nisi ad reliquā festinaret, a primis nō posset abduci, p̄trataq; antecurcē quasi pedē tē dñm cerneret adorabat. Ingressa sepulchrū resurrectionis osculabatur lapidē quē ab ostio sepulchri remouerat angelus, & ipsum corpori locū in quo Dñs iacuerat quasi sitiēs desideratas aquas fidei ore labebat. Quid ibi lachrymarū quātū gemitū, quid doloris effuderit, testis est cūctā Hierosolyma testis est ipse Dñs quē rogabat. Vñ egrediēs ascendit Sion quæ in arcē vel spelūcā vertit. Hæc vrbē expu-

gnauit quōdā & edificauit Dauid vñ d̄ expugnata dicitur. Vñ tibi ciuitas Ariel, i. leo Dei & quōdā fortissima, quam expugnauit Dauid. De eaquē edificata est. Fūdā mēta ei^{us} in mōtib^{us} factis diligit dñs portas Sion sup̄ omnia tabernacula Iacob, non in eas portas quas hodie cernim, in fauillas & cineres dissolutas, sed portas quib^{us} infernas nō praualet, & p̄ quas credētū ad Csm ingreditur multitudo. Ostendebatur illic colūna ecclesiæ portū eū sustinēs infœta cruore dñi, ad quā vincē ducitur & flagellatus. ¶ Mōstrabatur loc^{us}, vbi supercērū viginti credētū animas Spūs s̄ct^{us} descēderat, vt Ioelis vaticiniū cōpleret. ¶ Deinde p̄ facultatula sua pauperibus atq; cōseruis pecunia distributa, perrexit Bethleē, & in dextera parte itineris stetit ad sepulchrū Rachel, in quo Bēiamin nō vt māter vocauerat moriēs Benoni, hoc est filiū doloris mei: sed vt pater p̄pherauit in spū: filiū dextre. ¶ reauit, atq; inde speculū saluatoris introiēs post quā vidit sacru virginis diuertoriū vbi cognouit bos possessorē suū, & asin^{us} p̄ sepe dñi sui, vt impletet illud q̄ in eodē p̄pheta scriptū est. ¶ Beat^{us} qui seminat super aquas, vbi bos & asinus calcāt me audiētē iurabat cernere se fidei oculis infantē panis inuolutū, vagiētē in p̄sepio, deū Magos adorantes, stellam fulgentem desuper, matrē virginē, nutricium

cium sedulum pastores nocte venientes, ut viderent verbū quod factum erat, & iam tunc Euangelistā Ioannis principium dedicarent. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum & verbum caro factum est, paruulos interfectos, Herodem fruentem: Mariam & Ioseph fugientes in Aegyptum mixtisque gaudio lachrymis loquebatur. Salve Bethleem domus panis, in qua natus est ille panis qui de caelo descendit. Salve Effrata regio liberrima, atque carposora, cuius fertilitas Deus est: ex te mihi egredietur qui sit princeps Israel, & egressus eius ab initio a diebus æternitatis. De te quondam Micheas, Propheta vaticinatus est, tu Bethleem domus Effrata, nō minima es in milibus Iuda. Propterea dabis eos usque ad tempus parientis partum, & reliquia fratrum eius conuertentur ad filios Israel. In te enim natus est princeps, qui ante Luciferū genitus est, cuius de patre natiuitas omnem excedit ætatem, & tandem in te Dauid cigerminis origo permansit, donec virgo pareret, & reliquia populi credentes in Christum conuerterentur ad filios Israel, & libere prædicarent. Vobis oportebat loqui primum verbum Dei, sed quoniam repulistis illud & indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce

conuertimur ad gentes. Dixerat enim Dominus. Non veni nisi ad oues perditas domus Israel. Et eo tempore Iacob super eo verbacō plera sunt. Non deficiet princeps ex iuda, neque dux de femore eius donec veniat cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium. Bene enim Dauid iurabat, bene vota faciebat dicens, Si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascēdero in lectum strati mei. Si dederō somnum oculis meis & palpebris meis dormitationem. Et requiem temporibus meis donec inueniam locum Domino tabernaculum Deo Iacob. Et statim quid desideraret exposuit, atque oculis prophetalibus quæ nos iam venisse credimus ille venturum esse cernebat. Ecce audiuimus eū in Effrata inuenimus eum in campis syluæ Zob quippe sermo Hebraicus, ut te docente didici, non Mariam matrem Domini hoc est astin, sed ipsum id est aston significat, vnde loquitur confidenter, introiuimus in tabernaculū eius adorauimus in loco vbi steterunt pedes eius. Et ego misera atque peccatrix, digna sū iudicata de osculari præsepe, in quo Dominus paruulus vagiit, orare etiā in spelunca in qua virgo puerpera Deū fudit infantem. Hæc requies mea quæ Domini patria est, hic habitabo, quoniam Saluator elegit eam parauit lucernā Christo meo, ani-

ma mea illi viuet, & semen meū seruiet ipsi. Haud procul inde descendit ad turrim Ader, id est gregis, iuxta quā Iacob paut greges suos, & pastores nocte vigilantes audire meruerūt, gloria in excelsis Deo, & super terram pax hominibus bonæ voluntatis. Dū que seruant oues inuenerūt agnū Dei puro & mundissimo vellere quod in ariditate totius terræ cælesti rore cōpletum est, cuius sanguis tulit peccata mundi, & exterminatorem Ægypti militis fugauit in postibus. Statimque concito gradu cœpit per viam veterē pergere quæ ducit Gazam ad potentias vel diuitias Dei, & tacita secum voluere quomodo Eunuchus Æthiops gentium populum præfigurans mutauerit pellem suam, & dum verus relegit instrumentum fontes reperit Euangelij, atque inde ad dexteram transiit ad Bethsur, & venit Erchol, quæ in Botrum vertitur. Vnde in testimonium terræ fertilissimæ & in typum eius qui dicit, Torcular calcaui solus, & de gētibz non est vir mecum exploratores Botrum miræ magnitudinis portauerunt. Non est longum spatiū intrauit Sarræ cellulam vidēs in eunabulis Isaac & vestigia querens Abraham sub quā vidit diem Christi & lætatus est, atque inde confurgens ascendit Hebrō, hæc est Cariatharbe, id est oppidū vi-

rorum quatuor, videlicet Abraham Isaac & Iacob, & Adam magni, quem ibi cōditum iuxta librum Iesu Naue Hebræi autumo, licet plerique Caleph quartum putent, cuius ex latere memoria demonstratur. Nōluit pergere Cariathe sepher, id est viculum literarum, quia contemnens occidentem literam reparat spiritum vitiificantem, magisque mirabatur superiores & inferiores aquas quas Otaniel filius Iephonecenem pro australi & arida possessione susceperat, & quarū ductu siccos prioris instrumenti agros fecerat irriguos ut redemptionem veterum peccatorum aquis baptismi reperiret. Altero die orto iam sole stetit in supercilio Capharberuch, id est villæ benedictiōnis, quem ad locū Abraham Dominus persecutus est. Vnde lætam despiciens solitudinem, & terrā quondam Sodomæ & Gomorrhæ, Adamæ & Seboim, contemplata est balsami vineas in Engaddi, & Segor vitulā consternantem, quæ prius Balæ vocabatur, & in Zoaram, hoc est paruulam Syro sermone translata est. Recordabatur spelunca Loth, & versa in lachrymas virgines locias admonēbat, cauēdum esse à vino in quo est luxuria, & cuius opus Moabitæ sunt & Ammonitæ. Diu hæreo in meridie, vbi sponsa cubantem reperit sponsum, Ioseph inebriatus est

eam fratribus suis. Reuertar Hierosolymam, & per Tecuam atq; Amos rutilantem montis Oliueti lucem aspiciam de quo. Saluator ascendit ad patrem, in quo per annos singulos vacca ruffa in holocaustum Domini cremabatur, & cuius cinis exiabat populum Israel in quo. iuxta Ezechielem cherubim de tēplo trāsmigrātes, ecclesiam Domini fundauerunt. ¶ Ingressaque sepulchrum Lazari, Mariæ & Marthæ vidit hospitium, & Bethsage villam sacerdotalium maxillarum & locum in quo pullus lasciuies gentium Domini frana suscepit, Apostolorumque stratus vestibus, mollia terga præbuit ad sedendum: rectoq; itinere descendebat Hierico, cogitans illum de Euangelio vulneratum, & sacerdotibus & Leuitis mentis feritate præter euntibus, clementiā Samaritani, id est custodi, qui seminecem suo imperio impōsito iumento ad stabulum Ecclesiæ reportauit, & locū Adōmi in, quod interpretatur sanguinū (quia mul tus in eo sanguis crebris latronū fundebatur in cursibus) & arbores Sicomorum Zachei, id est bona poenitētiæ opera, quibus crucē radūm & noxia rapinis peccata calcabat, excelsūq; dominū de excelso virtutum intuebatur, & iuxta viam cæcorum loca, qui receptis luminibus vtriusque po-

puli credētis in dñm sacramenta præmiserat. Ingressa Hierico vidit urbem, quā fundauit Aycl in Abyram primogenitō suo & cuius portas posuit in Segub nouissimo filiorū. Intuita est castra Galgale, & acruum præputiorū, & secundæ circūcisionis mysteriū, & duodecim lapides qui de Iordanis Alueo illuc trāslati duodecim Apostolorū fundamēta firmauerant, & fontem quondā legis amarissimū & sterilem, quem verus Heliseus sua cōdidit sapiētia & indulcorem vbertatemque cōuertit. ¶ Vix nox transierat feruentissimo estu venit ad Iordanem, & stetit in ripa fluminis, & orto sole: solis iustitiæ recordata est, quomodo in medio Iordanis Alueo sicca sacerdotes posuerint vestigia, & ad Helix atque Helisei imperium stantibus exvtoq; latere aquis, iter vnda præbuerit pollutaque diluio aquas, & totius humani generis inuēctio ne maculatas, suo dominus munda uerit baptisinate. ¶ Longū est si velim de valle Achot dicere, id est tumuli atq; turbarum, in qua furtum & auaritia condēnata est & de Bethel domo Dei, in qua super nudā humum nudus & pauper dormiuit Iacob & posito subtus caput lapide, in Zacharia septem oculos habere describitur: et in Esaia lapis dicitur angularis. Vidit scalam ad cœlum vsq;

tendentē in qua Dñs desuper inuētebatur, et ascendentes porrigens manum negligentes desublimi præcipitans: Sepulchraque in monte Effraim Iesu filij Naue et Eleazari filij Aaron sacerdotis e regione venerata est: quorum vnus conditus est in Tannata septentrionali parte montis Gaaz: alter in Galaath filij Dinees: factiq; mirata est: quod distributa possessionum sibi montana et aspera delegisset. ¶ Quid narrem de Sylo in qua altare disruptum hodieque mōstratur, et raptum Sabinarum, a Thumulo tribus Benjaminacæ percussit. Transiit Sichem, non ut pleriq; erranter legunt Sychar quæ nunc Neapolis appellatur, et ex latere mōtis Garizim extructam, circa puteū Iacob intrauit Ecclesiam, super quā Dominus residēs sitiensq; et esuriens, Samaritanæ fidei sanatus est, quæ quinq; Mosaicorum voluminum vitis: & sexto quem se habere iactabat errore Desithai derelicto verum Mesiā et verū reperit saluatorē. Atque inde diuersū vidit duodecim Patriarcharum sepulchra, & sebasten, id est Samariā, quæ in honorē Augusti ab Herode rege Græco sermone augusta est nominata. Ibi siti sūt Heliseus et Abdias Propheta, et (quo maior natos inter mulierū non fuit) baptista Ioānes vbi multis increuit mirabilibus. Nanque

cernebat demones varijs rugie cruciatibus et ante sepulchra sanctorum ululare homines luporū vocibus: larrare canum, fremere leonum, sibilare serpentium, mugire taurorū, alios rotare caput, et post tergum terrā vertice tangere, suspensisque pede fœminis vestes nō defluere in faciem. Miferabatur omnium et per singulos effusus lacrymis: Christi clementiam precabatur, et sicut erat inualida ascendit pedibus mōtem, in cuius duabus spelūis, persecutoris et famis tempore Abdias propheta centū Prophetas aluit pane et aqua. Hinc cito itinere percurrit Nazaram nutriculā domini, Chanaam & Capharnaūm signorū eius familiares, lacū Tyberiadis nauigante Dño sanctificatū, & solitudinē in qua multorum populorū millia paucis saturati sunt panibus et reliquijs nascentiū repleti sunt cophini duodecim, tribuū Israel ascēdebatq; montē Thabor in quo transfiguratus est Dñs, aspiciebat procul mōtes Hermū et Hermoniū, et campos latissimos Galileæ, in quibus Sifara et omnis ei exercitus Barach vincēte prostratus est, torrens Cyfou, qui mediam planiciem diuidebat, et oppidū iuxta Naïm, in quo viduæ suscitatus est filius mōstrabatur. Dies me prius quam sermo deficiet, si voluerō cuncta percurrere, quæ Paula ve-

nerabilis fide incredibili perua-
gata est. Transibo in Aegyptum
& in Sochor atque apud fontem
Samson, quem de molari maxil-
la dente produxit, subsistam pa-
rum per, & arentia ora colluam,
vt refocillatus videam. Morastim
sepulchrum quondam Michez
Prophetæ nunc Ecclesiam, & ex-
larere derelinquam Choreos, Ge-
cheos, Marefa, Idumea & Lachis
& per arenas mollissimas perge-
tium vestigia subtrahentes latam
que Bremit vallitatem veniam ad
Aegyptum fluuium Syor, qui in-
terpretatur turbidus, & quinque
Aegypti transeam ciuitates que
loquuntur lingua Canadithidi, &
terram Gessen & Cananeos: in
quibus fecit Deus mirabilia, &
urbem No, quæ postea versa est
in Alexandriam & oppidum Do-
mini Nytriam in quo purissimo
virtutum plurimorum. Quod cū
vidisset occurrentes sibi sancto &
venerabili Episcopo Isidoro con-
fessore, & turbis innumerabili-
bus monachorum & quibus mul-
tos sacerdotalis & Leuiticus su-
blimabat gradus lætabatur ad
gloriã Domini, sed se indignam
tanto honore fatebatur. Quider-
go narrem Macharios, Arsenios,
Serapiones, & reliqua columna-
rum Christi nomina? Cuius non
intrauit cellulam? quorum non
pedibus aduoluta est? Per singu-

los sanctos Christū se videre cre-
debat & quicquid in illos conta-
lerat, contalisse se. in Dominam
lætabatur. Mirus ardor & vix in
fœmina credibilis fortitudo obli-
ta sexus & fragilitatis corporeæ
inter tot millia monachorū cum
puellis suis habitare cupiebat &
forsitan à cunctis eam suscipien-
tibus impetrasset, nisi maius san-
ctorum locorum traxisset deside-
rium, atque propter feruentissi-
mos æsius de Pelusio Mayniam
nauigatione præueniens, tanta
velocitate reuerfa est, vt aucte
putares. Nec multo post in sanctam
Bethleem mansura veniens per-
petuo, angusto per triennium man-
sit hospitio: donec extrueret cel-
lulas ac monasteria & diuersorū
peregrinorum iuxta viam condi-
derat, in qua Maria & Ioseph ho-
spitium non inuenerant. Huc us-
que iter eius descriptū est, quod
multis virginibus & filia comite
peragravit. ¶ Nunc virtus eius la-
tius describatur quæ ipsius pro-
pria est exponenda, Deo iudice
ac teste, profiteor me nihil adde-
re, nihil in maius extollere mare
laudantium, sed (ne rerum exce-
dam fidem) multa retrahere, ne
apud detractores, & genuino
semper dente rodentes fingere
puter & cornicem Aesopi alienis
coloribus adornare, quæ prima
Christianorum virtus est tanta se-
humilitate deiecit, vt qui eam vi-
deret,

deret, et pro celebritate nominis
videre gestiret ipsam esse nō cre-
deret sed ancillarū ultimam. Et
cum frequentibus choris virginū
cingeretur, & veste & voce & ha-
bitu & incessu, minima omnium
erat. Nunquam post viri mortem
vsq; ad diem dormitionis suæ cū
ullo comedit viro, quanuis cum
sanctū & in pontificali sciret cul-
mine positum. Balnea nisi pericli-
tans nō adiit, mollia etiam ingra-
uissima febre lectuli strata non
habuit: sed super durissimam lu-
mum stratis ciliciolis quiescebat
(si tamen illa quies dicenda est)
que iugibus pene orationibus dies
noctesq; iungebat, illud implens
de psalterio. Lauabo per singulas
noctes lectum meum lachrymis
meis stratum meum rigabo. In qua
vt fontes crederes lachrymarum
ita leuia peccata plangebat, vt il-
lam grauissimorum criminū cre-
deres ream. Cumque à nobis cre-
brius moneretur: vt parceret oculo-
lis, vt eos seruaret Euangelicæ le-
ctionis: iacebat turpanda est facies
quam contra Dei præceptū pur-
puris et cerusa et stibio depinxi,
affligendū est corpus quod mul-
tis vacauit deliciis, lōgus ris per-
peti compesandus est fletu, mol-
lia lintheamina et serica pretio-
sissima asperitate cilicij commu-
tanda. Quæ viro et seculo placui-
mū Christo placere desidero. Si
inter tales tantaq; virtutes casti-

ratem in illa voluero prædicare,
superfluous videar, in qua (etiam
cū secularis esset) omniū Romæ
matronarum exēplum fuit, quæ
ita se gessit vt nunquā de illactiā
maledicorum quisquā auderet fa-
me confingere. Nihil animo eius
clementius, nihil erga humiles
biandius fuit. Non appetebat po-
tentes: nec tamē superbos & glo-
riolam quærentes fastidio despi-
ciebat. Si pauperē viderat susten-
tabat, si diuitem ad benefaciendū
cohortabatur. Liberalitas sola ex-
cedebat modū, & vsuras tribuēs
euerfuta quoque sæpè faciebat,
vt nulli stipem rogantium dene-
garet. Fateor errorem meum, cur
in largiēdo esset profusior argue-
bam illud proferens de Apосто-
lo, non vt aliis refrigerium vt vo-
bis autem tribulatio: sed ex qua-
litate in hoc tempore vt abundā-
tia vestra sit ad illorum inopiā. Et
hoc de Euāgelio saluatoris qui ha-
bet duas tunicas, det alteram nō
habenti, & providendum esse ne
quod libenter faceret semper fa-
cere non posset, multasque huius-
modi quæ illa mira verecūdia &
sermone parcissimo dissoluebat
restē inuocans dominum se pro
illius nomine cuncta facere, &
hoc habente voti, vt mendicans
ipsa moreretur, vt vnū nummum
filix non dimitteret, & in funere
suo alienos syndone inuolueretur
Ad extremum inferebat. Ego si

petiero multos inueniam qui mihi tribuant, mendicans si a me non acceperit (quæ ei possum etiam de alieno tribuere & mortuus fuerit) a quo anima eius requiretur? Ego cautior in re familiari esse cupiebam, sed illa ardentior fide toto saluatori animo iungebatur & pauperem dominum pauper spiritu sequebatur, reddens ei quod acceperat, pro ipso pauper facta. Denique consecuta est, quod optabat & in grandi aere alieno filiam dereliquit, quod hucusque debens non suis viribus, sed Christi se fidei misericordia reddituram. Solent pleræque matronarum buccinatoribus suis dona conferre, & in paucos largitate profusa manum a cæteris retrahere, quo illa omnino cætebat vitio. Ita enim singulis suam pecuniam diuidebat, ut singulis necessarium erat, non ad luxuriam, sed ad necessitatem. Nemo pauperum vacuus reuersus est. Quod obtinebat non diuitiarum magnitudine, sed prudentia dispensandi illud, semper replicas, beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur & sicut aqua extinguit ignem, ita elemosyna extinguit peccata, & facite vobis amicos de iniquo mammona, qui vos recipiant in æterna tabernacula & date elemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis & verba Danielis Regem Nabuchodonosor præmonentis,

ut elemosynis redimeret peccata sua. Nolebat in his lapidibus pecuniam effundere, qui cum terra & seculo transuri sunt, sed in viuis lapidibus qui voluntur super terram, de quibus in Apocalypsi Ioannis ciuitas Regis magni extruitur: quos in saphirum smaragdum & cæteras gemmas esse vertendos scriptura commemorat. Verum hæc communia possunt esse cum paucis, & sic diabolus non summo culmine virtutum posita: unde loquitur ad dominum post amissam Iob substantiam, post euersam domum, post liberos interfectos, corium pro corio, & omnia quæ habuerit homo dabit pro anima sua, sed extende manum tuam & tange ossa & carnes eius nisi in faciem benedixerit tibi, Scimus plerisque dedisse elemosynam, sed de proprio corpore nihil dedisse, porrexisse egentibus manum, sed carnis voluptate superatos, dealbasse ea quæ foris erant, & intus plenos fuisse de ossibus mortuorum. At non Paulus talis quæ tantæ continentia fuit, ut prope mensuram excederet & debilitatem corporis nimis ieiuniis ac labore contraheret quæ ceptis festis diebus vix oleum in cibo caperet, ut ex hoc vno astimaretur. Quid de vino & liquamine & piscibus & lacte ac melle & ovis, & reliquis quæ gustui suaui sunt iudicari, in quibus mendia

mediis quidam se abstinentissimos putant, & si his ventrem ingurgitauerint, totam pudicitiam suspicantur. Sæpe virtutes sequitur inuidia, feruntque summos fulgura motes. Nec mirum si hoc de hominibus loquar cum etiam dominus noster Phariseorum zelo sit crucifixus: & omnes sancti æmulos habuerint, in paradiso quoque serpens fuerit cuius inuidia mors introiit in ortheterarum. Suscitaret ei dominus Adam qui eam colaphizaret, ne se extolleret & quasi quodam stimulo carnis sæpius admonebatur ne magnitudine virtutum altius superet aliarumque virtutum foeminarum se in excelsis crederet constitutam. Ergo aiebam liuori esse credendum & dandum infantia locum quod fecisset Iacob in fratre suo Esau, & Dauid in pertinacissimo inimico Saul, quorum alter in Mesopotamiam fugerit alter se Altophilis crediderit, nullens hostibus quam inuidis subiacere. At ille iuste respicebat hoc dicens. Si diabolus contra seruos Dei, & ancillas non ubique pugnaret, & ad omnia loca fugientes præcederet si non sanctorum locorum amore retineret, & Bethleem meam in altera reperire possem parte terrarum. Cur enim non patientia liuores superem? Cur non humilitate frangam superbiam, & percutienti maxillam, alteram non offeram? dicente Apostolo Paulo vincite in bono malum. Nonne Apo-

stoli gloriabatur, quoniam pro domino passus sunt contumeliam? Nonne ipse saluator humiliavit se formam serui accipiens factus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis, ut nos sua passione saluaret. Iob nisi cecidisset & vixisset in prælio non accepisset coronam iustitiae, nec audiuisset a domino, putasne metibi aliter locutum quam ut appareres iustus. Beati dicuntur in Evangelio qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Secura sit conscientia, quod non propter peccata patiamur & afflictio in seculo materia premio rum est. Si quando procacior fuisset inimicus & usque ad verborum iurgia profluisset illud psalterij decantabat. Cum consisteret peccator aduersum me obmutui & filii a bonis. Et rursum. Ego enim quasi sordus non audiebam, & quasi mutus non aperiens os suum, & factus sum quasi homo non audiens nec habens in ore suo increpationes. In tentationibus vero Deuteronomij verba voluebat. Tentat vos Deus vester, ut sciat si diligitis dominum Deum vestrum ex toto corde vestro & ex tota anima vestra. In tribulationibus & angustijs Isaac replicabat eloquia: Qui ablactatus estis a lacte, qui abstracti ab ubere tribulationis super tribulationem expectate: spes super spem adhuc pusillum propter malitiam labiorum propter linguam malignam. Et scriptura testimonium

niam in consolatione suam disce-
rebat ablatorum esse, & eorum
qui ad virilem aetatem peruenis-
sent, tribulationem super tribula-
tionem sustinere, ut spem super
spem mererentur accipere, scien-
tes quoniam tribulatio patientiam
operatur patientia probationem
probatio spes, spes autem non confundit,
& quod si is qui foris est nos-
ter homo corrumpitur, ille qui in-
tus est innovatur, & in praesentia
temporalium & leue tribula-
tionis nostrae, aeternae gloriae pon-
dus operetur in nobis non aspicien-
tibus quae videntur, sed quae non
videntur. Quae enim videntur tem-
poralia sunt: quae autem non viden-
tur aeterna. Nec longum fore tempus
etiam si humanae impatientiae tar-
dum esse videatur, quin Dei sta-
tim sequatur auxilium dicentis. Te-
pote oportuno exaudiui te: & in
die salutis auxiliatus sum tui, nec
dolosae labia & linguas iniquorum
esse metuendas: tamen a domino adiu-
vare latemur, & ipsum audire de-
beamus monentem, per patientiam
vestram possidebitis animas
vestras: & non sunt condignae
passiones huius temporis ad futu-
ram gloriam quae revelabitur in no-
bis. Et alibi, patienter agamus in
omnibus quae accidunt nobis. Pa-
tiens enim vir multus in prudentia:
qui enim pusillanimis est. ve-
hementer insipiens est. Item in la-
boribus & crebra infirmitate di-

cebat. Quando infirmior, tunc for-
tior sum, & habemus thesaurum
istum in vasculis fictilibus, donec
mortalis hoc induat immortalita-
tem, & corruptivum hoc vestiat
in corruptionem. Et iterum, sicut
abundant passiones Christi in no-
bis: ita per Christum abundat con-
solatio. Ac deinde ut socii passio-
num estis: ita & consolationis eri-
tis. In merore carabat. Quare tri-
stis es anima mea, & quare contur-
bas me. Spera in Deo, quoniam ad-
huc confitebor illi salutare vultus
mei & Deus meus. In periculo slo-
quebatur. Qui vult venire post
me, abneget semetipsum & tol-
lat crucem suam quotidie, & se-
quatur me. Et iterum qui volue-
rit animam suam salvam facere,
perdet eam, & qui perdidit ani-
mam suam propter me salvam eam
faciet. Quando dispendia rei fa-
miliaris & auersio totius patrimonij
ei nuntiabatur, aiebat. Quid
enim prodest homini si totum mun-
dum lucrifecerit, & anima sua
damnum habuerit? Aut quam da-
bit homo commutationem pro ani-
ma sua? Nudus exiui de utero ma-
tris meae, nudus & redeam. Sicut
placuit domino, ita factum est, sic
nomen domini benedictum. Et il-
lud. Nolite diligere mundum, neque
ea quae in mundo sunt, quoniam
omne quod in mundo est deside-
rium carnis est, & concupiscentia
oculorum & superbia vitae huius

quae

quae non est ex patre, sed de mundo
est & mundus transibit, & concu-
piscuntur eius. Scio enim scriptas
infirmitates gravissimas liberor-
um, & maxime Toxotij sui quem
plurimum diligebat cumque illud
virtute completeret, turbata sum &
non sum locuta, in haec verba su-
per me non est me dignus. Exo-
rans ad dominum loquebatur, post
fide filios mortificatorum qui pro-
te quotidie mortificant corpora
sua. Novi susurationem quandam
(quod genus hominum vel perni-
ciosum est) quasi benevolam non
cuisse, pro nimio ferore virtu-
tum quibusdam viderent insana, &
cerebrum illius dicerent confou-
endum. Cui illa respondit. Theatrum
facti sumus mundo, & angelis &
hominibus. Nos stulti propter
Christum sed stultum Dei sapientius
est hominibus. Unde & salvator
loquitur ad patrem tu scis insi-
pientiam meam, quae in euangelio &
propinqui quasi mentis impotem
ligare cupiebant & adversarii su-
gillabant, dicentes demonium ha-
bet & Samaritanus est, & in Beel-
zebub principe demoniorum eij-
cit demonia. Sed nos audiamus
Apostolum cohortantem, haec est
gloria nostra testimonium conscien-
tiae nostrae, quoniam in sanctitate
& sinceritate & gratia Dei conuer-
sati sumus in hoc mundo. Et Dominum
dicentem ad apostolos. Ideo mundus

vos odit, quia non estis de mundo
Si enim essetis de mundo amaret
vultum, mundus quod suum erat. Et ad
ipsum dominum verba vertebat dicens
Tu nosti cordis abscondita, & haec
omnia venerunt super nos, & non
sumus obliti tui, nec iniqui, egimus
in testamento tuo nec auersum est
retrosum cor nostrum. Et propter
te mortificamur tota die, & repu-
tati sumus ut oves occisionis, sed
dominus auxiliator meus non timebo
quid faciat mihi homo. Legi enim
Fili honora dominum, & confortaberis,
& extra deum nullum metueris.
His & talibus testimoniis quasi ar-
matura Christi, & adversus quidem
omnia vitia: sed praecipue instrue-
bat se contra invidiam sequacitatem, & pa-
riendo iniurias furoris rabidi pe-
ctoris mitigabat. Denique usque ad
diem mortis & huius patientia &
aliorum zelus omnibus paruit, qui
suum rodit auctorem, & dum aemulum
laedere nititur, in semetipsum pro-
prio furore machatur. Dicam & de
ordine monasterij, quomodo san-
ctorum continentiam in suam com-
verteret lucrum. Seminabat carna-
lia, ut meteret spiritualia, dabat
terrena, ut caelestia tollerent, praed-
ia concedebat ut pro his aeterna
mutaret. Post virorum monaste-
rium quod viris tradiderat guber-
nandum, plures virgines quas in
diversis provinciis congregarat,
tam nobiles quam medijs & infir-
mi generis in tres turmas mona-

L. 5 chorum

chorum diuisiſſima duntaxat, vt in opere & cibo ſeparata in psalmis & orationibus ſungerentur. Poſt alleluia cantatum, quo ſigno vocabantur ad collectam, nulli reſidere licitū erat, ſed prima vel inter primas veniens, ceteras operiebatur, pudore & exemplo ad laborem eas prouocans non terrore. Mane hora tertia, ſexta, nona, vesp̄ra, noctiſmedia, per ordinem psalterium canebat, nec licebat cuiquam fororū psalmos, nec non de ſcripturis ſanctis aliquid quotidie diſcere. Die tamen dominico ad Eccleſiam procedebat ex cuius habitabāt latere, & vnū quodque agmen matrem propriā ſequēbatur. Atque inde pariter reuertētes, inſtabant operi diſtributo, & vel ſibi vel ceteris indumenta faciebant. Si qua erat nobilis, non permittebatur nec de domo ſua habere comitem, ne veterum actuum memor, & laſciuentis infātia errorem fabricaret antiquum, & crebra confabulatione renouaret. Vnus omnium habitus lintheamine ad tergendas ſolum manus utebatur. A viris tanta eis erat ſeparatio, vt a ſpadonibus quoque eas ſeiunxerat, ne vllam daret occaſionē linguę maledicę que ſanctos carpere ſolita eſt in ſolatiū delinquendi. Si qua vero vel tardior erat, vel non inueniebatur ad psalmos & in opere pigrior, varijs eam modis aggre-

diebatur. Si erat iracuſſima blandiſſis, ſi patiens in corruptione, illud Apoſtoli imitās. Quid vultis in virga veniam ad vos, an in ſpiritu lenitatis & manſuerudinis? Excepto victu atque veſtitu nullam habere quid rei patiebatur, dicente Paulo. Habentes victum & veſtitum hiſcōtenti ſumus, ne conſuetudine plus habendi præberet locum auaritię, quę nullis expletur opibus, & quanto plus habuerit, plus requirit, & neque copianeque inopia minuitur. Iurgantes inter ſe ſermone blandiſſimo ſedabat, laſciuentem adoleſcētularum carnem, crebris ac duplicatis frangebatur ieiunijs, malens eas ſtomechum dolere quā mentem. Si vidiffet aliquam compriorem contratione frontis, & vultus triſtitiā arguebat erratē diceſ munditiā, & turpē verbum atque laſcium nunquam virgineo ore proferendum, quibus ſignis libidinoſus animus oſtenditur, & per exteriorem hominem interioris hominis vitia demonſtrantur. Quam linguoſam & garrulam & procacem riſu rixiſque perſpexerat delectari & ſapius com monitā nolle conuerſi, inter vltimas & extra conuentum fororum ad fores triclinij orare faciebat, & ſeparatim cibum capere, vt quam obiurgatio non correxerat, pudor emendaret. Furtum quaſi ſacrilegium de

teſta

teſtabatur: & quod inter ſeculi homines vel leue putatur vel nihil, hoc in monaſterijs grauiſſimum dicebat eſſe delictū. Quid memorem clementiam & ſedulitatem in ægotantes quos mitis obſequijs & miniſterijs conſuebat. Cumque alijs lægentibus largē præberet omnia, & eſum quoque exhiberet carniū ſi quando ipſa ægotaffet ſibi non indulgebatur, & in eo inæqualis videbatur quod in alijs clementiā in ſe diuitiam commutabat. Nulla iuuenum puellarum ſano & vegetato corpore tantū ſe dederat continentię quantē ipſa fracto & ſenili debilitatoque corpore ſuſtulit. Faſtor in hac re perſuadior fuit, vt ſibi non parceret, vt nulli crederet admonenti. Referam quod expertus ſum. Menſe Julij feruentiſſimis æſtibus incidit in ardorem febris, & poſt deſperationem cum Dei miſericordiā reſpiraffet, & medici ſuaderent ob refectionem corporis vino opus eſſe tenui ac paruo, ne aquam bibens in Hydropem verteretur, & ego clam beatum Papam Epiphaniū rogarem, vt eam moueret, imo compelleret vinum bibere, vt erat prudens & ſolertis ingenij ſtatim ſenſit inſidias & ſubridens meum eſſe quod ille diceret intimauit. Quid plura? Cum beatus pontifex poſt multa hortamēta exiſſet foras, quærenti mihi

quid egiffet reſpondit. Tantum profecti vt tibi homini penę ſuaſerit ne vinum bibam, hæc refero non quod inconfideranter & ultra vires ſumpta onera probē, monēte ſcriptura. Super te onus ne leuaueris, ſed quod mentis eſtus ſeruetem & deſiderium fidelis animę, ex hac quoque probare velim perſeuerantiā dicentis. Sitiſit intē anima mea, quam multipliciter tibi & caro mea. Diſficile eſt modum tenere in omnibus. Er vere iuxta philoſophorum ſententiā, Meſotes, Aretes, Iperbolai ka Kilim quod nos breui ſententiola exprimere poſſumus, ne quid nimis. Que in contemptu ciborum tantam habebat pertinaciā, in lectu mitis erat, & ſuorum mortibus frangebatur maxime liberorum, nam in viti & filiorum dormitione ſemper periclitata eſt, & cum oſtomechūque ſignaret, & matris dolorē crucis miteretur impreſſione lenire ſuperabatur affectū, & credulā mētē. parētis viſcera cōſternebāt, animoq; vincēs fragilitate corporis vincebatur. Quid? ſemel lænor arripiēs lōgo tēpore poſſidebat, vt & nobis inquietudinē & ſibi diſcrimen afferret. In quo illa lætabatur per momēta commemorans, miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Dicat prudens lector pro laudibus me vituperationem

nem scribere. Testor Iesum cui & illa seruit, & ego seruire cupio me in vtranq. partem nihil fingere, sed quasi christianum de christiana quæ sunt vera proferre idē historiam scribere non panægy. icum, & illius vitia aliorum esse virtutes. Vitia loquor secudum animum meum & omnium fratrum ac fororū desiderium, qui illam diligimus & absentem querimus, cæterum illa impleuit cursum suum, fidemque seruauit, & nunc fruitur corona iustitiæ, ita & vidimus in ciuitate dominivirtutum in ciuitate Dei nostri. O beata rerum commutatio. Fleuit vt semper rideret, despexit lacus contritos, vt fontem Domini reperiret. Vestita est cilicio: vt nūc albis vestibus vteretur & diceret. Scidisti saccum meum, & induisti me lætitia. Cinerem sicut panem manducauit, & potionem suam cum fletu miscebat, dicens. Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, vt in æternum pane angelorum vesceretur & caneret. Gustate & videte quoniā suauis est Dominus, & eructauit eor meum verbum bonum dico ego opera mea regi, & Esaiæ (imo Domini per Esaiam) in se cerne ret verba compleri. Ecce qui seruiunt mihi manducabunt, vos autem esurietis, ecce serui mei bibent, vos autem sitietis, ecce qui seruiūt mihi lætabūtur, vos autē

confundemini, ecce qui seruiunt mihi exultabunt, in gaudio, vos autem clamabitis ob dolorem cordis, & propter contritionem spiritus ululabitis. Dixerā lacus eam sepe fuguisse contritos, vt fontē Domini reperiret, vt posset læta cantare, sicut desiderat ceruus ad fontem aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus, quando veniam & apparebo ante faciem Dei mei. Tangam ergo breuiter quomodo hereticorum cornosos deuiterit lacus, & hos instar habitauerit ethnicorum. Quidā veterator callidus atque (vt sibi videbatur) doctus atque sciolus, me nesciente cepit ei proponere quaestiones & dicere. Quid peccauit infans vt a damone corripatur? In qua ætate resurrecturi sumus? si in ipsa qua morimur, ergo nutritibus opus erit? Si in altera nequaquā erit resurrectio mortuorum, sed transformatio in alios. Diuersitas quoque sexus maris ac feminae, erit an non erit, si erit sequentur & nuptiæ & concubitus & generatio. Si nō erit sublata diuersitate sexus, eadem corpora non resurgunt, aggrauat enim terrena habitatio sensum multa cogitantem, sed tenui a te spiritalia dicente Apostolo, seminatur corpus animale & resurget corpus spirituale. Ex quibus omnibus probare cupiebat rationales creaturas ob quorūdā vitia,

na, & antiqua peccata in corpora esse dilapsas & pro diuersitate meritis peccatorum tali vel tali conditione generari, vt vel corporum sanitate gauderent & parentum diuitijs ac nobilitate vel in morbidas carnes & domos inopum venientes pœnas pristinorum luerent delictorum, & præferti seculo atque corporibus quasi carcere clauderentur. Quodcū audisset & ad me retulisset indicans hominem, mihi que incubuisset necessitas, nequissimæ viperæ ac mortiferæ bestię resistendi, de quibus psalmista cōmemorat dicens. Ne tradas bestijs animas cōfiteens tibi. Et increpa domine bestias calami, qui scribentes iniquitatem loquuntur cōtra dominum mendacium, & reuelant in excelsum os suum, conueni hominem & orationibus eius quam deicipere nitebatur, breui interrogatione conclusi, vtrum crederet futuram resurrectionem mortuorum an non? Qui cum credere respondisset, intuli. Eadem resurgent corpora, an altera? Cumque dixisset eadē, seiscitatus sum. In eodem sexu, an altero? Ad interrogata reticenti & instar colubri huc atque illuc trāsferenti caput ne feriretur, quia (inquam) taces ego mihi pro te respondebo, & consequentiam inferam. Si non resurget mulier vt mulier, neque masculus vt masculus non erit re-

surrectio mortuorum, quia sexus membra non fuerunt, vbi erit resurrectio mortuorumque sine sexu non constat & membris. Porro si corporum non erit resurrectio, ne quaquam erit resurrectio mortuorū. Sed & illud quod de nuptijs obijcis. Si eadē membra fuerint sequi nuptias, a saluatore dissoluitur. Erratis, nesciētes scripturas neque virtutem Dei. In resurrectione enim mortuorum neque nubent neque nubentur, sed erunt similes angelis. Vbi dicitur non nubent neque nubentur: sexuum diuersitas demonstratur. Nemo enim de ligno & lapide dicit, non nubent neque nubentur quæ naturam nubendi non habent, sed de his quæ possunt nubere, ex Christi gratia ac virtute non nubunt, quod si opposueris, quomodo erimus similes angelis cum inter angelos non sit masculus nec femina, breuiter auscultata. Non substantiam nobis angelorum sed conuersationem & beatitudinē repromittit, quomodo & Ioannes Baptista antequam decollaretur angelus appellatus est & omnes sancti ac virgines Dei etiam in isto seculo vitam in se exprimunt angelorum. Quando enim dicitur, eritis similes angelis, similitudo promittitur, nō natura mutatur. Simulque responde. Quomodo illud interpretaris quod Thomas Domini resurgen-

ris palpauerit manus & viderit latus lancea vulneratum, & Petrus in littore dominum stantem conspexit, & fauam mellis ac partem asini piscis comedentem, Qui stabat habebat profecto pedes qui monstrauit latus vulneratum, vti que & ventrem & pectus habuit sine quibus non sunt latera ventri & pectori coherentia. Qui locutus est lingua & palato ac dentibus loquebatur. Sicut enim pleurum chordis, ira & lingua illiditur dentibus & vocalem reddit sonum. Cuius palpari sunt manus consequenter & brachia habuit. Cum igitur omnia membra habuisse dicatur necesse est ut totum corpus habuerit, quod conficitur ex membris non vti que femininum sed virile, id est eiusdem sexus in quo mortuum est.

¶ Quod si ostenderis, ergo & nos post resurrectionem comedemus & quomodo clausis ingressus est ianuis contra naturam pinguium & solidorum corporum audies, Noli propter cibum resurrectionis fidem in calumniam trahere, Nam & Archisynagogi filia suscepta iussit Iesus cibum dari, & Lazaro quatruiduano mortuo cum ipso scribitur iniisse conuiuium, ne resurrectio eorum phantasma putaretur. Sin autem quia clausis ingressus est ianuis, & idcirco spiritale & aethereum corpus niteris approbare, ergo & antequam pa-

teretur, quia contra naturam pinguium corporum super mare ambulauit, & spiritale corpus habuit & Apostolus Petrus, qui & ipse super aquas pendulo incessit gradu, spiritale corpus habuisse credendus est. cum potentia magis & virtus ostendatur Dei quando sit aliquid contra naturam. Et ut scias in signorum magnitudine non naturae mutationem sed Dei omnipotentiam demonstrare Petrus qui supra mare ambulabat capit infidelitate mergi nisi cum manus Domini subleuasset dicentis Quare dubitasti modice fidei? Miror autem te obdurare fratrem loquente domino. Infer digitum tuum huc, & tange manus meas & porrige manum tuam & mitte in latus meum & noli esse incredulus, sed fidelis. Et alibi. Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Palpate & videte, quia spiritus carne & ossa non habet, sicut me videtis habere. Etcum hoc dixisset ostendit eis manus & pedes. Ossa audis & carnem & pedes & manus, & globos mihi Stoicorum atque aëria quaedam deliramenta coniungis. ¶ Porro si quis cur infans a demone corripiatur quia peccata non habuit, aut in qua aetate resurrexerit sumus (cum diuersa moriamur in aetate) suscipies. Iudicia tua abyssus multa, & profunda altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae Dei quam

Qua inscrutabilia testimonia eius & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aetatum autem diuersitas non mutat corporum varietatem. Cum enim corpora nostra quotidie fluant & aut crescant aut decrescant. Ergo tot erimus homines quot quotidie commutamini. Aut alius fui cum decem annorum essem, alius cum quinquaginta, alius cum iam toto cano capite sum. Igitur iuxta ecclesiarum traditiones, & Apostolum Paulum, illud est respondendum quod in vitum perfectum & in mensuram plenitudinis Christi resurrexerit sumus in qua aetate & Adam conditum Iudæi autumant, & Dominum Saluatorem legimus resurrexisse, & multa alia quæ de vtroque testamento in iuffocatione heretici prorsum. Ex quo die ita cepit hominem detestari, & omnes qui eiusdem dogmatis erant, ut eos voce publica hostes Domini proclamaret. Hæc dixi non ut breuiter hæresim confutarem, cui multis voluminibus respondendum est, sed ut fidem tantæ scemine ostenderem, quæ maluit inimicitias hominum subire perpetuas, quæ se offensam amicitijs noxijs prouocare. Dicam ergo ut caperem nihil ingenio eius docilius fuit, tarda erat ad loquendum, & velox ad audiendum memor il-

lius precepti, audi Israel & tace. Scripturas sanctas tenebat memoriter, & cum amaret historiam, & illud veritatis diceret fundamentum magis sequebatur intelligentiam spiritualem, & hoc culmine ædificationem animæ protegabat. Denique compulit me ut veteris & nouum testamentum, cum filia me differere perlegerem. Quod propter verecundiam negans, propter assiduitatem & crebras eius postulationes præstiti, ut docerem quod didicerim, a semetipso præceptore, sed ab illustribus Ecclesie viris. Sicubi habitabam & nescire me ingenue confitebar, nequaquam volebat mihi acquiescere, sed iugi interrogatione cogebat, ut è multis variisque sententijs, quæ mihi viderentur probabiliora indicarem. Loquar & aliud, quod forsitan multis videatur incredulum. ¶ Hebræam linguam quam ego ab adulescētia multo labore ac sudore ex parte didici, & infatigabili meditatione non desero, ne ipse ab ea desereret discere voluit, & cōsecuta est, ita ut psalmos hebraice cāteret, & sermonē absque vlla latinæ linguæ proprietate resonaret. Quod quidem usque hodie in facta filia eius Eustochio cernimus, quæ ita semper adhæsit matri, & eius obediuit imperio, ut nunquam absque ea cubaret, nunquam procederet nunquam cibum caperet, ne vnum quidem

dem nummum haberet potestas
 tis suæ, sed & paternam & mater-
 nam substantiam a matre distri-
 buit pauperibus, & pietatem in
 parente, hæreditatem maximam
 & diuitias crederet. Nō debet si-
 lentio prætereire, quanto exultaue-
 rit gaudio quod Paulam neprem
 suam læta ex Toxorio genitā, imo
 vero & futuræ virginitatis repro-
 missione conceptam audierat, in
 cuius & crepitaculis balburiente
 lingua alleluia cantare, autæ que
 & amitæ nomine dimidiatis ver-
 bis frangere. In hoc solo patriæ de-
 siderium habuit, vt filium nutum
 & neprem renūciare seculo. Chri-
 stoque seruire cognosceret, quod
 & impetrauit ex parte. Nam ne-
 ptis Christi flammeo seruatæ nu-
 rus eternæ se tradens pudicitæ,
 foetus opera, fide & elemosynis
 sequitur, Romæq; conatur expri-
 mere, quod Hierosolymis illa cō-
 pleuit. Quid agis anima? Cur ad
 mortem eius venire formidas? Læ-
 dudum prolixior liber cuditur,
 dum timemus ad vltima perueni-
 re, quasi tacentibus nobis & in-
 laudibus illius occupatis differri
 possit occubitus. Hucusque prof-
 peris nauigauimus ventis, & cris-
 pantia maris æquora labens cari-
 na sulcauit, nunc scopulis incur-
 rit oratio, & tumescens fluitans
 ætuum mōtib; præfens vtriusq;
 monasterij intentatur naufragiū,
 ita vt cogamur dicere, præceptor

salua nos, perimus. Et illud. Exar-
 ge vt quid dormis Domine? Quis
 enim possit sic oculis Paulam
 narrare morientem? Nam grauissi-
 mam inualitudinem, imo quod
 optabat, inuenit, vt nos desereret
 & domino plenius iungeretur. In
 quo languore Eustochij filia pro-
 bata semper in matre pietas &
 magis ab omnibus comprobata
 est, ipsa assidere lectulo, flabellū
 tenere, sustinere caput, puluulum
 supponere, fricare pedes manus
 stomachumque confouere mol-
 lia strata componere, aquam cali-
 dam temperare, mappulam appo-
 nere, omnium ancillarū præueni-
 re officia, & quidquid alia fecis-
 set de sua mercede putaret subtra-
 ctum. Quibus illa precibus, qui-
 bus illa mentis & gemitu, interia-
 centem matrem & specum domi-
 ni discurret, ne priuaretur tanto
 contubernio, ne illa absente viue-
 ret, vt eodem feretro potiretur.
 Sed mortaliū fragilitas & ca-
 duca natura, & nisi Christi fides
 nos extollat ad cælum, & æterni-
 tas animæ promittatur, cum be-
 stijs & iumentis vna conditio est
 corporum idem occubitus iusto
 & iniusto, bono & malo, mundo
 & immundo, sacrificanti & non
 sacrificanti sicut bonus ita & qui
 peccat, sicut qui iurat sic & is qui
 iuramentum metuit: similiter &
 homines & iumenta in fauillam
 & cinerem dissoluuntur. Quid

diu

die differo, & dolorem meum in
 aliis immorādo facio longiorem?
 Sentiebat prudentissima femina
 rum adesse mortem, & frigente
 alia parte corporis atq; membro
 rum solum animæ teporem in
 sancto & sacropectore palpitare
 & nihilominus dum ad suos per-
 geret alienosque despiceret, illos
 versiculos suspirabat, Domine di-
 lexi decorē domus tuæ & locum
 habitationis gloriæ tuæ, & quam
 dilexisti tabernacula tua Domine
 virtutum concupiscit & deficit
 anima mea in atria Dñi. Item ele-
 gi abiecta esse in domo Dei mei
 magis quam habitare in taberna-
 culis peccatorum. Cumque à me
 interrogaretur cur taceret, curno-
 let respondere in clamanti, an do-
 leret aliquid, Græco sermone re-
 spondit. Nihil habere molestiæ,
 sed omnia quietæ & tranquillæ re-
 spicere. Post hæc obmutuit, &
 clausis oculis quasi humana de-
 spiceret, vsque ad expirationem
 animæ eisdem repetebat versicu-
 los, vix & aure apposita quod di-
 cebat audire possemus, digitum-
 q; ad os tenēs, crucis signum pin-
 gebat in labijs. De fecerat spiritus
 & anhelabat in mortē, anima que
 erumpere gestiens ipsam strido-
 rem quo mortalium vita finitur
 in laudes Domini conuertebat.
 Aderat Hierosolymorum & alia-
 rum urbium Episcopi & sacerdo-
 tes inferioris gradus ac leuitarū

innumerabilis multitudo, omne
 monasterium virginum & mona-
 chorum chorirepleuerūt. Statim
 que audiuit sponsum vocantem
 surge veni proxima mea, specio-
 sa mea, columba mea. Quoniā ec-
 ce hyems transijt pluuia abiit, sibi-
 læta respondit, Flores visi sunt in
 terra, tempus sectionis aduenit,
 & credō videre bona Domini in
 terra viuentium. Ex hinc nō vlula-
 tus non plāctus, vt inter seculi
 homines fieri solet, sed psalmorū
 linguis diuersis ex anima concre-
 pabant translataq; Episcoporum
 manibus & cetericem feretro su-
 biicientibus cum alij Pontifices
 Lapedes ceterosq; proferrēt, alij
 choros psallentium ducerent in
 media Ecclesia, in spelunca salua-
 toris est, posita. Tota ad funus
 Palestinarum urbium turba con-
 uenit. Quē monachorum latitan-
 rium in Eremito cellula sua tenuit?
 Quam virginum cubiculorum se-
 creta tenuerunt? Sacriligium pu-
 tabat, quæ non tali foemina, vlti-
 mum reddidisset officiū. Vidua
 & pauperes in exemplum Dorca-
 dis vestes ab ea præbitas ostende-
 bant. Omnis inopum multitudo
 matrem & nutriculam se perdi-
 disse clamabat, quod que mirū sit
 nihil pallor mutarat in facie, sed
 ita dignitas quædam & grauitas
 ora cōpleuerat, vt caputares non
 mortuā, sed dormientē, græco La-
 tino Syroq; sermone, salmi in or-

M dno

dine personabant, non solum tri-
duo & donec subter Ecclesiam &
iuxta specum domini cōderetur,
sed per omnem hebdomadā. Cum
his qui venerant suum fūnus &
proprias credentibus lachrymas,
venerabilis virgo filia eius Eusto-
chium, quasi ablactata super ma-
tre sua velle sepeliri. Tellis est le-
sus ne vnum quidem nummū ab
ea filia derelictum magnū as alie-
nū & quod his difficultus est, fra-
trum & sororum immensam mul-
titudinem, quos & sustentare ar-
dua & ablicere impium est. Quid
hac virtute mirabilis feminam
nobilissimā familie magnis quo-
dam opibus tanta fide omnia di-
largitam, vt ad egestatem pene
vltimam perueniret? laudent alij
pecunias in eorbanam Dei gra cō-
gesta, funalibus aureis diuina pen-
dencia, nemo plus deest pauperi-
bus, quam que sibi nihil relin-
quit. Nunc illa diuitijs fruatur, &
his bonis, que nec oculus vidit nec
aureis audiuit, nec in cor hominis
ascenderunt, nos nostram vicem
dolemus, & inuidere potius glo-
ria eius videmur si voluerimus
diutius flere regnantem. Secura
esto Eustochium magna heredi-
tate ditata es, pars tua dominus,
& (quo magis gaudeas) mater tua
logo martyrio coronata est. Nō so-
lum effusio sanguinis in confes-
sione reputatur, sed deuota quoq;
mentis immaculata seruitus quo

tidianū martyrium est. Illa coro-
na de rosas & violis textitur, ista
de liliis. ¶ Vnde in cantico scribi-
tur canticorū, Fratruelismeus can-
didus & rubicūdus & in pace &
in bello eadem premia vincenti-
bus tribuens. Mater inquam tua
audiuit eū Abrahā. Exi de terra
tua, & de cognitione tua, & veni
in terram quam ostēdam tibi, &
per Hieremiam dominum preci-
pientem, fugite de medio Baby-
lonis, & saluate animas vestrās.
Vsq; ad finem mortis suae, non
est reuersa in Chaldaeam, nec eol-
les Egypti & virulentias carniū
desiderabat, sed chonis cōmittā
virginis, cuius est saluatoris esse
cta, & de paruola Bethleē, celestia
regna cōscēdens, dicit ad verā
Noemi, populus tuus, populus
meus, Deus tuus Deus meus, hūc
tibi librum ad tuas lacubratiūcu-
las, eodem quem tu sustinens do-
lore algens dictaui. Nam quo-
tiescunq; stylum figere voluit,
& opus exarare promissum, to-
tiens obriguerunt digiti, cecidit
manus, sensus elanguit. Vnde &
inculta oratio votum scribentis
absque vlla elegantia, & verbo-
rū lepore restatur. Vale Paula, &
cultoris tui vltimam senectutem
orationibus iuua. Fides & opera
tua Christo te sociant, praesensq;
quod postulas, facilius impetra-
bis. Exegi monumentum aere per-
ennius quod nulla possit destrue

re verustas. ¶ Incidi eulogium
sepulchro tuo, quod huic volu-
mini subdidi, vt quocunq; ser-

mo noster peruenerit, te lauda-
tam, te Bethleem conditam lec-
tor agnoscat.

¶ Titulus sepulchri eius.

Scipio quam genuit, Paula sudere parentes.
Gracchorum soboles Agamemnonis inclyta praes,
Hoc iacet in tumulo, Paulam dixere priores,
Eustochij genitrix, Romani prima senatus,
Pauperiem Christi, & Bethlemitica rura secuta est.

¶ In foribus spelunca.

Respicis angustum, praecisa rupe sepulchrum,
Hospitium Paula est caelestia regna tenentis,
Frates, cognatos, Romam, patriamque relinquens,
Diuitias Sobolem, Bethlemi conditur antro,
Hic praesepe tuum Christe, atque hic mystica magi.
Munera portantes hominque deoque dedere.

¶ Dormiuit sancta & beata Pau-
la septimo Kale. Februarij, tertia
Sabbati post solis occubitum, &
sepulta est quinto kalendas ea-
rundem, Honorio, Augusto, &
Aristemo consulibus. Vixit in
sancto proposito Romae annos
quinque, Bethleem annos vigin-
ti. Omne vitae tempus impleuit
annis quinquaginta sex, mensi-
bus nouē, diebus viginti & vno.

¶ Incipit prologus in conuersatione &
vita sanctae Pelagiae.

V Erba sacerdotis tanti & ce-
lata Latinis, Eustochius
Christi transtuli subsidio,
Sed vos lectores mecum pensate
laborē, Et memores nostri fundi

re verba Dei, qualiter Pelagia de
Prostibulo ad caelestia migraret.

¶ Incipit vita sanctae Pelagiae.

Q uod factum est signum,
imo miraculum in diebus
nostris placuit mihi pec-
catori Iacobo diacono, vt scri-
berem vobis spiritualibus fratri-
bus, vt audientes, & inuamen ma-
ximum consequentes anima ve-
stra misericordem dominum glo-
rificetis, qui nullum hominem
vult vllō modo perdere, sed om-
nes peccatores saluos facere, nūc
ergo silentium date mihi, & in-
tuemini cum omni affectu & sen-
su vigilantissimo haec quae me
explanantur, totius etenim iuua

minis & cōpunctionis plena est expositio. ¶ Sacratissimus Episcopus Antiochiæ ciuitatis, cōuocauit ad se omnes prope se cōsistentes Episcopos pro certa quadam causa, vnde cōuenerunt Episcopi numero octo. Inter quos fuit & sanctissimus vir Dei Nonnius Episcopus meus vir mirificus & efficacissimus monachus de monasterio quod dicitur Tabēnēsiotarum. ¶ Propter incōparabilem enim eius vitam, & decoratissimam conuersionem, raptus est de monasterio & Episcopus ordinatus. Congregatos ergo in prædicta ciuitate, iussit nos Episcopus ipse ciuitatis manere in Basilica beatissimi martyris Iuliani. Ingressi q; secessimus vbi & ceteri qui cōuenerunt Episcopi de cellulis suis ante ianuā ipsius Basilicę secesserūt in cellulis suis. Quibus sedētibus aliqui Episcopi Dominum meum Nonnium rogabant vt aliquid ab ipso docerentur. Statimque ex ore suo sanctus Episcopus cepit loqui ad ædificationem & salutē omnium qui audiebant. Cunctis vero nobis admirātibus sanctam doctrinam eius ecce subito transijt per nos prima mimarum Antiochiæ ipsaq; est prima Thorentiarum Páthomimarum sedēs super asellum & processit cū summa pharasa adornata, ita vt nihil videre tur super ea nisi aurum & marga-

ritæ & lapides præciosi, nuditas vero pedum eius ex auro & margaritis erat cooperta. Cū qua maxima erat pompa puerorum, & puellarum in vestibus præciosis amicta, & torques aurea super collum eius. Quidā præcedebāt, alij vero sequebantur eam, pulchritudinis autē & decoris eius nō erat fatietas omnibus secularibus hominibus. Quæ tamentuan siens per nos rotum impleuit aërem ex odore musco vel cæterorum suauissimorum odoramentorum fragrantia. Quam vt viderunt Episcopi, ita nudo capite & omni mēbrorum cōpage, sic inuerecunde transire cum tantis obsequijs, vt nec velamē super caput positum, nec super scapulas tacētes ingemuerunt, & quasi a peccato grauissimo auerterunt facies suas. Beatissimus autē Nonnius intentissime eam & diu respiciebat, ita vt postea quam transisset intueretur, & respiceret eam. Et postea auertit faciem suā, dicens ad circumfēdētes Episcopos, vos non delectati estis in tanta pulchritudine eius? Illis vero nihil respondētibus posuit faciem super genua sua, & manuale sanctū quod tenebat factis manibus suis & sic omnem sinum suum repleuit lachrymis, & suspirans grauter dicit iterū ad Episcopos. Nō delectati estis tanta pulchritudine eius? Illis vero nihil respōden-

tibus,

tibus, vere ait, ego valde delectatus sum & placuit nihil pulchritudo eius, quoniā istam habet Deus proponere & statuere in conspectu tremēdæ & admirabilis sedis suæ, iudicaturus nos tā Episcopatu nostram. Et iterū dixit ad Episcopos. ¶ Quid putatis dilectissimi quantas horas fecit in cubiculo suo hæc mulier lauans & componens se cum sollicitudine animi & intentione, ad spectaculum ornans, vt corporali pulchritudini & ornatui nihil deesset, quatenus omnibus placeat ne turpis videatur esse suis amatorib; qui hodie sunt & crastino non. Ergo & vos habentes patrem in cælis omnipotentem sponsum immortalē, donantem bene custodientibus promissiones quæ habent diuitias cælestes, & æterna præmia quæ extimari non possunt, quæ oculus nō vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascenderunt, quæ parauit Deus diligētibus se. Quid enim plura loquor, habentes repromissionem faciem illam magnam & splendidam & inestimabilem sponi vultum videre, cui cherubin respicere nō audēt non ornamus neque detergimus sordes de miseris animabus nostris, sed dimittimus eas negligenter iacere. His omnibus dictis, apprehendit me peccatorem diaconum peruenimusque in hospitio vbi nobis fuerat cellula data. Et

ingressus cubiculum suū iactauit se in pavementum, & faciem suā ad terram, percutiensque pedes suos lacrymabatur dicens. Domine Iesu Christe ignosce mihi peccatori, & indigno, quia vnus dici ornatus meretricis superauit ornatum animæ meæ. Quali vultu respiciam ad te, aut quibus sermonib; iustificer in cōspectu tuo. Non enim cor meum ante te, quoniam prospicis secreta mea. Et v; mihi peccatori & indigno, quoniam ante altare tuum assisto & non offero pulchram animā quale experis à me. Illa enim promisit placere hominibus & fecit, & ego promisi tibi placere & mentitus sum propter pigritiam meā. Nudus sum tam in cælo quam in terra, non adimplens præcepta mandatorum tuorum. Ergo non est mihi spes ex operibus bonis, sed spes mea in misericordia tua qua confido saluari. Hęc vero illo dicente, & horum plurimum vlulante, eodem die vehementer festa celebrauimus. Superueniente autem die quæ est dominica, postquam compleuimus nocturnas orationes, dicit ad me factus Nonnius Episcopus. Tibi dico frater diacone, vidi somnium & fortiter conturbor, eo quod non possum discernere illud. Qui mox dicit ad me vidisse se in somnis quomodo ad cornu altaris staret nigra columba, multis sordibus in-

M 3 uoluta

uoluta, quæ circumuolabat me, & fatorem ac squalorem sordidum eius ferre non valebam. Illa uero circumsterit me donec demissa est oratio catechumenorum. Postquam uero proclamauit diaconus catechumenis procedit, statim nusquam comparuit. Et post missam fidelem & completionem oblationis, cum dimissa esset Ecclesia, egrediente me limitem domus Dei uenit denuo ipsa columbam multis sordibus inuoluta & iterum circumuolabat me. Ego uero extendens manum apprehendendam & iactauit in concham quæ erat in atrio sanctæ Ecclesiæ, & dimisit in aqua omnes sordes suas quibus obuoluta erat, & ascēdit de aqua cādida sicut nix, quæ & uolans in excelsum ferebatur, & omnino ab oculis meis sublata est. Cum ergo narrasset somnium sanctus Dei Nonnius Episcopus apprehendit me, & peruenimus ad maiorem Ecclesiam cum ceteris Episcopis, & salutauimus Episcopum ciuitatis. Et ingrediens omnem populum Ecclesiæ hortatus est, qui ingressi sederunt super thronos suos, & post omnem canonicā celebrationem uel lectionem sancti Euangelij idem episcopus ciuitatis portigans sanctam euāgelium beatissimi Nonni hortabatur eum ut uerbum faceret ad populum. Qui aperiens os suum loquebatur sapientiam Dei, quæ

habitabat in eo, quoniam nihil compositionis aut philosophiæ aut in discretam alloquebatur, nihil in se habens humanæ naturæ superfluum, sed replētus Spiritu sancto arguebat & monebat plebem, sincerissime loquens de futuro iudicio, & de perpetuis bonis quæ reposita sunt. Cuncta ergo plebs compuncta est ex uerbis quibus locutus est per eum Spiritus sanctus, ita ut panimentum sanctæ Ecclesiæ inundare populi lachrymis. Gubernatione uero misericordie diuine contigit ut conueniret ad ecclesiam, & meretrix hæc de qua factus est uobis sermo & (quod mirū est) catechumena cui nunquam accessit sollicitudo peccatorū, nec aliquando ad Deum conuenisset ecclesiam, subito compuncta est timore Domini. Cum argueret sanctus Nonnius populū ita ut desperaret de se ipsa mulier, plangens flumina lachrymarum tundebar nec ullo modo a se tua contraere se poterat. Et statim præcepit duobus pueris suis dicēs. Sustinete in hoc loco, & dum egresus fuerit sanctus Nonnius Episcopus sequimini eum & inquirete ubi maneat, & uenite & renunciate mihi. Pueri uero fecerunt sicut præcepit eis domina sua & sequentes nos uenerunt in Basilicā beatissimi martyris Iuliani ubi nobis hospicium seu cellula erat. Et ingressi uenerunt dominæ suæ dicentes

oentes, quoniam in Basilica beatissimi martyris Iuliani manet. Quo illa audito statim transiit dipticam tabularum per eosdem pueros ita continentem. Sancto discipulo Christi peccatrix & discipula diaboli. Audiui de Deo tuo quod cælos inclinauit & descendit super terram, non propter iustos, sed ut peccatores saluaret, in tantum humiliatus ut publicanis appropinquauerit, & in quem cherubim respicere non audent, cum peccatoribus cōuersatus sit. Et tu Domine meus qui multam sanctitatem habes, & si carnalibus oculis ipsum Dominum Iesum Christum qui se illi mulier meretrici Samaritanæ manifesta uitad puteum non aspexisti, tamen uerus cultor illius es, sicut a christiana audiuisti referētib. Si uero illius Christi uerus es discipulus, non me respuas, per te desiderantem uidere saluatorem, ut per te merear uidere uultum sanctum suum. Tunc rescripsit ei sanctus Nonnius Episcopus. Quæque es, manifesta es Deo, & tu, & tracta dico tibi ne uelis tentare humilitatem meam, ego enim sum homo peccator seruus Dei. Si pro certo habes desiderium diuinitatis uirtutem adipiscēdi & fidem & me uis uidere sunt mecum Episcopi alij, ueni & ante eos me uidebis, nam sola me uidere non po-

teris. Cum hæc relegisset meretrix gaudio repleta cursu uenit ad Basilicā beati martyris Iuliani, & nunciavit nobis de presentia sua. Quo audito sanctus Nonnius Episcopus uocauit ad se omnes qui illic aderant Episcopos, & iussit eam accedere ad se. Quæ accedens ubi congregati erant Episcopi iactauit se in panimentum, & apprehendit pedes beati Nonni Episcopi dicens. Rogo te Domine meus imitare magistrum tuum Dominum Iesum Christum, & effunde super me tuam bonitatem & fac me christianam. Ego enim sum Domine meus Pelagius peccatorum & abyssus iniquitatis. Peto me baptizari. Dum uix eam persuasisset sanctus Nonnius Episcopus surgere a pedibus suis cum surrexisset dixit ad eam. Canones sacerdotales continent non baptizari meretricem, nisi fideliores præstiterit, ut non se iterum in ipsis malis reuoluat. Quæ audiens talem Episcopi sententiam iactauit se iterum in panimentum, & apprehendit pedes sancti Nonni & ipsos lachrymis suis lauit, & capillis suis exergebat dicens. Ratione reddas Deo pro anima mea, & tibi ascribantur iniquitates factorum meorum si distuleris me iniquam & turpissimam baptizare. Non inuenias portionem apud Deum cum sanctis, nisi me

nunc feceris alienam malorum operum meorum, Neges Deum & idola adores nisi me hodie in spem Christi renasci feceris, & obtuleris Deo. Tunc omnes Episcopi & clerici qui conuenerunt videntes talē peccatricē pro deitatis desiderio talia loquentem, admirantes dicebant, nunquam se talem vidisse fidem & desiderium salutis, sicut huius meretricis. Et statim transmiserunt me peccatorem diaconum ad episcopum ciuitatis vt hæc omnia ei in sinuarem, & vnā de diaconis iuberet eius beatitudo trāsmittere mecum. Qui audiēs lætatus est gaudio magno dicēs, Bene pater honorabile te expectabāt opera ista, scio quod os meum eris, & statim transmisit mecum donnam Romanam primam diaconissarum. Quæ veniens inuenit eam adhuc ad pedes sancti Nonnij Episcopi, cui vix persuasit surgere à pedibus suis dicens, Surge filia vt exorciseris. Dixitque ei, Confirere omnia peccata mea. Quæ respondit, Si perscrutata fuero scientiam cordis mei, non inuenio in me aliqua operaborum actū. Peccata enim mea scio quæ arena maris grauiora sūt, aqua enim perparua est præ mole peccatorum meorum. Confido vero de Deo tuo quod dimittat pondus iniquitatum mearum & respiciat super me. Tunc dixit ad eam san-

ctus Nonnius episcopus. Dic quod sit nomen tuum? Quæ respondit. Naturali nomine Pelagia vocata sum à parentibus meis, ciues vero Antiochiæ Margaritam me vocant, propter pondus ornamentorum quibus me adornauerunt peccata mea, Ego enim erā ornamentum & cōptum ergasteriū diaboli. Iterum dicit ad eam sanctus Nonnius episcopus. Naturali nomine Pelagia vocaris? Quæ respondit. Ita Domine. Quo audito sanctus Nonnius Episcopus exorcizauit eā: & baptizauit, & imposuit ei signum domini, tradiditque illi corpus Christi. Fuitque illi mater spiritalis sancta Romana prima diaconissarum, quæ accipiens eam ascendit in cathedram, eo quod nos ibi maneremus. Tunc dicit ad me sanctus Nonnius Episcopus. Tibi dico frater diacone, lætemur hodie cum angelis Dei, & oleum extra consuetudinem sumamus in cibo, & vinum cum lætitia spiritali accipiamus propter salutem huius puellæ. Sumentibus vero nobis cibum audiuntur voces subito velut hominis qui violentiam patitur. Diabolus enim clamauit dicens. Veh veh quid patior à decrepito sene isto? Non tibi sufficiunt triginta milia Sarracenorum quos mihi abripuisti & baptizasti, & obtulisti Deo tuo? Non tibi sufficiebat de tuis He-

liopolis

liopolis, quoniam cum, & ipsa mea esset, & omnes qui in ea habitabant me adorarent, tu mihi abripuisti & obtulisti Deo tuo? Sed & nunc maximam spem meā abstulisti à me iam nunc nō fero machinationes tuas. O iam quid patior à damnabili isto? Maledicta dies illa in qua natus es tu, flumina lachrymarum infirmo hospitio inundant, iam spes mea abstracta est. Ista omnia clamabat diabolus, & lamētabatur ante ianuas & audiebatur ipse ab omnibus hominibus. Et iterum repetens, ad Neophitam puellam dixit, Hæc mihi facis donna mea Pelagia. Et tu mecum ludam imitari. Ille enim gloria & honore coronatus, & Apostolus constitutus tradidit Dominum suum, ita & tu mihi fecisti. Tunc dicit ad eam sanctus Nonnius episcopus Signate cruce Christi, & abrenūtia ei. Quæ signauit se in nomine Christi, & insufflauit in dæmonem, & statim nusquam comparuit. Post biduum autem dormiēte ea cum sancta Romana cōmatre sua in cubiculo suo apparuit diabolus nocte & suscitauit ancillam Dei Pelagiam & dicebat, Rogo te donna mea Margaritæ? Nunquid nō ex auro & argento ditata es. Nunquid non ex auro & gemmis pretiosis adornauit te quid te contristauit. Responde mihi vt satisfaciam tibi, tantum

ne me facias opprobrium Christianorum. Tunc ancilla Dei Pelagia signauit se, & exsufflauit in dæmonem dicēs. Deus meus qui me eripuit de medio dentium tuorum & induxit me in celestem thalamum suum, ipse tibi resistes pro me. Et statim nusquam comparuit diabolus. Tertia vero die postea quam baptizata est sancta Pelagia rogauit puerū suum qui præerat rebus eius omnibus, & dixit ad eum. Vade in vestiarium meum, & scribe omnia quæ sunt tam in auro quam in argento, vel in ornamentis, aut vestibus pretiosis, & affer mihi. Puer fecit sicut præcepit donna sua, & omnem substantiam suam detulit. Quæ statim vocauit sanctū Nonnum Episcopum per Sanctam Romanam cōmatrem suam, & omnem substantiam suam posuit in manibus eius dicens, Hæc sunt Domine diuitiæ, quibus ditauit me Satanas, hæc trado in arbitrio sanctitatis tuæ, & quod nosli expedite facias ex eis, mihi enim oprædæ sunt diuitiæ Domini mei Iesu Christi. Qui statim vocauit custodem Ecclesiæ seuiorem & ipsa præsentē omnem substantiā eius in manibus illius tradidit dicens, Adiuro te per inseparabilem Trinitatem, ne quid hinc in Episcopum, aut in Ecclesiam ingrediarur, sed magis viduis & orphanis & pauperibus erogetur,

vt quod male attractum est, bene distribuatur & diuitiæ peccatricis fiant thesauri iustitiæ. Si vero spreto sacramento siue per te siue per quemlibet aliam subtraxeris de his quicquam anathema ingrediatur domum eius, & cum illis habeat partem qui dixerunt crucifigatur crucifigatur. Illa vero conuocauit omnes pueros & puellas suas, & liberauit omnes donauitque torres aureas de manu sua dicens. Festinate & liberate vos de hoc seculo nequam plene peccatis, vt sicut fuimus in hoc seculo: ita simul permaneamus sine dolore in illa vita quæ est beatissima. Octaua vero die quâdo habebat depositionem albarum facere, surgens nocte nobis ignoratibus, deposuit vellem baptismatis sui & induit se tunicam ticiam, id est cilicinam, & birtâ sancti Nonnij episcopi, & ex illa die nusquã comparuit in ciuitate Antiochia. Quam facta Romana flebat amarissime, & Sanctus Nonnius consolabatur eam dicens, Noli flere filia, sed letare gaudio magno, quoniam Pelagia optimam portionem elegit sicut Maria quam Dominus profert Marthæ in euangelio. Illa autem abiit Hierosolymam, & construxit tibi cellulam in monte Oliueti, vbi Dominus orauit. Post aliquantulum vero temporis conuocauit Episcopus ciuitatis omnes

Episcopos vt vnusquisque reuerteretur ad propria. Post triennium aut quadriennium temporis desiderauit ego Iacobus diaconus proficisci Hierosolymam, vt ibi adorarem resurrectionem Domini nostri Iesu Christi & orauit Episcopum meum vt me permitteret ire. Dum me permisisset ire, dicit ad me. Tibi dico frater diacone, dum perueneris Hierosolymam, requirere tibi quendam fratrem Pelagium monachum, & eunuchum: qui multos annos habitat in solitudine clausus, quasi eum visitaturus vere comperis ab eo iuari. Hæc autem omnia dicebat mihi de ancilla Dei Pelagia non manifeste. Perueni ergo Hierosolymam, & adorauit sanctam resurrectionem domini nostri Iesu Christi: & alia die requisivi seruum Dei. Eraccessei & inueni eum in monte Oliueti vbi Dominus orauit, in modica cellula vndiq; circumclusa, & paruum fenestrellulam habuerat in pariete, & percussi ostiolum fenestrellulæ, & statim aperuit mihi, & cognouit me, ego vero non cognoui eam. Quomodo enim poteram cognoscere illam quæ ante uideram inestimabili pulchritudine in facie marcidâ factâ prænimia abstinentiâ. Oculi vero eius sicut fossæ videbatur. Quæ dicit ad me. Vnde venis frater? Ego respondi & dixi. Missus sum ad te iubente Noanio episcopo. Quæ autem ait ad me

Oret

Oret pro me, quoniam vere factus Dei est. Et statim clausit ostiolum fenestrellulæ, & cepit psallere horam tertiam. Ego vero orauit iuxta parietem cellulæ eius, & recessi multum iuuatus de angelica visione eius. Reuersus autem Hierosolymam cepi per monasteria ambulando visitare fratres: magna vero ferebat fama per monasteria de dono Pelagio, propterea deliberauit etiam iterato ad eum redire, & salutaribus doctrinis eius refici, cumque ad cellulam suam peruenissem, & pulsare, imo nominatim eum interpellare presumerem, nihil respondit. Expectaui secunda die & tertia perseuerans, & proprio nomine Pelagium interpellans neminem audui. Quare intra medixi. Aut nemo est hic, aut recessit qui erat hic monachus. Nuru vero Dei monitus, iterum dixi, considerem ne ostiolum fenestrellulæ. Et prospexi & vidi eum mortuum, & clausi fenestriolâ de luto replens, diligenti cursu veni Hierosolymam & nutritiui comanentibus, quod factus Pelagius monachus mirabilia faciens requieuisset. Tunc sancti patres uenerunt cum diuersis monasterijs monachorum, & sic solutum est ostiolum cellulæ, & delatum est foras factum corpusculum eius quod auro & lapidibus pretiosis condigne compositum. Et dum sancti patresINGERENT corpus mirra-tunc cognouerunt quod fuisset mulier. Qui

volentes miraculum abscondere sed populum ipsum latere non poterat, exclamauerunt voce magna dicentes, Gloria tibi Domine Iesu Christe qui multas diuitias abscondas habes super terram, non solum uiriles, sed etiam mulieres. Diuulgatum est autem omni populo, & uenerunt omnia monasteria uirginum tam de Hierico quam ex Iordane ubi Dominus baptizatus est cum cereis lampadibus & hymnis: & sic depositæ sunt sanctæ reliquie eius, & portatæ a sanctis partibus. Hæc uita meretricis, hæc conuersatio desperatæ cum quâ & Dominus nos faciat inuenire misericordiam suam in die iudicij, quoniam ipsi est honor, & gloria potestas & imperium in secula seculorum. Amen.

Incipit Prologus venerabilis Pauli Diaconi Ecclesie Neapolis in uita & conuersationem beate Mariæ Aegyptiaca qualiter in Eremito expleuerit tempora uita sua.

Secretum Regis celare bonum est, opera autem Dei reuelare & confiteri honorificum est. Ita enim legitur angelum dixisse Tobias. Post oculum amissionem gloriofam, illuminationem, & post illa transacta pericula, e quibus liberatus consecutus est Dei pietatem. Etenim regis non seruare secretum, noticiuum & valde periculosum est, & Dei gloriosi silere opera, magnam est animæ detrimentum.

Prologus

Propter quod ego diuina retere silentio dubitans, & pigri inueniet ferui metuens condemnationis iudicium, qui a Domino talē tum accipiens & fodiens in terram abscondit, & datum ad operationem celauit extra negotiationem, sacram ad me prolatam narrationem nequaquam sileo. Sed nullus mihi sit incredul⁹ scribendi de eis quæ audiui nec quifquam mentiri me existimet rei magnitudinem dubitans. Mihi enim absit facris mentiri rebus, & adulterare verbum vbi Deus mem. ratur. Eius autem qui minus intelligit & indignus est de Dei magnitudine quæ carnem assumpsit, & incredulus est ita dicenti, non mihi pertinebit periculum. Si qui autem illi sunt qui huius scripturæ legerint textū, gloriosamque rei admirationem sane credere renuerint & illis Dominus misereatur, faciatq; capaces sancti verbi ne rei existāt Dei miraculorum, quæ plura in suis fieri prædestinavit electis, quoniam & ipsi humanæ naturæ infirma considerantes impossibilia decernunt ea quæ de hominibus sanctis gloriosa dicuntur. Assumptam de cætero ad narrationem ipsam rem referēs, quæ in hac nostra generatione facta dignoscitur, quam sacer vir diuina & aggeri & doctore educatus narrabit. Sed (vt supradictum est) nul-

lus hæc ad incredulitatem trahat considerans impossibile fieri in hac nostra generatione tam grande miraculū: quia gratia Dei per omnes generationes in sanctas pertransiens animas, amicos Dei facit & prophetas: quem admodū Salomon secundum Deum docuit. Tempus ergo est sacræ prodere narrationis initium magnū virileque certamen, venerabilis Mariz Egyptiacæ videlicet, qualiter expleuerit tempora vitæ.

Incipit vita eius.

Fuit quidam senex in Palæstina monasterijs, vir vitæ venerabilis, & verbo decoratus, qui ex ipsis cunabulis monachicis nutritus est moribus, Zozimas nomine: nullus enim existimet cognominatione nominis Zozimæ, illum me dicere Zozimam cui inter dogmaticos detrahebatur, vt putetur hæreticus. Nam hic alius, atque ille aliud. Multa enim interytrosque fuit differentia, hic orthodoxus monachicam elegit vitam, in quibusdam (vt dictum est) Palæstinae monasterijs, totam percurrrens patrum conuersationem, omnique orbe in abstinentia repertus est precipuus, simulq; regulasibi traditas iuxta eorum certamina, infans dum esset conseruauit. Plura enim adinuenit de sua propria natura, qualiter subditam spiritui carnem faceret. Nam ita ferrur

cerra-

certaminibus iisdem senex ignitus, vt plerique multotiens in propinquis monasterijs aliquādo & in longinquis degentes, ad eius currerent doctrinam eiusq; imitarentur abstinentiam, & eo informari atque erudiri festinarēt. Talis enim fuit seni virtutis operatio, quæ meditationem aliquando sacri verbi nunquam negligeret. Reficiendo autem vel a refectioe surgendo opus ab eius manibus non desijt. Dicebat ergo hic Zozimas, quod ex ipsis matris sinibus in eodem traditus monasterio, quinquaginta ibidem deguisset annos monachicum cursum perficiens. Post hæc vt ipse retulit molestabatur a quibusdam cogitationibus dicēs intra se. Perfectus sum in omnibus aliena doctrina minus egeo, putasne inuenitur quisquam inter monachos, qui boni mihi tradere aut edificare possit quod nescio? Aut quam ego operatus nō sum monachicam operam? Nec inueniri potest in deserto vir Philosophus qui me sensu vel opere præcellat. Hæc secum cogitans pater quidam astitit ei & dicit ad eum. Bene quidem in omnibus certasti, optime monachicum cursum perfecisti. Verum tamen tu cur nullum hominem putas esse perfectiorem? nam sunt & alii salutaris vitæ, quas si vis apprehendere egredere de terra & de cognatio

ne tua & de domo patris tui, vt Abraham ille in Patriarchis optatissim⁹, & sequere me in quodam monasterium iuxta Iordanem fluuium positum. E vestigio senex sequens præcipientem egressus est monasterium in quo pusillus creuerat. Cumque peruenisset ad Iordanem sacratissimū flumen, ductus voce clamātis in illud monasterium in quo Deus iusserat eum venire, manu Atrij regiam pulsauit. Mox vt locutus est, quidam monachus regiam custodiens nuntiauit eum Abbati, qui susceptus est ab eo. Tunc conuersationem atque habitum reuerentiæ eius aspiciens, humo prostratus, vt monachis consuetudo est eum adorauit. Factaque oratione interrogatus est ab Abbate ita: vnde te cōiunxisti ad nos frater? & pro qua occasione ad nos pauperes venisti? Zozimas senex respondit. Vnde, quidem dicere non mihi videtur necessariū, ædificationis causa aduenio pater. Audiui enim signa magna, atque laudabilia per quæ possunt animæ Deo appropinquare. Dixit ad eū Abbas & Deus frater qui solas humanam fragilitatem curare nouit, ille te atque nos doceat suam diuinam adimplere voluntatem & ea peragere quæ optima sunt, nam homo hominem edificare minime potest, nisi vnusquisque semper suspiciendo, & sobrie-

sobrietate sermone, operando que bona sunt, Deum sibi propinquum facias suis bonis operibus feciando. Tamen quia Christi charitate videre nostram paupertatem inuitavit, commane nobiscum si pro hoc ad nos te coniungere festinaasti, simul omnes nos satiabit Christi Dei gratia, idemque pastor bonus, qui tradidit animam suam pro nostra redemptione, vocauitque oues suas nominatim, hęc cum diceret Zozimas humo faciem suam inclinavit, orateque pariter celebrata oratione dixerunt Amen. Dum autem in eodem monasterio Zozimas habitaret, vidit illic patres virtutibus & operibus coruscantes, & spiritu feruentes ac Domino seruentes incessabiliter stantes per totam noctem vigiliam manibus operantes ex ore ipsorum psalmum non recedere, stultum verbum ab eorum ore non procedebat, secularia negoria & causa curę ad eos minime pertinebant annuos redditus vel nomē eorum incognitum habebant, sed vnum tantum erat eis arduum votum vt semetipsos mortuos facerent corpore, vt possent secularia euadere: cibus vero illi erant spiritalia eloquia, corpori autem ministrabant que necessaria sunt, panem tantum & aquam, vt sustinerent Deo referre gloriam & inuicem charitatem. Hęc diuina opera dum videret Zozimas,

edificatus est valde proficiens dietariis laudans diuitias, semper augendo cursum proprium, quia sibi cooperantem inuenerat diuinam potentiam. Plurimis autem transactis diebus appropinquauit tempus Sanctorum ieiuniorum, preparabantque se cuncti purificatos Dominice passioni, atque sacratissima eiusdem saluatoris nostri Iesu Christi resurrectione exhibere. Ianua autem monasterij nullo modo patebat, sed semper clausa manens ad diuina opera monachis quietam præstabat vitam, nec licitum erat eam patere, nisi quidam monachorum pro aliqua necessaria causa aduenissent. Desertus autem erat locus & non solum viam transeuntibus, sed & propinquis incognitus: quia talis regula ab initio in monasterio illo custodiebatur, & propterea Deus Zozimam ad hoc perduxit monasterium: qualis autem erat illa consuetudo regule in initio expositionis, patefaciam. Dominico die prima ieiunij hebdomada, omnes iuxta consuetudinem monachi vocabantur, sancta Dei mysteria secundum morem celebrare Christianorum, & vnusquisque eorum sacratissimum, atque viuificum corpus Domini suscipiebat, parumque sumentes cibi congregabantur ad orationem solenni studio. Cum autem complerent orationem stantes genua

na

na senes se inuicem osculabantur deinde omnes se amplectentes & pacem dantes Abbati, rogabant sibi ab eo orationem futuri certaminis eorum auxiliatricem fieri. Hisque peractis monasterij aperiebantur ianue, simulque psallentes, & dicentes, Dominus illuminatio mea & salus mea quem timebo. Dominus protector vite mee a quo trepidabo, & cetera que sequuntur, egredientes autem vnum tantum vel duo ad custodiendum monasterium relinquebantur non qui intra posita custodirent: quia nec erat quod a furibus raperetur, sed ad hoc maxime prædicti custodes ibidem relinquebantur, ne oratorium sine celebratione solenni postponeretur. Singuli autem secum deferrebant vitam necessaria prout poterant, aliquanti quidem panem paruum ad fragilitatem corporis sustentandam: alij autem carices, alij vero dactilos ceteri autem legumina aquis infusa, alij autem nihil nisi proprium corpus & pallium quo vestiebantur. Nutriebantur vero queriens natura compellebat herbis que in desertis nascebantur. Igitur regulam propriam nouiter sibi quisque eorum creabat, talemque habebat immutabilem legem, ignorare alium quam alius operaretur certamina, eo quod Iordanem non derelinquentes, seorsum longe ab in-

uicem descendentes a ciuitate, & habitationem habebant per desertum nullusque alij adiungebatur, sed si forsitan vnus eorum alium longe ad se venientem aspiceret & vestigiis descendens propositam itineris viam, ad aliam se declinabat patrem, & ita solitaria agebat vitam semper psallendo & Deo gratias referendo opportunitate gustabant cibum. Sic enim omnes dies complerent ieiunij remeabant ad monasterium Dominico die precedente hebdomada resurrectionis Domini & Saluatoris nostri, die quo festa palmarum sancta celebrare consuevit Ecclesia referens, vnusquisque eorum proprii laboris fructum suum delictis conscientie cognoscendo ipsum qualiter operatus sit qualesve seminauerit fructus. Nulli vero erat licitum interrogare proximum suum: quomodo vel qualiter presentem exercuerit laborem: quia huiusmodi regula tradita fuerat, quod quinque eorum habitando desertum, Deo tantum modo certaminis sui cursum demonstrarent, a nullo clarificari homine desiderantes, nullam querentes transitoriam vel vanam gloriam, aut humanum fauorem, sed spiritalia operando carnalia autem atque terrena contemnendo celestia obtinerent. Nam demonstratio hominum infertuosa opera & damnosa semper acquirit. Tunc ergo Zozimas iuxta consuetam regulam monasterij,

per

pertransiit Iordanem, paruumque secum detulit cibum ad sustentationem corporis & panum quo induebatur, equidem regulam adimplebat pertranseundo Eremum tempore vero refectio- nis edebat cibum necessarium pro natura corporis. Soporem vero in terra paruum iacens capiebat, medicum gustado somnum: ubi eum finis diei occupasset, atque iterum diluculo iter suum faciebat incessabiliter augmentando cursum habens desiderium pertransire Eremum, sperans aliquem reperire patrem in deserto, qui eum potuisset edificare iuxta eius desiderium. Currebat igitur securus optimam viam, ut ei permissum fuerat: festinanterque currebat. Viginti ergo dierum pergens iter, facta hora, quasi sexta paululum se abstinuit ab itineris labore: eleuatisque oculis ad orientem consuetam sibi celebrabat orationem. Solitus autem erat statim terti tempore, id est, tertia, sexta & nona abstinere se a sui itineris casu orationis causa, eleuatisque oculis ad superna. & respiciens ad dexteram vidit in quodam loco stare quasi umbraculum humani corporis. Stupescit ac turbatus valde existimabat phantasiam esse quod videbat, & signaculum sibi redemptionis sanctæ crucis faciens, ac completa oratione vidit quandam ambulantem in

parte meridiana, nudo nigroque corpore ex incendio solis exustam capilli capitis eius, ut lana candana, atque parui usque ad collum corporis descendentes. Dum hoc videret, Zozimas admiratus repletusque gaudio magno, cepit currere ad eandem partem in qua prædicta videbatur. Nam & illa quæ Zozimam videbat, ineffabili exultabat lætitia, quoniam videbat, quod multorum annorum spatium minime respexerat humanæ naturæ speciem, neque allicius animalis vel volucris figuram. Miratur ergo Zozimas, qui vel qualis esset quam viderat existimans quod magnam vidisset personam. Dum enim illa viderat de longe ad se appropinquantem cepit gradu concito fugere ad interiora deserti, Zozimas autem contemnens senectutis debilitatem fastidiumque itineris, concito eam gradu sequebatur, & illa magis fugam petebat. Erat autem Zozimæ cursus velocior, & paulatim appropinquabat fugienti. Proximus autem ei factus ita, ut etiam vox eius posset audiri cepit Zozimas vociferare, talem emittens vocem cum lachrymis. Ut quid me fugis hominem senem & peccatorem serue Dei uir? Sustineme quicumque sis, coniuuro te per Deum pro cuius amore hunc habitas Eremum ut recipias me debilem, atque indignum senem,

senem. Coniuuro te per illum ad quem pro tantis tuis laboribus speras habes bonam & æternam tribulationem, colloqueri mecum dulcedine ab sua ueritate uerba, & nolite derelinquere sine mutualoctione, hæc Zozima cum lachrymis orante, uenerunt utriusque currentes in quendam locum qui locus ita videbatur quasi totus ibi aliquando cucurrerit, postquam autem loci illius necubi videbatur contingentem eum ad præmemoratum locum præcedens illa que fugiebat ante faciem Zozimæ descendit, & rursum per aliam partem loci illius quasi torrens descendit Zozimas nimium fatigatus minime potuit cursum facere, sed magis astuans ex una parte loci augens lachrymis lachrymas, & fleatibus fleus, rogabat a discipulis sibi impedi sermonem. Mox illa que prius fugam petebat, talentem emisit uocem: Abba Zozima quid me persequeris? Ignosce mihi per Deum te rogo. Ignosce mihi per Deum peto: quia minime possum conuerrere faciem meam ad te, eo quod mulier sum nuda: sed pallium quo indatus es mihi porrigere ut possim corporis mei uerecundiam tegete ueniamque ad te ut orationes tuas accipiam. Tunc stupescit atque turbatus senex eo quod audisset uocatum ex nomine sapientia Dei repletus diuinaque refugies gratia in

cellexit, quod non eum nominatum poterat uocare, que natiua uiderat neque audierat, nisi, quia superna prouidentia ei reuelauerat. Statimque expolians se panum quo induebatur iactauit illi a uersa facie. Illa uero sumens eum cinxit se uerit peruit & cooperuit partem necessariam sui corporis, respiciensque Zozimam ait ad eum. Quid tibi uisum fuit peccatricem mulierem uidere aut quid quærens cognosceret tot tibi imposuisti labores? Ille uero genua flectens obsecrabat ut benedictione ab ea acciperet, illaque humo prostrata uicissim adorabat eum. Erant ergo utriusque prostrati in terra iuuenem se adorantes, & rogantes alterutrum inuitum facere benedictionis. Nulla uero penitus audiebatur uox nisi tantummodo, benedic pater & uicissim, benedic me domina benedic. Dum autem diu in hoc persisterent respondit mulier, dicens: Abba Zozima tibi magis concessum est benedicere, atque orare eo quod sacro honore presbyterij fungeris, pluresque annos sanctis assiduis altaribus bene factis orationibus mentem repleta. Hæc audies Zozimas amplius territus atque stupens ait, Certe uideo mater quod omnimodum nomen & officium presbyterij designasti in me, quem nunquam uidisti. Spiritalis enim gratia non propter ordinem uel di-

gnitatem tribuitur: sed magis ex bonis operibus & Deo dignis actibus acquiritur, vnde & per Dominum adiuro te vt prius a te benedictionem accipiam tuaque oratione perfrui merear. Consentientique vero sermonibus senis mulier respondit. Benedictus Dominus redemptor animarum nostrarum; Zozimas autem respondit. Amen. Moxque erecti ambo de terra ait seni mulier. Rogo te pater quid ad me peccatricem venire festinasti. Aut quid nudam ab omni bono opere infirmam ceruere voluisti mulierem? Zozimas respondit. Non hoc tamen voluntatis meae finis sed diuinæ dispensationis munus nos fecit vt ofque videre; Respondit mulier. Si vt asseris per diuinam dispensationem actum est rogo te vt mihi pater conuersationem humani generis quomodo faciunt reges, vel pastores Ecclesiarum narres. Zozimas respondens ait ad eam. Multifaria relinquens breui sermone dicam mater, quod Dominus noster Iesus Redemptor noster, & omni populo suo firmam pacem concedere dignatus est. Sed rogo te vt deprecaris Deum pro totius Ecclesiae stabilitate, simulque pro peccatis meis, respondit mulier ad eum. Opportunum est & valde necessarium te Abba Zozima quæ habitu & sacerdotali ornatis officio pro omnibus atque pro me

peccatrice orare Deum, quoniam in hoc vocatus es: tamen propter præceptum tuum obediens cum omni virtute Deo, & orabo Deum sicut petisti licet peccatrix. Et eleuans oculos ad orientem, manusque erexit in celum cepitque silenter orare: ita vt tantum labia mouerentur, & vox eius penitus non audiretur. Vnde senex nullum verbum orationis intelligere potuit sed hoc sibi testem Deum adhibens dicebat: quia dum prolixam mulier faceret orationem vidit eam in loco, in quo stabat orans suspensam a terra in aere, quasi vnus cubiti mensura. Qua visione magno comprehensus timore, & cadens cepit sudoribus inundare, stupore comprehendi admirationibus aestuare, nihilque aliud dicere poterat nisi tantummodo, Kyrieleyson. Dum hæc agerentur, cepit senex magna dubietate anhelare ne forte spiritus esset phantasia, fingens orationem. Moxque conuersa mulier confortauit eum dicens, Quid te Abba cogitationes tuæ perturbant, scandalizare in me, quia spiritus sum, & fictam facio orationem. Satisfactus esto, peccatricem me esse mulierculam, quæ tamen sacrosanctum circumdata baptisate, & spiritus phantasia non sum, sed fauilla & cinis & totum caro, & nihil spiritualis phantasia aliquando vel ad mentem reducens. Hæc dicens, signo.

signo crucis signat frontem suam oculos & labia, simulque pectori axillum crucis insigens, ita dixit. Abba Zozima Deus de aduersario & de immisionibus eius liberet nos quoniam super nos multa est inuidia eius. Hæc audiens senex prostravit se & apprehendit pedes eius, dicens cum lachrymis. Obsecro te per Dominum nostrum Iesum Christum verum Deum & hominem, qui de virgine Maria nasci dignatus est, pro quo nuditate sustinens istam quoque has quoque carnes affligens expendisti, vt nihil abscondas a me quaeris & vnde vel quando, ob quam occasionem solitudinem hæc inhabitasti, sed omnia quæ circa te sunt edicito mihi, vt Dei magnalia facias manifesta. Sapientia enim abscondita & thesaurus occultus quæ utilitas in vtrisque? Dic mihi omnia propter Deum, nec enim pro gloriatione aliquid dicis aut ostentatione, sed vt mihi satisfacias peccatori & indigno. Credo enim Deo cui viuus, & cum quo conuersaris, quoniam ob huiusmodi rem directus sum in hanc solitudinem, vt ea, quæ circa te sunt Deus faciat manifesta. Non enim nostræ virtutis est iudicij resistere Dei. Nisi fuisset acceptabile Christo Deo nostro manifestare te, & qualiter decertasti, nec te ipsam permiserat vidi ab aliquo, nec me

confortaret tantam properare viam nusquam valentem progredi, aut de cellula mea procedere. Hæc eo dicente: sed & alia plura eleuans cum mulier dixit. Verè Abba erubescere dicere tibi actuum meorum turpitudinem, tamen quia vidisti nudum corpus meum, denudabo tibi & opera actuum meorum, vt cognoscas quantum turpitudinis, atque luxurie confusione & opprobrio repleta est anima mea. Non enim vt tu ipse considerasti, propter aliquam meam gloriam quæ circa me sunt, pronuntio. Quid enim potero gloriari quæ diaboli vas fui, electionis autem effecta. Scio autem, quia si cœpero narrare ea quæ sunt de me, fugies a me quemadmodum quis fugiat a facie serpentis, auribus non sustinens audire ob inexpedibilia quæ sum operata. Dicam tamen nihil negans: sed verius referam supplicans te prius vt non deficias orare pro me, vt misericordiam inuenire merear in die iudicij. Et senex suffusus lachrymis flebat. Tunc cepit narrare ea quæ de se erant, ita dicens, Ego pater patriam habui Ægyptum, parentibus autem meis viuentibus, duodecimum ætatis gerens annum affectum illorum spernens in Alexandriam veni. Et quomodo virginitatem meam in primis violauerim, & qualiter indefinenter & in-

fariabiliter vitio libidinis subiugata iacuerim, erubescere confidere, hoc enim non breue est dicere, citius tamen dicam vt cognoscere possis vitij mei ardorem quem in amorem stupri habui. Decem & septem (& eo amplius) annis publico astans loco pessimum mei corporis sexercebā negotium, tradens volentibus irrecusabiliter carnis meae pudorem repellens a me omne acquisitionis lucrum. Vnum tantum mihi erat lucrum luxuriosam acquirere vitam. Nam ludus & ebrietas nimietas mihi pro thesauris videbantur. Multoties oblata recusabam, vt amplius acquirerem pessimi mei desiderij amicos, & hoc non quasi locuples faciebam, sed egestatem pro diuitijs reputabam. Vnus vero mihi & magnus erat desiderij ardor, pro celatis conuiujs rilibus atq; iocis insistere, & diebus & noctibus pessimam corporali naturae iniuriam irrogare, huiusmodi enim obscenis & maculosis operibus, meae iuuentutis expendi vitam. Hoc modo mihi viuenti, vidi aliquando liberorum & Aegyptiorum multitudinem concurrentem quasi ad mare, reperi que aliquem & interrogavi dicens, Vbi putas festinant isti viri qui currunt. Dixit autem mihi, In Hierosolymam omnes ascēdunt ob sanctae Crucis exaltationem,

quae post aliquot dies solito celebratur. Dixi autem ei & ego, Putas suscipiet me, si voluero abire cum ipsis. Et ille dixit, Si habueris nauulum nullus te prohibebit. Dixi ei, Verē frater nauulum vel sumptum non habeo, vadam autem & ascendam in vnā nauium quam conduxerunt, & licet noluerint nutrire me, memetipsam eis tradam, nam corpus meum in potestate habentes pro nauulo accipiant. Propterea autem cum eis volui ambulare (Abba ignosce) vt multos haberem cooperatores in libidinis passione. Dixi tibi mi senex & mi Abba ignosce mihi, nec me confusionem meam dicere compellas. Contremisecō denique, maculant enim & te & ipsum aeterni sermones mei. Zoizimas autem tertiam lachrymis infundens respondit ei, Dico mater mea propter Deum dic, & ne permitas sequentia salutiferæ narrationis. Illa autem adiungens priori narrationi addidit hæc. Ille autem adolescens sermonum meorum audies scurrilitatem ridens discessit. Ego autem fusum quem manu tenebam proficiens, hunc enim post tempus conueniebat me tenere, cucurri ad mare vbi illos perspexi currentes & vidi iuvenes aliquos stātes in litore, numero quasi decem satis corpore acerrimos, & ad id quod erat mihi placabile optimos vi-

los.

fos. Erant autem & alij qui iam in naues ascenderant. Impudenter autem, vt mihi consuetudo erat & irreuerenter in medio eorum me dedi, dicens, Accipite me vobiscum quo pergitis, non enim erō vobis implacabilis. Sed & alios sordidiores proferens sermones omnes ad irridendum commouit. Illi autem me rubescētē motum videntes, accipientes me in nauiculam portauerunt. Exinde navigationem cepimus. Quo autem post hæc facti sunt, quomodo tibi enarrare poterō patet. Quae lingua dicere pot aut auris audire, ea quae in nauigio vel in itinere facta sunt, quomodo etiam nolentes ad peccatū miserō contellebam. Non est enarrabilis nequissima species, cuius magistratum infelicibus effecta sceleribus. Ergo nunc satisfactus esto, quia stupeo quomodo me harum iniquitatum luxurias mare illud sustinuit, quomodo non aperuit terra os suum & in infernum me viuentem demersit, quae tantas in laqueum duxi animas. Sed profecto Deus qui neminem vult perire, sed omnes saluos fieri expectauit poenitentiam meam. Non enim vult mortem peccatoris, sed longanimiter expectat sustinens conuersationem. Sic namque cum magna festinatione ascendimus Hierosolymam, & quantos quidem dies sanctae Crucis festiuita-

tem in ciuitate commorata sum, similibus vacavi nequissimis operibus, magisque prioribus. Non enim sufficiens fui iuuenibus mecum in nauis luxuriantibus & in itinere, sed & alios multos peregrinos, & ciues in opus sceleris mei congregans coinquinavi seducens. Quando autem venit sanctae exaltationis pretiosa Crucis festiuitas, ego quidem sicut & prius praebam, iuuenum illaqueas & captiens animas. Vidi autem primo diluculo omnes ad ecclesiam vnanimiter concurrentes, abij & ego currens cum prope rantibus, & veni cum illis in atrium templi. Et cum venisset hora exaltationis Dominicae crucis impingebam & impingebam, repellebatque quodammodo festinans ingredi cum populo conanter vsque ad ianuam templi, cum his qui ingrediebantur tamen cum magna laboris tribulatione appropinquabam & ego infelix. Quando autem ianuam ingredi volebam, illi quidem omnes sine impedimento ingrediebantur: me autem diuina aliqua virtus prohibebat, nō indulgens introitum. Mox igitur repulsa eiciebar & foras eiecta sola inueniebar in atrio stans. Considerans autem per mulierem impotentiam mihi hoc euenire, iterum me alijs miscendo vim mihi quodammodo faciendo introeū.

N 3 di:

di, sed nimirum laborabam in vacuum. Ut enim limina vestigio contingebam, omnes interiori respiciebam nullam impedimentum habentes, me autem solam non respiciebat, sed quasi multitudo miliaris effecta ut ingredienti mihi aditum clauderet, ita me repentina virtus quaedam prohibebat, & iterum inueniebar in atrio. Hæc ter & quater passus, & facere conans, & nihil proficiens, desperans de cætero & amplius nusquam progredi valens factum quippe fuit corpus meum a vi, compromittentium valde contractum. Recedens itaque inde in angulo atrii constiti & vix aliquam ob causam prohibebam videre iuificum lignum in cogitationem reduxi. Tetigit enim mentem & oculos cordis mei intellectus salutis, recogitas quia squallida actuum meorum scelera mihi introeundi aditum obserabant. Cœpi igitur flens nimium conturbatus & pectus meum tondere atque suspiria de profundo cordis proferens, gemens & eiulans prospexi in loco in quo stabam, sursum imaginem sanctæ Dei genitricis stantem, & animo ad eam intente & inclinanter intendens. Domina virgo sancta Maria, que Deum verum secundum carnem genuisti scio enim scio, quia non est cõdecens nec opportunum, sic horridam me & peccatricem adorare factam imaginem tuam, vel con-

templari oculis tantis fordibus pollutis, quæ semper virgo esse dignosceris, castaque corpore & anima munda existis & immaculata. Instum est enim luxuriosam me à purissima castitatis tuæ munditia, abominari, & projici. Tamen quoniam (ut audiui) ob hoc Deus homo factus est, quem ipsa digna genuisti, ut peccatores vocaret ad poenitentiam, adiua me solitariam, & nullam habentem adiutorium præcipe, & mihi licentiam tribue Ecclesie partem factum ingredi aditum, non effeciar aliena a visio, ne pretiosissimi ligni in quo affixus est Deus & homo quem virgo concipiens ipsa virgo peperisti, qui propriam sanguinem pro me a dedit liberatione. Tuba domina, & mihi indigna ob diu in Crucis Salvatorem tanquam templi patet, & te ex te genitrici Christo dignissimam da si dei iussorem quia nunquam ultra meam carnem coinquinabo per horrenda commixtionum ludibria, sed mox ut filij tui virgo sancta videro lignum, seculo & a tibus eius cum omnibus quæ in eo sunt statim renuntio, & continuo egrediar ubicunque ipsa ut fidei iussor me direxeris. Hæc dicens, & quasi aliquam satisfactionem recipiens fidei succensa calore & de pietate visceribus Dei genitricis præsumens moui me de eodem loco, in quo stans feci orationem & veniens

niens iterum ingredientibus me miscui, & ultra non erat qui me repelleret, vel qui me prohiberet appropinquare ianuis templi. Accipit ergo me tremor validus & extasis, & tota ex omnibus tremebunda turbabar. Itaque coniungente me ad ianuam, cuius mihi aditus primo claudebatur (quasi omnis virtus, quæ prius ingredi me prohibebat) post autem viam ingrediendi præpararet ita absque impedimenti molestia introivi, & sic intra Sancta Sanctorum recepta sum, & pretiosi ac viuifici crucis ligni adorare mysterium digna habitasum, & tunc vidi Dei sacramenta & qualiter est paratus suscipere poenitentes. Tunc proieciens me pronam in terram, & sanctum illud osculans pauimentum exibam. Currens autem ad illam quæ me fideiussit veni restans. Continxi me igitur in illum locum ubi fideiussionis cõscriptum est chirographum, & genu curuans coram imagine sanctæ virginis Dei genitricis, hic precata sum verbis, tu quidem semper, o benignissima domina tuam ostendisti pietatis misericordiam, tu indignam supplicationem non proiecisti, vidi gloriam quam peccatores merito non videmus. Gloria omnipotentis Deo, qui per te suscipit peccatorum poenitentiam. Quid amplius peccatrix & misera valeo recordari aut enarrare. Tempus est iam im-

pletè quam fidem ditioni tuæ placitam. Nunc vbi tibi complacet dirige me. Esto mihi salutis dux & veritatis magistra, præcedens me in viam quæ ducit ad poenitentiam. Et hæc dicens audiui vocem alicuius à loge clamantis & dicentis. Iordanem si transieris bonam inuenies requiem. Ego autem hanc vocem audiens & pro me factam credens lacrymas exclamaui & ad Dei genitricis imaginem prospiciens sic vociferatus sum. O domina & regina totius orbis per quam humano generi salus aduenit, noli me derelinquere. Et hæc dicens de atrio templi sum egressa, & festinanter ambulabam. Exeunte autem me vidit me quis & dedit mihi tres nummos dicens. Accipe hos nummos, ego autem accipiens, tres ex eis panes comparavi, & hos accepi benedictioni mei itineris congruos. Interrogavi autem eum, qui panes vendebar: unde & qualis via esse noscitur quæ ducit ad Iordanem. Et cognoscens portam ciuitatis, quæ in illa parte pergit: currens iter agebam plorans, interrogati autem interrogatione annectens, reliquum diei consumsi: iter properans, erat enim hora diei iam tertia: quando præriosam, & sanctam Crucem videre merui. Et sole iam ad occasum declinante, ecclesiam beati Iohannis Baptistæ positam iux-

ra Iordanem conspexi & in eodem templo ingressa adorans nō continuo in Iordanem descendidi, & ex illa sancta aqua, manus & faciem laui. Communicavi autem viuifica & interperata Christi Domini sacramenta in eadem sancta præcursoris & Baptistæ Ioannis Basilica, & tunc vnius panis medietatem comedi, & ex aqua bibi nocte in terra quiescens. Lucescente crastino in partem aliam transiui, & iterum petri ductricem meam virginem Mariam, ut mihi dirigeret ubi ei placitum esset. Deueni autem in hac solitudine, & tunc usque hodie elongavi fugiens expectans Deum meum, qui saluos facit à pusillo animo (id est, procella) eos qui conuertuntur ad ipsum. Zozimas autē dixit. Quot anni sunt, o domina, ex quibus hanc inhabitas solitudinem? Respondit mulier. Quadraginta septem anni sunt, ut considero, ex quo de ciuitate egressa sum. Dixit autem Zozimas. Et quid inuenire ad eum potuisti, o mea domina? Respondit mulier. Duos semis quidem panes deportans, Iordanem transmeaui, qui post modicum arefacti quasi lapides obdurauerūt, ex quibus modicum quidvisque ad aliquos annos comedens transigi, dixit autē Zozimas. Et sic absque dolore transisti tantis temporis longitudo nihil repentinam immuta-

tionis conturbantis te sentiens calorem? Et illa dixit. Rem nunc me interrogas quam dicere valde contremisco. Si ad narrationem venero tantorum quæ sustinui periculorum & cogitationū quæ inique conturbauerunt me, timeo ne iterum ab eisdem tribulationem patiar. Dixit Zozimas. Nihil relinquant, o domina quod non indices. Semel enim in hoc tam manifestam cognouimus, per ordinem per omnia te indimute oportet nos edocere. Illa autem dixit ei. Crede Abba decem & septem annis feris immā factis, & irrationabilibus reluctans desiderijs: dum cibum iniuriabam desiderio mihi erant carnes, concupiebā pisces quos Ægyptus habebat, desiderabam etiam vinum delectabile mihi. Multum enim delectabar in vino, & super abundantius usque ad ebrietatem bibebam: & tunc mihi erat valde in desiderio, eo quod multo vtebar dum essem in seculo. Hic autem aquam omnino gustandi non habens usum vehementissimè vtebar, & sustinebam necessitatis periculum. Fiebat autem mihi, & de luxuriosis canticis nimium desiderium perturbans, & reducens ad memoriam demoniorum cantica decantare quæ in seculo didicerā. Mox autem lachrymans & pectus meum manu percutiens, me ipsam

ipsam ad memoriam reducebam de conuenienti fide ditionis quæ feceram, egrediens contra hanc solitudinem. Veniebam autem per cognitionem ante imaginem Dei genitricis Mariæ, quæ me & in fide sua suscepit, & ante illam plorabam ut effugaret a me cogitationes: quæ miseram meam animam affligebant. Quando autem superflue dolenterque lachrymabar, & viriliter pectus meum tundebam, tunc videbam lumen undique circumfulgens me, & serenitas mihi quædam stabilis moriebat. Cogitationes autem quæ ad fornicationem iterumque compellebant me, quomodo tibi enarrare possum? Abba ignosce. Ignis inter infelix corpus meum nimis succendebat, & totam me per omnia exutebat, & ad desiderium commixtionis tradebat. Dum mihi ergo talis ascenderet cogitatio prosternebam me ipsam interram, & lachrymis terram infundens ipsam mihi veraciter astantem videbam, quæ me fidei affectat minantem mihi compellationem quasi preuaricanti, & poenas preuaricationis imminentes ira mucronis contra me agentem. Non autem ante surgebam detera, nisi prius illa dulcissima lux illuminare me solito, & cogitationes perturbantes me effugaret. Semper itaque cordis mei oculos illam fidelillorem meam sine

cessatione erigebam deprecans eam auxiliari mihi in hac solitudine, & poenitentia habui adiutricem, & coadiutricem ipsam quæ genuit castitatis autorem, & sic decem & septem annorum curriculo periculis multis) ut dixi) reluctans, usque hodie adiutorium meum. Dei genitrix mihi assistit virgo benedicta per omnia & in omnibus me dirigens. Dixit autem Zozimas. Unde exhibuisti cibum aut vestimentum? & illa dixit. Panes quidem illos sicut dixi expendens per decem & septem annos, de inceptis nutritar herbis quæ inueniebatur per solitudinem. Indutum autem quod habui transmeato. Iordane nimia verustate scissum & consumptum est. Multam autem glaciali frigore æstusque ardore necessitatem sustinui, concremata æstus incendio & nimio frigoris gelu rigescens corpore & tremens multotiens & in terram cadens, poene absque spiritu facebam immobilis multis & diuersis necessitatibus & tentationibus immensis reluctans, & ab illo die usque ad hanc virtus Dei multis modis animam & corpus meum custodit. Recordans enim de quantis malis liberavit me Dominus esca enutritior in consumabili & fatietatis possideo epulas spem salutis meæ. Nutritior autē & cooperior tegmine verbi Dei qui continet

omnia. Non in solo pane viuit homo, & non habentes operimentum petentes circumdati sunt tegmine hi qui se peccati expoliauerunt tunicam. Audiens autem Zozimas quoniam scripturarum testimonia proferebat ex libris Moysi videlicet, beati Iob, siue psalmorū dixit ad eam. Psalmos o mater didicisti, vel alios libros sacrae scripturae legisti. Illa autē hoc audiens subridens dixit ad eum. Crede mihi pater, non vidi hominem ex quo Iordanem transiit nisi te hodie, sed neque ferā aut aliud animal quaecumque ex quo in hanc depeni solitudinem. Litteras autem nunquam alicubi didici, sed neque psallentem neque legentem aliquem auscultavi. Sermo autem Dei viuus & efficax est intellectam intrinsecus docens humanum. Hucusque finis eorum quae in ea sunt. Nunc autem obsecrans quae reperit in carnationem verbi Dei, vt ores pro me luxuriosa. Et cum hęc dixisset cucurrit senex & genuflexo in terram prosternens se cum lachrymis exclamauit dicens. Benedi^{ct}. Deus qui fecit mirabilia magna solus gloriosa & vehementer stupenda quibus non est numerus. Benedi^{ct}us es Domine Deus qui ostendisti mihi quanta largiris timentibus te. Vere enim non derelinquis querentes te Domine. Illa autem apprehendens

senem non permisit in terrā perfecte prosterni sed dixit ei. Hęc quae audisti homo obtestor te per Dñm nostrum Iesum Christum saluatorem nostrum, nemini dixeris quae adusque Deus de vinculo carnis absoluat me. His omnibus acceptis vade in pace, & iterū hoc eodē tēpore transeunte anno apparebo tibi, & videbis me. De nos gubernante gratia. Fac autē propter Dominum quod nunc tibi iniūgo. In sacris ieiunijs recurrentis anni futuri nō trāseas Iordanem vt consuetudinem habitis agere in monasterio. Stupebat autem Zozimas audiens quoniā & canonem siue regulam monasterij edicebat nihilq. aliud clamabat, nisi gloriā Deo qui maiora iam petentibus & diligentibus largitur. Illa autem dixit. Sustine vt dixi, Abba in monasterio neque enim (& si volueris) exire quoq. valebis. Vespere autē sacratissimi dominice coenae accipe, diuiti corporis & viuifici sanguinis portionem in vase sacro, dignoque tanti mysterij, & afferēs sustineme in parte Iordanis quae coniungitur seculo, & veniens viuificā accipiā dona. Et quo enim in Ecclesia beatissimi praecursoris pri^o quā trāsiit Iordanem comunicauī, dsinceps vsq. nūc quā comunicauī, nunquā vsque nunc sanctificationis huius vsa sum sacramentis, & ideo deprecor de

preca-

precationem meam non negligas sed asser (vt dixi) viuifica atque diuina mysteria, illa hora qua Dominus discipulos diuinæ coenae participes fecit. Ioanni autem ab bati monasterij in quo habitas dicit. Attēde autem tibi ipsi & regi tuo, aliqua enim sūt tibi digna emēdatione, sed nunc nolo te ea sibi edicere, quando tibi praecipit Dominus. Hęc dicens & orationem a fene postulans ad interiorē solitudinem velocius festinauit, Zozimas autem prosternens se osculabatur terrae locum in quo eius vestigia steterant dāque gloriā Deo immensa q. gratias agens reuersus est laudans & benedicens Dñm nostrum Iesum Christum. Iterum ergo remeans per viam solitudinis coniunxit se fratribus in monasterio eo tempore quo reuertī consueuerāt hī qui ibidem morabatur. Et totum quidem annum illum racuit nihil, audens ex his quae viderat enarrare in seipso autē deprecabatur Deum vt iterum ei ostenderet desiderabilem vultum. Suspirabat autem annualis cursus considerans tarditatem. Quādo ergo aduenit sacra ieiuniorum initiata Dominica, mox post solitam orationem alij quidem psallentes exierant, ipse autem modica febris infirmitate detentus mansit intus in monasterio. Recordatus est autē Zozimas sacra illius pra-

dictū sibi sermonē, quia neq. volens exire valebis. Aliquātis autē elapsis diebus ab infirmitate subleuatus in monasterio conuersabatur. Quādo autē monachi sūt reuersi & cōiūcti vespere sacratę coenę dūca fecit quod ei iustum fuerat, & mittēs in modico calice intemerati corporis Christi portionē preciosi sanguinis Dñi nostri Iesu Christi posuit in canistro caricas modicas & palmarū fructus, id est dactylos & parū lericulae aquis infusa, & venit tarde hora iam vespera & ad littus Iordanis sedebat, aduertū postulans sanctae mulieris. Beatissima autē illa tardante Zozimas non dormitauit sed sollicite attendebat solitudinem sustinens quod videre desiderauit. Dicebat autem senex in semetipso. Nunquid veniens non me inuenit & reuersa est? Hęc dicens flebat, & oculos eleuans in caelū suppliciter Deum deprecabatur dicens. Non me alienes Domine videre iterum quam videre me tribuisti, non vadam vacuus peccata mea portans in inreparatione. Hęc orās cū lachrymis alia in eum cogitatio incidit. Quid inquit & si venerit faciet? Quomodo transiet Iordanem quia nauicula non est? Qualiter autem ad me indignum perueniet? Heu me infelicem, heu quis me tam inferte speciei alienauit visu? Hęc senecogitate, & ecce illa sancta ad-

uenit,

uenit, & in parte alia fluminis stetit, Zozimas autem videns eam surrexit gaudens & exultans nimis glorificans Deum. Luctatorem autem certaminis in eius fluctuabat cogitationis intentione, quia non potest Iordanis transire fluēta. Et respiciens senex vidit eam vexillo crucis aquas Iordanis signantem. Tunc tunc noctis tenebras splendor illuminabat lunam, quia tempus recursus illius tunc erat. Statim autem ut signum crucis impressit ascendit super aquas & ambulans super liquidum equoris fluctum veniebat quasi per solidum iter. Zozimas autē stupens & genua flectere nitens clamans de super aquas mulier prohibuit eum dicens, quid facis abba: quia sacerdos Dei es & diuina portas mysteria, qui statim obediuit dicenti. Illa autem descendens de aquis dixit seni. Benedic pater benedic. Ille autem cum magna festinatione respondit (stupor enim nimis inuaserat eum in tam glorioso miraculo) & dixit. Vere non mentitur Deus qui pollicitus est sibi similes esse eos qui semetipsos purificant. Gloria tibi Domine Iesu Christe Deus noster qui ostendisti mihi per hanc ancillam tuam quantum me considerationis interior sum in mensura verę perceptionis. Hęc dicente postulauit mulier sanctam dicere symbolū & sic dominicam in choro

orationem. Et expleto Pater noster qui es in cœlis, sicut mos est, Pacis osculum obtulit seniori, & sic viuifica mysteriorum sanctorum suscipiens dona extensis in cœlum manibus & ingemiscens cū lachrymis ita clamauit dicens. Nunc dimittis ancillam tuam domine secundum verbum tuum. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Et dixit seni. Ignosce abba & aliud petitionis meę implenda datum. Vade nunc in monasteriū Dei in pace gubernaturus. Post recursum autem anni aduenientis iterum veni in illum torrentem, in quo tecum prius sum locuta, prorsus non omittas quia venias & videbis me iterū qualiter Deuoluerit. Ille autem respondit ad eam. Ut inquam esset possibile nunc tua sequi vestigia, & tui preciosissimi vultus visione perfrui. Oro mater ut vnā senis petitione uolā facias, & modicum cibi ex eo quod huc attuli digneris accipere. Et hęc dicens, ostēdit ei quod secum detulerat) canistrum. Illa autem extremis digitis lenticulam contingit, & tria tollens grana proprio intulit ori sufficereditens gratiam spiritus, ut custodiret animę substantiam immaculatā. Tūc dicit seni. Ora pro me Dñm & meę infelicitatis memor est, ille pedes eius sanctos cōtingēs, cū lachrymis deprecabatur ut orare pro Ecclesia & imperio &

pro

prose & dimisit abire flens & cilians. Nō enim audebat eam multum detinere, quæ necesse vellet poterat detineri. Illa autem iterum crucis impressione Iordanem signans ascendit ambulansque super liquidum Iordanis elementū transiuit sicut antea veniens fecerat. Senex autem reuersus & gaudio & timore nimio repletus, semetipsum reprehendebat penitens quia nomen sanctę vti cognosceret non inquisiuit sperabat tamen hoc aduenientiu consequi anno. Trāfacto autem eodem anni cursu, venit iterum in vastam deserti solitudinem. Expletis omnibus secundum consuetudinem festinans, ad illam gloriosam visionem intendam, per ambulansque solitudinis iter, & inueniens aliqua cupiti loci indicanda signa, dextra lauaque aspiciens intuitumque oculorum deducens illustrabat utique sicut scientissimus venator, sic ubi suauissimam repertam comprehendere fecerat. Cum vero, nullo modo aliqua quaqua versum conspiceret, cepit seipsum lugens infundere lachrymis. Tunc eleuās oculos orando dicebat. Ostende mihi Domine in corpore, angelum cui totus comparari non dignus est mundus, hoc orando venit ad locum qui in similitudinem fuerat designatus torrentis, & in extremo

tuum iacens, & manus ac pedes ut dicitur compositos, ipsum vero corpus ad orientem aspiciens. Carcēs igitur lachrymis lauit beatissime pedes, non enim aliud corporis eius membrum audebat contingere. Lachrymans autem aliquandiu & psalmos dicens temporis & rei congruentes fecit sepulture orationem dicebat sibi ipsi. Forsitan non complacet sanctę hęc fieri. Hęc eo cogitante, designata scriptura erat in terra ubi hęc legebantur. Sepeli Abba Zozima, miserę Marię corpusculum, & redde terrę quod suū est & puluerem adijce pulueri. Ora tamen pro me ad Dominum. Transiente mense parmanothise cundum Aegyptios, qui est secundum Romanos Aprilis, die nona nocte id est quinto idus Aprilis salutiferę passionis, post diuinę & sacre cœnę communionē. Has literas senex cum legisset, cogitabat quidem prius, quis hęc esset qui scripsit, illa enim vox ut dixerat literas ignorabat, in hoc tamen valde exultans gaudebat, quia eius sanctum didicit nomen. Cognouit vero quia mox ut diuinę mysteria in Iordane participauit, eadem hora in locum illum venit, ubi mox de hoc mundo transiit, & idem iter quod Zozimas per viginti dies ambulans vix consummauit laborans, vnus horę cursum Maria consumpsit, & sta

ting

tim migravit ad Dominum. Glorificans autem Dominum Zozimas, & lachrymis corpus eius infundens, tempus est inquit miser Zozima, quod iustum est perficere. Sed quid faciam infelix, quia vado fodere velem non habeo. Deest sarculus, non est rastrum, nihil ex omnibus prae manibus habetur.

Hec eo in corde suo dicente fecerit modicum conpexit lignum faciens, quod assumens cepit fodere. Valde autem dura erat terra, & valde fortissima, & nequaquam valebat senex fodere illam, quia & ieiunio confectus, & longi itineris fatigatione nimis erat defessus. Laborabat enim, & suspirijs nimis urgebatur, & sudoribus madefactus ingemuit graviter, ex ipso cordis sui profundo. Et respiciens vidit ingentis formae Leonem, iuxta corpus sanctae stantem, & eius plantas lambentem. Videns autem pauore contremuit, praepauore grandissimae ferre illius, praecipue, quia audierat sanctam dicentem, quia nunquam aliquam ibi feram viderat. Signo autem se crucis confirmavit vndique credens quia illum eum custodire valet virus iacentis. Leo autem cepit auertere seni, blandis eum mo-

ibus salurans, Zozimas autem dixit. Quoniam a Deo missus venisti, o maxime ferarum, ut huius Dei, famulae corpus terrae commenderetur, opus exempli officij. Et iussit Leonem sepelire eius corpus. Ego enim inquit senectute confectus non valeo fodere, sed nec congruum quid habeo ad opus exercendum, & iterum itineris tanti longitudinem properare non valeo, ut afferam, tu diuino iussu hoc opus cum vngulis facito, ut commendetur terra hoc sanctum corpusculum. Continuo autem, iuxta senis sermonem, leo cum brachijs & vngulis suis fecit foueam, quantum ad sepeliendum sanctae corpusculum, posset sufficere. Senex vero lachrymis pedes eius abluens, & multipliciter effusa praee exorans pro omnibus eam nunc amplius exorare, operuit terra corpusculum astante leone, sicut repererat nudum, & nihil aliud habens, nisi illud scissum vestimentum quod ei iam antea proiecerat Zozimas, ex quo vestimento necessaria corporis membra contexerat. Tunc recedunt pariter, & Leo quidem in interiora solitudinis quasi ouis mansueta discessit. Zozimas autem reuersus est in monasterium suum, benedicens.

ens, & sanctificans Deum, & hymnum laudis decantans Christo Domino nostro. Veniens autem in coenobium, fratribus ab initio puncta retulit, nihil abscondens ex omnibus quae vidit, & audiat, ita ut omnes audientes magnalia Dei, nimio stupore admirarentur, & cum timore, & amore magnaque fide celebrarent baptisima huius transitus diem.

Ioannes autem Abbas inuenit quosdam emendandos iuxta sanctae illius sermonem, & hos miserante Deo conuertit. Zozimas autem in eodem degens monasterio, impleuit annos centum, & tunc migravit ad Dominum in pace, gratia Domini nostri Iesu Christi, cui est cum coequali parte gloria, honor, & imperium, una cum sancto vniuersatore, & adorando spiritu, nunc & semper in saecula saeculorum. Amen.

Incipit vita sanctae Marinae virginis.

Vit frater quidam saecularis, habens unicam filiam paruulam. Ipse vero conuertit, iens commendauit eam cuidam parenti suo, & in monasterium quod longe erat a ciuitate per miliaria triginta

duo ingressus perficiebat opus monasterij, ita ut Abbas eius plusquam ceteros, qui in monasterio erant, eum diligeret eo quod fidelis esset, & obediens. Contrigit autem post aliquid tempus, ut recordaretur charitatis filiae suae, & cepit contristari, & affligi intra se. Et cum per multos dies hoc faceret, vidit eum Abbas eius tribulatum, & dixit ei. Quid habes frater, quod sic tristis ambulat? Dic mihi, & Deus qui consolatur omnes dabit tibi auxilium. Tunc ille proiciens eum lachrymis ad pedes eius ait. Habeo unum filium in ciuitate quem reliquit paruulum, & recordatus affligor propter eum. Et noluit Abbatem indicare, eo quod puella esset. Abbas vero eius haec ignorans, & nolens eum amittere quia necessarius erat in monasterio, dixit ei. Si diligis eum vade, & adhuc eum tuum, & sit tecum. Et abiens adduxit eam dicebatur autem Marina, & mutauit e nomen, & vocauit eum Marinum, & dedit eam ad discendas literas in monasterium, & erat cum ea nullus, cognouit de fratribus quod puella esset, sed vocabant eam omnes Marinum. Et dum esset annorum quatuor decim cepit ea docere pater suus, & dicebat ei. Vide filia.

filia ut nullus cognoscat mysterium tuum usque in finem tuam, & sollicita sis ab insidijs diaboli, ne seducta ab eo, & istud sanctum in monasterium per nos solui videatur, & in conspectu Christi & coram sanctis angelis eius, cum impijs aeterna damnationem accipiamus. Et alia multa dicebat eam per singulos dies de regno Dei. Cum autem facta esset iduorum decem & septem, defunctus est pater eius. Remansit autem sola in cella patris sui, & erat obediens omnibus in monasterio, ita ut ab abbate suo & ab omnibus diligenter uteretur. Habebat autem monasterium par bouum, & currum, aut bigam, quia vicinum habebat mare ubi erat emporium ad triam militaria, & ibant monachi & afferebat quae necessaria erant monasterio. Vna ergo die dixit Abbas ad Marinum. Frater Marine quare & tu non vadis cum fratribus & adiuuas eos? Quae respondit, ut iubes pater. Erat autem iuxta viam homo manens nomine Pandoxius per quem fratres ibant & reuertebatur. Et cepit frater Marinus frequenter pergere cum curru ad opus sibi necessarium, & ubi tardior eueniebat hora ad reuertendum, manebat in domo ipsius Pandoxij cum ceteris monachis. Pandoxius autem habebat filiam virginem ad quam ingressus miles per insidias diaboli concubuit cum ea, & concepit

de illa militem, & dum cognitum fuisset a parentibus eius, experit affligere filiam dicentes. Dic nobis a quo concepit? Respondit eis. De illo monacho, qui dicitur frater Marinus, qui hic frequenter cum curru in via, ipse me oppressit, & concepit. Statim autem parentes eius perrexerunt ad monasterium, & dixerunt abbati eius. Ecce Domine abba quid fecit monachus tuus Marinus, quomodo decepit filium nostrum? Dixit eis abbas. Quid dicitis? Et iussit eum vocare. Et veniente eo dixit ei abbas suus. Frater Marine tu hoc scelus operatus es in filiam eorum. Stans vero diutius, & cogitans intra se, ingemiscensque dixit. Peccavi pater mi, poenitentiam ago pro hoc peccato, sed quae solet intercede pro me ad Deum, ut hac proficere possim. Abbas vero ad iracundiam commotus iussit eum contundi & affligi, & ait. In veritate dico tibi (quia hoc malum operatus es) hic nobiscum non manebis in hoc monasterio. Et proiecit eam foras. Ipse vero nulli unquam confessa est mysterium suum, sed abiens iactauit se ante fores monasterij, & iacebat super terram in poenitentia affligens se, tanquam si ipsa peccasset, & ingredientibus fratribus postulabat, ut vna buccella panis ei daretur. Hoc faciens per quatuor annos non recessit de foribus monasterij. Pandoxij

doxij vero filia peperit filium mascululum, & ablaetavit eum & adduxit eum mater puella secum, & posuit eum ibi ante monasterium & dicebat ei. Ecce frater Marine quomodo nosti, nutri filium tuum, Et reliquit eum ibi, & abiit. Sancta virgo Marina, suscipiens eum tanquam proprium filium de ipsa buccella panis quam accipiebat ab introeuntibus monasterium nutrieat filium alienum. Factum est autem hoc, per duos alios annos. Postmodum vero videtes fratres misericordia compuncti ingressi ad abbatem rogare coeperunt ut eum reciperet in monasterium, dicentes. Abba indulge, & suscipe fratrem Marinum. Ecce quinq; anni sunt quod in poenitentia ante ianuam monasterij iacet, & non recessit unquam hinc. Suscipe eum in poenitentia sicut praecipit Dominus noster Iesus Christus, vix autem coegerunt eum & iussit ingredi & vocavit eam ad se & ait. Pater tuus fuit vir sanctus (quod tu nosti) & paruulum introduxit te in hoc sanctum monasterium, & non est operatus aliquid mali quod tu cogitasti & fecisti, nec aliquis in hoc sancto monasterio. Nunc autem ingressus es tu cum filio tuo quem de adulterio habes. Vnde oportet te multum poenitere. Grade enim peccatum fecisti & hoc tibi iubeo ut omnes immunditias monasterij tu solus ejicias,

& aquam ad necessaria purganda tu portas, & calciarium omnibus per singulos dies tu perficies, & omnibus seruias. In hoc enim habebis gratiam meam. Sancta virgo libentissimo animo haec suscipiens omne opus quod ei iustum fuerat perficiebat. Contigit autem eam intra paucos dies dormire in Domino. Euntes autem fratres nunciaverunt abbati dicentes. Frater Marinus defunctus est, dicit eis abbas. Videte fratres quale peccatum fuit, quod nec poenitentiam meruit implere. Sed tamen ite & lauate eum & sepelite longe a monasterio. Euntes autem dum lauarent eam cognouerunt quia mulier esset, & experit omnes emittere voces, & contudentes se clamabant, quia talis conuersatio & patientia sancta inuenta est in ea. Cuius mysterium nullus agnouit cum sic ab eis afflicta fuisset, & venientes cum lacrymis dicunt abbati. Abbas veni & vide fratrem Marinum, dicit eis. Quid est hoc fratres. Dicunt ei iterum. Veni & vide mirabilia Dei, & quid de te agas. Ille territus perrexit & venit usque ad corpus, & leuantes pallium vnde cooperta erat vidit quia mulier esset. Et mox cecidit & caput suum percutiebat in terra, & vociferabatur dicens. Coiuuero te per Dominum nostrum Iesum Christum, ne me condemnes ante conspectum Dei eo quod

afflixerim te, quia ignorans feci. Tu domina non dixisti mystetiū tuum, & ego non cognoui in veritate sanctam conuersationem tuā. Si enim cognouissem, te nunquā afflixissem. Et iussit sanctum corpus eius intra monasteriū in oratorio reponi. Eadem autē die puella illa cuius filius erat, arrepta a demonio venit ad monasteriū, & confitebatur crimen quod admiserat, & de quo viro concepisset, & septima die repaurationis eius in Domino ibi intra oratorium liberata est a demonio. Audientes autem qui erant in ipso emporio, & vicina monasteria mirabilia quae facta fuerant, accipientes cruces & cereos cum hymnis, canticis & psalmodia benedicentes Deum, venerunt in eodem monasterio, & ingressi oratoriū ubi corpus eius quiescebat benedixerunt Deum ubi (usque modo) Deus orationibus sanctae virginis multa facit mirabilia, ad laudem & gloriam nominis Domini, qui cum eterno patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

¶ *Incipit prologus in vitam sanctae Euphrosinae virginis, & primo de interpretatione nominis eius.*

Euphrosina dicitur quasi effra & syna. Effra dicitur vidēs vel fructifer, vel ferrilis. Syna dicitur mēsurā, vel manda-

tum vel rubus. Ipsa enim fuit videns in contemplatione, fructifera & ferrilis in bonorum operatione, mēsurata in temporalium necessitatum perceptione, mandatum scilicet seruās in obedientiae obseruatione, rubus incastitatis germinatione. Vel dicitur Euphrosina quasi Euphrosia. Euphrosina autē est herba medicina lis & valet cōtra caliginē oculorū. Sic Euphrosina verbis, vita & exemplo docendo illuminat oculos cordis nostri. Secundum nomen eius est smaragdus. Smaragdus autem est lapis nobilis & viridis perspicuus, & in frigidis regionibus inuenitur. Viriditas significat Euphrosinae virginitatem, perspicuitas vitae animositatem, regio frigida contra libidinis incentiuum, castitatem. Hiela pis flores marcidos ad recentiam pristinam reducit & recētes conseruat. Sic Euphrosina virgo uinca marcidos peccatores orationibus suis pristinae gratiae restituit, & bonos ac deuotos homines in gratia pristina conseruat.

¶ Finit prologus siue interpretatio nominis eius. Diligenter autem est notandum quod in historia sequenti quod habetur de Paphuncio laico tandem effecto monacho patre beatae Euphrosinae. Sed supra. 15. distinct. & in historia sancti Onulfrii. 83. habetur de Paphuncio anachorita.

¶ Incl

¶ *Incipit vita sanctae Euphrosinae.*

Fuit vir in Alexandria nomine Paphuncius honorabilis omnibus & custodiens mandata Dei. Hic accepit coniugem dignam generis sui & ipsa honestis moribus plena, sed sterilis non pergebat. Vir autem eius nimis fluctuabat eo quod non haberet filium, cui omnes facultates suas relinqueret, ut post obitum suum bene, & congruenter suam substantiam gubernaret. Coniux vero indigentibus non cessabat ministrare, nocte & die Ecclesijs Dei adhaerens, & obseruationibus orās & petens a Deo dari sibi filium maxime videns suum virum nimium fluctuantem. Multam etiam pecuniam erogans pauperibus, & orantibus poscebat impleri desiderium suum. Similiter autē & vir eius circūiens querebat inuenire aliquem hominem dignum Deo, qui posset precibus suis effectum desiderij eius perficere, & ita ambulauit ad quoddam monasterium, quia eiusdem monasterij pater, magnus apud Deum esse dicebatur. Illicque ingressus, & multam pecuniam offerens, multam etiam ab abbate fiduciam, & ab vniuersis fratribus consecutus est. Post multum vero temporis indicauit abbati causā desiderij sui, compatiens illi postulauit a Domino dari illi fructum vetricis

& ambotam orationes exaudies Deus largitus est illi filiam vnā. Videns autem Paphuncius abbatem conuersationem, nunquam a monasterio recedebat unde coniugem suam introduxit ut benediceretur ab abbate & a fratribus. Tollentes autem infantulam lacte, & facta annorum septem baptizata est; imposueruntque illi nomen Euphrosina. Gaudebat autem super illam parentes eius, quia erat accepta Deo, & pulchra facie. Facta igitur annorum duodecim mater eius migrauit ex hoc seculo. Remansit autem pater eius erudiens eam literis & lectio nibus, ceteraque huius mundi sapientia. Puella vero tantam accipiebat disciplinam, ut miraretur pater illius prudentiam. Opinio autem eius peragravit totam ciuitatem, seu de sapientia eius & doctrina, & quia nimis pulchra erat & composita vultu, & animo. Multis autem decertantibus cum patre eius de ea, ad finem peruenire non poterant, sed ipse pater tantum dixit, Domini voluntas fiat. Vnas autem exuperans omnes in honore, & diuitiis, accessit patrem eius & postulauit ab eo dari filiam eius filio suo in matrimonium. Et concedens fieri conuete desponsauit eam illi. Post non multum vero temporis accipiens eam Paphuncius, dum esset annorum

O 1 decem

decem & octo abiit in monasterium cum ea in quo consueuerat venire. Multamque iterum pecuniam largitus est, ad necessaria fratrum dixitque abbati. Fructum orationum tuarum adduxi tibi, ut ores pro ea, quia iam ad nuptias eam tradere volo. Iussit autem abbas introduci eam in xenodochium monasterij, & locutus est cum ea benedicensque exhortatus est eam de castitate & patientia timoris Dei. Facies autem ibi tres dies aurem quotidie ponebat ad psalmos, & videns singulorum conuersationem & spirituale propositum mirabatur eorum vitam dicens. Beati sunt viri isti, qui & in hoc seculo similes sunt angelis & post hoc vitam eternam consequuntur. Et cepit cor eius sollicitans esse, & zelo timoris Dei, post tres autem dies, dixit Paphuncius ad abbatem. Veni pater ut saluter te ancilla tua, & ora pro ea, quia ambulare volumus in ciuitatem. Cumque venisset abbas proiecit se ad pedes eius dicens. Obsecro pater ora pro me, ut lucretur Deo animam meam, Extenditque manum & benedixit eam dicens. Deus qui cognoscis hominem an tequam nascatur, tu istius ancillae curam habere dignare, ut mereatur portionem & confortium in regno caelorum. Et commendantes se seni abierunt in ciuitatem. Pater vero illius, si aliquan-

do inueniebat monachum aliquem adducebat in domum suam petens ut oraret pro ea. Vna autem die anniuersaria qua ordinatus est abbas vnum ex fratribus misit ad Paphuncium, ut inuicaret eum ad solennitatem abbatis. Qui abiens in domum eius requisit eum. Pueri autem dixerunt. Processit. Audiens autem Euphrosina & aduocans illum fratrem, coepit interrogare eum. Dic mihi frater pro charitate. Quanti fratres estis in monasterio? At ille frater dixit. Trecenti quinquaginta duo. Dixit ei puella. Qui voluerit illuc venire ad conuersationem vestram sanctam suscipiet ne illum abbas uideret? Respondit ei. Etiam cum gaudio magno suscipit illum, maxime propter vocem Domini, qua dixit. Qui venit ad me non eiciat eum foras. Dixit ei Euphrosina, omnes ne in vna Ecclesia psallitis, & aequaliter ieiunatis? Dixit ei monachus ille. Communiter quidem psallimus unusquisque vero ieiunat, quomodo vult, aut quantum valet, ut non fiat conuersatio contra voluntatis, sed proprii arbitrij spontanea voluntate. Omnem ergo perscrutans monachorum conuersationem, dixit ad monachum. Volebam abire & peruenire ad huius inenarrabilis vitae enormitatem, sed timeo inobediens esse patri meo, qui pro vana & caduca huius seculi substantia

tia

tia cupit me tradere viro. Dixit ei monachus. Soror non permittas, ut polluat homo corpus tuum, & ut iradas talem pulchritudinem pari opprobrium, sed desponsa te Christo, qui tibi potest pro omnibus istis transcurribus dare regna caelorum & cum angelis confortium. Occulte autem exiens vade in monasterium mutato habitu seculari, indutaque veste monachica, ut possis euadere. Quae cum audisset, placuit ei & dixit. Et quis me habet tondere? Nolebat enim a laico tondi quia non seruat fidem. Dixit ei monachus. Ecce pater tuus veniet mecum ad monasterium & faciet tibi tres dies aut quatuor. Tu autem adducendum de monachis & quomodo vales occurrerit tibi cum gaudio magno, haec & his similia illo dicente ad Euphrosinam venit Paphuncius, & videns monachum interrogauit eum dicens. Quid ad nos fastidium sumpisti Domine? Et dixit ad eum. Anniuersarius dies est monasterij, misitque abbas ut venias & accipias benedictionem. Gausus autem Paphuncius pater Euphrosinae, & ingressus cum monacho in nauiculam, & abierunt in monasterium. Cum autem ibi esset, misit Euphrosina vnum fidelissimum seruum dicens. Vade in monasterium Theodosij, ingressusque Ecclesiam monachum quem

ibi inuenieris, adhuc tecum misericordia autem Dei, ecce monachus veniebat de monasterio, videntem quam secum habebat, & videns eum puer rogauit, ut veniret ad Euphrosinam. Qui cum venisset, videns eum puella, salutauit eum dicens. Ora pro me pater & orans benedixit eam, & sedir. Dixit autem ei Euphrosina. Domine mi, ego habeo patrem Christianum & seruum Dei diuitiarum possessorem substantiosum nimis, habuitque uxorem ex qua me genuit, quae transiit de hac vita, vult autem pater meus pro omnibus rebus suis tradere me seculo huic iniquo, & ego nolo inquinari in eo, & quid faciam penitus ignoro. Totam enim noxam sine somno pertransiui, postulans Deum, ut ostenderet misericordiam suam. Et mane facto, placuit mihi mittere in Ecclesiam & adducere vnum ex fratribus ut ab ipso audirem verbum Dei, & quid facere debeam. Postulo autem pater pro mercede animae tuae sciens quia a Deo missus es, doce me quae Dei sunt. Dixit ei senex ille. Dominus dicit, si quis non abrenunciauerit patri & matrem, & filios, insuper & animam propriam, non potest meus esse discipulus. Et quid tibi possim plas dicere, ignororamen si potes ferre tentamenta carnis relinque omnia & fuge, fa-

cultates enim patris tui multos inueniēt heredes. Ecce rapacia, & lerochomia, xenodochia, monasteria, viduae, pupilli, infirmi, captiui, si voluerit & placuerit patri tuo his relinquat, tu autem sola ne perdas animam tuam, dixit ei puella. Confido in Deum & in orationibus tuis quia ad laborandum habeo pro anima mea Deo auxiliante. Dixit ei senex. Talia desideria a firmitate non declinentur: scit enim tempus poenitentiam agere. Dicit ei Euphrosina. Et ideo te fatigauit, vt impleas desiderium meum, & facta oratione benedicas me, & abscondas comam capitis mei. Et surgens senex facta oratione, abscondit comam capitis eius, & induit eam tunica scematis & orans per ea dixit, Deus qui liberauit omnes sanctos tuos, ipse te custodiat ab omni malo. Et hanc dicens senex discessit ab ea, gaudens & glorificans Deum. Euphrosina autē cogitans in semetipsa dicit. Si ambulauero in monasterio puellarum pater meus requiritens inueniet me, & violenter trahet me inde propter sponsum meum. Proinde pergam ad monasterium virorum, vbi nullus suspicetur me esse. Et hanc dicens, proiecit vestem muliebrem. Et induit virilem. Et sero exiit de domo sua accipiens secum quingentos solidos: & abscondit se in quodam loco per totam

noctem. Mane autem facto venit pater eius in ciuitatem, volente autem Deo statim in Ecclesiam ambulauit. Euphrosina igitur peruenit ad monasterium illud, vbi pater eius notissimus erat, & nunciavit abbati per ostiariū dicens. Eunuchus quidā de palatio veniens ante ostiū stat, cupiens loquitur cum. Egressus autem abbas proiecit se in terram & facta oratione sederunt, dicit ei senex. Quid est quod venisti fili? dicit ei Euphrosina. Ego quidem de palatio fui Eunuchus, & desiderium habui semper conuersationem agere monachorum, & ciuitas nostra non valde hoc habet studium conuersationis, notum autem factum est mihi de bona vestra conuersatione, & cupio habitare vobiscum: si placuerit vobis. Habeo enim possessiones multas, & si uiderit mihi Deus requiem, adducam eas huc, dicit ei senex: Bene uenisti fili, ecce monasterium, si tibi placet habitare nobiscum, dicit ei Abbas. Quod est nomen tuum? Dicit ei, Smaragdus. Dicit ei senex. Iuuenis es non potes solus sedere, opus est tibi habere magistrum, vt doceat te regulam & conuersationem monachorum. Dicit abbati. Sicut iubet Domine mi pater, sic faciam, & protulit quingentos solidos deditque in manu abbatis dicens. Accipe pater interim illos

si uide-

si uidero quia possū sufferre hic veniant & illa reliqua. Vocauit autem abbas vnum fratrem Agapitum nomine, virum sanctum & compassibilem, & tradidit in manu eius Smaragdū & dicit ei. Ecce modo hic erit filius tuus & discipulus, talem eum conigna, vt exuperet magistrum, & flexis genibus facta oratione conignauit eum, & respondentes omnes dixerunt. Amen. Suscepit eum Agapitus in cellam suam & quia habebat vultum decorum Smaragdus, dum ueniebat in Ecclesiam ad deprecandum Dominū multos illorum diabolus excitabat aduersus decorum vultus eius per malas cogitationes, ita vt omnes molesti essent abbati, qui talē pulchritudinē duxisset in monasterium. Hec audiēs abbas, vocauit Smaragdum, & dixit ei. Fili pulchra est facies tua, timeo ne sit ruina infirmis fratribus, placet nobis, vt sedeas solus in cella tua, & ibi conuenit tibi manducare, & psallere & non inde te egressurum alicubi, & praecepit Agapito, vt praepareret cellam solitariam, vt in ea solus degeret Smaragdus. Fecit autē Agapitus omnia quae a patre monasterij fuerāt imperata, & introduxit Smaragdū in cellam solitariam, & erat ibi orationibus vacans ieiunijs, & vigilijs nocte ac die operam dabat ser-

uicijs Domino in simplicitate cordis ita vt miraretur praedi & frater, qui eum susceperat, & omnibus fratribus retulit eius constantiam, & omnes collaudabant Deū qui in infirma aetate talia operabatur. Paphūcius autē pater eius cum reuersus fuisset de monasterio ad domum propriam festinans ingressus est cubiculum, in quo filia eius manere solita erat. Et non inuenta tristis tremensque effectus, cepit exquirere anxius seruos, & ancillas, quid de Euphrosina filia eius actum esset. Pueris autem dicentibus quia nocte videmus eam mane autem facto non comparuit, putauimus enim quod pater illius qui eam desponsauerat uenisset & tulisset eam. Misit igitur seruos suos ad domum illius & non inuenerunt eam. Audiēs autem sponsus & pater contristati sunt valde. Et uenientes ad Paphūciū inuenerunt illum vehementer afflictum iacentem in terra, & dixerūt ei, forsitan aliquis seduxit eam, & fugit cum illo. Satimque serui cum equis per rotam Alexandriam & Aegyptū missi sūt. Erant autem ibi & naues intrantesque in eas requirebāt per viā & scrutantes monasteria puellarum, Eremum, speluncas, per domosque amicorū & vicinorū & nusquam reperitā lugebant eam si mortuam. Sacer nūrum spon-

sus sp̄sam flebat, pater lugebat
 filiam dicens. Heu heu filia dul-
 cissima, heu me lumen oculorum
 meorum consolatio vitæ meæ.
 Quis meam inuasit facultatem.
 Quis meam possessionem parit?
 Quis meam venam exiccavit. Quis
 lucernam meam extinxit? Quis
 meam spem fraudavit? Quis pul-
 chritudinem filiae meæ violavit.
 Quis putas lupus agnam meam
 dissipat? Qualis locus talem vul-
 tū regit. Quale pelagus captiuā
 ducit illam imperialem faciē: illa
 generositatis constitutio, illa ma-
 le habentiū consolatrix, illa labo-
 rantiuū requies gemētium portus
 erat. Terrane ceteris sanguinē meū
 donec videam quid Euphrosinæ
 filiae meæ contigerit, hæc & his-
 similia Paphuncio persequente.
 eleuauerunt omnes qui aderant
 vocem & flebant, ita vt omnis ci-
 uitas lamentaretur eam. Nō suffe-
 rēns autem Paphuncius, nec inue-
 niens consolationem, perrexit ad
 memoratum senem de quo supra
 diximus, & procidit ad pedes ei-
 us dicens. Peto necesse orare, vt
 inueniatur labor orationum tua-
 rum. Nescio enim quid acciderit
 Euphrosinæ filiae meæ. Audiens
 autem venerabilis pater contri-
 status est valde, & iussit adesse
 omnes fratres, & dixit eis. Osten-
 dite charitatem fratres, & postu-
 late à Domino, vt dignetur vo-
 bis ostendere, quid factum sit de

filia amici nostri Paphuncij, &
 ieiunantibus omnibus & oranti-
 bus in tota hebdomada, nihil eis
 reuelatum est de Euphrosina, si-
 cut solebat quando aliunde ro-
 gabant Dominum. Oratio enim
 Euphrosinæ erat ad Dominum
 die noctuque, ne manifestam eā
 faceret in vita sua. Cum autem
 nec seni, nec alicui fratrum reue-
 latum esset, cepit abbas consolari
 eum dicens. Fili noli deficere à di-
 sciplina Domini, quia quæ dili-
 git De⁹ corripit, & hoc scias quia
 hinc voluntate Domini, nec vnus
 passerum cadet in terram, quāto
 magis filia tua absq; illius iurē
 nihil prouenit. Scio enim quia bo-
 nam partem elegit sibi, propterea
 nobis nihil de ea reuelatum est, si-
 nim (quod absit) in malis operi-
 bus incidisset, nunquam despexis-
 set Deus tantorum fratrum labo-
 rem. Habeo fiduciam in Domino
 quia in hac vita ostendet tibi Do-
 minus eam. Audiens hoc Paphun-
 cius, recepit consolationem, &
 osculatus senem, & omnes fra-
 tres remeavit ad sua, gratias a-
 gens Deo & orans quotidie bo-
 nis operibus & elemosynis in-
 tentus erat. Post aliquantos vero
 dies, visitabat monasterium, con-
 mendans se orationibus fratrum.
 Vna autem die veniens ad abba-
 tem, proiecit se ad pedes eius di-
 cens. Ora pro me pater non pos-
 sum ferre dolorem de filia mea,
 sed

sed magis ac magis renouatur ac
 crescit vulnus de die in diem, &
 tribulatur anima mea. Videns au-
 tem eum senex nimium afflictū
 dicit ei. Vis colloquium habere
 cum vno fratre spirituali, qui ve-
 nit de palatio Theodosij? igno-
 rans, quod ipsa esset Euphrosina
 filia eius, Paphuncius dixit. Volo
 & vocauit Abbas. Agapitum di-
 xitque ei, Tolle Paphuncium &
 introduce eum in cellam Smara-
 gdi, & introduce eum in cellam
 eius, nihil ei antea innotescens.
 Cum autem subito vidisset patrē
 suum, & cognoscens eum tota la-
 chrymis repleta est. Paphuncius
 autem sperabat compūctum esse
 fratrem illum, non enim cogno-
 uit eam: quia species vultus eius
 emarcuit, præ nimia abstinentia
 vigilijs & lachrymis. Cuculla au-
 tem operuit faciem suam, ne ali-
 quo modo agnosceret eam: facta
 autem oratione sederunt. Cœpit
 autem ei loqui de futura regni
 beatitudine: & gloria sempiter-
 na, quomodo per elemosynam
 & castam vitam bonamque con-
 uersationem, & per humilitatem
 & charitatem ad eam quis posset
 pertingere, & de contemptu fe-
 culi, nec plus diligendum esse fi-
 lium quam Deum, nec patrem su-
 per eum, qui habet potestatem.
 Apostolicam quoque scripturam
 interpretans quomodo tribulatio
 patientiā operatur: patientia au-

tem probationem. Videns autem
 patrem suum in graui mœrore de-
 pressum, compatiebatur ei. Sed
 timens ne agnosceretur, & impe-
 dimentum ei faceret: volens au-
 tem eum consolari dixit ei, crede
 mihi: quia non despicit te Deus,
 & si in perditionem isset filia tua
 manifestaret eam tibi Deus, vt
 nec illa a Diabolo retenta infer-
 ret tibi, & sibi luctum perpetuū.
 Sed crede in Deum, quia bonum
 consilium elegit, sicut dixi secun-
 dam vocem Euangelij, qua dicitur.
 Qui diligit patrem & matrē
 super me, non est me dignus, & si
 quis non abrenuntiauerit omni-
 bus quæ possidet, nō potest meus
 esse discipulus. Potens est Deus,
 & in hoc seculo manifestare eam
 tibi. Sine etiam sine, quid temer-
 ipsum constritando perdis? Age
 gratias Deo nihil desperans: nam
 & Agapitus magister meus mul-
 totiens nimis tristis dicebat mihi
 Quia venit quidam homo nomi-
 ne Paphuncius operibus bonis in-
 tentus, qui filiam suam tanquam
 mortuam lugebat, nesciens quid ei
 acciderit, & nimia lamentatione
 affligitur, & maxime quia vnica
 erat illi, & cum lachrymis proie-
 cit se ad pedes Abbatis: vt per ei-
 us orationes & omnium fratrum
 posset inuenire eam. Et compati-
 tiens dicebat mihi. Quomodo &
 omnes fratres, ita & tu roga pro
 eo Deum. Et ego quasi indignus

& conscius malorum sapius deprecabatur Dominum ut dignetur tibi sufferentiam tribuere longanimitatem, & quomodo expedit adimpleat tam de te quam de filia tua. Pro hoc & frequenter videre te volui & colloqui tecum, ut aliquam consolationem per me humilem forsitan inuenires: ut autem non cognosceretur per multa colloquia dicit ad Paphuncium Vade domine mi. Dum recedere vellet Paphuncius anima illius confortabatur illi. Facies autem eius pallescebat & replebatur lachrymis pro nimio autem ieiunio & diutina inedia sanguinem Euphrosina vomebat. Multum enim confortatus Paphuncius in admonitione eius discessit ab ea & veniens ad Abbatem dixit: edificata est anima mea ab isto fratre: & ita factus est in gratia Dei & consolatione eius tanquam si inuenissem filiam meam. Commendansque se orationibus Abbatis & omnium fratrum reuerfus est in domum suam magnificans Deum. Completo autem Smaragdus intra cellam suam triginta octo annis incidit in infirmitatem qua mortuus est. Quadam vero die secundum consuetudinem venit Paphuncius ad visitandum monasterium. Et post orationem, & salutationem fratrum dixit seni. Si inbes pater permitte me Smaragdum videre, quia

valde desiderat eum anima mea. Vocatoque Agapito precepit ei de Paphuncio ad visitandum Smaragdum. Introiens autem Paphuncius ubi ager iacebat cepit osculari eum cum lachrymis dicens, Heu me, ubi sunt promissiones tuæ, ubi verba dulcia quibus mihi vitam meam videndam oculis meis promittebas? Ecce non solum illam non videbo: sed & tu per quem consolationem non modicam habebam relinquis nos. Heu me, quis nam consolabitur senectutem meam? Ad quem ibo? Quis mihi erit adiutor? duplex malum modo lugeo. Triginta & octo anni sunt, quod perdidit filiam meam nihil mihi actum est: sed & die noctuque orabam pro ea: & similis illius detinet me incomparabilis dolor. Quid sperem a modo? Vbi consolationem meam inuenio? Iam descendo lugens in infernum. Videns autem Smaragdus eum vehementer plorantem & nullam consolationem recipientem ait ad eum. Quid turbaris & te ipsum interficis? Nunquid inualida est manus Domini, aut Deo quicquam est difficile? Iam pone finem tristitiae tuae & recordare quomodo Patriarchæ Jacob manifesta uerit Deus Ioseph quem quasi mortuum lugebat. Sed obsecro te ne pertres dies me deseras neque derelinquas. Hæc itaque Paphuncius intra semetipsum dixit. Forsitan

Deus

Deum reuelabit ei aliquid de me. Tertio autem die dicit ad Smaragdum. Expectavi sicut rogasti me domine meus. frater & non discessisti alicubi per tres continuos dies. Cognoscens autem Smaragdus (qui & Euphrosina) quia instabat dies dormitionis eius, vocauit Paphuncium & dixit ad eum. Quia Deus omnipotens bene disposuit miseriam meam & impleuit desiderium, meque usque in finem viriliter certando perduxit, non mea virtute sed eius adiutorio quime custodiuit ab insidijs inimici, peracta cursu superest mihi corona iustitiae: nolo te sollicitum relinquere pro filia tua Euphrosina. Ego sum illa misera, & tu es pater meus Paphuncius. Ecce iam vidisti me & satisfactum est tibi. Sed nemo hoc sciat & non permittas ab alio corpus meum nudari & lauari: sed per te ipsum hoc facies. Et quia promisi Abbati habere me possessiones multas, & si potuissem sustinere & perdurare in loco isto adducere eas huc, imple ergo pater quod promisi. Et scio quod venerabilis est locus iste & ora pro me, & hæc dicens tradidit spiritum. Dum audisset Paphuncius pater eius talia verba & vidisset quod obdormiuit, commota sunt omnia viscera eius ceciditque in terram: & factus est velut mortuus. Accurrēs autem Agapitus vidit quia defunctus esset Smaragdus

& in Paphuncium iacentem in terra semivivum iactavit aquam in faciem eius. Et leuauit eum dicens. Quid habes domine mi Paphuncius? Ait autem Paphuncius. Dimitte me ut hic moriar. Vidi enim mirabilia hodie. Surgens autem irruit in faciem eius multitudinem lachrymarum effundens, clamauitque dicens, Heu me dulcissima filia quare antea non manifestasti mihi: ut & ego morever tecum spontanea voluntate. Vix mihi quomodo latuisti, quomodo transisti insidias aduersariorum & nequitas spirituales vite huius & introisti vitam æternam. Hæc Agapitus audiens, & cognoscens tam admirabilem causam, stupefactus est, & currens nuntiavit omnia Abbati. Veniens autem Abbas cecidit super eam, et eiulans dicebat Euphrosina sponsa Christi & filia sanctorum ne obliuiscatis seruatorum & huius monasterij. Sed ora pro nobis ad Dominum nostrum Iesum Christum, ut faciat viriliter certando venire ad portum salutis & portionem secum habere, & cum omnibus sanctis suis. Et iussit Abbas, ut congregarentur omnes fratres, & cum honore debito sanctum corpus illius sepulture daretur. Dum autem congregati adessent, & vidissent tam stupendum miraculum glorificabant Deum, qui etiam in femineo sexu & fragili tanta mirabilia

rabilia operatur. Quidam autem frater unum habens oculum osculatus est vultum eius cum lachrymis: statimque ut eam tetigit, oculus eius ei restitutus est. Et videntes omnes fratres qui aderant benedixerunt Deum gratias agentes ei cuius sunt omnia bona que sunt. Multumque confortati & edificati, sepelierunt eam cum maxima deuotione in sepulchro patrum. Pater vero eius omnia que habuit in Ecclesiis & monasteria offerens conuersatus est in eodem monasterio, plurimam partem substantie sue ibidem offerens in eodem stratu dormiens, & in eadem cella demoratus est, in qua & filia sua Euphrosina. Vixit autem Paphuncius pater sancta Euphrosina, in sancto proposito annos decem, & migravit ad dominum, & iuxta filiam suam sepultus est, glorificante Deum Abbate, cum omni congregatione sua. Dies autem migrationis eorum ad dominum, celebratur in eodem monasterio vsque in presentem diem glorificantes Deum patrem & filium cum sancto spiritu. Amen.

Incipit vita sancti Frontonij Abbatis.

Quoniam sepe desideratis audire que sancta sunt, & ego placide disposui operari, iam non in pellibus caprarum neque earundem pilis

sed auro & argento gemmisque pretiosis decreui construere templum Dei, ut & nos tanquam lapides viuus edificemur in domum spiritualem, ex operibus mediocrium proficientes in Christo Iesu Domino nostro, quid nunc apud Nytriam gestum sit referam, & non prateribo veritatem vllomodo, quoniam satis edificat monachos præsens opusculum.

Igitur Frontonius verus Dei seruus studio Dei timoris de die in diem proficiens, publicam communemque vitam perhorrens, viam desiderans solitudinis, conuocatis ad se fratribus dixit (erant enim cum eo viri circiter septuaginta) En quid vobis & mundo damnable: cuius operibus renuntiare omnimodo concedet, ut caelestem consequamur salutem. Quapropter pergamus ad Eremum nihil nobiscum ferentes, ad acquirendam caelestem gloriam, & superiorem inuestigemus ex virtutibus disciplinam. His dictis vniuersi consensere, deferentesque ad Eremum secum parua holerum semina, & his acutas paruosque sarcinulos (vnde humum foderent) profecti sunt. Venerunt ergo ad Eremum, rursumque Frontonius ait, Dominus in Evangelio dixit. Nolite cogitare quid manducetis aut quid bibatis, aut quo operiamini. Hec enim omnia gentes mundi quaerunt. Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius,

eius, & haec omnia adijcientur vobis. Teneamus promissum & inueniemus in nobis opus Domini conseruatum. Omnes ergo habitabant in Eremo in opere Domini iugiter laborantes, & in agone spiritali proficientes. Adiuuabat enim seruos suos dominus. Ipse autem Frontonius non pro se tantum, sed procunctis orabat sciens scriptum esse, non quaerens quod mihi vile sit: sed quod multis, ut salui fiant. Cumque in eadem Eremo longo tempore moraretur tetare eos aduersarius Christianorum cepit, quod debuissent in seculo demorari, quia anachoritarum vita durissima est & nemo eam potest sufferre, murmuraueruntque in cordibus suis dicentes. Quid est quod voluit pater noster Frontonius, ut habitemus in Eremo? Nunquid illi qui in urbibus & in castellis habitant Deum videre non possunt & qui in Eremo habitant caelos vident? Nonne eos boni actus commendant? Quis nam poterit cibo viuere angelorum? Ecce morimur fame defectus vigiliarum non capit labor: sed aciora franguntur ieiunia, fiunt debilia genua, ut vnusquisque nostrum non possit stare. Audiens quoque Frontonius eorum mururationem antequam ad eum conuenirent dicentes aliquid, ipse praeueniens eos ait. Quousque irritatis Deum

murmurantes in cordibus vestris & dicentes. Nunquid qui Eremum inhabitant hi tantum sunt Dei serui? & quis ex cibo poterit viuere angelorum? Conueniamus ad Abbatem & loquamur ad eum, ut habitemus in ciuitate: quia si qui nos illic viderint opportunas nobis iuxta Dei votum dirigent escas, prout cuique Dominus dederit facere. Illud autem scitote, quia non necabit Dominus fame animam iustam. Ecce oculi Domini super timentes eum, ut alat eos in fame & illud non memoramini scriptum, quod ait Apostolus, in fame & siti: sed in Eremo nunquam defuerunt radices herbarum nec mansistis aliquando ieiuni: Recordemini, quia antea locutus sum vobis. Nolite cogitare quid manducetis aut quid bibatis aut quo operiamini: haec enim omnia gentes mundi quaerunt. Nouit Dominus cibum dare timetibus se. Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius & haec omnia adijcentur vobis. Si enim Deus volatilia pascit & coruos non deserit, quo modo nos derelinquere poterit ipsum iugiter in mente habentes, eumque assidue orantes. Certe si fame defecerimus in Eremo nos Dominum accusemus & improperemus ei cum ad ipsum venerimus dicentes. Credidimus Evangelio tuo, ubi dixisti quod vnusquisque in te credentes: celi pabulo

lo pascis, fecimus cuncta quæ præcepisti, sperauimus in te & tu nos desperasti. Sed quia ibi nos probasti, hic magis ut probes veritatem redde quod promisti. Nolite ergo murmurare aduersum Deum, ne murmurantes sicut patres nostri in hac deserto à serpētibus pereatis. Quod si expectaueritis dominum, quando uoluerit dabit bona timētibus se. Quo dicto, siluerunt omnes paululum à murmuratione sua, erant enim in mortore positi. Ego igitur proposui uniuersa breuitate exequi & cuncta sermone rustico comprehendere, quæcunque sui profsequi tituli phas est, & per huius libelli sententias ac syllogismos, dulci eloquijs currere prout potest unusquisque, lector audire. Re deamus ad ordinem cœpti opusculi ut non cura videamur asserere. Venit itaque angelus missus à Domino ad quendam diuitem nocte, & dixit illi. Tu epularis in diuitijs splendide, & serui mei in Eremito indigent pane. Surge ergo diluculo, & mitte seruis meis escas, ex omnibus quæ tibi dedi: quia procuratorem te posui gregis mei, qui te celo lactante iugiter pauit, nec unquam dimisi. Ita ergo placuit mihi ex eleemosynaria degere pauperes meos qui in deserto spiritualiter uiuant & se mihi suo domino crediderant, & idcirco fac sermone quem mo-

do missus à domino loquor ad te. Quod nisi feceris, dissipasti fossus pacifici domini Dei tui. Ac ille tanto errore conuentus, ex illo somno expergiscitur, confurgensque mane, aduocatis necessarijs amicis seruisque suis fidelibus locutus est ad eos dicens, lacenti mihi nocte in lecto, quippiam somporis ceperam, & ecce subito nuntius mihi adsistit dicens, En tu epularis in diuitijs tuis splendide, serui vero mei in deserto indigent panibus. Surge ergo diluculo, & mitte seruis meis escas ex omnibus quæ dedi tibi, quia procuratorem te posui gregis mei. Ecce mittere quæro, sed ubi morietur serui Dei ignoro. Cupio præceptum implere admonitus, sed quis mihi ad quem dirigam locum ostendet? Angelus præcepit & Deus: qui seniores essis, ostendite locum. Et nemo ualuit illi indicare locum; quia in abdito montis manebat, & nemo ubi morarentur, agnouerat. Igitur altera nocte diuore comminatione conuentus, plagis confossus diues ille corripitur & uirgetur ut seruis Dei dirigeret escas iterum diluculo cōsurgens a prioribus amicis quærebat consilium ut sibi dicerent aut certe ab alijs inquirerent, ubi serui Dei morarentur. Aiebat ista cum magno fletu plagas ostendens, quibus de manu angeli fuerat nocte: correptus. Sed cum nemo posset locum

cum habitationis ostendere, vnus præ cæteris qui maioris erat consilij respondit & ait. Si uoueris accipere consilium meum charissime, forsitan erit tibi hoc salubre. Sunt tibi cameli septuaginta onera eos ex omnibus bonis quibus intelligis Dei famulos posse uesci, & dirige camelos per uiam hæmine ducete, & si ex Deo hoc factum est imperium animalia tua salua regredientur ad te. Auerō tibi à diabolo iactura immineret, libenter tolera flagella temporis quæ actiori forte cade corripiaris. Quod si hoc tibi consilium displicet quære alium, qui dare poterit melius responsum. Hæc dicens conticuit: sed ipsi diuiti, & qui cum eo erant huiusmodi consiliū bene placuit. Onerauit ergo sexaginta quinque camelos ex his quæ Dei serui comedere possent, quinque uero camelorum cibaria facta imposuit escas cunctorum animalium in maximo dol. re dicens. Si quis inuenierit eos & eorum exposuerit onera uisus cibarij miserabitur eis, & dabit eis manducare. Et cum ingenti fletu vno ordine incedens chordas, direxit eos per uiam commendans Domino, ut si ex Deo esset imperium remearent celeriter cū salute. Nullus uero ductor cum animalibus abiit. Et quando egressi sunt ianuam dimisit serulus primum camelam cuius duca-

lem tenebat, quem cæteri sequuntur, & abierunt per uiam iuxta præcinctorium montis, euntes soli. Sed nescio an soli cameli pergere potuerant, qui Domini nuntio præeunte, uiam directam, ut intellectum est, postea abierunt, & quarto die cōfecto itinere hora nona agentibus opus Dei fratribus, sicut quidam postea retulit nobis, ecce prius excubauit ante fores camelus: sed campanæ sonitum audire non potuit perstrepsos nos hymnorū. Abbas tamen ipse quoniam prope ostium erat prior uidit & gauisus est, valde angustus enim erat introitus monasterij, & solus Abbas fores suo statu claudebat, cæteris intropositis fratribus tacuit nihil respondens donec hymni complerentur. Tunc completo hymnorum ordine aduocatis fratribus pene impropetans ait. Ubi sunt murmurationes uestræ? Ecce Dominus imperio forti nobis escas ex alto misit cui uoluit viro prudenti imperans, adducit nobis camelos onustos. Venite deponamus onera ut possint refici animalia lassata. Tunc omnes mira gratulatione laudum communiter gratiarum actionem Deo reddiderunt, & gaudentes deponebant onera camelorum, supra quinque uero camelos referatis sarcinis cibaria repererunt. Abluentes igitur animalium pedes de stratu eorum fecerunt

præcipia & apposuerunt eis escas quas sibi ipsi portauerunt, nec non ipsi etiam discurrebant per omnes montes, an fractus notas inquirere herbas, ut laborantia animalia eis pluribus reficeretur. Mane autem facto Abbas consilium utile eligens & auaritiam omnino spernens medietatem sumpsit escarum: aliam vero partem diuidens super camelos omnes ne alij viderentur portare & fieret alijs iniuria omnibus medium imposuit onus, velut eulogia reuocans domino rerum, ut auaritiæ legem scindere, & medietatem oblationis proprio Domino camelorum consolans eum de animalium rationum periculo, simulque Dominum deprecans, ne accideret innocenti viro tanta iactura. Octaua autem die cum essent omnes in vnum collecti ieiuni, vnus qui leues ac tynulas aureas habebat per flamina ventorum campanulara rapiens sonitum paululum recitauit & cumbene tandem sonantes comprehenderet ait. Puto ex altitudine montium campanæ sonantis motus auditur. Tunc omnes egressi senserunt camelorum aduentus, gratulatio mirabilis accedit, lætitia facunda fit de consolatione viri. nam qui defuncta animalia aut perditia iam lugebat gaudens de perceptis animalibus lætabatur. Venerunt omnes illi si non tristes vultu nec macie ne-

cessitatis habentes. Suscepit ergo camelos suos homo ille cum magna gratiarum actione, & visis oneribus multo amplius recreatus exultat. Tunc & ille amicos & pauperes plures ad prandium nobile vocat, eisdemque eulogias indigentibus distribuit quas acceperat: sed & amicis qui aderant, ex eis largitus & ipse quoque benedictionem sanctæ iucunditatis accipiens, gaudebatur in Domino. Ex illo igitur tempore vsque ad mortem Frontonij, sic diues ipso notato tempore quando primū miserat escas necessarias ipsis dirigebatur, & alijs sic diuitibus dominus imperabat, ut ex omnibus dapibus irrigati nihil Dei serui cum sancto Frontonio minus haberent. Vigilabant in operibus Dei filij cum patre, & spiritualibus eos adimplens dapibus, admonebat quotidie sermone cælesti, exultans lætabatur in domino, qui sibi talem dederat intellectum, ut auium solitudinis loca digne quæssisset, legendumque hoc tradidit multorum ad ædificationem monachorum. Ille ergo magis erit melior in conspectu Dei, non quicumque legerit: sed qui credendo Domini seruis sic fecerit. Mercedem autem a Christo Iesu Domino nostro recipiet, qui elemosynam pauperibus erogauerit, & seruos Dei rectos corde intuitus fuerit in gloria Domini nostri Iesu Christi, cui

sti, cui est honor & gloria in secula seculorum amen. Hæc tempore Antonij Imperatoris gesta sunt, tertio decimo anno imperij eius.

Incipit vita sancti Simeonis Eremitæ, qui in columna stetit.

SANCTUS Simeon ex utero matris suæ electus est à Domino, & meditabatur placere illi, erat autem isti filius Susocion nomine, & nutriebatur à parentibus suis. Qui cum factus fuisset annorum tredecim, pascebat oues patris sui, & videns Ecclesiam, relictis pecoribus ingressus est, audiuitque Apostolum ibi legi, interrogansque vnum seniore ait, Domine quid est istud quod legitur? senex respondit ei, pro substantia animæ: ut discat homo timere Deum ex toto corde, & ex tota mente sua, dixit beatus Simeon. Quid est timere Deum. Dicit ei senior. Quare me flagitas fili. Eum quasi Deum inquit interrogo te. Ista enim quæ à te audio discere volo: quia ignarus sum & stultus. Respondit ei senior. Fili si quis ieiunauerit iugiter & obseruationes fecerit per momenta, & humiliauerit seipsum omni homini, & non dilexerit aurum neque parentes, neque vestimenta, neque possessiones, & honorat patrem & matrem, & sacerdotes Dei prosequitur, hic hæreditabit regnum æternum, & quid contrario

ista non custodit, hic hæreditabit tenebras exteriores, quas parauit Deus diabolo & angelis eius. Ista omnia filii in monasterio exaggerantur. Audiens hæc beatus Simeon cecidit ad pedes eius dicens Tu es pater meus & mater mea & doctor operum bonorum & dux ad regna cælorum. Tu enim acquisisti animam meam, quæ iam mergebatur in perditionem. Dominus reddat tibi vicissitudinem pro anima mea, ista sunt enim quæ ædificant: ego autem iam nunc vadā sicut docuisti in monasterium ubi Deus voluerit, & fiat voluntas eius in me, dixit illi senior, fili prius quæ ingrediaris monasterium audi quæ dico. Tribulationem habitures, necesse est enim est seruire & vigilare in nuditate, & indefinenter subire mala, & interum confortandus es, vas pretiosum Deo, & statim exiens beatus Simeon de Ecclesia, ibat in monasterium sancti Timothei magnifici viri, & procidens ante fores monasterij iacebat per dies quinq; non manducans neque bibens, & die quinta egrediens Abbas Timotheus, interrogauit eum dicens. Vnde es fili? aut quos parentes habes qui sic afflictus es aut quod est nomen tuum? ne forte aliquid mali gesseris, aut forsitan seruus sis & dæmonium fugis. Tunc beatus Simeon cum lachrymis dixit. Nequaquam Domine, sed opto ut sim seruus

Dei si ipse voluerit: quia volo saluare animam meam perditam. Iube ergo me introire in monasterium & omnibus deseruire, noli me foris diutius dimittere. Tunc apprehensa manu eius introduxit eum Abbas in monasterium dicens fratribus. Filioli mei ecce trado vobis istum fratrem, docete eum canones monasterij: stetit autem in monasterio quasi menses quatuor seruiens omnibus sine querela, in quibus Psalterium ex integro memoria commendauit, quotidie percipiens cibum diuinum. Cibum vero quem simul cum fratribus accipiebat tacite pauperibus erogabat, non sollicitus de crastino: fratres ergo ad vesperam: ille vero septimo die cibum sumebat. Vna autem dierum egressus ad puteum aquam haurire, sumpsit funem de situla: unde fratres aquam hauriebant, & inuoluit eum toto corpore suo nudo à renibus vsque ad collum, & ingressus dixit fratribus. Exiui haurire aquam & non inueni funem in situla, & illi dixerunt. Tace frater ne forte agnoscat Abbas quousque tempus praterit. Putrefactum est autem corpus eius de obligatione, & asperitate funis: quia secabat eum vsque ad ossa ingressus est enim in carnem ita ut vix appareret. Quadam autem die exeutes aliqui de fratribus inuenerunt eum cibum suum datem

pauperibus & regressi dixerunt Abbati: unde nobis audixisti hominem istum? Non possumus abstinere sicut ille, de Dominica enim in Dominicam ieiunat, cibos quos accipit pauperibus erogat, sed & factor grauisimus exit de corpore eius: ita ut nullus iuxta eum stare possit, & cum ambulat vermes de corpore eius cadunt, lectusque eius plenus est vermibus: tunc exiens Abbas inuenit sicut illi dixerunt, cui ait. Fili quid est quod dicunt fratres de te, non tibi sufficit ieiunare sicut nos? audisti Euangelium de doctoribus dicere: quia non est discipulus super magistrum: erit autem omnis perfectus, ut sit sicut doctor eius, dic mihi fili, factor iste unde procedit: stans beatus Simeon, nihil respondit. Et iratus Abbas iussit eum spoliari & iuenerunt funem circa corpus eius, ita ut nihil appareret de eo nisi summitas tantum, exclamans autem Abbas voce magna dixit. Unde nobis aduenit iste homo destruere volens regulam monasterij. Rogo ergo te discede hinc & perge quouis cum multo dolore & labore tulerunt à corpore eius funem de quo erat inuolutus, vna cum carne eius putrida, facientes autem illi studium per multos dies sanauerunt eum. Sanatus autem post hec exiit de monasterio nullo sciante, & ingressus est puteum desertum vbi non erat aqua non longe

longe à monasterio, vbi immundi spiritus in habitabant. Et ipsa nocte reuelatum est Abbati, quod multitudo populorum circundauerunt monasterium suum cum fustibus, & gladijs dicentes, da nobis seruum Dei Simeonem Timothee, sin autem incendemus te cum monasterio tuo, quoniam exasperasti hominem iustum. Qui euigilans ait fratribus. Filioli mei, visionem vidi, & multum turbatus sum in ea. Et in alia nocte vidit multitudinem virorum fortium astantium, & dicentium ei. Da nobis seruum Dei Simeonem dilectus est enim Deo & angelis, quare illum vexasti? maior te est apud Deum, omnes enim angeli contristantur propter illum, ipsum autem proponere habet Deus in mundo, ita, ut per illum multa signa fiant, qualia nemo fecit. Tunc exurgens Abbas, cum magno timore dixit fratribus. Requirite mihi hominem illum, & adducite in hunc locum ne forte omnes moriamur propter illum. Vere enim sanctus Dei est, mirabilia enim magna vidi & audiui de illo. Tunc omnes monachi exierunt eum querere & omnia perlustrantes & non inuenientes, renuntiauerunt Abbati dicentes. Nullam locum reliquimus vbi eum mon quæ fuisset, nisi tantum

in deserto puteo. Respondit Abbas. Rogo vos fratres ire ad perquirendum eum: sed ego vadam vobiscum, vere sanctus & seruus Dei est. Et sumens secum quinque ex illis, venit ad puteum. Et faciens orationem descendit cum fratribus in puteum. Videntque illum beatus Simeon cepit rogare dicens. Rogo vos serui Dei dimitte me vna hora, ut reddam, spiritum meum: adhuc enim modicum deficiens est, valde autem fatigatur anima mea, quoniam exasperaui domum. Dicitque ad illum Abbas veni serue Dei, ut deducamus te in monasterium cognoui enim dete, quia seruus Dei es. Illo vero nolente adducunt eum ad monasterium, & omnes prosternunt se ad pedes eius stantes & dicentes. Peccauimus in te famule Dei, indulge nobis. Beatus autem Simeon gemebar dicens. Quare grauatis infelicem & peccatorem? Vos autem estis serui Dei & patres. Stetit autem ibi quasi annum vnum. Post hec egressus occulte non longe à monasterio, ibique multo tempore fuit. Edificauitque sibi clausuram ex lapide siccis, ibique fuit annos tres, & veniebat ad eum multi ad orationem. Deinde fecit columellam cubitorum quatuor stetit in ea annos quatuor, crescebat autem de eo fama facta per

orbem terræ, & faciunt ei columnam habentem cubitos duodecim & stetit in ea annos duodecim. Rursumque fecerunt columnam cubitorum viginti stetitque in ea annos duodecim. Tunc congregati sunt omnes habitatores loci illius & ædificauerunt iuxta ipsam columnam basilicas duas, & columnam cubitorum triginta, & super ipsam stetit annos quatuor, & cepit virtutes facere. Multi lægidi veniebant ad eum, & dæmonia habentes, & curabat eos, cæci visum recipiebant, debilius manus restituebantur, surdi auditum recipiebant leprosi mundabantur. Multas gentes inclinavit ad fidem christianam idem Sarracenos Persas Armachinos & Laotos, similiter & Alophilos, audientemque de Deo de virtutibus eius conveniebant & adorabant Deum. Tunc invidus diabolus transformavit se in speciem angeli, fulgens in splendore cum equis igneis, & currus igneus apparuit iuxta columnam ubi stabat beatus Simeon illuxitque cum fulgore & splendore quasi in specie angeli fulgens. Et dixit diabolus blandis sermonibus. Simeon audi verba mea quæ tibi Dominus mandavit, Misit me angelum suum cum curru igneo & equis igneis, ut rapiam te quomodo rapui Heliam. Tempus tuum iam est, & tu similiter ascende iam mecum in currum, quia Dominus cæli & ter-

ra me transmisit huc, ascendamus pariter in celos & videant te angeli & archangeli cum Maria matre Domini, cum Apostolis & Martyribus, Cōfessoribus & Prophetis, quia gaudent videre te ut ores Dominum qui te fecit ad imaginem suam. Etiam locutus sum tibi ne tardes ascendere. Sic Simeon completa oratione dixit, Domine vis rapere me peccatorem in celum? Et eleavit dexterum pedem ut ascenderet in currum, levavitque dexteram manum & fecit signaculum Christi. Cū signum crucis fecisset continuo diabolus nusquam comparuit: sed cum argumento suo cuavit sicut pulvis ante faciem venti. Tunc intellexit Simeon artem esse diaboli. Reversus ergo in se dixit pedi suo, non reverteris retrorsum hinc: sed stabis hic usque ad obitum meum donec accesserit dominus me peccatorem. Interea diabolus in frigore appositus vulnus super femur eius & putrefactum est ita, ut multitudo vermium scatescens de eo descenderent de corpore eius, decurrebantque de pedibus eius, in columnam, & de columna in terram. Anno autem integro stetit in columna super unum pedem. Quidam autem iuvenis astitit ei Antonius nomine qui vidit & scripsit hæc. Iuxta præceptum illius colligebat vermes, qui cadebant ad terram, & porrigebat

gebat illi sursum. At ille ponebat eos sibi in ipso vulnere ad similitudinem iusti Iob, dicens, Manducare quod vobis dominus dedit. Audiens autem Basilicus Rex Sarracenorum famam eius venit ad eum. Videns autem illum stantem sursum & orantem subito cecidit vermis de corpore eius. At ille currens apprehendit eum in fide & posuit super oculos suos. Et videns Simeon ait. Quare hoc fecisti vir illustris à me & me gravasti? Vermis est enim de corpore meo putrido, & cum audisset Rex Basilicus aperiens manum suam invenit margaritam pretiosissimam, & dixit ad beatum Simeonem. Non est vermis putridus, sed margarita pretiosissima. Cui ille respondit. Homo secundum fidem tuam data est tibi, & benedicetur in manibus tuis omnibus diebus vitæ tuæ. Et ita regressus est homo ille plenus fide, post multum vero temporis audiens mater eius famam de eo venit videre eum: sed prohibita est videre eum: quia locum illum mulier non ingrediebatur. Cum autem audisset beatus Simeon vocem matris suæ dixit ei. Sustine mater modicum tempus, & simul nos videamus si Deus voluerit. At illa hæc audiens flere cepit & rogare, ut eum videret, & solatis crinibus increpabat eum di-

cens, Fili quare hoc fecisti? pro utero quo te portavi lactasti me lactu, pro lactatione qua te lactavi dedisti mihi lachrymas, pro osculo quo te osculata sum dedisti mihi amaras lachrymas: pro dolore, & labore, quem passus sum imposuisti mihi gravissimas plagas. Et tantum locuta est, ut nos omnes faceret flere. Audiens beatus Simeon vocem genitricis suæ posuit faciem suam in manus suas & ploravit amare mandavitque illi dicens, Domina mater quiesce modicum tempus & videbimus nos in æterna requie. At illa cepit dicere, per Christum qui te plasmauit si est possibile videndi te in tanto tempore alienum à me permitte me videre te aut si non vel vocem tuam audiam & statim moriar, quia pater tuus in tristitia propter te mortuus est. Et nunc ne me in ipsa amaritudine perdas fili. Hæc dicens, præ tristitia & planctu in somnum conversa est, stabat autem tres dies & tres noctes non cessans prædicari eum. Tunc beatus Simeon oravit ad Dominum pro illa, & statim reddidit spiritum. Colligentes vero corpusculum eius adduxerunt in conspectu eius. Et ille stans ait, Dominus suscipiat te in gaudio, quia tribulata es propter me, & portasti me in utero mensibus novem, atque lactasti simul etiam

& nustristi cum labore. Hec eo dicente matri vultus sudabar, & corpus eius commotum est nobis omnibus insipientibus. Ille autem elevans oculos ad cælum dixit: Domine Deus virtutum qui sedes super cherubin & scrutaris fundamenta abyssi, qui cognovisti Adam antequam esset, qui promissisti regni caelorum divitias diligentibus te, qui locutus es Moyse in rubo ignis, qui benedixisti Abraham patrem nostrum qui introducis in paradysum animas iustorum, & animas impiorum mergis in perditionem, qui duos leones humiliasti, & fertia Chaldaeorum incendia mitigasti feris tuis qui Heliam corvis deferentibus escampavisti, suscipe animam eius in pace & colloca eam in locum Patrum Sanctorum: quia tibi est potestas in secula seculorum. Post hos vero dies rursus fecerunt ei columnam habentem cubitos quadraginta & stetit super ipsam annos sexdecim, usque ad obitum suum.

In quo tempore draco grandis nimis habitabat iuxta eum in partibus aquilonis: unde nec herba ibidem nascebatur, cui etiam intravit lignum in oculo dextero. Et ecce quadam die veniebat cæcus ille draco & trahens se applicuit ad habitaculum in quo vir Dei morabatur totus in gyrum se complicans quasi veniam poscens

humiliatoque capite facebat. Quæ beato Simone intuente statim exiit de oculo eius lignum habens cubitum unum. Videntes autem omnes glorificaverunt Deum: tamen ab eo fugerunt propter metum. Sed bestia ipsa inuoluit se & mansit in uno loco immobilis: quoad omnis populus pertransiret. Deinde surgens adoravit ostium monasterij fere per duas horas, & sic reuerta est in cubile suum, & nomen non lesit. Mulier quædam sitiens nocte venit ad hydriam aquam bibere in qua erat papulus serpens & bibens deglutivit illum & crevit in utero eius. Sed multi medici & incantatores & magi adhibentes studium nihil profecerunt. Post aliquod vero tempus adducitur ad sanctum Simeonem. At ille iussit eam poni in terram & de aqua monasterij in os eius mittit: tunc exclamavit fortiter & statim exiit de ore eius serpens cuius longitudo erat cubitorum trium. Eadem hora crevit serpens qui etiam ad multorum testimonium suspensus est ibi septem diebus. Et sana facta est mulier ex illa hora. Virtutes eius quamvis alicuius facundia enumerare vix valeat: tamè prorsus vites omnino silentio castegi minime pariar.

Factum est autem ut aqua in loco illo non inveniatur & totus populus periclitabatur, & omnia

ani-

animalia pro aqua penuria. Videns vero sanctus Simeon contritione eorum stetit ad orationem. Circa decimam autem diei horam subito dirupta est terra, & factum est chaos magnum ab orientali parte ipsius monasterij, & inventa est quasi spelunca inestimabilem multam habens aquam. Tunc iussit fodi septem cubitis, & ex eo tempore superabundavit aqua in illo loco usque in presentem diem. Quo in tempore expectantes quidam de longe orationem ipsius & opera, meridiana hora diuenterunt paululum ad vrbra culum arboris propter æstum ad repausandum, cumque sederent ecce subito pragnas cerua præteribat secus illos & dixerunt ad illam. Per orationem sancti Simeonis te coniuamus medicum si ut te comprehendamus, qua stetit eadem hora. Apprehendentemque eam occiderunt & comederunt partem aliquam ex ea, statimque obmutuerunt, & sic veniebant si eunt & cerua illa. Currentes autem venerunt ad sanctum Simeonem portantes corium eius & luxerunt ibi duos annos, & vix aliquando sanitatem recipere potuerunt. Iniquum est enim peccatum eorum recitare. Corium autem ceruæ suspenderunt ibi ad testimonium multorum.

Sed & pardus immanis erat in locis illis, qui & homines & ani-

malia

interficiebat, & in gyro omnia vastabat. Venientes autem homines loci illius ad sanctum Simeonem, nunciauerunt ei: quod tanta ac talia mala pardus operaretur. Tunc sanctus Simeon iussit de terra vel de aqua monasterij aspergi in illa loca. Et factum est: Exquirentes vero postmodum inuenerunt ipsum pardum iacentem mortuum, & omnes glorificaverunt Deum Simeonis. Quemcumque tamen sanabat, præcipiebat illi, dicens: Vade in domum tuam & honorifica Deum, qui te sanavit, & ne audeas dicere, quod te Simeon curauerit: ne tibi subito deterius contingat, & ne præsumas iurare per nomen Domini: quia grave peccatum est, sed in me humili & peccatore iura siue iuste, siue iniuste quam ob causam omnes orientales & barbaræ gentes quæ sunt in illis regionibus per eum iurant.

¶ Latro quidam de Antiochia, qui nominatur Ionathas, multa mala faciens, cum a multis persequeretur, cecisset se iam ab illis abscondere, quasi leo a facie multorum persequentium fugiens, subito ingressus est monasterium, & amplexus columnam sancti Simeonis cepit amarissime flere. At ille dixit ei: quis es, aut unde venisti homo, aut cur hac introisti? At ille: Ego

P 4 sum

sum Ionathas latro, qui omnia mala feci, veni huc penitere. Ait itaque sanctus Simeon. Talium est regnum celorum: sed ne velis me tentare ne interu inueniaris in sceleribus ipsis, quæ reliquisti. Hæc illo loquente, ecce officiales veniebant ab Antiochia, dicentes, Trade nobis inimicum & maleficum Ionatham, ne subito commoueatur ciuitas in seditione. Istæ enim paratæ sunt ad deuorandum eum. Respondit eis sanctus Simeon. Filioli mei ego non aduixi eum huc, quoniam qui adduxit eum maior vobis est, & istis talibus subuenit, etenim talibus est regnum celorum. Et si potestis intrare rapite eum hinc: ego autem non possum, quia timeo eum qui illum misit ad me. Audientes autem hæc viri illi, regressi sunt cum timore magno & renuntiauerunt omnia Antiochiæ: sed Ionathas latro per septem dies amplexans, & tenens columnam dicit ad beatum Simeonem, Domine si iubes ambulare volo. Respondit illi iustus. Iterum in ipsa mala festinas, dixit illi Ionathas. Non domine, sed tempus meum impletum est. Et sic loquens cum eoreddidit spiritum. Et volentes eum sepelire iuxta monasterium, ecce alij officiales veniebant ab Antiochia propter illum & incaperunt clamare & dicere, Danobis inimicum nostrum,

omnis enim ciuitas turbata est propter illum. Respondit eis beatus Simeon, qui illum adduxit venit cum multitudine celestis militiæ, qui potens est in Tartarum mittere ciuitatem vestram cum habitantibus in ea qui etiam hunc recõciliauit sibi: & ego timui ne subito occideret me, ne ergo amplius fatigatis me humile & pauperem, & ita cum timore regressi sunt nuntiantes omnia quæ viderant & audierant, post paucos vero annos, factum est vna die hoc est sexta Sabbati & inclinavit se ad orationem, sustinens tres dies. id est sexta feria Sabbato & Dominico. Tunc ego pauper factus ascendi ad ipsum, & steti in conspectu eius, dixique ad eum, surge domine benedic nos, quoniam populus (tres dies & tres noctes habet) expectat benedictionem à te & non respondit mihi & rursus aio ad eum. Quare me conturbas domine aut quid offendi? Supplico mitte mihi manum, aut forsitan iam à nobis migrasti. Et festi quod non loquebatur mihi, cogitavi vt nulli dicerem quia timebam illum tangere, & stans quasi hora media inclinavi me & posui autem meam ad auscultandum & non erat flatus, nisi tantum quasi odor multorum aromatum ascendebat de corpore eius, & sic intellexi, quia requieuit in Domino, & hebefactus planxi.

planxi amarissime, & inclinans me osculatus sum oculos eius, & barbam complexus crinesque capitis eius eum increpans dixi. Cui me Domine derelinquis, vel vbi requiram tuam angelicam doctrinam? Quale responsum reddam pro te, aut cuius anima respiciet colunam sine te & non luceat? Quale responsum reddam infirmis quæ deo venient aut requirerit te hic & non inuenient? Quid dicam aut quid loquar ego humilis. Hodie video te, crastinam vero confidero ad dexteram siue ad sinistram & non inuenio te. Aut quo amicum operiam colunam tuam. Heu me quando venient aliqui de longe querentes te & non inuenient. Et præ multa tristitia obdormiui. Statimque apparuit mihi dicens. Non derelinquam colunam hanc nec locum & montem hunc benedictum in quo illuminatus sum sed descendens satisfac populo & annuncia de me Antiochiæ ferete ne tumultus fiat in populo. Ego enim requieui sicut Dominus voluit, tu autem necesses ministrare in hoc loco, & reddet tibi Dominus mercedem in celis. Sed nec molestus tibi sum. Exurgens autem à somno pauper factus dixi. Domine memeto mei in requie facta tua. Et subleuans vestimenta eius posui ad pedes eius & osculatus sum vestigia eius, & tenens manus eius posui super oculos

meos dicens. Benedic obsecro mihi Domine. Et iterum fleui & dixi. Quales reliquias tollam à te in memoriam. Et hæc dicens mortuus est corpus illius, ego autem timuit agere eum. Et vt nemo sciret descendendi celeriter & fidelem fratrem misi Antiochiam ad Episcopum. Et statim veniens cum tribus Episcopis & cum illis Aldaborius magister militum cum suis, tendentes cortinas circa columnam eius defixerunt vestimenta sua. Erant autem confecta ab auro. Et deponentes eum iuxta altare ante columnam colligentesque se aures volabant super columnam, clamantes & quasi lugentes, ita vt omnes viderent. Planctus etiam populi & iumentorum resonabat per miliaria septem, sed & montes & campi & arbores contristati sunt circa loca illa, vbi que enim nebula tenebrosa facta est per circuitum. Ego autem considerabam angelum venientem ad visitandum eum. Circa horam septimam seniores septem loquebatur cum angelo, vultus eius erat sicut fulgur & vestimenta sicut nix. Et vocem eius in timore, & tremore tandiu consideravi, quandiu audire potui, quid tamen fuisset ignoro, cum autem iaceret sanctus Symeon in feretro, volens Episcopus Antiochiæ, de barba illius pro benedictione aliquid contingere, extendit manum stam

timque arefacta est, multaque obsecrationes & orationes fiebat ad Deum pro eo, & sic restituta est manus eius. Supponentes autem corpus feretro, cum psalmis, & hymnis duxerunt Antiochiam. Omnis autem populus qui erat per circuitum regionis illius plangebatur, quod patrocinium tantarum reliquiarum tolleretur ab eis, & quod Episcopus Antiochie iurasset, ut nemo tangeret corpus illius. Venientes vero in quintum miliarium ab Antiochia in vicum qui vocatur Meroe, nullus potuit mouere eam, tunc quidam homo annis quadraginta surdus & mutus subito cecidit ante feretrum & cepit clamare & dicere, Bene venisti serue Dei, tuus enim aduentus me saluabit, & si interuero viuere, ego tibi seruiam omnibus diebus vite mee. Et eleuas se apprehendit vnum de burdonibus qui portabant feretrum statimque mouit se de loco isto. Et ita sanus factus est homo ex illa hora. Viramabat uxorem alienam, & volens eam adulterare non potuit, & mortua est, & posita in monumento, & ille iuit & violauit sepulchrum eius statimque obmutuit & surdus factus est, obligatus est in illo loco annis quadraginta. Tunc exeuntes omnes de ciuitate Antiochie, suscipiunt super argentum, & aurum corpus sancti Simeonis, cum psal-

mis & hymnis, & cum multis lampadibus portauerunt in Ecclesiam maiorem, & inde in aliam Ecclesiam qua vocabatur poenitentia. Multae etiam virtutes sunt ad sepulchrum eius, magisque in vita sua, & homo qui sanus factus est ibi seruiuit vsque in diem mortis suae. Multi autem obrulerunt thesauros Episcopo Antiochie pro fide poscentes reliquias de corpore eius, sed propter iurandum minime prestiterunt. Ego humilis, & peccator Antonius, in quantum potui, lectionem hanc breuiter exposui. Beatus autem qui habet illam scriptam in libro, & legit in Ecclesia, & in domo Dei, & cum memoriam eius fecerit mercedem ab altissimo recipiet cui est honor, potestas & virtus in secula seculorum. Amen. Eius depositio sexto kalendas Augusti celebratur.

Incipit vita sancta Euphraxiae virginis.

IN diebus Theodosij Imperatoris pijsissimi, fuit vir quidam in regia ciuitate senator nomine Antigonus, eratque Imperatori genere, & societate coniunctus, sermone sapiens simul & opesque, & bona semper praecipue suadens ut pie Romanis legibus licite negociaberetur, erat autem, & copiosus homo, cunctis

re necessaria praebens. Diligebatque cum princeps non solum tanquam parentem ac senatorem, sed etiam tanquam christianum & piuum & semper consilia vtilia proferentem. Erat autem hic locuples vehementer, ita ut ciuitas regia alium diuitijs sermone & opere similem non haberet. Hic accepit uxorem ex genere proprio, ex eodem imperiali sanguine descendentem, cui nomen Euphraxia, mulier religiosa & timens Dominum nimis, & Ecclesiae vocans, & offerens Deo preces cum lacrymis. Haec multos in opere Dei fecit idoneos, multasque oblationes in Ecclesijs & sanctuarijs offerebat. Vehementer eam diligebat Imperator & Augusta praecipue quod ex eorum genere erat, nec non ex moribus composita honesta, & valde religiosa. Nata est autem eis filia, & vocauerunt eam nomine matris suae Euphraxiam. Cumque habuissent hanc filiam vna dierum dixit Antigonus Euphraxiae. Nosti soror mea Euphraxia, quia nihil est ista vita, nihil diuinitate, nihil vanitas huius seculi temporalis. In octuaginta naque annis hominis tempus impletur, cum ruina, diuitiae autem in calce repositae, in infinita seculorum secula timentibus Deum manent, & priuamus nos illis diuitijs mendanis cogitari nobis obligati, & infallite passim temporaliu diuitiaru dies

nos frustra consumimus, nihil animabus nostris vtiliter acquireres. Audiens autem haec Euphraxia dixit Antigonovi suo. Et quid iubes Dne mi vt faciam. Cui dixit Antigonus. Vna filia per Deum acquirimus, & sufficiat nobis, & nequaquam vltra conueniamus in felicitati, & miseriae seculi. Audiens haec Euphraxia, confurgens extendit manus ad celum, & ingemiscens dixit viro suo Antigono. Benedictus Deus, qui dignum te fecit timore suo, & ad cognitionem veritatis adduxit. Vere Dne tempus supplicauit Deo, vt cor tuum illuminaret, & mentem tuam pro hac causa faceret elucescere, sed hoc tibi parere non praesumpsit, quia verum ipse fecisti principium, iube me & loquar. Cui dixit Antigonus. Dic soror mea quae vis. Respondit. Nosti Dne me, quia ante multa generationes Apostolus restatur & dixit. Tempus breue est, de cetero ut qui habent uxores tanquam non habentes sint. Deficit enim huius seculi cupiditas. Ad quam vtilitate erunt ista pecunia, & tanta abundantia possessio. Nihil eorum est, quod nobiscum poterit descendere in infernum. Cum bono ergo consilio tuo festina multa dare pauperibus, vt non illud consilium quod tractasti inueniatur infructuosum. Audiens hoc Antigonus glorificauit Deum. Cum igitur adeptus esset optimam conuersationem

tionem, & multa pauperibus erogasset. Antigonus unum solum modo annum viuens postquam suę renunciauit vxori vitā suā pie disponēs, cōpleto anno defunctus est, & sepultus in pace. Tunc Imperator pariter & Augusta fleuerunt eum tamquam ex eorum genere descēdentē, virū iustum & religiosum. Compatiebantur enim & Euphraxia, non solum tanquā proprię cōsanguinea, sed etiam quia erat iuuehcula. Duobus nā que annis & tribus mensibus vixit cum viro suo, nam vno anno exconstituto ad alterutrum abstinētes sicut fratres vixerunt. Igitur sepulto Antigono ab Imperatore & Augusta multū cōsolabatur Euphraxiam. Illa vero sumens propriā suam filiam dedit eam in manus Imperatoris & Augustę, & prostrata ad pedes eorum, cum clamore & magno gemitu dixit. In manus Dei & vestras, hanc orphanam nūc commendo. Memoriam ergo habētes Antigoni qui fuit vester suscipite eam atq; tue mini, & estote ei in loco patris & matris. Multa siquidem flumina lachrymarum & voces miserunt audientes, ita vt etiam principes lugerent. Post paucum vero tempus à luctu aliquando quiescētes Antigoni, suasi Imperator ei, vt filiam suam Euphraxiam, cui dā fenatorū ditissimo daret vxorē. Et factū est vt arras Euphraxia ac

ciperet. Susceptis arris puellę ætas expectabatur. Erat enim nimis infatula, quādo suscepit arras quāsi annorū quinq;. Post aliquantulū tēpus vero cogitauit ipse senator, vt vxorē Antigoni sibi crederet copulari, & per preces aut per mulieres matrona persuasit Augustę, vt sine notitia principis mitteret, & Euphraxiæ coniugij verba nūciaret. Quę cū audisset amare fleuit, & dixit mulieribus quę fuerāt destinata. Veli vobis in futuro seculo, quę mihi talia persuaderis, & ad talia cōcurritis cōtra mulierē quę secundū Deū viuere festinat. Recedite à me, quoniā extraneā cōgregationem vestrā nunc egistis. Illa vero deformatę discēdētes, nunciauerūt Augustę quę gesta sunt. Cognoscēs autē Imperator quod factū fuerat grauiter inuectus est in Augustā, & indignatus aduersus Augustā dixit. Vere Augusta extraneā rem ab hac conuersatione fecisti. Hęc sunt opera christianę Augustę? Sic promissisti Deo pie regnare? Sic recordaris Antigoni & qui nobis semper utilis permāsit. Alienā rē nostro Imperio egisti quę mulierem in puellari ætate constitutam quę penē solummodo vno anno cum viro vixit, & mox ex cōstituto propter caeleste regnū se ab vtriusq; seprauerit, tu rursus ad mūdum redire cōpellis, & neque timuisti Deum hanc iniqui-

iniquitatem volēs facere? Quis ista faciet hominibus, quia nō per me factum est hoc. Indecentem & incōgruam fecisti rem, quod nec oportuit vt meū adiret Imperiū propter syncerissimū meū amicū maxime Antigonū. Audiēs hęc Augusta, ex vultu nimis cōfussionis mutata sicut lapis fere per duas horas sine voce permāsit. Et facta est magna tristitia, inter Imperatorem & Augustā, propter Euphraxiā Antigoni coniugem. Tunc Euphraxia agnoscēs, quia magna tristitia propter eā inter Imperatorem & Augustā, fuisset effecta vultu omnino demisso, tristis facta est vsque ad mortē & de ciuitate volebat discedere. Tunc flens acriter dixit Euphraxiæ filię suę. Filia mea habem⁹ in Aegypto copiosam magnamque substantiam, veni eamus illuc & visitemus patris tui possessiones, & mea omnia tua sunt filia mea. Tunc ergo cum filia sua Euphraxia de regia ciuitate discessit principe nesciēte & venit in Aegyptū, illic quoq; morabatur, & sua prædia crebro visitabat. Et profecta est in interiorē Thebaidē cū procuratoribus suis atque ministris habētribus curam suarum rerum. Quę etiā illic vacans in sanctuarijs, & multas oblationes illic offerens, per monasteria virorum ac mulierū multas pecunias erogabat. Erat

autē monasterium mulierum in vna ciuitate habens archiatriacērum triginta de quibus magnas & mirabiles virtutes homines prædicabāt. In illo namq; monasterio nemo gustabat vinum, nulla illarum pomū edere aut vvas aut ficus, aut aliquid huiusmodi bonorum quę terrena nascūtur vbertate gustabat. Quædam autem earum abrenunciāns seculo neque oleum edere volebat, quędam earum à vespera vsque ad aliam vesperā ieiuniū protrahēbat: alia vero postbiduum edebant, alia vero post triduum. Nulla earū pedes suos abluebat: aliqua vero audiētes de balneo loqui iridentes confusionē magnam, & abominationem se audire iudicabant, quę neque auditum suum hoc audire patiēbantur. Vna quęque vero earū stratum in terra habebat, ciliciū paruum vni⁹ cubiti latitudinis & longitudinis triam, & paululum in ipsis requiescebant. Erant autem, & vestes earum de cilicio vsque deorsum, obstringētes pedum extremitates. Quātum cumque poterat vna quęque laborabat. Et cum aliquam earū aliquādo contingeret infirmari non ei fomētum aut adiutorium medicinæ conferbatur, sed (si quam contigisset ægotari) tāquam maximam benedictionem à Deo accipiebat & tolerabat lāguorem donec

donec eam medicina deminica
preueniret. Nulla earum ianuas esi-
bat. Erat autem ianuatrix perquam
responsa omnia fiebant matura.
multaque sanitates ibi fiebant. Ha-
rum quidem Euphraxia diligens
consilium sanctorum mulierum
propter mirabilem conuersatio-
nem earum sapius ad ipsum mo-
nasterium pergebat, tymiamaque
illuc offerebat & cereos. Vna qui-
dem dierum rogabat abbatissam
& priores monasterij dicens eis.
Paruam benedictionem volo ab-
sque terrore vestro prabere red-
dituum auri viginti aut triginta
librarum vt oretis pro ista famula
vestra, & pro Antigono patre e-
ius. Cui abbatissa respondit. Do-
mina mea matrona ancilla tua
non egent redditibus neque pec-
uniam concupiscunt. Propterea
namque omnia reliquerunt & cum
deaspiciunt in hoc seculo vt æ-
ternis bonis frui mereantur, & ni-
hil possidere voluit, ne celesti re-
gno priuentur. Sed ne te contri-
stem aut sine fructu dimittam,
paucum oleum ad candelas & ty-
miam in oratorium confer, &
hoc erit nobis pro mercede iusti-
tiae. Et his oblatiis rogabat Euphra-
xia abbatissam vt omnes sorores
oraret pro Antigono, & filia eius
Euphraxia. Vna vero dierum Eu-
phraxia infanti abbatissa dixit te-
tando. Domina mea Euphraxia,
diligis monasterium nostrum, &

omnes sorores. Illa respondit. Et-
iam domina diligo vos. Dixit
ei abbatissa rursus cum ioco. Si
nos diligis esto nobiscum in no-
stro scemate, cui infantula dixit.
Vere si non contristatur mater
mea, ulterius non egrediar de lo-
co isto. Cui abbatissa dixit. Inter
nos est sponsus tuus quem plerumque
amas puella dixit. Neque illum noui neque
ille me, vos autem noui & vos amo.
Dicite mihi, Vos autem quem diligi-
tis me an illum? Illæ vero dixerunt
Nos te diligimus & Christum no-
strum. Puella vero respondit. Ego
vero, & vos diligo & Christum
vestrum. Sedebat vero Euphraxia
mater eius & fluminum lachry-
marum eius non erat modus. Li-
benter enim audiebat verba puel-
læ cum abbatissa, quia cum esset æta-
te infantula talialoquebatur. Non
dum enim septem annos imple-
uerat dum cum abbatissa loque-
retur huiusmodi verba. Tunc in-
gemiscens mater, & amare de-
flens ad filiam suam dixit. Filia
mea veni pergamus ad domum
quia iam vespera est. Cui puella
dixit. Ego hic maneo cum domi-
na abbatissa. Dixit abbatissa puel-
læ. Vade domina in domum quam
non potes manere hic, non quisi-
quam manere potest hic nisi se
deuouerit Christo. Cui puella re-
spondit. Vbi est Christus. Illa gra-
tanter ei dominicam imaginem
demonstrauit. Pergens autem Eu-

phra-

phraxia osculata est dominicam
figuram, & conuersa dixit ei ab-
batissa. Filia non habes vbi ma-
neas & non potes hic manere, puel-
la dixit, vbi vos manetis, & ego
maneo. Et cum iam vespera esset
& multum mater eius coegisset
arque abbatissa vt ambularet, ne
quaquam peruerunt eam tollere
de monasterio. Multum ergo cre-
bris diebus mater eius arque ab-
batissa ei blandiebantur, & per-
suadere nequierunt vt de mona-
sterio petuissent eam expellere.
Nouissime vero dixit abbatissa.
Vere, & ego venio me. Christo
meo & ulterius cum domina mea
non vado. Dixit ei abbatissa puel-
læ. Filia si vis hic permanere, liti-
ras habes discere & psalterium, &
vsque ad vesperam habes ieiunium
docere sicut vniuersæ sorores.
Puella dixit ei, ego ieiunium &
omnia discio, solum modo dimitte
me hic esse. Dixit ergo abbatissa
matri eius. Domina mea matro-
na dimitte hanc puellam hic, vi-
deo enim quia gratia Dei illuxit
in ea & iustitia patris & honestas-
tatis & orationes vtrorumque ve-
strum æternam vitam prouidere
ei noscuntur. Surgens igitur Eu-
phraxia & assumens filiam suam
dominicam eam imaginem ad-
dixit & extendens manus ad cae-
lum cum magno clamore & fle-
tu clamauit dicens. Domine Iesu
Christe habet curam huius infan-

tulæ, quia te concupiuit & tibi se
commendauit. Et conuersa dixit
ad filiam suam. Euphraxia filia
mea Deus qui fundauit immobi-
les montes, & te quoque in suo si-
more confirmet. Et hæc cum di-
xisset in manibus eam tradidit ab-
batissæ & deflens pectusque suum
tundens, ita recessit a monasterio
vt omnis congregatio cum ea plo-
raret. Alia vero die abbatissa su-
mens Euphraxiam. introduxit eam
in secretarium, & facta oratione
super eam induit eam indumento
monachali & extendens manu-
m ad caelum pro ea supplica-
uit dicens. Rex seculorum qui in
caelis existis opus bonum tu perfice
hoc in pace, da vt ambulet se-
cundum nomen tuum & fidaciam inue-
niat in conspectu tuo semper ista
infantula. Tunc & Euphraxia ma-
ter eam oras dixit. Filia mea amas
hoc scemate vestire? Cui Euphra-
xia dixit. Vtique mater mea, quia si
cut agnoui ab abbatissa, & duæ so-
res dixerunt hoc scema per artis
prebet diligentibus se Dominus Iesus
Christus. Cui mater sua dixit. Cui
desponsata es ipse faciat te thala-
mo suo dignam. Et hoc dicens &
orans pro filia sua vale dixit ab-
batissæ & sororibus, & osculata
est filiam suam & egressa circa more
circuibat prebens pauperibus quo
indigebat. Vbiq; autem diuulgaba-
tur Euphraxie optima conuersa-
tio quanto conferret monasterijs
& venci-

& venerabilibus locis, ita ut Imperator audiens, & omnis senatus eam nimis amarent, atque glorificarent Deum. Audiebant enim quod nec piscé gustaret nec vinū biberet. Sed post tanta dona quæ vniuersis conferebat ad gloriam a vespera vsque ad vesperam ieiunium faciebat, aliquando fumens legumen, aliquando olera. Post paucos autem dies euocans abbatissā matrem puellæ dixit ei secreta. Domina aliquam rē volo tibi dicere, non te conturbet. Cui respondit Domina mea quod iubes dic. Dixit abbatissa. Vidi enim in somnis Antigonum virum tuum in magna gloria constitutum, & rogauit Dominum Iesum Christū ut egrediaris de corpore tuo & de cætero sis cum illo, & fruaris illa gloria qua Antigonus virtuosus propter optimam vitā suam. Audiens autem hæc reuersa est in domum suam matrona ut religio sa femina, & non solum non est turbata sed lætitia magna gauisa est. Orabat enim ut ab humanavita decederet, & de cætero esset cū Christo. Ex mox vocans filiā suā dixit ad eam, Filia mea sicut mihi dictum est à domina mea abbatissa, vocauit me Christus, & appropinquauerūt dies obitus mei. Ecce omnem substantiam meam & patris tui dedi in manus tuas, dispensa eam pie ut ex te tempus habere hæreditatem. Audiens

hæc Euphraxia à matre sua capti ingemiscere & flere dicens. Veli mihi quia peregrina sum & orphana. Dicit ei mater sua. Filia habes Christum, nec peregrina es nec orphana, habes & dominā abbatissā pro matris officio. Vide filia festina quod promisisti adimplere. Deum time & omnes rores honora seruans eis cum omni humilitate. Nunquam in corde tuo cogites de sanguine religiosam, nec dicas debent mihi seruire. Pauper esto in terra, ut in cælo diteris. Ecce omnia sub manibus tuis habes. Possessiones & pecunias in monasterium confer pro patre tuo & pro me, ut inueniamus misericordiam apud Deū & liberemur ab æterno supplicio, hæc præcipiens filiæ suæ, tertia die defuncta est, & sepelierūt eam in monasterio in monumento. ¶ Audiens Imperator, quia mortua fuisset Euphraxia vxor Antigonis, euocans senatorem cui desponsata fuerat filia eius indicauit ei dicens, quia puella conuersa est in monasterio. Ille vero rogauit Imperatorem, ut per veredarios scriberet puellæ, eique præciperet ut ad ciuitatem veniret & nuptias celebraret. Suscipiens autem Euphraxia Imperatoris Epistolā, manu propria Epistolā aliam rescripsit, sic habentem. Domine Imperator suadesne ancillæ tuæ ut respuam Christum & hominī corruptibī

ruptibili, & vermibus consumendo coniungar, qui hodie est, & eras non est. Absit ab ancilla tua ut hæc iniquitatem faciam. Quapropter imperator, & domine non ulterius nos vir ille fatiget, ego enim Christo consensu, & impossibile est eum me negare, sed saplice potestati vestræ, ut memoriam parentum meorum habeatis. Id circo tolle omnem substantiam & dispensa pauperibus sinul & orphanis, & da vniuersis Ecclesijs. Noui enim quia recordaueris patrum meorum maxime patris mei. Audiunt enim quia in palatio nunquam are diuidebatur. Horum ergo recordationem habens substantiam hanc bene dispone. Omnes constitutos subiugo seruitutis manumitte, & eis legitima concede. Mada actoribus patris mei ut omne debitum dimitat agricolis, quod à die patris mei vsque ad hanc diem reddebant, ut sine sollicitudine meorum terrenarum rerum consistens, Christo sine quolibet seruire valeam impedimento cui animam meam commendasse cognoscat. Orate pro ancilla vestra, tu & Augusta, ut mereatur Christi seruire, prout dignatur ancillā suam. Deinde signas epistolā, veredario dedit. Qui reuertens, obtulit imperatori relegendam epistolam. Quam soluens & relegens in secreto cum Augusta multas lacrymas ambo effuderūt

nimis otantes pro Euphraxia. Mane autem facto conuocans imperator omnem senatum & patrem Euphraxiæ spōsi iussit coram epistolam legere. Illi vero audientes epistolam omnes sunt lachrymis repleti, & velut ex vno ore dixerunt. Vere domine imperator, filia est Antigoni, Euphraxiæ gentium & ex sanguine eius est hæc puella. Vere religiosorum parentum, religiosa est filia, sancta radiis sanctus est ramus, & omnes quidem ex quadā concordia glorificauerunt Deum, & propuella periter trauerunt, & nequaquam ulterius senator ille visus est impertunus. Imperator ergo cuncta disponens pie, & res puellæ bene distribuens, & ipse defunctus est & cum suis patribus sepultus est in pace. Euphraxia vero magnificabatur, & secundum Deum conuersabatur abstinens ultra mensuram suam (erat enim annorum duodecim) & ad certamina se fortiter exurgebat. Et primū quidē à vespera vsque ad vesperā comedebat, deinde post biduū, postea post triduū, nulla alia præter illa triclini mūdabat, & cubicala sororū extergebat, equā ad coquinam ipsa portabat. Hæc autē consuetudo erat in monasterio. Si quando contigerat aliquam formam tentari à diabolo per somnum, mox abbatissæ pandebat, illa vero cum lachrymis Deū po-

stulabat vt diabolus ab ea recederet, iubebatq; vt lapides pertaret & substratu sub fago cinerem supercilicium spargeret, & ita dormiret vsque ad decimum diem. Vna vero dierum ipsa à diabolo tēta est, & supposit stratui suo cinerem. Videns autem Abbatissa cinerem sub stratu Euphraxiæ, risit, & ait ad vnam sororum seniore. Vere hæc puella tentari cepit, & orās Abbatissa dixit. Deus qui creasti eam secundum tuam voluntatem, tu eam in tuo timore recomforta. Et vocans eam Abbatissa, dixit ad eam. Quare non indicasti mihi tētationem diabolicam. Illa vero cadens ad pedes Abbatissæ dixit. Ignosce mihi domina mea quia confusa sum indicare tibi hanc causam. Dixit ad eam Abbatissa. Filia mea, ecce pugnare cepisti, viriliter age vt vincas & coroneris. Post paucos vero dies denuo tentata est, & narrauit alicui sorori nomine Iulix quæ multum diligebat Euphraxiam, quæ etiam incertaminibus eam exercebat. Dixitque ei Iulia Domina mea Euphraxia non abscondas hoc Abbatissæ, sed refer hoc, vt oret pro te. Omnes enim tētamur à diabolo, sed speramus in Christi nomine, quia vincimus eum. Ergo soror mea nō moreris, sed indica Abbatissæ causam & noli confundi. Audiens autem hæc Euphraxia gratias egit

Iulix, & dixit ad eam. Adiuuet te Deus soror: quia ædificasti me, & meam animam confortasti, vere ingredior, & causam domine Abbatissæ pronuncio, dixitque Iulia. Etiam sic fac vt oret pro te, & adijciat tibi abstinentiam. Illa vero ingrediens indicauit Abbatissæ causam. Dixitque ei Abbatissa. Non pertimescas filia omne bellum diaboli, quo contra nos nititur. Certa igitur fortiter immobili animo, & non præualebit aduersum te. Multum enim ab contentanda es, sed certa vt vincas, vt victorias & triumphos accipias à sponso tuo Christo, & quantum potes adijce abstinentiæ tuæ. Qui enim præcipue deccitat, præcipue dona percipiet. Post aliquantulum vero temporis spacium interrogauit eam Abbatissa dicēs. Post quot dies comedisti filia. Puella dixit, post tres dies domina mea, dixit ei abbatissa. Adijce adhuc vnum diem. Illa vero iussionem eius cum lætitia magna suscipiens discessit. Cumque facta esset annorum viginti, ætate confortabatur & præualebat. Erat enim nimis speciosa tanquam vera matrona & sanguine regio procreata. Denuo si quidem tentata indicauit abbatissæ causam. Dixitque ei Abbatissa. Noli timere filia, Deus tecum est. Erat autem in aula monasterij acruus lapidum, volens autem Abbatissa tē-

tare

tare Euphraxiā & ad matris prouocare obedientiam dixit ei. Veni filia mea, istos lapides transporta hinc, & pone eos iuxta clibanū. Euphraxia vero mox accessit lapides inter eas quos duæ sorores vix poterant agitare. Illa vero super humeros suos arripiebat eos nullo adiutorio opus habens, erat autē iuuenis & valde fortis nec dixit Abbatissa, adiuuet me alia soror, nec dixit grandes sūt lapides, nō præualeo, nec contradixit, nō dixit ieiuna sum, & deficio, & opus hoc est, sed cum fiducia iussionem per obedientiam adimpleuit. Alia vero die dixit Abbatissa ad eam. Non est iustū vt lapides isti iuxta furnum sint positi, sed reporta eos in locum suum. Illa vero denuo confidenter iussionem Abbatissæ suæ compleuit, hoc ergo opus viginti dies iussit eam facere vt patientiam eius comprobaret. Omnes itaque sorores videbāt quod fiebat, & puellæ obedientiam admirabantur, alie quoque sorores deridebant, alie & clamabant viriliter age Euphraxia. Tringinta vero dies impleti sunt. Denuo domini operis celebratione facta, die quadam pergente Euphraxia vt lapides portaret, dixit ei Abbatissa. Dimitte filia hoc ministerium, & tolle farinam & consperge, & coque panes in furno, vt inueniaris ad ve-

sperum in ministerio sororū. Illa vero cum magna lætitia & gaudio iussa compleuit. Rursus diabolus inueniens eam vacantem huiusmodi tētationem immisit quod quasi ille senator, cui fuerat desponsata, superueniēs cum auxilio multo vt abstraheret eam de monasterio, & ea sublata abiret. Quæ cum iaceret in cubili suo, violenter proclamabat. Abbatissa vero, & alie sorores expergestæ audierunt eius violentiæ vocem & excitantes eam dixerunt. Vnde est tibi hæc anxietas filia? Illa vero repente somnum recitauit. Abbatissa vero excitans sorores stetit in oratione. Post complerum vero ministerium vsque ad horam tertiam tenēs codicem Euphraxia stabat legens sedentibus, & postea stans ad horam tertiam in ministerio. Post completionem vero tertiæ mox Euphraxia sororibus necessaria præparabat mūditiā intrinclinio faciens & lectos sternens, aquam implens & ad coquinam portans ligna, frangens & legumina coquens farinam confermentās, & coquens panem in clibano. Et dum hæc omnia faceret nec in nocturna psalmodia decrat, nec in tertia nec in sexta, nec in nona, nec in vespera. Nam postquā compleuit vespertinas orationes perse ministeriū faciebat in ferendo. Cum qua etiam

Q 2 & labo-

& laborabat Iulia satis enim diligebat Euphraxiam. ¶ Deuo si quod diabolus per somnū vehementer eam tentans ei certamen immisit maximum. Quę mox anxietatis suę certamen abbatissę confessa est. Pro qua dum oraret abbatissa, dixit ei. Filia mea Euphraxia tempus certaminis est vide ne molliat diabolus mentem tuam, & perdas laborē tuum. Ad huc enim paruo tempore dimicās tecum, dum fuerit superatus atē rursus effugiet. Dicebatque ei simul & iulia domina & soror mea si modo ei non repugnamus & vincimus in senectute quale bellum cum eo faciemus. Cui respondit Euphraxia. Viuit Dominus soror iulia quia si mihi precepit abbatissa non gustabo intota septimana panes donec eū Domino adiuuante vincā. Cui iulia dixit, si tu hoc potes implere in terra Beata eris in celo. In isto nā que monasterio nulla potuit sine cibo totam septimam permanere, nisi domina nostra abbatissa. Tunc ingressa Euphraxia nunciavit tentationem diaboli per somnū abbatissę eamque rogauit vt ei præciperet quatenus totā hebdomadā sine cibo persisteret. Cui abbatissa dixit. Fac quid tibi videris facile esse filia mea. Deus qui creauit te confirmet te, & contra diabolū dominet tibi victoriā. Cępit igitur Eu-

phraxia totam septimanam ieiunare, & neque psallendi officiū dereliquit, nec sotoram ministerium, ita vt omnes tēterantiam ipsius mirarentur & pulchritudinem simul & iuuentutem lætatis. Dicebant autem quædam de collegio earum. Habemus hodie annum custodientes Euphraxiam, & sedentem eam non vidimus neque per diem neque per noctem nisi solum quando requiescebat in loco suo nocte. Nūquam enim sedit vel quando etiam panē comedit. Omnes ergo sorores diligebant Euphraxiā quia se ita humiliter exercebat, & cum studio famulatum sororibus exhibebat dum præcipit vtique de sanguine imperiali descēderet. Pro qua re intententis pro ea orantes, rogabāt Dominū vt saluaretur.

Fuit autem inter eas quædam nomine Germana, quam dicebāt ex ancilla ortam. Hęc inuidiam habens aduersus Euphraxiam insurrexit aduersus eā in coquina secreta & dixit ei. Dic Euphraxia Ecce tu semel in septimana comedis secundum regulam abbatissę & nos hoc non possumus adimplere. Si coacta fuerimus ab abbatissa, quid faciemus? Cui Euphraxia respondit Domina mea si domina nostra Abbatissa dixit vt vnaquęque sicut potuerit deceret. Non enim sine necessitate mihi hoc iugum imposuit. Dixit ei

Ger.

Germana Impostrix & omni caliditate plena quis nesciat, quia sub ingenio hoc agis, vt post satisfactionē abbatissę tu ei succedās? Credo in Christo, quia te nūquā dignabitur ad abbatissę venire locum. Audiens hæc Euphraxia prostravit se ad pedes eius, & dixit ad eam. Ignosce mihi domina mea, & ora pro me. Cognoscens autem Abbatissa quod fuerat factum, Germanam corā omnibus vocauit dixitque ei. Ancilla nequam & a Deo extranea, quid tibi nocuit Euphraxia, quia festinasti studium eius abrūpere? Alina es a sororum cōsilio, indigna es a ministerio, & cōfortio sororum extranea. Cui multum supplicabat Euphraxia quatenus illi veniam largiretur, & nō eam flexit donec implerentur dies triginta. Tricesimo vero die videns Euphraxia quia nil rogādo proficeret, assumens secum Iuliam & seniores feminas monasterij deposcebat vt rogarent Abbatissam quatenus ei recōciliaretur. Quo facto euocauit eā abbatissa corā omnibus, dixit que ei. Nonne iudicasti in corde tuo vt studiū puellę huius ascinderes, nec cogitasti, quia dū esset matrona & ex imperiali genere cōstituta humiliavit semetipsā & propter deū seruiuit tibi. Omnibus ergo rogātibus pro Germana placata est. Tunc, diabolus contra Euphraxiā

certamina non cessat committere. Nimis enim furebat cōstita eam, & cito perducere volebat ad finem. Vna quidem dierū cum ad hauriendam aquam descēdisset ad puteum attripiebat eam diabolus cū lagenā, & deiecit eā deorsum in puteum ita vt nauis earet Euphraxia & perueniret caput, eius ad fundum. Eleuata vero de aqua & tenens funem siculę ita clamauit de puteo; Christe ad iuuua me. Qua voce facta cognitū est quia Euphraxia corruisset in puteum, & curretes sorores cum abbatissa abstraxerunt eam de puteo. Quę surgens exinde & semetipsam consignās, subrisit & ait. Viuit Christus meus, quia nō me vincis diabole, neque cedo tibi. Vsq̄e nūc quidem vnā lagenā portabā cum aqua in coquina, ab hodie vero duabus lagenis aquā portabo, & ita fecit. Videns itaque diabolus quia eā in puteo necare non valuit rursus alia vice cum descēdisset ligna incidere, cumque iam pauca incidisset, astitit diabolus obseruans eam. Et dum leuasset securim vt lignum incideret, colligauit diabolus manus eius & vsque ad eū calcaneum traxit, & peruenit vsque ad tibiam. Quę cum vidisset crudelissimū vūlnus valde, & sanguinem vehementer effusum projiciens securim, angustiata & in terram prostrata est. Iulia vero

Q 3 cucur-

cucurrit, & clamās sororibus nū-
ciauit, quia Euphraxia accipiens
securim, de securi mortua est. Cū
que cōcursu clamor factus fuis-
set vniuersarum, circumstabant eā
paucę simul & flebant. Tunc di-
cens abbatissa, aquam in faciem
eius misit, & congnas eam at-
que complectēs ait ei. Filia mea
Euphraxia cur angustiata es? Re-
create & loquere sororibus. Illa
verō respiciente, abbatissa dixit.
Domine Iesu Christe sana ancilla
tuam, quoniam propter te multa
patitur. Et cum ligasset pedē ei
de panno cilicino leuauit eam &
dās ei manum ducebāt ad mona-
sterium. Illa verō respiciēs ligna
proiecta dixit soribus. Viuit
Dominus meus, nisi collegero li-
gna & septimanam meam com-
pleuero non ascendam, cui Iulia
dixit. Noli domina soror non va-
les, dimitte, ego colligā ea, tuascē
de requiesce propter dolorem.
Illa verō non acquieuit sed com-
plens manus suas lignis sic ascē-
dit. Cui tamen diabolus non pe-
percit. Nam cum ascendisset su-
periores gradus scalse calcans sū-
mitatē tunice suę, super ipsum
lignum tuit quod portabat, & si-
xum est lignum in aspectu eius,
ita vt sorores crederent quia lig-
num eius oculum penetrasset.
Tunc exclamans Iulia ait ad eam
Domina mea, tibi dixi quia non
potes requiescere & me non au-

disti. Cui dixit Euphraxia. Caute
subtrahē a me lignū, ocul⁹ meus
sanus est. Traxit ergo ab ea lig-
num, & sanguinis facta est effu-
sio vehemens. Abbatissa vero de-
ferēs oleū & facta oratione sup-
posuit eī manum rursūque di-
xit ad eam. Vade adstratum tuū
requiesce, & ego sororibus mini-
sterium tuum iniūgo Euphraxia
vero dixit. Viuit Dominus meus
quia nō requiesco donec efficiū
meum complebero. Multū enim
rogauatur a sororibus vt requie-
scret propter plagas quas habe-
bat, & passa non est, sed sic vice-
rata est vtraque plaga sanguine
præcurrente itabat ministerium
faciēs sororibus, & neque inope-
re Dei deerat nec in aliō ministe-
rio. ¶ Rursus itaque alia vice cū
ascenderet cum Iulia in solariū
tertium, arripens eam, diabolus
præcipitauit eam deorsum. Et cū
exclamasset Iulia, concurrentes
sorores crediderunt se Euphra-
xiam mortuam inuenire. Quę te-
surgens occurrit eis, quam susci-
piētēs introduxerunt eam ad ab-
batissam. Interrogauit eam si in
aliquo fuisset lesa. Cui Euphraxia
respondit. Viuit Dominus domi-
na mea, quia nec quomodo ceci-
di noui, nec quomodo surrexi, au-
diens abbatissa quia de tanta alti-
tudine corruens nihil esset lesa,
glorificauit Deum dicens. Vade
filia ad opus tuum, & erit Do-

minus

minus tecum. ¶ Rursus ergo ini-
micus volens eam occidere, ollā
feruentem habens in qua olus co-
quebat, vt effunderet coctiōnem
olerum in vasculo, ablatisque pe-
dibus a diabolo retrorsum ca-
dens, ollā illius coctiōnem in fa-
ciem suam fudit. Et dum omnes
sorores in hoc facto expansece-
rent, exiliens Euphraxia subrisit
& ait ad eas. Vt quid turbatę es-
tis? Abbatissa veto vidēs, quia nō
fuit lesa, respexit in ollam, &
vidit quia quod remanserat esset
feruens. Et cōuersa dixit Euphra-
xia vere domina mea, quia velut
aqua frigida venit in faciē meā.
Admirata est vero abbatissa, &
intuens in eam dixit. Filia Deus
te custodiat & tibi sine intermis-
sione tolerare in suo timore con-
cedat. Et ingressa abbatissa orato-
rium conuocauit priores senio-
res, dixitque eis. Nostis quia Eu-
phraxia peruenit in gratiam Dei,
cognouistis enim quia nec præci-
pitata cōtristata est, neque nimie
tate feruoris exusta est. At illę di-
xerunt. Vere ancilla Dei est Eu-
phraxia & curam eius habet Do-
minus, nam in huiusmodi ten-
tationibus liberata est a Domi-
no. Omnis itaque sciuiras atque
prouincia consuetudinem habe-
bat, vt infantes male habentes in
illud deducerent monasterium
ad ancillas Dei miracula facien-
tes & suscipiebat eos abbatissa

& ingrediebantur in oratorium
& supplicabant pro eis. Domina
& mox ab omni languore sana-
bantur infantes, & recipiebant
eos matres propriae sanos, profi-
ciscētes atque glorificātes Deum.
erat autem quædam in monaste-
rio mulier energumina, ab infan-
tia obligata in monasterio, quate-
nus saluaretur, quæ habebat spi-
ritum immundum dæmonem li-
gatis manibus & spumam faciēs
& dentibus suis stridens multum
que clamans, ita vt omnes audiē-
tes eam timore conciderent. Et
cum frequenter abbatissam se-
niorit⁹ sororibus pro salute eius
orasset nihil promeruit. Qua pro-
pter nec valebant se ad eam iun-
gere, vt ei vel cibū offerrent, erat
autē ligatam quodā vasculo in
fune, & in ipso vasculo legumina
vel panes mittebant, & appende-
batur ipsum vasculū, & sic ei de-
lōge porrigebāt, & ita vescebatur.
Frequēter autem abiciens ipsum
vasculū, cū virga iaculabatur in
faciem offerētis tibi cibū, Vna ve-
ro dierū factum est vt intraret
ostiarīa & diceret abbatissa, Do-
mina mea quædam mulier infan-
tulum adduxit & stans foris ad
ianuam deslet. Est autem infantu-
lus quasi annorum circiter octo,
paralyticus, surdus, & mutus. Vi-
dens autem abbatissa spiritu si-
bi reuelante, quia gratiam pro-
meruisset a Domino cōtra dæmo-

Q 4 nca

nes Euphraxia, dixit ostiaria. Vo-
ca mihi Euphraxiam. Quæ cum
venisset ante abbatissam, dixit ei.
Vade suscipe infantem à matre
sua & deser huc. Illa vero egressa
videns infantulum paralyticum
& trementem miserata est super
eum & gemiscens dolenter sig-
navit infantem & dixit ei. Qui &
creavit ipse te sancti filii. Et sumens
eum, pergebat ad abbatissam. In-
fans vero dum portaretur ab Eu-
phraxia sanatus est & clamavit
matri suæ videns autem Euphra-
xia quia infatulus cepisset loqui
perterrita proiecit eum in terram
infantulus autem mox exurgens
cucurrit ad ianuam, quærens ma-
trem suam. Currens autem ostia-
ria nunciauit abbatissæ quod fa-
ctum est. Quæ cū vocasset matrem
infantis, dicit ei. Dic mihi inquit
soror, tentare nos venisti. Respō-
dit autem mater infantis dicens.
Per Dominū nostrū Iesum Chris-
tum domina mea, quia neq; am-
bulabit, neque locutus est hic in-
fans, vsque in præsentem horam.
Sed cum suscepisset eum hæc do-
mina soror mox locutus est, illa
vero projiciens eum in terram, ste-
tit obstupefacta, infantulus vero
surgens, venit ad me ancillatua.
Dicit ei abbatissa. Ecce ergo
habet eum sanum, tolle eum & va-
de in pace. Quæ assumens filium
suum, pergebat glorificans Deū.
¶ Rursum ergo abbatissa dixit &

seniores sorores. Quid vobis de
Euphraxia videtur? cui responde-
tes dixerunt, vere filia Dei est. Vo-
cavitque eam & dixit ei. Filia mea
Euphraxia volo ut huic patienti
quæ in monasterio est per manus
tuas cibum offeras, si non times
eam. Cui Euphraxia respondit.
Nō timeo domina mea, quicquid
mihi præcipis. Sumens ergo Eu-
phraxia quoddam vasculum, mi-
sit in illud legumen & fragmen
panis, & obtulit ei. Illa vero repē-
te dentibus stridens, & valde fre-
mens fecit impetum super eam &
apprehēdens illud vasculum vo-
lebat confringere. Euphraxia ve-
ro apprehēdens manum eius, di-
xit. Vivit Dominus Deus, si te po-
suero in terram, tolle virgā domi-
næ abbatissæ & sic te flagelabo
ut nūquam præsumas hoc agere.
Videns autem quia prævaluisset
patienti, quievit. Postquā autem
cessavit, cœpit Euphraxia blādiri
& dicere. Sede soror comede &
bibe, & noli turbari. Illaque fe-
dit comedit & bibit & requievit.
Ab illa hora iā ei cibus cū virgā
dabatur. Omnes autē sorores vi-
dentes quod fecerat Euphraxia,
orabant pro ea ad Dominum.
Cum vero cœpisset moveri & in-
dignari, dicebant ad eam soro-
res, quiesce soror & noli mali-
gnari, nam si venerit domina
Euphraxia flagellabit te, & re-
pente quiescebat. Rursum au-

tcm

tem Germana invidia mordeba-
tur, & cor eius vrebatur, dicebat
que sororibus. Nisi fuisset Euphra-
xia, non inueniebarur alia quæ ci-
bum ei offerret. Tollam cibos, &
ego ministro. Sumens ergo cibos
eius accessit ad patientem, & di-
xit ei, accipe cibos soror & come-
de, illa vero continuo exiliens in-
eam, vestes eius concidit & con-
terens eam proiecit in terram, &
irruens super illam cœpit mandu-
care carnes eius, clamore facto &
nulla præsumente ei appropin-
quare currens Iulia ad coquinā:
dixit Euphraxiæ. Festina domi-
na, quia Germana a patiente dila-
cerata est. Currens autem Euphra-
xia tenens manus patientis & gut-
tur, eripuit ab ea Germanā cruen-
tatam & dilaceratam cui dixit Eu-
phraxia bene fecisti, quia sic con-
trivisti sororem, illa vero stabat
spumam faciens: & dentibus stri-
dens. Dixit ei Euphraxia, ab hac
hora si maligna fueris erga soro-
res non tibi cedo neq; misereor:
sed virgā dominæ meæ Abba-
tissæ tollam, & cum ea te sine mi-
sericordia flagellabo, illa vero
cessavit. Mane autem facto com-
pleto sacro officio & egredienti-
bus eis ab oratorio visitans Eu-
phraxia patientem inuenit eam
diruptam vestem suam in terram
proiecisse, & sedentem super eam,
& colligentē sterces & comedentem.
At Euphraxia ut vidit fleuit

& quæ facta fuerant Abbatissæ
nunciauit. Convenientes vero so-
rores inueniunt eam nudam &
colligentem flegma & comedentem:
dixit autem Abbatissæ ut da-
retur ei alia tunica ut vestiretur,
Sumens itaque Euphraxia tunicā
& paropsidem cum legumine &
fragmen panis obtulit ei, & dixit
Accipe soror & vesti te, & gusta.
Quare sic te deturpas? Quæ su-
mens comedit & bibit. Et induens
eam ministrauit ei Euphraxia ve-
ro à lachrymis nō cessavit vsque
ad vespērā pro ea gemens. Quo-
cum peruenisset, mox supplica-
bat Domino cū lachrymis, ut il-
la patientem sanaretur. Diluculo ve-
ro Abbatissæ vocans Euphraxiā,
dixit ei. Cur me cœlesti preces of-
ferens Deo pro hac patiente? Si
manifestas mihi, & ego sine du-
bio venirem. Cui Euphraxia di-
xit, Ignosce mihi domina vidi eam
ruspiter positam & infirmam &
dolui super eam. Abbatissæ vero
dixit, habeo tibi aliquid confite-
ri, & vide ne Satanas tenet te, &
elatio tibi generetur. Ecce tibi
Christus potestatem circa eos dedit
ut eicias eos. Audiens hæc Euphra-
xia, misit cinerem super caput
suum, & prosternebat semetipsam
in terram clamavit, dicens, Quæ
sum ego infelix & immunda, ut
dæmonem tantum expellam, quem
orantes per tantum tempus non
potuistis expellere? Dicit ei Ab-

Q 5 batissa

batissa. Filia mea, re sustinebar hoc temperis capi. si est tua merces in celo. Ingressa quidem Euphraxia monasterium proiecit se metipsam ante altare, supplicans Deo, ut precibus eius sanaretur & de excelsis daretur auxilium. Eursurgens a pavimento orans, sursum ibat ad patientem iussione Abbatis, & omnes sorores sequebantur eam; ut miraretur que facienda erant. Ad quam accedens ait. Sancte Dominus meus Iesus Christus qui te creauit. Et max si gnium crucis fecit in fronte eius. Mox autem clamauit dæmon coram omnibus. O quomodo ab ista impostrice & fallace exeo habitans in ea plurimos annos, & nullus me expellere potuit, & hæc immunda atque luxuriosa conabatur persequi me. Cui Euphraxia dixit. Non ego te persequor: sed Christus omnium Deus. Dixit ei dæmon. Non exeo immunda. Non enim accepisti potestatem eiciens me. Euphraxia dixit: Ego immunda sum, & omni malignitate plena (vt tu quoque testaris) veruntamen iubente domino egredere ab ea. Nam si sumo baculum Abbatis, flagellabote. Siquidem resistente dæmone, & exire nolente, sumens Euphraxia Abbatis baculum, dixit ei. Exi aut certe torqueo te. Respondit ei. Quomodo ab ea egredi poteris, cum ab ea recedere non possim. Mox igitur Eu-

phraxia, cepit cedere. Et cum tentio percussisset dixit. Egredere a signis Dei, spiritus immunde. Incepit te Dominus Iesus Christus. Dæmon dixit. Non possum exire ab ea, quid me persequeris ubi habeo proficisci. Euphraxia dixit. In tenebras exteriores, in ignem æternum, in infinita tormenta parata tibi & patri tuo Satanæ, & facientibus voluntatem eius. Omnes itaque sorores stabant respicientes in eam & non præsumebant propius appropinquare. Euphraxia vero dure certabat cum dæmone resistente, & respiciens in celum dixit. Domine Iesu Christi noli me in hac hora confundere, vt non vincat me hic dæmon immundis. Et continuo dæmon spumans, & stridore facto clamans voce magna egressus est a muliere, & ab ea hora sanata est. Cucurrerunt sorores glorificantes in hoc Deum. Magnus enim timor obtinuerat omnes. Euphraxia vero tulit mulierem, & abluit eam aqua, & induit eam vestimento, & duxit ad Abbatissam quæ vna cum sororibus introduxerunt eam in monasterium, & gloriam dederunt Deo pro facto miraculo. Ab illa vero hora humiliavit se amplius Euphraxia, & sine somno tota nocte persistebat, omnem vero hebdomadam ieiunabat, vt consueuerant, sine defectu faciens cunctis sororibus ministrante.

misterium, & cum omni studio, atque latitia in mansuetudine, atque humilitate degebat.

¶ Vna dierum Abbatissa vidit visionem, & conturbata est vehementer. Rogare autem cœperunt eam omnes sorores supplicantes & dicentes. Confitere nobis domina Abbatissa, cur sic ingemiscis, & nostras animas simul affligis. Et dixit, non me cogatis vsque in crastinum. Dixerunt ei seniores sorores. Crede domina quod si non annuntiaueris nobis, tribulationem magnam animabus nostris ingeris. Abbatissa dixit. Ego quidem quod futurum est vsque in diem crastinum dicere non volebam: sed quia cogitis me non audire. Euphraxia nos deserit, cras enim hæc vitapriuabitur, nulla vero indicet ei, ne contristeretur. His itaque dictis magnus eiulatus per multas horas factus est vna autem sororum cum cognouisset, currens ad furnum inuenit Euphraxiam panes coquentem, cui Iulia aderat secundum consuetudinem, dixit ergo illa soror quæ venerat. Cognosce domina Euphraxia, quia intus magnus luctus est apud Abbatissam propter te & apud sorores. Audientes autem hæc Iulia & Euphraxia stupefactæ sunt, & diutius steterunt. Post hæc autem Iulia dixit. Putasne auditu audiuit Abbatissa quia ex iussione illius, qui ali-

quando sponsus fuerat tuus, iussit imperator te abduci ex monasterio & propterea lamentantur. Cui Euphraxia respondit. Viuit Dominus meus Iesus Christus, quia si omnia fundamenta terræ mouerentur non mihi persuadere praualebant, vt Christum Dominum meum derelinquam. Veruntamen domina mea Iulia, dum coquantur panes vade, vide fletus istos, quid contigerit, ne anima mea perterberetur, illa vero pergens & stans foris ante ianuas, audiuit somnium Abbatissam hoc modo referentem. Vidi (inquit) quasi duos cuiusdam scematis viros huc aduenientes, qui querebant Euphraxiam tollere, dixerunt que mihi dirige eam, opus habet. Rursum ergo & alij venientes dixerunt mihi. Assumens tecum Euphraxiam, deduc eam ante dominum. Quamquam assumens properaui cum eis. Et cum venissemus ad quendam portam cuius gloriam enarrare non valeo, sponte nobis aperta est. Et ingressi sumus, & vidimus ibi inenarrabile palatium caeleste, in quo est solium nuptiale non manus factum. Ego quidem interius appropinquare non potui. Euphraxiam vero assumentes, obrulerunt domino, & procidit osculata est pedes eius immaculatus, vidi ibi dena millia angelorum, ac similitudinem sanctorum inenarrabilem, & omnes stabant respicientes.

& vidi, & ecce mater Domini assumens Euphraxiam, adduxit eam ad thalamum nuptialem in quo decoris coronam parabat: & audiui vocem de Euphraxia, dicentem. Ecce merces tua. Nunc itaque perge post decem dies veniens, fructe his in seculis infinitis. Et ideo quia hodie nona dies est, ex quo visionem vidi, cras morietur Euphraxia. Audiens hæc Iulia recitantem secreta Abbatisfam, tundens pectus suum & faciem amore deflens venit ad cliibanum, cumq; vidisset eam flentem Euphraxia, dicit ad illam. Coniuro te per filium Dei soror Iulia indica mihi quid audisti & quare plangis? Dixit ei Iulia. Plango domina mea: quia hodie separabimur à te. Sicut enim audiui à domina mea. Abbatisfa, cras ex hoc corpore exhalabis. Quod dum Euphraxia audisset angustata est & pusillanimis facta cecidit. Sedebat autem iuxta eam Iulia flens. Cui Euphraxia dixit. Soror da mihi manum tuam & leua me, & duc me vbi ligna sunt posita, & ibi me pone, & tolle panes declibano & porta in monasterium. Fecit Iulia hæc & Abbatisfa nõ indicauit. Cum ergo iaceret Euphraxia in pavimento, clamauit. Cur domine abominatus es me peregrinam & orphanam. Cur despexisti me. Ecce tempus quãdo debeam cum diabolo pugna-

re, & anima mea à me expetitur. Misericors esto in me ancilla tua Domine Iesu Christe, dimitte me vel vnum annum quatenus defleam peccata mea: quia sine pœnitentia sum & ab omni pœnitentia mundata. Non est in me opus salutis, nam nemo in inferno confitebitur tibi. Non est pœnitentia in sepulchro, non possum post mortem lachrymis præualere. Non enim qui in inferno sunt laudabunt te Domine, sed viuentes laudabunt nomen factum tuum. Dona mihi vel adhuc vnum annum, vt pœnitentiam agam: quia desolata sum sicut ficus sine adiutorio. Cum ergo defleret audiens quãdam sororum, indicauit Abbatisfa, atque sororibus: quia Euphraxia prostrata in repositione lignorum, ita clamaret. Dixitque Iulia. Vere domina audiuit, quia moritur, ppter ea lamentatur. Dixit ergo Abbatisfa sororibus. Quis annũtiauit ei, & animam eius afflixit. Quis indicauit ei, & cor eius attriuit. Nonne vos rogauit ne diceretis ei donec eius hora veniret. Cur hoc fecistis, & afflixistis animam eius. Ite & adducite eam mihi. Illa vero pergentes, dixerunt ei. Veni domina Euphraxia, vocat te Abbatisfa. Illa vero egressa est plorãs atq; cõturbata, & ingressa astitit Abbatisfa, deflens atque mœrens, & gemitibus nimis affli-

ta.

ta. Abbatisfa vero respiciens eam dixit. Quid habes filia: quia sic ingemiscis? Euphraxia dixit. Plango me domina mea, quia sciui mihi morituram, & non indicasti mihi: vt plangerem peccata mea, dum sum ab omnibus peccatis inquinata. His dictis se pstravit in pavementum, & tenuit pedes Abbatisfa, per quam omne consilium eius alacriter est perductum. Clamauitq; Euphraxia & dixit. Miserere mei domina, & deprecare dominum vt mihi concedat vel vnum annum, quia sine pœnitentia sum, & nescio quã me tenebræ cooperiant. Dixit ei Abbatisfa. Visit dominus, quia celesti senatu dignam te fecit Rex tuus Christus. Et cepit omnibus recitare, quibus bonis habet frui Euphraxia. Et rogabat eã vt pro ipsa dominum supplicaret, quatenus eius particeps esse mereretur. Orabat enim vt cum ea conuersaretur in Christo, & ipsis donis quibus ipsa erat fruitura, & ipsa frueretur. Euphraxia vero iacens ad pedes Abbatisfa, cepit tenere frigus & rigorem, post paululum vero vehemens eam febribus inuãit. Abbatisfa vero sororibus ait. Sumite eam & ingrediamur in oratorium: quia iam appropinquat hora eius. Pofuerunt ergo eam in oratorium, & obseruabant eam vsque ad vesperam. Vespere autem facto, cum hora

sumendi cibum iam aduenisset: præcepit eis Abbatisfa vt egredere-retur, solummodo Iuliam secum retinens, ne aliqua hora relinquerent Euphraxiam, & clausis ianuis vsque mane fuerunt cõ ea. Iulia vero rogabat Euphraxiam, dicens, Domina mea soror non obliuiscaris mei, memento quia inseparabiliter tibi cõiuncta sum semper super terram, Supplica Deo pro me, vt me non separet à te. Memento, quia ego tibi prouidi bona certamina. Deprecado minũ vt me abluat ab hac sarcina carnis, vt mereat tecum abire cum fiducia. mane vero facto, Abbatisfa videns quia in nouissima respiratione esset Euphraxia vt moreretur, mandauit sororibus per Iuliam dicens, Venite filia mea, valefacite ei quia iam defecit. Quibus venientibus vale dixerunt ei flentes, dicentesque, memento nostri domina soror Euphraxia, nomen Domini benedictum a Deo qui te dilexit. Post omnia autem venit illa quæ diu pãssa à demone fuerat, & per eã salua facta est, & lugens sicut & omnes osculabatur manus eiũ dicens, iste manus quantum mihi indigna & peccatrici ministrauerunt, per Deum & per istas manus demonium expulsus est à me. Et cum Euphraxia respondere non posset, dixit ei Abbatisfa. Filia mea nõ miseris vel huius soror-

fororis. Quare non loqueris ei, quæ propter te ita tribulatur? Euphraxia vero respondit ad eam. Quare me lugens domina soror? Dimitte me, requiescere: quia deficio, veruntamen tu benedic Deum, & ipse te cõseruabit. Et dixit. Ora pro me, quia magnũ certamen est in anima mea in hac hora. Cũ ergo orasset Abbatisa & omnes respondissent amen, reddidit animã. Erat autem annorum triginta sepelierunt eam in tumulo vbi & genitrix eius Euphraxia requiescebat, & glorificauerunt Deum: quia promeruissent habere sororem apud Deum. Iulia vero magistra eius tribus diebus flens ab eius tumulo non recessit: hæc enim docuerat eam literas & psalterium, & multum eam diligebat, cum eius esset discipula, atque ex genere imperatoris. Quarto vero die lata facta Iulia, accessit ad Abbatissam & dixit ei. Domina mea ora pro me, quia vocauit me Christus intercedere pro me beata Euphraxia. Et hæc dicens osculata est cunctas sorores. Quinta enim die post obitũ beatæ Euphraxiæ defuncta est & magistra eius Iulia: & sepulta est in sepulchro vbi posita est beata Euphraxia. ¶ Post triginta vero dies euocans Abbatissa monasterij priores, dixit ad eas. Filie mee eligite vobis matrem & constituite in locum meum quæ vo-

bis præ esse possit; Illæ vero responderunt. Domina pro qua causa hoc dicis, denuntia nobis. Nunquam enim famulabimur tuis hoc dixisti. Dixit eis Abbatisa. Vocauit enim me Dominus. Supplicauit pro me domina Euphraxia, & multum laborauit in suis precibus, quatenus ego cælestem thalamum promererer. Nam & Iulia per sanctam Euphraxiam particeps eius effecta est, & ingressa est in illud palatium non manu factum, & ego festino digna fieri, & cum eis locum habere. Audientes sorores de Euphraxia & Iulia quia in maxima essent gloria gaudebant & orabant pariter: vt & ipsæ mererentur ad illum thalamum accedere. Elegerunt ergo vnam sororum nomine Theogeniam quæ eis præset. Quam euocans Abbatissa ad se dixit ad eam. Ecce testimonium bonum quod sorores omnes de te dederunt & posuerunt te ad principatum & præsulatum traditionis diuinæ legis, & consequentiam nostram. Coniuro te per intemeratam Trinitatem & consubstantialem, ne istius mundi quæras diuitias aut possessionem, neque occupes sorores ad terrenas sollicitudines: sed magis vt contentæ temporalibus bonis perpetua mereantur accipere. Et rursus sororibus dixit. Quomodo perfecte nostis

nostis vitam & conuersationem Euphraxiæ, estote imitantes eam vt participes eius efficiamini. Et cum dixissent omnes amen, vale dicens eis intrauit oratorium, & claudens ianuas præcepit, vt vsque ad diluculum nulla illatum intraret. Mape autem facto ingressæ, inuenerunt eam obdormiisse in Dño, & hymnũ dicens Dño reposuerunt eam in sepulchro vbi beata Euphraxia recõdita erat. Ab illa enim die nequaquã in illo tumulo alia sepeliuntur corpora. Multa vero signa & sanitates fiebant in memorato sepulchro, & expulsi daemones clamabant, quia post mortem præualeat cõtra nos Euphraxia & persequitur nos. Hæc est vera vita Euphraxiæ matronæ quæ celesti senatui interesse promeruit. Festinemus igitur, & nos tam fratres quam sorores huiusmodi conuersationem habere, & sectari humilitatem, obedientiam, laborem, mansuetudinem longanimitatẽ: vt & nos ita Angelorum conuersationem mereamur, & cum gaudio magno fruamur saluatore Domino nostro Iesu Christo. Cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

¶ *Incipit vita serui Dei Macharij Romani qui inuentus est iuxta paradijsim.*

Gloriam & magnificentiam Deo soli & benignissimo a-

gere debemus, qui per innumera bilia miraculorum exempla, ad vitæ cælestis gaudia nos perduxit, denique nos miseri & humiles monachi Theophilus, Sergius, & Thimus deprecamur vos omnes sanctissimos fratres, vt accommodetis aures his, quæ vobis narraturi sumus de vita & conuersatione sanctissimi Macharij Romani, qui apparuit nobis prope paradysũ ad viginti miliaria. Et hoc rogamus, vt fidei vestræ adhibeatis, quoniam quidem multo melius nobis fuisse credimus, sub silentij portu innoxios remanere, quam de facilitatis crimine vt recõspuiti. Igitur nos prætitulati fratres Theophilus, Sergius & Thimus propitia diuinitate abrenuntiantes seculo venimus ad monasterium quod est in Mesopotamia Syria, in medio duorum fluminum Tigris & Euphrates in quo vir clarissimus nomine Aselepton Eguminius multorum exerat pater monacherũ. Illi deniq; coniungentes, a prænominato patre, & omni caru fratrum gratanter suscepti, ac iugo regulæ colla submittentem, cõmuni vita conuersati sumus. Factum est autem tempore longo post hæc hora nona quadam die, sinaxi expleta, accedentes ad Euphratris fluminis littus, confestim ibi, & aliquandiu inter nos de sustententia, & conuersatione simul & labore seruorum Dei dispu-

disputatum est. Tunc mihi misero Theophilo venit in mentem cogitatio: & respondens dixi fratribus meis Sergio & Timotheo, velle mihi adest, o fratres dilectissimi cum vobis vitæ moribus ambulare, ad que ire vbi cælum terræ se coniungit. At illi, te (inquiunt) fratrem Theophile ut fratrem spiritualem semper habebimus & priorum, & amodo nullatenus à te separabimur, nisi his enim verbatua placent, idcirco vbi corde conceptum, perge; & nos in vita & in morte tecum erimus. Itaque surgentes de loco intrauimus in monasterium factaque vespera omnique diuini officij oratione completa, ceteris quiescentibus clam monasterium egressi sumus. Post hæc vero decem & septem dies ambulantes; conuinximus Hierusalem, & sanctam resurrectionem Iesu Christi & crucem adorauimus, deinde exeuntes in Bethleem vidimus & salutauimus sanctum præsepe, vbi Christus nasci dignatus est: & vbi stella Magos adduxit Christo munera deferentes & vidimus locum mirabilem vbi angelus cum multitudine exercitus celestis gloriam in altissimis Deo canebat, quilibet ad duo milliaria longe à Bethleem situs est; in montem quoque Oliueti ascendimus & in ipso loco sancto adorauimus vbi Christus pedibus stetit quando eleuatus est, & a nube su-

sceptus ascendit ad cælum. Exinde Hierusalem reuersi adorauimus Deum, & consignantes nos & commendantes Christo & sanctis eius exiimus non habentes iam animum & mentem in hoc seculo. Igitur nos Christi comitante gratia viam continuo aggredientes ac quinquagesimo die fluminis Tigris alueum pertrāscentes terram Persarum ingressi sumus & venimus in campum magnum & planiciem sū vocabulo. Alsi in quo martyr Christus sanctus Mercurius apostatam Iulianum peremisse legitur. Deinde ciuitatem Persidis nomine kitilephodo intrantes, in qua tres pueri, Ananias, Azarias & Misael, quiescunt longe à Babylone adorauimus ibi: & in eodem loco manducantes & domino hymnum laudis offerentes, mansimus dies aliquot. Inde profecti post menses quatuor pertransiuimus Persidis regionem, & inde terram Aethiopiæ sumus ingressi. Ingressi vero domum quandam, & neminem ibi habitantem reperientes duos ibidem fecimus dies. Et ecce tertia post hæc die apparuerunt aduenientes duo armati, vir & femina, nos vero nimio terrore perterriti surreximus illisque obuiam ire deliberauimus, ipsi autem nos videntes simul, ac exploratores esse credentes, concito graduper viam qua venerant redierunt, & post

post aliquantulum congregati de suis, quasi tria milia Aethiopes aduenerunt. Qui festinantes domum in qua eramus orantes, vallo circumdantes, nosque cuncti aspicientes, per quatuor eiusdem domus angulos ignem copiosum applicauerunt viuos nos cremare nitentes. Quod nos ut aspeximus, timore valido exterriti, Christum omnium Saluatorem inuocauimus, & in medium illorum profiliuimus. Tunc ipsi lingua sua multum inuicem murmurantes, diuque contra nos frendentes, cum nos illos, nec ipsos nullatenus intelligere possemus comprehendentes nos in obscuro clauerunt carcere. Seditibus ergo nobis in tenebris non erat, qui panem vel aquam tribueret. Nos denique cum lacrymis omnipotentis Dei creatoris omnium misericordiam inuocare, haud omisimus. Facienti vero nobis ibi dies aliquot, iterum congregati, cum nos fame & siti exanimis credidissent, circumdederunt carcerem. Sed cum orantes nos aspexissent aperientes ianuam eduxerunt nos, & cum multum inter se murmurantes loquerentur, nouissimè cum lignis agrestibus cadentes nos acriter de sinibus suis eiecerunt, & octoginta dies sine cibo expleuimus, sicut testis est nobis Deus. Eiecti itaque à sinibus illis iter fecimus dies multos in orientem, & deue-

nimus in locum admirabilem, & campum gloriosum, qui arboribus altissimis plenus, & mellifluus fructibus abundabat. Denique nos glorificantes & laudantes Deum, manducauimus dulcissimos fructus, & saturauimus nos valde. Itaque exeuntes in desertam Chananzorum ingressi sumus, & videntes illos in aspectu eorum valde mirati sumus. Ipsi vero cum mulieribus suis & parulis subitus in petris habitantes nos omnino non tergerunt Christi nos protegente gratia. Inde igitur profecti contra orientem, cum centum & decem dies eos pertranscentes, iter nostrum fecissemus, intrauimus terram gentis quæ nominatur Pichiti, ipsa vero gens in statuta & altitudine sua non plus quam mensuram unius cubiti habebat. Et videntes nos timore percussi fugerunt. Nos autem Deum collaudantes, qui de illorum manibus nos liberauit, cursum nostrum quotidie accellerauimus. Post hæc autem deuenimus in montes altissimos terribilesque, vbi sol non intrat, nec arbor nec herba crescunt: ibi ergo serpentes innumerabiles & dracones, & aspidēs, sed & Basiliscos, & viperas, & vnicornes, & bubalos vidimus multos, alias quoque bestias mortíferas multas & venenosa animalia, quorum nomina, vel naturam peni-

tus ignoramus. Dextera igitur Dei nos protegente illa si pertrahimus illa, sed & sibilos draconum & serpentium per viginti continuos dies in auribus habuimus, & non nisi aures obturantes illos ferre quiuimus.

¶ Interea in locum incidimusterribilem, rupes habentem asperri-
mas, in altum erectas: & in ima descendentes. Nos ergo septem dies ibi fuimus ultra progredi non valentes. Septima autem post hęc die apparuit ceruus ante nos ambulans rugiendo, quem surgentes secuti sumus. Iter autem facientes, multo maiores inuenimus ante nos rupes: nos vero maximo cum labore & angustia exinde euasimus & venimus in campum planum & magnum in quo Elephantorum magnam multitudinē stabat, & per medium illorum illa si transiuimus. Post hęc itaque minime nobis apparuit via. Tunc nos cum lachrymis clementiam Domini inuocantes, & per nouem dies sine cibo per deua ambulantes, conuenimus tandem in locum planicie largum, qui fructibus plurimis abundabat. Iam ergo tenebrę densissimę cuncta illa repleuerant loca, nec aliquid lucebat: sed nebula obscurissima erant. Tunc nos nimium turbati & afflicti cadentes in terram, cum planctu valido, orantes clamauimus ad Deum, & in eodem loco

dies septem compleuimus, non manducantes nec bibentes, nec lumen cęli videntes. Nobis autem valde afflictis & in oratione persistentibus, post dies septem affuit columba, quę nobis appropinquans, ac diu circa nos volitans, & pennulas fortiter percutiens quasi ad ambulandum nos confortabat. Tunc nos Deo agentes gratias surreximus, illa pręcedente per deua iter fecimus & ecce ante nos maximam inuenimus absidam in circuitu scriptam. Videntes vero scripturam illam, gauisi sumus & collaudauimus dominum. Hęc autem erat scriptura: absidam istam fecit Alexander Philippi Macedo Imperator, quando persecutus est Darium Regem Persarum. Qui terram hęc ingredi noluerit ad manum sinistram vadat non ad dexteram: est enim terra inuisa, & rupibus, & angustijs est plena. Nos igitur ad lauam intrantes, ambulauimus dies multos. Et factum est post quadraginta dies, euntibus nobis venit pesimus & intolerabilis fater ex quo velut exanimis effecti cadentes in terram orauimus Dominum, vt iam clementer recipi iuberet animas nostras. ¶ Post modicum vero surgentes a terra aspeximus lacum magnum, & multitudinem serpentium in ea ignitorum: & ex ipso lacu exierunt voces, & audiuius vlulatum & platum

ma-

magnum quasi populi innumerabilis, & de cęlo vox sonuit dicentis. Locus iste iudicij & pęnarum est, in quo cruciantur, qui Christum negauerunt: nos autem vocem hanc audientes & pectora percutientes cum lachrymis & timore nimio ipsum transiuimus lacum, & venimus inter montes duos altissimos, & in medio ipsorum apparuit nobis hominis longa statura quasi centum cubitorum, & ipse cathenis constrictus æreis toto ligatus erat corpore. Dux autem cathenę de vna corporis parte, in monte vno erant fixę, & dux in monte altero, & ignis matris in circuitu eius ex omni parte. Vox autem clamoris illi audiebatur quasi per quadraginta miliaria. Qui vt nos vidit, plorans & eiulans fortissime exclamauit, crudeliter enim ab igne cremebatur. Cumq; nos talia cerneremus valde pertinuimus, cooperientes facies, a longe ipsos transiuimus montes & ecce in alium continuo deuenimus locum ubi rupes multę & profunditas magna erat. Ibi etiam quandam vidimus femina crinibus solutis tantę toto corpore a maximo & terribili dracone inuolutam. Quandoque ergo ad loquendum os suum aperire voluisset caput suum draco confestim in os eius mittens linguam ipsius mordebat. Capilliarum huius mulieris ad terram vsq;

descendebant. Cumque in illam mirantes pauidi aspiceremus subito de ipsa profunditate & valle miserabiles audiuius voces dicentes. Misere nobis misere, Christe fili Dei altissime. Nos itaque vehementer exterriti, ponentes genua in terram, orauimus dicentes cum lachrymis Domine qui nos creasti, nunc tolle animas nostras: quoniam iudicia tua oculi nostri viderunt in terra. Surgentes autem cum iugenti luctu, & męrore simul & timore venimus in locum alium in quo arbores multas & maximas vidimus habentes similitudinem ficorum. In ramis autę ipsis volatilia multa, similia auibus cęli, quę voce humana fortiter clamabant dicentia. Parce nobis Domine qui psalmasti nos parce nobis misericors: quia peccauimus ante faciem tuam super omnem terram. Nos autem orauimus, dicentes, Domine misericordissime ostende nobis ista, quę vidimus miracula tua: quoniam ignorauimus quid sint, venit ergo vox dicens, non est vestrum nosse mysteria quę vidistis viam pergite vestra. Inde igitur cum iugenti pauore egressi, deuenimus in locum honorabilem, ac speciosissimum in quo quatuor viri stabant habentes figuras venerabiles tanquam mira pulchritudine decoras, vt credi aut fari omnino

R. facile

facile vix possit: isti siquidem coronas aureas gemmis & lapidibus honorifice compositas in capitibus habebant, & in manibus palmas aureas gestabant. Ignis vero maximus, ac terribilis ante illos, & spatæ acutissimas ante se tenebant nos ergo ista cernentes ac valido percussu timore exclamauimus ad illos dicentes. Domini serui & Dei excelsi miseremini nostri, vt spatæ & iste ignis nobis non præualeant nocere. At illi respondentes nobis dixerunt nolite timere, viam (quam vobis Deus demonstrauit) ite securi: nos enim Dominus in isto posuit loco, vt viam hanc seruariemus & custodiremus, vsque in diem iudicij, quando orbem terræ iudicaturus adueniet. Hæc nos audientes à sanctis viris illis ac de longe eos salutantes pertransiuimus locum ipsum & per quadraginta continuos dies ambulauimus, nullum omnino cibum sumentes, aquam tantum bibentes. Ambulantibus ergo nobis subito voces populi innumerabilis audiuius psallentium, & odor suauissimus quasi balsami optimi ac pretiosissimi venit nobis & sicut de mellis fauo dulcissimo os nostrum indulcorauit. De suauissimo igitur odoris nectare ac celestis melodiam cantilenæ sopor nos arripuit. Post medicum autem surgentes è som-

no vidimus ante nos Ecclesiam mirabili ornatu decoratam ac preciosissimam, quæ tota quasi crystallina videbatur, in medio autem ipsius Ecclesie altare honorificum de quo altari aqua egrediebatur quæ lactis candidissimi colorem habebat. Nos autem aquam ipsam in veritate lac sperauimus. In circuitu vero fontis illius, stabant viri sancti & honorabiles & cantabant canticum celeste, idest voces cherubin. Nos autem hæc intuentes timuimus valde. Ipsa vero Ecclesia à parte meridiana similitudinem habebat lapidis preciosi, à parte australi colorem sanguinis mundissimi prætendebat, à parte autem occidentali tota erat alba instar lactis & niuis candidissimæ. Stella super ipsam Ecclesiam plusquam huius mundi sydera lucebant, sol ibi se præmpliciter lucebat & calebat, quam in huius terræ regione: alpes & arbores omnes alta, & folia ac fructus plures & dulciores quam istius mundi arbores habebat, sed & aures cæli aliter resonabant quam aures terræ istius: omnis autem terræ ipsa duplites habebat colores, idest vna facies erat rariæ, & alia rubicundissimis coloribus erat: nos igitur stupentes, & in eodem loco adorantes, ac ipsos viros salutantes, cum timore egressi sumus, ceptumque iter arripere festinauimus. Denique post hæc

cen-

centum impleti sunt dies) vt Dominus testis est nobis) quod nullo refecti sumus cibo, aqua nos frequentius refocillantes, cum ecce subito euntibus nobis, venit populi innumerabilis multitudo virorum ac mulierum obuiam in vnum cõglobari: non autem illos longiorem præterquam vnius cubiti staturam habere vidimus, igitur visis illis valde pertinuimus. Tunc miserabilis ego peccator Theophilus, dixi fratribus meis Sergio & Thimo. Soluentescapillos nostros veniam aduersus eos forsitam fugiet a nobis, & liberabit nos Dominus de manibus illorum. Quod cum ipsis visum fuisset bonam solaris fasciolaris & capillis nostris irruimus super eos repente: ipsi autem hoc cernentes, confestim filios suos arripientes, stridentisque dentibus citius auferunt omnes. Nos autem Dominum collaudauimus, qui eripuit nos, & transeuntes flumen, inuenimus herbas candidas, & albas sicut lac, dulces velut mel, altas vero vsque ad vnum cubitum. Māducantes itaque de herbis mellifluis, ac nos saturantes ex eis gratiarum actione creatori omnium obrulimus, qui nos per tanta feruauit pericula ac gratuita nos sua gratia nutrebat. Nos interea viam inuenimus speciosam, & cadentes in terram adorauimus & collaudauimus Dominum misericor-

dem, qui eam nobis demonstrauit. Igitur per dies plurimos ipsam viam sequentes, tandem ad speculicam peruenimus honorabilem tunc signaculo sanctæ Crucis mēbris vndique munitis in eandem ingressi sumus criptam: sed nullum ibi inuenientes habitatorē, diximus inter nos. Munditia hæc non est nisi de manu hominis. Māneamus ergo hic vsque ad vespere, & videre habebimus loci huius habitatorē. His ergo dictis vna hora vtpote lassus refedimus, & subito odore suauissimo perfusa obdormiuimus. Rursum igitur paruo interuallo excitati a somno foras speluncam exiimus & contra orientem respeximus, & ecce subito figuram hominis a longè properantis vidimus cuius capilli capitis instar lactis candidissimi aut niuis quasi in aere volantes totum, vni corpus operuerunt. Ipsa autem mox, vt nos a longè respexit, semetipsum in terram proiecit protinus, ac rursus eleuans se ad nos ita clamare cepit. Si vos ex Deo estis, sanctæ Crucis signaculo munite vos ad me vsque properantes, sin autem ex diabolo, fugite a me Dei seruo. Hæc eo dicente, tali voce affatus sumus. Benedic nobis pater sancte & noli turbari: quoniam & nos serui sumus Iesu Christi Domini Saluatoris nostri, renuntiauius siquidem seculo huic vano facti-

R 3 que

que sumus monachi. Talia ut au-
diuit, illico ad nos venit & man-
suas ad caelum eleuans diutius o-
rauit surgensque ab oratione ca-
pillis ab ore & facie sua tollens
benedixit nos, ac locutus est no-
bis. Ipsius vero capilli capitis ac
barbae erant candidi ut lac, facies
que eius sicut vultus angeli. Erat
enim sicut lignum secus aquarum
decursus plantatum, & praefene-
stratae nimia oculi eius non aperie-
bantur, eo quod super cilia eos co-
operiebant: unguis nempe ma-
nuum eius, ac pedum longae ni-
mis: barba vero & capilli corpus
eius omne circumdederunt, cutis
illius quasi pellis testudinis, tunc
ipse cum lacrymis, ad nos exor-
sus est ira. Fratres mei benedicti
unde estis, vel unde huc adueni-
stis? dicite nobis qualiter se ha-
beat genus humanum, vel quomodo
fides Christianorum? & si Sarra-
ceni vel ethnici. haecenus Chris-
ti populo persecutionem inge-
runt? Nos itaque ut interrogati su-
mus, ei per ordinem responsum
dedimus simul dicentes angus-
tias & pericula quae per omnem
passi sumus viam & quia volun-
tas ac desiderium esset ire vbi ex-
lum terrae se iungit, aperimus.
Ipse autem ad haec respondens ait
filioli mei, charissimi audite me,
ab isto loco ultra ad paradisi lo-
ca non potest ire homo carne ve-
stitus: ego peccator exiguus val-

de in hac etiam voluntate labo-
raui, cupiens ultra procedere ut
finem terrae ac poli cernere qui-
uissem: sed nocte quadam assistit
mihi in visu Domini angelus di-
xitque ad me, ne ultra procedas
neque Dominum tentare praesumas.
Cui ego, quam ob causam
inquam mi domine in antea per-
gere non licet. At ille de isto in-
quit loco viginti sunt milliaria
vsque ad paradysum, vbi Adam
& Eva in delicijs constituti fue-
runt super ipsum vero paradysum
calum terrae iungitur: posuit de-
nique Dominus ante eundem pa-
radysum cherubin cum ignea ro-
phea atque volubili ad custodiendum
vite lignum, & habet a pe-
dibus vsque ad umbilicum simi-
litudinem hominis pectus, sicut
pectus leonis, manum sicut cry-
stallum, habet gladium, ut seruet
paradysum, ne aliquid illuc pro-
ximare valeat: ego itaque haec au-
diens ab angelo amplius non re-
spondi, nec ultra procedere tentaui.
Igitur ego Theophilus & iri-
neris mei socij, ac fratres ista a
sancto audientes prostrato omni
corpore collaudauimus Dominum
& ipsum seruum Christi saluta-
uimus, vespere autem facto dixit
nobis. Fratres mei dilectissimi
exite foras cellulam & expecta-
te paululum: habeo enim leo-
nes duos qui per diem foras am-
bulantes, sero ad me reuertuntur

ne.

ne, ipsis subito venientibus mali-
aliquid patiamini ab eis. Nobis
ergo cum pauore paululum exeu-
tibus leones rugiendo, extemplo
aduenerunt. Ipse vero manus su-
per eos ponens, ac colla demul-
cens ait illis. Filioli mei boni fra-
tres tres de seculo venerunt ad
nos, ne faciatis illis malum. Con-
tinuo nos aduocans dixit. Fra-
tres venite & iam timere nolite.
Nos vero cum pauore nimio in-
trantes salutauimus illum, & ves-
pertina synaxi celebrata, resedi-
mus, glandes ac herbarum radi-
ces pro cibo sumentes, & aquam
bibentes cum silentio. Mane au-
tem facto locuti sumus viro san-
cto dicentes. Pater sancte & do-
mine obsecramus tuam beatitu-
dinem, ut conuersationem tuam
nobis enarres, & quomodo huc
aut unde venisti, & quo nomine
voceris edicito nobis. At sanctus
nobis tale dedit responsum. Ego
inquit mei amantissimi fratres &
filij Machabius vocor in regali ci-
uitate natus, & nutritus & filius
viri Romani, qui inclitus fuit &
in imperiali pollebat ciuitate.
Cum autem pueriles excessissem
annos, me reuente ac nolente
pater meus despōsavit mihi vx-
orem diemque statuit nuptiarum.
Interea thalamo adornato, cum
iam frequentia populi fuisset in-
uitata, & sponsa sedente pater
meus hilarior effectus cunctos

inuitatos hostatut petete quic-
quid vellent. Omnibus autem
qui aderat iocis ac salutationib;
iactentis, factim exiui, & domum
viduae cuiusdam familiaris intra-
ui ac septem dies cum illa latitas
permanſi. Ipsa autem diebus sin-
gulis domum patres mei ingressa
audiuit quae de mea inquisitione
loquebantur, & veniens cun-
cta mihi replicans dixit. Pater
autem meus cum me undique re-
quirendo non inueniret fleuit a-
marissimè: sed & mater ac tota
familia. Octaua exinde die, id
est nocte Dominica mulierem il-
lam salutavi, & egressus in pu-
blicam viam, inueni virum quen-
dam canicie venerabilem, quasi
ad ambulandum stantem. Quem
adorans dixi. Vbi pergere habes
senior sancte? At ille hilari vultu
ad me conuersus dixit. Vbi tu
ire desideras, ego tecum ire dis-
pono, eo quod itinera ipsa mi-
hi oppido quam sunt cognita,
Tunc ego confortatus coepi ho-
minem sequi. Per domos vero
exinde intrantes vicinas, per viam
panem rogauimus accipere & ac-
cepimus. Per plurimos autem
dies ambulantes tandem perue-
nimus ad angustias viarum, om-
nium unde vos venire dixistis.
Cum ergo ad triginta milliaria
prope locum istum venissemus,
quadam die sedentibus nobis inter
ipsa mutua colloquia repente so-

R 4 eius

cū disparuit. Tunc ego nimium turbatus & quo me verterē ignarus, cadens in terram plangebam validissime. Et ecce contestim sine mora is qui ante disparuit, cū magna claritate apparuit, & ita affatus est me. Noli turbari dilectissime, ego enim sum angelus Raphael in adiutorium tibi missus, qui te huc perduxit præcepto altissimi. Dominus autem viam tuam prosperā fecit. Loca si quidem tenebrarum loca tormentorum, loca pœnarum pertransisti, in lucem venisti, fontem aquæ viux & loca iustorum vidisti. Idcirco noli timere, sed surgens viam tuam proficiscere. Quo dicto rursus qui apparuit, disparuit. Ego vero interea viribus receptis, surgens ambulare cœpi & à longè onagram intuitus clamaui, dixique illi. Ave per Christum qui te creavit, ostende mihi viam per quam ambulem: ipsa autem concite occurrens ingressus est ante me per semitam quandam parvulam & angustam. Quem ego subsecutus sum sicque duos compleuimus dies simul ambulantes, die autem tertia aspeximus ceruicim, & magnitudinis à longè què onager videns & pertimescens declinauit à me, iterum ego solus relictus angustiatus sum viam omnino non habens. Tunc contra ceruicium clamans dixi. Quia adiutorium mihi tulisti per Deū te con-

iuo, semitam mihi ostende. Ad hanc vocem veluti animal domesticum ad me declinans angustū ingressus est callem post tergum me semper aspiciens. Sic ergo tres in simul ambulauimus dies. Tūc ecce quarta die immensum ac terribilem offendimus draconē mediam distentumper viam. Quem vt ceruus vidit repente fuga elapsus euasit. Ego interim timore valido perculsus, in terram cecidi, deinde confortatus in Domino surrexi, ac me signo sanctæ Crucis muniens ad draconem dixi. Deum omnipotentem time, & noli mihi nocere. Tunc ipse terribiliter de terra se erigens humana me affatus est vocē dicens. Veni benedicte domine, tu enim es seruus dei altissimi Machariæ. Angelus autem sanctus Raphael figuram, & vultum tuum mihi demonstrans, præcepit vt concite tibi occurrerem atque perducerem in locum à Deo tibi præparatum. Ego itaq; quarto die hic expectaui, nihil omnino comedens: hac vero nocte in nube lucidissima te sedentem aspexi simul & vocem desuper audiui dicentē mihi. Accelera vt eripias Machariū seruū Dei qui adest vt tibi prædixi. Qua propter surgens sequere me ne repugnes, sed veni & locum monstrabo tibi vbi dñm debeas collaudare. His ergo dictis quasi vir iuuenis apparuit, & me cum

eum ad speluncā hanc vsque peruenit. Cumq; ingressi fuissetus repente euauit. Tunc ego peccator in parte altera prospexi duos leones catulos iacentes, mater autē illorum iuxta illos mortua iacebat. Quam ego foras eiciens sepeliui & Dominum colaudans glorificaui, qui tanta in me mirabilia fecit, & de tam grauibus angustijs liberauit, ipsos autem leuculos frondos arborum decerpēs ac illis porrigēs vt proprios enutriu filios sicque duos annos insimul quiescere habitantes compleuimus. Tunc ecce post hæc laqueus diaboli (cuius nunquam à seruis Dei cessat inuidia) affuit. Nam die quadam hora quasi septima spelunca foras egressus, sole feruescente resedi, tunc subito subtile fasciolū & oculis delectabile, iuxta me in terra positum aspexi. Ego vero in me meipso cogitās dixi, vnde in hac solitudine fasciolū? Existimās tamē quia in veritate esset fasciolū, oblitusq; ego miserrimus me signo crucis munire (quonā quidē facrosante crucis signaculū, omnē inimici enervat fantasiam) missimanum & leuans fasciolum reportauit in speluncam, altera nihilominus die egressus calceos fore minicos reperi iacentes in terra sed nec tunc miser ego insidias diaboli aduertens nec crucis vexillo me muniēs calceos leuauit

quos in speluncam portans fasciolo iunxi. Terra autem iam die iterum exiens diabolum in decore, vel specie mulieris vestibus pretiosis induta stantem inueni, ego vero miserabilis nec sic quidem laqueos inimici recordans, nec aliquo modo me signas, sed credens in veritate quia mulier esset, aio ad illam, vnde huc aduenisti, aut quis te in hanc adduxit solitudinem? Illa contrituo flere amarissime capit. Tunc ego misellus simul cum illa veluti compatiendo valde plocaui. Post hæc respondens dixit, ego miserrima, o pater sanctissime filia sum viri Romani, qui cū me inuitiam ac nolentem desponsasset iuueni cuidam nobilissimo Romano ac dies nuptiarū venirent, & thalamum ac conuiuium ordinarent inter nuptias ipsas spōsus meus disparuit. Cū que turbati omnes huc illucque eum inquirendo turbarentur, ego gaussa effecta clam exi & nocte eadem iter arripiens, nec itineris ducem aliquo modo habens per angustam viam montium ac vallium errando hucusque perueni. Hæc ego cum audissem, & omnia ita esse credidissem simul, & sponsam meam fore sperans, permanens apprehendi illam, & in hanc introduxi speluncā, lachrymæ vero ab eius oculis nullatenus cessabant. Tūc

ego miseris & lachrymis eius com-
 patiens, & valde super eam dolens
 sedere iuxta me feci simul &
 eglandes illi ad manducandum
 præbui, non enim insidias diaboli
 intellexi, neq; vllatenus crucis
 me signo muniti, sed simul seden-
 tes diutius colloquia habuimus.
 Tunc capi quasi de labore nimio
 sonans grauari, at illa manibus suis
 mea omnia membra mulcendo
 palpauit, & eo amplius somno
 grauatus sum. Quid moror, miser
 ego qui antea nunquam cum fe-
 minâ peccare confessi, in somnis
 me peccatum perpetrasse cogno-
 ui nâ subito expergestuse som-
 no quasi cum scemina discoop-
 tum in terra me iacentem inueni,
 ipsam vero non apparuit, Tunc
 infelix ego insidias diaboli fero-
 aduertens forans speluncam citius
 exiui, & pectus feriens ingentes
 lachrymas fudi. Ipsi interea leo-
 nes qui mecum aderant meum in-
 telligentes delictum quam citius
 fugerunt a me, hos autem cum cer-
 nosem fugisse scilicet leones cum
 lactu nimio ac dolore capi Christi
 misericordiam deuote inuoca-
 re, quatenus & mihi poenitentiam
 norma ostenderet ac leones ipsos
 redire iuberet. Nec mora, clemens-
 sissimus pater qui me ad poeniten-
 tiam seruare voluit illos confes-
 sionem fecit redire leones, mecum
 que ingressi in hanc speluncam
 humum pedibus suis ad vnius sta-

uram hominis aggregabant, ego
 autem hæc intelligens, collotenus
 ipsam intraui fossam ipsi impe-
 rans leonibus, ut in eodem me sepe-
 direr loco. Quodcum factum fuis-
 set annos tres sepultus in eadem
 fossa peregi. Interea ingenti plu-
 uia descendente supra est spelun-
 ca desuper caput meum vbi sta-
 bam, & lucem vidi, & foras ma-
 nus emittens herbas quæ in cir-
 cuitu super caput erant decerpsi
 & comedi. Tribus itaque annis
 euolutis affuerunt leones, & lumē
 circa me videtes otto diebant, hu-
 num in qua me sepelierunt ego
 quidem toto corpore sanus egressus
 sum virtutem pristinam in me
 sentiens. Tunc glorificans Domi-
 num meum Iesum Christum exi-
 ui de spelunca ponensque genua
 mea in terra. xl. dies, & xl. noctes
 in eodem immobilis permansi lo-
 co collaudans & obsecrans Deum
 & gratiarum actiones offerens.
 qui tanta misericordiarum mune-
 ra nobis peccatoribus iugiter præ-
 stat. His ergo completis diebus re-
 spexi in speluncam, & ecce qua-
 tuor anguli eiusdem spelunce lu-
 mine caelesti resplenduerunt val-
 de, & vidi saluatorem Christum in-
 scemate viri quasi auream haben-
 tem in manibus virgam, ac dulci-
 sona voce mirabilem cantum per-
 sonantem, vox autem illius vehe-
 mens, & fortis quasi mille homi-
 num audiebatur. Cum vero iam

melo-

melodia caelestis cantici exple-
 rit repente vox tribus vicibus in-
 sonuit dicens, Amen, & in semp-
 ternum Amen. In ipsa igitur hora
 egressus a spelunca saluator scan-
 debat ad æthera, & ecce continuo
 maxima ignis columna quasi nubes
 valida intrauit speluncam & facta
 sunt totirua & immensæ choru-
 scationes, & omnia cali volatilia
 secundum proprias audiui voces ca-
 nere dicentia. Sanctus sanctus san-
 ctus Dominus Deus. Ego itaque, dum
 hæc cernerem simulq; audire pro-
 pter visionis magnitudinis terri-
 tus valde sum, & in extasi raptus
 cecidi in terram & octo dies ita per-
 mansi, tunc namq; intellexi, quia
 saluator mundi Christus hanc in-
 gressus speluncam benedixerit il-
 lumq; sanctificauerit. Tunc ego
 introgressus in eam pro ignoran-
 tia propria ac negligentia capti sa-
 tisfacere collaudans & glorificans
 Christum saluatorem ac redempto-
 rem nostrum, & creatorē omnium
 qui tanta me sustinuit patientia
 & perduxit ad poenitentiam, & rur-
 sus talem mihi demonstrauit ele-
 mentiam. Quando autem hæc acta
 sunt, septem in hac spelunca, xta-
 tis vero quadraginta annos habe-
 bam, ecce nunc vobis velut filijs
 charissimis omnem vitam meam
 in veritate enarraui vos ergo si pu-
 gnas vel insidias maligni hostis
 sufferre potestis considerate, &
 hic nobiscum manete, si alias ad

monasterium de quo egressi estis
 reuertimini. & Dominus sit in iti-
 nere vestro. Nos autem cum ista a
 sancto Dei audissemus, cadentes
 in terram glorificauimus Dominum
 qui fecit mirabilia solus, & ad san-
 ctum seruumque Christi locuti
 sumus Macharium dicentes. Pa-
 ter beatissime Machari ora pro
 nobis ad Dominum, ut ad nostrum
 remeare possimus monasterium,
 atque conuersationem tuam san-
 ctam per omnes Christi Ecclesias
 enarrare, credimus enim quod
 Dominus idcirco nos perduxit
 ad te. Tunc senior diutius super
 nos orationem fudit, & fusa ora-
 tione bene dixit atque osculatus
 est nos omnes, & commendauit
 Christo ut in pace dirigeret viam
 nostram deinde tradidit nos leo-
 nibus illis, præcipiens eis, ut tra-
 ducerent nos quousque loca te-
 nebrarum pertransiremus vbi pri-
 us septem dies, & totidem noctes in
 tenebris iacuimus. Dimissi ergo
 a seruo Christi sancto Machario.
 spei ad Absidam Alexandri perue-
 nimus, vbi leones salutantes nos co-
 citò gratia reuersi sunt ad seruum
 Dei, igitur fauente Christo Deo
 sine angustia aliqua nostram am-
 bulauimus viam, & introeun-
 tes terram Persarum venimus in
 campum mirabilem, qui voca-
 tur Assia, vbi sanctus Mercu-
 rius interfecit apostatam Iulia-
 num, & ingressi denovo sumus ci-
 uitate.

nitatem kithisefodo, in qua pueri tres requiescunt nō longe a Babylone. Post hæc Tigrim flumen pertrāscentes, quinto decimo die intrauimus Hierusalem, & ad sepulchrum Domini nostri Iesu Christi siue per cuncta loca orantes gratiarū actiones Christo saluatori omnium libauimus qui nos sua gratia incolumes seruauit eūtes & redeuntes. Inde igitur egressi, veloci cursu ad nostrum peruenimus monasterium & nostrum Dominum ac fratres nostros omnes in pace, & sospitate reperientes per ordinem quæ vidimus & audiimus mirabilia & misericordias Domini, sed & vitam & conuersationem beatissimi Macharij illis enarrauimus. Quotquot autē hæc audiebāt & laudabant & glorificabāt & hymnum dicebant Deo patri omnipotentī, & filio eius vnigenito Domino & saluatori nostro, necnon & spiritui uiuificatori & illuminatori animarum nostrarum qui trinus in personis vnaque deitate nominatur, uiuit & regnat ubiq; Deus benedictus, & laudabilis nunc & per immortalia secula seculorum: Amen.

Incipit uita sancti Pashumij.

Quoniam desiderio desiderasti semper audier quæ facta sunt, & nos ne silentiō tempora peragantur, idcirco

de operibus Domini tacere nō possumus quæ in seruis suis insinenter ostendit. Ad primum de sancto Pashumio Dei seruo, sciendum est quō ordine eum Dominus ad suam uocare dignatus est gratiam, sicut referentium iactauit oratio qui conuersationis eius ordinem nouerunt. Hæc uestræ dilectioni scriptis intimare curauī, quōmodo per rusticos Dominus credentibus in se manifesta uit regni sui misterium. ¶ Erat enim Pashumius Memphæus genere, gentilis natus, ab infantia innocens ignarus literis, & ab omni peritia alienus, A Egypriorū, ab eorum gentiliū delubris semper extraneus. Fuerat enim estiuū spatarius, nunquā se adolescerū gregibus commiscuit, nec publici uisus fabulas aliquando cognouit, per eius ad saltandum non est comotus. In uita sua nunquā de ore eius turpis sermo processit neq; auaricia in cor eius aliquando accēdit. Ad fornicandū cum ad huc esset in seculo nō leuauit, mendaciū omnī uirtutē uitauit, discordiā uel odiū aduersus proximum suū, neq; contra extraneū nouerit, custodiebat pacem in animo suo super omne tēp. Cū ergo hæc ab eo gererentur, & annorum esset triginta septē, placuit Deo eripere eum de corruptione peccatorum, & ad incorruptionē uitæ æternæ eū euocare, Fertur introisse

isse ad eum Angelum Domini, & ipse plectam de spato plectebat. Atque ad eum Angelus Domini Pashumi. At ille ait. Quid est. Et dixit ad eum Angelus Domini. Quid est in manu tua. Ille ait funis plectatus. Et dixit ad eum Angelus Domini. Deū excelsū qui habitat in celo nosti? Pashumius dixit, Domine nescio si est Deus in celo. Sū enim rusticus, & nulla est mihi sapientia. Arti meæ in seruiō ab infātia mea, & nihil ab Urbanis hominibus audiui quōd discerem, sed & publicum semper fugi accessum. Dixit ad eum Angelus Domini. Ora Deum & dabitur tibi sapientia & intellectus. Pashumius dixit. Deum nō noui orare. Nescio enim quid dicam. Et accepit Angelus folium lauri, & scripsit in eo uerba orationis, & dedit illud Pashumio dicens, Māduca illud, & erit amarum in ore tuo sicut fel, uentremque tuum implebit obsecrationibus sapientia, & dabit tibi formā orationis & sanæ doctrinæ. Et accipiens Pashumius māducauit, & factum est os eius amarū. Porro ueter eius dulcedine impletus est, & magnificauit Dominū ualde. Vere autē credimus in eo impletū illud Prophete Ezechielis uel Ioannis Apostoli. Cibum de manibus Angelorum accipientes comederunt & adimpleri sunt sapientia ad prophetandum. Item

Angelus Domini tetigit labia Pashumij, & depulsa amaritudine lingua eius de Deo loquebatur ingentia, dixitq; ad eum Angelus Pashumi fige genua tua interrā, & faciem tuam ad orientem, & tunc dabitur tibi à Deo quem ad modū possis orare. Et posuit Pashumius genua sua in terrā, faciem quoque uertit ad orientem & infusa est ei oratio, & ait, Benedicā te Deus omnipotens, rex celestis, qui ignorantibus te nomen tuum innotescere facis, Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum nomen tuum efficiens manifestū, ut populum tibi congregaret ex omnibus gentibus ad optimum, nam uolens mundo succurrere labore laborāri, propter generis humani salutē unico filio non peperisti, per eū ergo te obsecro & tuam misericordiam, ut mihi cæco uerum lumen in tenebris constituto ostendas. Tu enim domine nosti, quia nullam sciebam omnino sermōnem, & dignatus es donare quōd loquerer ad te, & docuisti me quib; rogarē. Ex me ipso cognosco Domine Deus meus, quia uere cæci uident, surdi audiunt, muti torū lingua soluuntur, claudi ambulānt, leprosi mūdantur, pauperes euāgelizantur, peccatores uocantur. Quis erā ego, quia recordatus es mei. In quo præuolēt apud te pusillanimitas mea

quia

quia requisivisti me. Quare nunc peto ut a fordibus me abluas peccatorum naturalis miseriae meae quae me longo tempore pressit, vibebam enim eruditus a parentibus infideliter, more gentiliū tā quam socius iumentorū. Misisti enim mihi angelum tuum, & percussisti foemur meū, aperuistiq; saxeam petus. Veh enim tacenti de te, quia ignis visione trucidatur in sempiternū. Ecce in breui cognoui, quoniam non est gaudium impijs apud te nec peccatoribus læticia post obitum veniet. Nisi ad te cōvertentur salvi esse non dicuntur, & quoniam nō est visū tibi perdere me Domine redemptor humilitatis meae ostende mihi in melius, ut in pleno cognoscam Dominum & salvatorē Iesum, quia non est alius absque te, qui es benedictus in secula.

Hęc oratio sancti Psthumij prima, per quam eum introduxit angelus Domini ad vitā fidei requisendam. Erat intērus ex hoc beatus Psthumius, quando ad eum angelus Domini remeare posset, fretus ex hoc orabat, quod esset eum Dominus semper visitaturus. Cum autem pauci dies transissent, ecce Psthumini iuxta consuetudinem suam restim torquebat ex iunco, & ingressus angelus Domini ad eum ait. Ave inquit Psthumij. Statimque pauefactus surrexit Psthumius. Et ait

illi angelus. Vis ducam te ad vitā sacerdotem Dei, qui te baptizet in nomine patris & filij & spiritus sancti? Et respondit Psthuminis. Domine mi facte Dei hoc est mihi optabile iocundumque valde, ut in pleno me viam doceas Dei, & quae sit perfecta salus operum supernorum. Et apprehēdit eum angelus Domini in vertice capilli capitis eius, & duxit eū ad quendam nomine Priscum, sanctum virum & timentem Deū aitque illi, hunc doce quae sit via Domini sapientiae & intellectus, & baptiza eum in nomine patris & filij & spiritus sancti. Porro sacerdos Domini audiens gratulatus est valde, sed sacerdos non intellexit angelum Dei esse, qui introduxerat eum ad se. Statimque angelus in splendida mutatus est figie refulsit in faciem sacerdotis in albis, vestibus, vultuque decoro. Tunc Christi sacerdos timore perterritus cecidit consternatus in terra, rursusque angelus erexit eum & ait illi, ne timeas, conferuus enim tuus, & omnium fratrum tuorum ego sum. Oportuit enim tibi manifestare gloriam Dei nostri, ut scias quomodo hunc doceas verbum Domini, erudiens eum secundum saluationem eius, ut vivat in eternum coram Domino, hęc dicens discessit ab eis. Priscus autem Episcopus accepit secum Psthumio docuit eū ieiunare

nare. Cui manum imponens coeternum fecit. atque ita velociter baptizavit, docens eum symbolum sacramenti. Qui mox ut baptizatus est impletus est spiritu sancto dixitq; hanc orationē. ¶ Gracias tibi ego Domini Iesu Christe qui per spiritū santū reconciliare me dignatus es Deo patri, & redemisti me a morte & a pœna eterna, quā nō credētes in te cōsequuntur peccatorū suorum ponderibus aggrauati. Sunt autē peccata plūbo grauiora, quibus ego letor extractus, & de omnibus iniquitatibus & necessitatibus liberatus exulto. Vere enim personarū acceptio apud Deū non est, sed misericordia multiplex. Quomodo igitur indignus ego ad sedes accedere creaturatur, nisi tu me celsi digito tangeres. Foenum male aridū quod in corporis materia habitare preceperas, velociter mihi voluisti subuenire, inimicū legis tuae (qui mihi in carne dominabatur) subvertēs a fordibus aqua spiritus sancti regeneratione mundasti, loquitur in me anima renouata quae longo tempore inter oves perditas iacebat abiecta accepto ligno letatus sum quasi nominis magni census, imperatoris militi infixi reparatur in gratiam. Quasi mutus accepi vocē loqui cupio filijs tuis, & hymnū narrare in confessione, quoniam absolvisi capriū migrātem. Quasi sisti

stultum per sapientiā vitam donasti, egentem ditasti, mortuum resuscitasti, longe positum appropinquare tuam maiestati fecisti alie num a conuersatione Israel, sortium sanctorum tuorum per Christi gratiam esse voluisti.

¶ Ideo confiteor tibi, & psalmum dicam nomini tuo cū me docueris ordinem psallam tibi & benedicam nomini tuo in æternum & in secula seculorum. Igitur Psthumius baptismum consecutus literas nesciebat, sed tantum nomen Domini fidei augmento, & robore de die indies crescebat accendebatur fraternę studio charitatis, humilitatis vinculo ad uniuersos colligatus fuerat fratres. Charitatis iugum vehementer amabat, cunctisque fratres qui aderat Ecclesie proxima loca inhabitantes sollicitè requirebat. Studiose psalmos dicebat corpus vero suum ieiunijs affligebat in oratione quotidie pernoctabat. Agrestes delectabat herbas, & aquam frigidam bibebat. Cilicio super corpus oportum fatigabat per Eremū currens ut miserum frangeret corpus asserens esse peccatum aliquando ab opere si vacasset, verborum sermōnis cauebat, diuinis libris accommodabat aurem, iurare omnino detestabatur, mundum se in omni oratione sua exhibebat, plangere nō desine-

desinebat. Nam cum frequentia pereretur in corpore dæmonum tentamenta ad nota, orationum præsidia cōuolabat, & ne amplius somno indulgere videretur vt mortalia membra foueret, paululū super saxa quiescebat vt cū duritia lectuli doloribus ageret corpus, statim ad Dei confurgeret opus. Panem enim suum ad mensuram accipiebat & aquam ad mensuram bibebat. Nunquā pleno vētre à mensa recessit nec sitim suam vnquā satiauit dicens non est dignum si carnis voluntas esset impleta. Obedientiā vero & fecit & docuit. Patientiā vero superbos & iracundos homines humiliter mitigauit. Sed quādo Sathanas suggestionibus suis cupiebat propositum impedire oculos in cœlū leuabat & statim sanctum adesse sibi sentiebat auxiliū. Talis eius vita vsque ad senectā fuit, qualis ab initio fuit cum hæc gererentur in eo, vt omnino vsq; ad extremum suum despiceret corpus, vt si quando infirmitas febrium aut stomachi dolores graui tormento eius afficerent corpus nō dedit indulgentiā morbo infirmitatis, nec calidis usus est rebꝰ, nec ieiunia minorauit, existimās quod si corpori calido cibo cōsuleretur, à domino redemptio animæ daretur. Nam si aliquādo valitudo grauis debilia genua fatigaret ita vt ad vigiliās Pasthu-

mīus exurgere non valeret, orando & psallendo in stratu suo nō desinebat. Si lingua præ siti sicca retur, cordis intima rugiebāt. Ne silentio eius hostis animæ diabolus letaretur, aur in opere Dei vir factus negligēs inueniretur. Sed cum in tam districtiori vita Pasthumius permaneret ad baptizatorum suum perterxit, & ab eo cōmēdati uani orationem poposcit, & sine aliquo victu eremi postulauit arcana, ibi multo tempore demoratus, innumeras dæmonū insidias pertulit. Sed Dominus qui de mundo venerabilem conuerterat virum, quotidie cor eius armabat, ad sustinēdas versutias dæmonum. Nota igitur facta est sancto Machario, scilicet beati Antonij discipulo & visum est illi abire in eremū & celebre eius factum est nomen. Nā idem Macharius ab illustri viro Antonio monachorum fere quinquaginta milia susceperat gubernada. Eiusdem igitur Machari exitus de seculo appropinquabat Dominico gregi quis post eius excessum magisterij nomine subrogaretur, inquirebatur, factus itaque Macharius cum ad factum venisset Pasthumium, excepit eum libenter præcipue cuius iā ab Angelo famā audierat, non ergo ille, vt hospēs, sed eius subtiliter explorare propositum venerat. Porro Macharij aspectibus Pasthumij com-

complacuit conuersatio & eum suadere cepit vt sancti Antonij anachoritarum principis non grauaratur visitare reliquias. Sed cū omni virtute reniteretur & abire penitus noluisse: In somnis Pasthumius sine aliquo cunctamine ire iubetur nam diuinæ contra dicerenon poterat maiestati: Itaque cum Machario aggreditur iter multidunem congregationis monachorum quæ a solo gubernatur Machario ingressus, de quo sæpe diximus, corpus sepelisse magistri, cū spiritus eius vocatus est ex seculo. Qui cū se in extremo vitæ istius temporalis aspiceret: aduocato ad se sancto Pasthumio ita exorsus est ei: En frater tempus resolutionis meæ instat, quapropter audiens bonum testimonium de te, finem senectutis meæ debilitatis supposui gressibus ad perueniendum vsq; ad te. Nunc igitur bene fecisti venire mecum. Suscipe ergo paterno amore gregem Dei ad regendum. Noli querere quod tibi utile est, sed quod multis vt saluifiat ne ergo neges suscipiēdi honoris gratiam mercedē a Domino recepturus tempore opportuno. Tunc sanctus Pasthumius pedibus eius prouolutus ait, charissime pater, quomodo mihi tā magnæ multitudinis curā imponis rustico homini literas nescienti? prouide igitur ex his meritum ho-

minem qui possit cum sollicitudine tantas animas regere populorum. Tūc Macharius ait Pasthumio, excusationes nō audio neq; causas recipio; hi enim omnes subtrua ditione manebūt, nec aliquid est tā abstinentiæ vir qui possit istius populi gubernare animas ac sollicitè pertractare, & vt certius dicam dilectissime frater, te electione sua Dominus designauit ad suscipiendum huius ministerij locum, nequaquam ergo cęlestipotens cōtradicere iussioni. Nihil ex hoc Pasthumius locutus est Machario sed dum eius verba secum in animo volueret Macharius emisit spiritum, statimq; populorum ingens turba intentead funus currunt, ipsa psallentium multitudo, diuersis hymnorum vocibꝰ quasi vno ore laudes Deo canebant donec corpus, ad sepulchrum deduceretur humandum nemo tamen vehementer dolebat eo quod sanctus Macharius tam velociter monasterium relinqueret, quoniām Dominus similem ei Pasthumium gregi suo magistrum prouiderat. Tribus ergo diebus post sancti Macharij decessum orabat Pasthumius vt acciperet de cœlo fontem doctrinę per Iesū in spiritu sancto, vt posset tantam populorum militiam docere prudentiā. Tertio igitur die venit ad eum secundum consuetudinem, qui cum conuertet-

rat angelus, & locutus est ad eum & constituit eum monasteriorum doctorem & principem in eam locum à quo Macharius recesserat, dedit que ei formam spirituum præceptorum & abiit. Porro Paphumius congregatis fratribus cum ceteris aperiens os suum locutus est eis dicens. Audite filioli verbum quod Dominus locutus est vobis, præclaram præceptorum iustitiam, & charitatis regulam sensibus nostris volens infundere, paterna enim voce loquor ad vos, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & Spiritus Dei nostri, accepi enim formam de manu angeli, ut dicam vniuersa quæ acciderint sensui meo ad vestram edificationem. ¶ Intente igitur præbete aures, Deus ipse mandauit quod de ore meo procedit. Prima est enim mandati consideratio, in omnibus vos obedire maioribus. Secunda mandati est subiectio ut in timore casto seruiatis Domino. Tertia positio est ut temperanter, & pio, & iuste viuatis in hoc seculo. Quarta mandati ratio, ut corpora vestra affligatis per omnia, quo possitis acquirere animarum salutem domare, ieiunijs mortificare carnem quia hæc est delectatio bonorum operum. Quinta constitutio orationi frequenter instare sicur, & Apostulus indefinenter orare nos iubet. Orantes quippe

semper ac ieiunantes & fidei dona in memoria mentium tenebimus in fixa ut possimus scaturientium demonum superare naturam. Sequitur aliud genus erroris in quo maius est animæ danum, superbiæ malum per omnia est cauendum, hæc angelum in primordio mundi de celo deiecit & nouimus superbiæ originem esse peccatorum. Ad quam excludendam de cogitationibus nostris Deum semper precemur, ut donetur nobis forma humilitatis. Accedit, & alia infestatio mortis in corpore, si de seculari vitiorum causa monachorum sollicitet quenquam. Funiculum vero charitatis ante omnia inter vos habete, fide continua in spe manentes, quoniam ad regnum Dei æternum festinatis. Cura ergo disciplina monachorum perfecta est dilectio. Hæc vincula charitatis & pacis exornant sine auaritia. Igitur in dilectione sincera modus sufficiens est presentibus & qui inuicem diligunt, & filij regni vocabuntur. Perfecti inuicem diligentes ipsi sunt qui manducant panem in regno Dei sine macula. Perfecti ergo eritis si mundum sacrificium charitas in odorem suauitatis zelo succedat. Gaudebit enim Dominus Iesus in vobis, quia fecistis fideliter quod ipse mandauit. Nam prima legis iam ostendit Synagoga ordinatio hæc ad Moysen

data

data est. Diliges (inquit) Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Secundo diliges proximum tuum sicut te ipsum. Vacat enim dilectio Dei nisi iugatur & proximi, plenum ergo præceptum veritatis ut maneat in sensu, indiuidua est regula charitatis. Tunc ergo dilectio beata erit in plene, si cella obedientiæ posueritis proposito. Obedientiæ quoque in congregatione laudatur. Nihil vobis proderit filioli si diligitis inuicem, & non vultis inuicem obedire. Dilectio sine obedientiâ cum est faciet criminosa conscientiam egrum. Quomodo enim gramina feminales impedit fructus, sic inobediens homo frustra ieiunat, & orationis nullum recipit fructum. Igitur qui in vno esse concupiscunt & viuere mente communi disposuerunt, hi consilijs maioribus inseruiant. Quicquid ex consilijs processerit patrum hoc faciat qui procul est. Quicumque frater oneris quippiam collo suo portauerit, nec quidem sustinet de humero suo onerare. Si abbas præsens fuerit reperiens aquam scaturientem siue germinantem, & præter abbatis consilium diuerteris ad bibendum, aut alterius fratris te comitantis (etiam iunioris) peccatum fecisti, quia præter benedictionem aquam potasti, quod si calor solis exarserit & volueris bibere & abbas te domando prohibuerit, si vel mente murmuraueris, deliquisti. Deinde si inuia cal

caueris spinam donec abbas præceperit educendam. Procul ab inuicem contextas vites sternite. Cum ad dormiendum seceditis inter focium cubitus habeatur vnus, ne dum ad inuicem proximant corpora nutriant libidinis incentiua. Porro negotium noctis propter lucifugas demones & noctipetas in spirituali opere reperagatur. Experrectis autem nulla de secularibus causis donec ad gallicantum fratrum orationum communis hora succedat, alterius vocis cantus alterum non excitet ad orandum, sed cum suum pectus runderet coeperit qui primum experrectus est prouocetur etiam ille qui dormit exurgere. Sæpe enim Sathanas cum somno animam captam nocturnis inuoluit tenebris, ut ab orationis patrocinio separata sit operante diabolo focio tenebrarum. Ideo dico vobis filioli vigilate, quia nescitis qua hora veniat animarum. Studete igitur complacere Deo conuersationem habentes spiritalem. Diuina mandata in dilectione Dei cum sapientia legis præcepta tabulis cordium vestrorum sint, nec quidem amplius sapiatis quam simplicitas confirmat scripturarum Dei. Multi autem de Deo aliter sentientes exciderunt ex dilectione Dei, & proximorum suorum. Qui ergo huiusmodi sunt audiant Ba-

S. ruch

ruch prophetam dicētē. Si enim videns populi sui dilectiōe fraternitatis esse in corruptam, inter cunctos facit eos amicitie Dei fieri socios. Quoniam qui diligunt Deum secundum boni operis gloriam inuicem in operibus bonis irritam faciunt vitam istius mundi prophanantes quicquid ex diabolo cogitationum malaram in cordibus Dei seruorum, quoniam cupiunt Anachoritarum, perfrui vita, si corpus abdicant adduc in terra positi iam caelestia delectantur, nihil terrenum profus exquirant ut iam secularium tenebrarum causas concalcantes ac prostermentes. Verum quia caelestibus regionibus apti, vos satis placere conuenit creatori virgines mente & corpore permanentes fructus fidei & limen sermonis quam maxime conseruantes, nephas est enim ut monachum quis comprehendat in modico vel in maximo. Irreprehensibiles enim nos esse Apostolus docet, ut sermo noster in gratia sale sit conditus scilicet condimento quo nos Euangelista condidit dicens. Vos estis sal terrae. Quod peto ut non in vobis euanescat ne forcum euauerit extra congregationem multitudinis foras proijciatur, linguis inimicorum quotidie concalcandum. Hoc autem obsecro filio si secundum formam qua mihi

vos linguam detrahentium iniquorum, qui mordaci dente, etiam sine causa Ecclesie Christi insultare festinat, Dissentiones quas habetis inter vos praehete ab inuicem, scientes Dominum nostrum non esse dissensionis. Deum, sed pacis. Si qua igitur scadala inimico suggerente frater habet aduersus fratrem propter obedientiam fide extante dimittat quoniam ego non ex me loquor, sed ex Deo qui in manu nunciij sui docuit me. Est ex obedientia prebueritis hospitalitatem peregrinanti, ex precepto Domini facitis. Si fieri potest nullo pacto miles. Dei debet irasci, non solum ad socios, verum etiam ad extraneos. In quocumque negotio nullus secularium seruum Deiaudeat iudicare, quia inter te & illum distat. Non patiaris coniugatum iudicio tecum cotenderis, melius est enim monacho fraudem & iniurias sustinere, quam audiat vox militis in clamore. Non decet monachum causa pecuniae esse negotiatorem, sed caelestium honorum lucra mercantem. Prædicet verbum salutis, animas inuitet ad caelum, ad nihilum deducat seculi desiderium. Corpus enim christianum exultat, maxime serui Dei, tyrannum fraudatorem animarum diuine virtutis oratione expugnat. Quod si terrores aliquos intulerit, currat

cedet, versutia eius crebris orationibus, & ieiunijs deuincitur. Filioli, quid ad vestram pertinet curam, si aduersus vos conueniant demonum castra? Potestis, & vos multis adiuuari agminibus angelorum. Sed cum demonum caterua crescere ceperint, oculos vestros ad caelum leuetis dicentes Domine Iesu Christe adiuua infirmitatem meam. Tunc sermo vobis prophetae Helisei conueniet aduersus eos qui de Samaria comprehendere eum venerant, qui terrenti se puero suo respondit. Aperi oculos serui tui, & videat quod plures sunt nobiscum. Statim ergo ad diuandum vos angelorum Dei legiones aduenient, qui fidei vestrae auxilium praebent. Haec sunt filioli mandata, quae ut puillanimitas cordis inuenit vobis de diaboli certaminibus explanauit. Nolo autem ea quae nobis ipso immittente acciderunt, silentio praeterire, ut & vos possitis malitijs eius resistere. Quadam die in monte sedente mihi ingens velut militum turba occurrit. Quosdam oculis cernerem venientes a longe Sathanæ angelos statim esse cognoui. Ego autem exposito omniterrore, genibus prouolutus humo, ut secederent orabam Dominum inuocans redemptorem. Tunc ergo turba quae venerat velut stipula quae a vento rapitur nusquam

comparuit. Gratiarum ergo egi Domino per Iesum Christum Dominum nostrum quod meo certamine finem imposuit cito, & orationem meam illico exaudiuit. Multas itaque insidias passus sum, & ex omnibus me eripuit Dominus. Unde & vos filioli constantes estote, quia mitis est Dominus ad liberandum nos. Amate ergo Dominum, odite malignum, & Deus misericordiae erit vobiscum, ut possitis eius insidias euadere. Amē

¶ Prologus in vitam Beati Onuffrij
srij Eremita

BEati igitur Onuffrij vitam inter Grecorum commenta scriptam nuper reperi ut quondam a venerabili prudentissimo viro scilicet Gregorio, ipsius gesta narrante cognoui. Hanc Paphuncius vir quoque sanctissimus Graeco sermone retexit ab exordio. Quem ego secutus a Greco transtuli in Latinum, ut poterat largiente Domino, eius probabilis vita secundum vires meas manifestata, admirationem legentibus praebet & imitationem. Non perpendite quae sermonei rusticitatem, sed tantum laboris animo reuoluite longanimitatem, quam vir Deo plenus patienter sustinuit, dum mundanae vanitatis gloriam spreuit, & caeleste regum districto viuendo sibi hereditauit.

*Incipit vita. & conuersatio beati
Onuffrii Eremitæ*

BEATÆ MEMORIÆ PAPHUNCIIUS quædam cogitationum, & actuum suorum secreta taliter referauit dicens. Quodam vero die dum ego Paphuncius solus tacitusque sedere cogitavi in corde meo quod deserta peterem, & vniuersa loca sanctorum monachorum, piæ que conuersationis habitum lustrarem, ac qualiter Deo ministrarent considerarem. Vnde factum est vt tacitus iter arriperem, & in Eremum cursu desiderabili properarem. Panes itaque cum aqua exigua mecum portavi, ne deficerem à labore itineris cepti. Quarto nanque die peractis, alimenta quæ mecum vixi defecerunt, meaque membra nullo victu refocillata vires perdididerunt. Moxque diuina illustrata re gratia mors imminens ablata est, assumptisque viribus iter arripui, atque dies alios quatuor nihil gustando peregi. His itaque completis nimium fessus humo prostratus, iacui velut mortuus. Extemplo quoque celesti consolatus adiutorio assistere mihi vidi virum, gloria mirabilem, splendore terribilem, pulchritudine laudibilem, magnitudine procerum, aspectu præclarum. Quem vt aspexi vehementer obserui, sed tamen ille vultu placido

accessit, nunc manus, nunc labia mea tetigit mihi que vires potenter restaurauit. Continuo lætus surrexi, Deoque fauente per solitudinem exinde xvii. dierum cursum direxi quousque ad locum, quem Dominus mihi famulo suo indigno prouidebat ostendere, perueni illic, & ab itineris labore cessavi. Igitur dum fessus requiescerem, & quæ peregre profectus essem excogitarem, virum procul aspectu terribilem vidi in modum bestiarum pilis vndique circumseptum, tanta scilicet illi capillorum proximitas erat, vt corpus illius ipsorum diffusionem tegeretur. Pro vestimento quoque folijs herbisque utebatur, quibus subteriora renum tantum modo cingebat. Tali viso homine nimio perterritus sum terrore, anxius ultra quæ credi potest timore & admiratione, quoniam tam mira forma meis oculis nunquam ostendebatur in humana specie, quid facerem ignoravi, sed quantum valui fugam peti, montemque propinquum conficito cursu ascendi, ibique tremefactus corruui atque me sub frondium densitate à facie illius abscondi, multa datus suspitia. Defectus eram penitentia & labore abstinentiæ, hic vero dum me cernebat in montem iacentem voce nimia exclamauit & dixit. Vir Dei descende de monte, noli timi-

re, ego enim sum homo passibilis tibi similis. His itaque consolatus verbis mentem recepi, moxque descendi, & ad virum sanctum perueni, atque pedibus eius me timidus prostravi. Ille quoque me prohibens antese iacere, surge inquit surge, tu es enim Dei seruus, & vocaris Paphuncius sanctorum amicus. Statim surrexi, & quamuis fessus tamen lætus ante eum sedi, iam feruenti desiderio quis ipse, vel qualis eius esset vita, cupiens dignoscere, dicens. Ecce votum adimpleuit, qui me per hanc Eremum direxit. En artus mei fatiscentes, aliquod sentiunt solatium, sed mens sitibunda non adhuc inuenit refrigerium. Idcirco te senior corde deuoto depræcor atque per illum (ob cuius amorem huius solitudinis deserta habitas) te contestor vt vnde sis, aut quomodo voceris, seu quando huc adueneris, apertis mihi verbis denuncies. Etenim vir Dei recognoscens quam libenti animo sententiam sui laboris audirem dixit mihi. Quoniam te frater dilecte auidamente vitæ meæ longas ærumnas velle scire video repetere me tibi non dubites has ab exordio. Ego licet immeritus vocor Onuffrius & ecce non minus sunt quæ lxx. anni quod in hoc deserto laboriose vixi. Cum feris igitur conuersatus sum crebrius, pro pane come-

di iugiter herbarum fructus in montibus, & in speluncis, & in vallibus meum reclinaui miserabile corpus. Tot annis nominem nisi te solum aspexi, alimentum à nullo hominum sumpsit. Veruntamen in monasterio Heropolim dicto nutritus eram, in prouincia Thebaida nominata, vbi simul pene centum monachi degebant. Porro vita illorum talis extitit vt amore, & actione æquanimiter omnes viuerent, & vno corde, & vno spiritu iugo ac disciplina sanctæ regulæ colla submitterent, atque fluctus huius seculi omnino non formidarent. Quicquid vni cunctis placebat. Mente sancta, fide pura, charitate perfecta, ante Deum incedebant, cui die noctuque omni mansuetudine, & patientia ministrare non cessabant. Tanta his erat taciturnitas cum abstinentia vt nullus auderet nisi cum iusta interrogatione vel recto respõso reddere verbum. Ibi quoque paululum sanctæ doctrinæ ab adolescentia suscepi, ibi regularibus normam à fratribus didici à quibus amabiliter diligebam ab his qualiter instituta mandatorum Dei seruare deberem diligenter instruebar, profecto vitam beati patris nostri Helix venerabiles fratres meos audiui frequenter laudare, qui se in Eremo incanta abstinentia,

& oratione studuit affligere, vt maximam virtute à Domino pro meruisset accipere, & igneo curru transactus, Spiritus sancti dona quæ habuerat discipulis impartiri, ac adhuc loquens sentio, mortis poenam non videre. Insuper ad huius exemplum beatum Baptistam Ioannem protulerunt, qui in noui testamenti ferie clarissimus effulsit, per quæ plurimorum spacia diuino mancipatus officio corpus suum maceravit, donec in Iordanis vnda mundi redemptorem baptizare dignus existeret, atque ipsum Dei agnū esse digito demonstrauit. Ego vero cum talia eos recitantes audirem, dicebā illis. Quare seniores mei vitam & miracula eorum obstupescitis, aut cur illorum facta tam assidue commemoratis? An sunt vobis forciores qui desertū habitant an leuiore? An illi respondentes dixerunt. Fili fortiores nobis sunt, quia sine adiutorio humano viuunt. Nos itaque alter ab altero conspicimur pariterque diuinum officium a nobis celebratur. Si quando cibum cupimus paratum reperimus, si quādo infirmitas aut aliqua corporis imbecillitas irrepserit statim cura fratrum cum omni sollicitudine nos adiuuat. In edificiis lucide constructis habitamus, in quibus & ab æstu solis cooperti sumus, & ab inundatione pluuiæ, & à turbi-

ne venti, ac tempestate manemus defensi, monachi quippe qui in deserto sunt, nihil consolationis nisi a Deo reperiunt. Si quando angustias aut tribulationes perpessi fuerint, vel cum diabolo antiquo humani generis inimico pugnare experint, quis eis astat? A quo adiuuatur? Sed quibus humanum deest solatium, constat eos habere diuinum. Et si esuriunt quis eis panem dabit? Si sitiunt quis eis aquam tribuit? ubi panis, & aqua non erit? Maximus labor in desertis locis esse non dubitatur ubi nihil necessarium reperitur. Primum ergo quando in solitudine diffiniunt habitare in Dei timore certant firmiter stare. In fame, & siti, in labore & passione corpora sua cruciant contra diabolicas insidias viriliter dimicant, & vt vincant contra tela nequissimi ignea, gladijs spiritalibus pugnant. Antiquus etenim hostis totius inuentor iniquitatis, studet eos subuerrere, & in consortium malitiæ suæ implicare, atque de bona voluntate quam inchoabant retrahere, & mentes eorum mundanis voluptatibus iterum irretire, vt in opere capto fatiscant persistere. Omnipotentes ergo Deus, qui non derelinquit sperantes in se, circumdat eos armis suæ potentiae vt hos incurio Sathana non valeat prosterne quos

prote-

protegit celsitudo diuinæ misericordix. Quapropter ad eos angelus Dei iugiter mittitur ac per manus illorum quæcūq; necessaria crebrius eis administratur. Aquæ de petra hauriunt, quod interpretatur Christus. Scriptū est enim. Sancti qui sperant in Domino habebunt fortitudinem, assument pennas vt aquilæ, volabunt & non deficient, currunt & gressus eorum non labuntur. Et alibi. Qui sitiunt de superno fonte conduntur & herbarum folia in ore eorum tāquam fauus mellis dulcescunt. Si autem aliquando diabolus aduersus eos colluctatur proterius surgunt, manus suas ad Dominum extendunt, preces ante diuinam maiestatem fideliter fundunt mox auxilio celesti subleuantur & dolosi iacula inimici penitus destruuntur. Non intelligis fili quāliter in psalmo legitur: quoniam non in finem obliuio erit pauperis, patientia pauperum non peribit in æternū. Et iterum. Exaudiuit eos Dominus in die tribulationis, & de omni angustia liberauit eos. Enimvero vult quisque propriam mercedem accipiet, secundum suum laborem. Beatus est enim vir qui semper est pauidus, & volentem Dei in hac presentia vita & fragili studiosus agit. Certissime scias, o fili quoniam angeli Dei sanctis ac iustis viris quotidie famulantur, atque virtu-

te superna corpora & animæ illorum iugiter illuminantur. Talide nique ratione ego pauper Onulfrius a Sanctissimis Patribus in meo monasterio subtiliter instructus, cœpi tacita mente tractare quā gloriōsa felicitate perfruitur in cælis qui certamina laboriosa propter amorem Domini tolerant in terris cor meum ardebat mens mea desiderabiliter feruebat mundi gaudia penitus spernere, patrięque cæli extotis viribus appropinquare, sicut Psalmista edocet dicens, Mihi autem adhærerere Deo bonum est, & ponere in Domino Deo spem meam. Cumque hæc sollicitus excogitarem, nocte silenter concitus surrexi paruum panem meū detuli cum exiguis leguminibus, vt vix vsq; in quartam diem sufficerent sicque secundum Dei dispensationem & eius pietatem profectus sum, vt mihi ostenderet meæ habitationis locum. Egrediete autem me de monasterio in montana veni in desertum, cogitavi vt manerem ibi contra lumen splendidum ante me quasi obuians mihi vidi. Quo viso valde timui. Idcirco quoque putavi me debere ad monasterium regredi vnde exiui. Ex templo nempe de radio præclariluminis vir aspectu pulcherrimus accessit ad me & dixit mihi noli pauescere, ego enim sum Dei angelus tibi ad custodiendū ab or-

tu tuo prouidētia diuina destina-
tus, vt iubente Deo tecum mane-
rem, & te in hanc Eremum duce-
rem. Perfectus esto, humilis in ce-
de coram domino, cum gaudiola-
bora, cor tuum in omni custodia
conserua, uiue sine quērela in bo-
no opere perseuera. Ego uero te
non derelinquam donec animam
tuam in præsentiā summæ maie-
statis offeram. Hæc etenim locu-
tus est mihi angelus iter inceptū
mecum comitatus. Pergebamus
ita simul sex milliaria vel septem
& ad quandam uenimus spelun-
cana nimis decoram. Appropiaui
uolens sciscitari si forte quispiam
intus maneret. Secundum confue-
tudinē monachorū clamare cœ-
pi, benedictionem humillime pe-
tij. Inde uirum sanctissimum exi-
re uidi, quem prostratus humo te-
nus adorauit. Ille uero manus suas
mihi porrexit, de terra me eleua-
uit, osculum mihi pacis tribuit at-
que dixit. Tu es enim frater meus
eremiticæ cooperatore uitæ, o fili
ingredere, Deus tibi concedat, vt
timor eius in te permanear, opus
tuum in illius conspectu compla-
ceat. Statim cū eo specum introi-
ui diesque plures apud illum pau-
saui, opera eius cupiēs discere, &
solitariā habitationem curiosius
inuestigare, ipse quoque, vt meū
desiderium agnouit cōsiliū ho-
norable mihi præbuit, ac quali-
ter insidias diaboli superare debe-

rem uerbis charitatiuis gratanter
patefecit. Trāsaētis itaq; quibus-
dā diebus talibus admonuit me
uerbis dicens, Fili surge mecum
perge, interiora deserti debes in-
trare & in alia spelūca solus habi-
tare, ibi si uiriliter dimicas omnia
demoniorū tentamenta superes.
Idcirco uero Deus in hoc deser-
to uult te probare, simādati eius
fideliter uelis obedire. Fidelia om-
nia mandata eius cōfirmata in se-
culum seculi facta in ueritate &
æquitate. Vir etenim sanctus hæc
dicens surrexit mecum & in inte-
riora deserti iter quatuor dierū
perrexit. Quinta namq; die deue-
nimus in locum qui Calidiomea
dicitur, ibi palmæ propinquæ e-
rant. Tunc uir Dei inquit. Ecce si-
li uide locum quem dñs tibi præ-
parauit ad manendū. Fuit autem
ille mecum spatium triginta die-
rum edocens me seruare cautam
dignitatem, doctrinā Dei manda-
torum. Quibus itaq; peractis ora-
tione tua sancta Domino me cō-
mēdauit, & separatus à me ad pro-
pria remeuit. Per singulos uero
annos solitus erat me uisitare, ac
quali industria & simplicitate de-
berē uiuere diuinis alloquiis non
cessabat admonere. Quodam au-
tē tempore iuxta consuetudinem
ad me ueniens, inter uerba saluta-
tionis prostratus in terram cor-
ruit, dñoq; remittens animam ob-
dormiuit. Quod cum uiderem ni-
mis

mis sum constriatus & deuolu-
tus humi lachrymis obortis uerber-
ime fleui. Corpus eius mox acce-
pi, & secus Calidiomea terræ cō-
mendauit. Dum autē ego Paphū-
cius à uiro sanctissimo Onuffrio
rationis huius loquelam audirē
inquā ad eum. Pater sancte labo-
rem esse non modicum iam sen-
tio, quem p nomine Domini to-
lerasti in hac eremo. Vir sanctus
respondit. Mihi frater crede dile-
ctissime, in deserto sustinui, vt sæ-
pius putarem me morte separari.
Abspes eram multoties uitę, vt
uix halitum in corpore sentirem
remanere. Per diem æstu & igne
folis ardentis uerberar, rore & pru-
na infectus fame & siti defectus.
O quanta & quanta passus sum
qualia expertus sum. Non suffi-
cit, neq; que arpiam decet plagas
ac labores enarrare quos homō
mortuus pro Dei uicentis amore
debet tolerare, reddet Deus mer-
cedem laborum sanctorum suorū
rum, cuius diuitiæ sicut non au-
gentur, ita nequaquam minuētur,
per quem enim famem, sitim
& frigus & æstum, atque multige-
narum cruciamēta molestiarum
sustinui, potens est cum diuitijs
cælestibus inter angelorum cater-
uas me consolari, alimenta uero
spretui corporalia, vt dignus acci-
perem spiritualia, Sanctus enim
Angelus quotidie panem mihi
allerebat, & aquam pro mensura

ministrabat, vt corpus meū cōfor-
taretur ne deficeret, & iugiter in
laude Dei perseueraret. Arbores
palmarum ibidē constitutæ erāt
quæ duodecies in annoda siliorū
fructus germinabāt. Quos per sin-
gulos dies colligēs, pro pane ede-
bam mixtos herbarum folijs & e-
rant in ore meo tāquā fauus mel-
lis. Sicut in Euangelio legitur, nō
in solo pane uiuit homo, sed in
omni uerbo quod pcedit de ore
Dei. Frater Paphuici, si implere
studēs uolūtatem Dei omnia tibi
necessaria præparantur ab eo, uñ
de ipsa ueritas admonēt dicēs, ne
soliciti sitis animā uestrā quid
manducētis, aut quid bibatis, ne-
que corpori uestro quid induamini
nisi ueritatem pater uester quia his
omnibus indigetis. Quærite pri-
mum regnum Dei, & iustitiam
eius, & hæc omnia adijcientur uo-
bis. Cumque hoc à beato uiro On-
uffrio intentus auscultarē mirās
in sermonibus & actibus ac labo-
ribus illius dixi. Pater benigne die
Dominico uel Sabbato commu-
nionem percipiebas ab aliquo, ut
ille respondens ait. Omni die Do-
minico & Sabbato angelum Do-
mini paratum inuenio. Sacrosan-
ctum corpus & sanguinem Do-
mini nostri Iesu Christi secum de-
ferētē, de cuius manu mihi pre-
tiosissima donatur munerā, uicq;
mea salus perpetua. Verom etiā
omnes qui uitam spirituales dū-
cunt

cūt in Eremo monachi, tali parti
cipantur gaudio. Hi vero sancti
Eremitæ qui hanc solitudinē ha-
bitant: si fortasse aliquando vide-
re hominem desiderant, illico in
cælum ab angelo deportantur, vi-
sionem illic animarū iustorum ful-
gentium sicut Sol in regno patris
eorum ibi multitudinem cōrem
plantur angelorum suarūque ani-
mas extibus mixtas beatorū, qua-
re omnes qui in agone contend-
dunt, tota mēte, toto corde, totis
viribus in bono opere feruēt qua-
tenus gloriā cælestis patriæ cum
Christo & cum sanctis mereantur
possidere. Ita denique omnia ve-
nerando Onaffrio narrante, cog-
noui iuxta summitatem ipsius
monticelli ubi obuiauit mihi, tra-
videlicet gaudium meum imple-
rum est ut omnem aduersitatem,
quam in itinere toleraui, trade-
rē obliuioni. Credo in quā pater,
inter felices me deputari: quia vi-
dere te & opera tua egregia pro-
merui. Verba tua nimis pulchra
omni dulcedine mellita, ita mei
penetrant cordis intima, ut pos-
sum dicere cum psalmista. Quā
dulcia faucibus meis eloquia tua
super mel & fauum ori meo, qui
ait, fili mecum vade, locum meæ
habitationis conspice, parcamus
paululum verbis, continuo surre-
xit, præiuit, securus sum. Duxit
me secum quasi trium milliario-
rum iter, venimus Calidiomeam

in spiritalē locum arboribus pal-
marum gratatē ornātū, ibi pre-
ces domino fudimus, eisq; com-
pletis in terram sedimus in diui-
nis altercantes eloquijs. Sole iam
iamq; ad occasum verso, vidi pa-
nem positum cum aqua exigua,
vir etenim Dei sentiens me fatiga-
ri dixit mihi. Profecto fili cerno
te periclitari nisi cibum capias.
Surge ergo & comede. Cui in-
quam, viuit Dominus & benedi-
ctus Deus fræus in cuius conspe-
ctu existimus, non manduco ne-
q; bibo donec charitate pura pa-
riter cibum sumimus, Igitur vix
eū coegi, ut faceret quod volui.
Veruntamen, patre meum agnouit
desiderium, panē fregit, tribuit
mihi, manducauimus & saturati
sumus, nobisq; fragmenta fue-
runt edentibus. Noctem illam in
sōmnē pene duximus, diuinitq;
laudibus immorati sumus. Mane
facto post horam orationis vide-
bam vultum eius ita in pallorem
mutatum quid ei acciderit quæsi-
ui ab eo, qui ait, non expauescas
frater Paphunci, quoniam omni-
potens Deus recto itinere in hanc
solitudinē direxit te, ut honori-
ficē sepelias me, atq; corpus meū
cōmedes terræ, hac etenim hora
anima carnis vinculis absoluitur
atque ad creatorem suū in cæle-
ste regnū deportatur, frater amā-
tissime. Scio nāq; desiderū tuū,
quā redieris in Aegyptū memora-
re mei

re mei in presentia fratrum tuo-
rum, & in conspectu omnium
Christum colentium. Hæc est po-
stulario mea, quam impetraui a
domino Deo. Si quis oblationē
ob amorem nominis mei ante cō-
spectū Domini nostri Iesu Chri-
sti immolat, ab omni tentatione
diaboli & a vinculo prauitatis hu-
manæ liber existit, atque cum
sanctis angelis in regno celorū
æternæ hereditatis capax fiet: si
quis oblationem non valet offer-
re, vel præ inopia redimere ille
pro amore meo in nomine Do-
mini eleemosynam pauperi tri-
buat, & ego orabo pro eo in con-
spectu Dei, ut dignus cælestibus
vita superna perfrui valeat. Si
quis enim oblationem nec elee-
mosynam potest offerre, pro cha-
ritate mea incensum Domino
Deo nostro in odorem suauitatis
accendat, & ego rogo pro eo, ut
gaudium perenne possideat. Cui
inquā, Pater mi ne irasceris si lo-
quar, si incensum nec quis habet
nec facultatis aliquid unde placare
potest: ut tamē tua benedictio
ne non careat in qua cunque tri-
bulatione te inuocat. Tūc ille re-
spōdit. Si quis pauper in deserto
vel in aliquo alio loco oblationē,
aut eleemosynam seu incensum
non habet ad immolandum sur-
gat & manus suas ad Dominum
extendat ter domicam oratio-
nem, id est, Pater noster pro me
cum intenta mente & in nomine
sanctæ Trinitatis psallat. Ego ve-
ro pro ipso ad dominum interce-
do, ut vita cælestis mereatur par-
ticeps fieri cum ceteris sanctis
Dei. Iterum dixi ad eum. Domi-
ne si dignus es idem, aut si donis
gratiæ tuæ mihi liceret post obi-
tum tuum locum istum libentissi-
me obtinerem. At ille ait. Nequa-
quam tibi illi conceditur, nec id
circō misit: Deus in peregrina-
tionem istius solitudinis, ut hic
obtineres locū habitationis, sed
cū iustis qui in deserto sunt gra-
tuleris & intimare ea studeas mū-
do, quæ cognouisti in eremo. In
Aegyptum perge, ibi esto vsque
ad finem vitæ tuæ, opus bonum
perface, & accipies coronam per-
petuæ gloriæ. Hæc enim homo
Dei loqueretur, ad solutus sū pe-
dibus illius dicens. Pater chare,
scio enim quia quicquid petieris
a Deo dabit tibi Deus propter im-
mensum laborem certaminis lon-
gissimi, quo corpus tuum afflix-
isti septuaginta annis pro nomi-
ne Domini, præbe ergo mihi mu-
nera tuæ sanctæ benedictionis,
quatenus tibi in virtute efficiar
similis, & tuæ interuentione spi-
ritus meus dirigatur, & in futuro
tecum participare merear. Qui
mox e contra respondens protu-
lit ista, Paphunci ne contristeris,
petitio tua tribuente Domino e-
rit stabilis sta in fide, viriliter age

oculos cum mente ad Deum erige, in mandatis eorū roborare, bonum facere impiger contendere, & vitam aeternam apprehendere. Proregant te angeli Dei, & conferuent te ab omni consilio prauitatis, ut purus ante Deum & immaculatus in die sui examinis inueniaris. Post hæc surrexit & ad dominum lachrymans orauit, genua flexit, atque subito dixit. In manus tuas Deus commendo spiritum meum. Cumque hæc dixisset, lumen splendidum corpus eius obumbravit, & in ipsius claritate luminis anima sancta carne soluta est. Repente vero vocem angelorum multorum audiui laudantium Deum, ut in discessu sanctissimæ animæ sancti Onuffrij, æthera, scilicet angelicis canticis resonantia, gaudium ineffabile astris intulerūt, per quæ cælestes exercitus animam militis in clypeis cælis inuexerunt. Mox oculi mei fletu profluunt, interiora gemitus producunt, lachrymarum riuus manarunt, planctus mei miseri Paphunci exuberant, illud flebilis planxi: quia quem vix inueni, diutius habere non potui. De indetunicam meam per dimidiū scidi, vna parte indutus sum, in altera collocaui corpus beatum & sepeliui illud in sepulchro quod excisum erat de petra. Tunc videns me solū remanere, iterū capilligere. Ita mater surrexi speculq;

illius habitaculum intrare volui. Denique me astante, ipsa spelunca cecidit cum magna ruina, & palma radicitus eruta simul procubuerunt. Cognoui itaque ego Paphuncius, quod non esset voluntas Domini, me in illo locohabitare, secessi inde, & in Aegyptū redij, ibiq; Ecclesiæ retuli quæ vidi & audiui. Sanctus igitur Onuffrius obiit mense Iunio, die vndecimo, id est tertio Idus eiusdem mensis, ibi beneficia eius præstatur vsq; in præsentē diem, ad laudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi cui est honor & potestas in secula seculorum. Amen.

¶ *Incipit vita beati Abrahamæ.*

Eremita.

Fratres mei cupio vobis enarrare conuersationem bonam perfectique atque admirabilis viri Abrahamæ, quam sic inchoauit, ut in cōsumatione eius gloriam perpetuā mereretur: sed pauco admirandam luculentā de eohistoriam retexere, cum imaginē virtutū eius cōsidero. Ecce enim cōuersatio quidem viri perfecta est & optima, ego vero infirmus ac rusticus. Equidem imago virtutis eius admiranda, ac splendida, colores autem verborū quibus depingenda est, admodū tristes, ac terri sūt. At tamē licet imperitus, vel ex parte tentabo, quāquā comprehendere perfecte nō valeam, enarrabo tamen inquan-

tum

tum sufficio, de eodem viro disserere: quoniā qui secundus Abraham meruit nuncupari, non facile humano ore potest referri. Exitit enim nostris temporibus, angelicam vitā in terris agēs acquiriuit, nanque celestem gloriā adipisci promeruit. Et quia iuuentute castitatis pudicitiam cōserauit, templū sancti spiritus factus est, tanquā sanctificatum vas, & ita semetipsum exhibuit Deo, ut eum habitatorem in mentis sacrosancti hospitio haberet. Hic itaque beatus Abraham habuit parētes valde locupletes qui eum tenere, ac supra modū diligerēt: ita ut etiā affectum humanam eorum dilectio trāscenderet, desponsauerūt ei puellam adhuc in pueritia cōstituto, expectantes ac desiderantes in aliqua eum dignitate seculari proficere. Sed hic lōge aliter sentiens in ipso adolescenti, egredua Ecclesiarum iugiter conuenticula frequentabat, & quæcūque ibi ex diuinis scripturis recitabatur autem libenter ac cōmodans audiebat, & in cordis sui mēmoriam ita recondēbat, ut etiā cum absens esset ea quæ didicerat meditatione intētissima ruminaret. Cumque memorati parēs eius tempus nuptiarum propinquabile iudicaret, compellebant eum matrimonij vinculis obligari, sed cū hæc ille primo reueret, postmodū molestiā eorum iugē sedu-

lāq; nō ferēs pudoris verecūdia superatus acquiescere perurgetur. Cum itaq; celebratis nuptiis sponsa in thalamo resideret repente quasi lux quædam in corde eius diuina gratia refulsit quæ veluti ducem quendam sui voti inueniens illico exiliuit, & secutus est, atque ab vrbe egreditur. Duobus autem fere millibus procul à domo sua cellulam vacantē reperit, vbi se constituens & glorificans Deum, cum ingenti latitia permanebat; stuporem vero maximū tam parētib; suis quā vicinis de hoc facto incusserat. Qui exeuntes in diuersa dispersi vbique Dei hominem requirebant post dies autem septemdecim in memorata cellula eū orātem reperunt. Beatus autem vir cū eos stupore percussos aspiceret, quid me (inquit) admirantes aspicitis? Glorificare potius misericordissimum Deum qui me ex ceno iniquitatū mearū eripuit & orate pro me cui iugū hoc suauissimū, sub quo me indignum suscipere dignatus est dñs, vsque in finem valeā baiulare, cōuersationemq; meā beneplacitam secundum voluntatem eius possim in omnibus coaptare. Qui cum omnes eum audientes respondissent amen, deprecatus est eos ne ei vellent crebro molestiā obtentu visitationis inferre. Quibus recedentibus aditum cellulæ suæ ob-

stiauit

struxit, & cōcludens semetipsum intrinsecus paruissimū fenestre foramē reliquit, per quod alimēta reciperet, itaque mentem eius rem tam a turbulētis interpellatiōibus diuina gratia illustrabat proficiensque quotidie in optima conuersatione, primum quasi fundamentum vitæ suæ cōtinentiam possidebat, nec non vigilijs & orationibus, cum fletu & humilitate atq; charitate studebat. Cumque per omnem locum de eo facta opinio diuulgaretur, eū cū audientes ad videndum eum & vt ædificarentur ab eo, vndiq; confluebāt. Sermo quoque ei sapientie ac scientie & consolatio nis a Deo affluenter datusest, qui in mentes audientium quasi lumine lucidissimum radiabat. Cōtigit autem anno duodecimo renuntiationis eius, vt parētes eius ex hac vita recedentes, aurum ei copiosum prædique magna relinquerent, qui rogans amicum quendā admodum sibi charum, ad distribuenda vniuersa indigētibus ac pupillis officium religiosum illi iniūgit, ne ipsius orationibus impedimentum, huius rei gratia gigneretur. Et cum hoc fecisset lætus animo & mente quiete permanisset, Hoc enim bono viro maximum studium erat, vt cor eius nullis terrenis negotijs vinceretur, & idcirco super terram nihil aliud possidebat, excepto vno

sago vnaque nihilominus tunica cilicina qua utebatur. Catinum quoque permodicū, in quo edere seu bibere solitus erat, habebat, nec nō & vñ ciatum in quo cubitare cōsueuerat. Cum his autem omnibus humilitatem supra modum & charitatem ad omnes æqualiter possidebat, nec præponebat in honore locupletem pauperi nec principem subdito, vel nobilem ignobili præfererat, sed similiter diligēs honorabat, sine cuiusq; acceptione personæ. Nec aliquando, quæquam procaciter increpabat: sed erat sermo ei charitatis suauitate cōditus. Quis audiens eius eloquiū satiari potuit aliquando de his quæ aliquando ex sermōis eius, dulcedine proferebantur, vel quis vultum illius sanctitatis imaginem præferentem respiciens, non magis videnti eum sepius desiderium sumpsit? In omni tempore abstinentiæ suæ regulam: quam semel arripuit, non mutauit, quinquaginta annos institutum propriū omni alacritate compleuit, & ob nimium amorem ac desiderium quod habebat in Christo omne eum tempore illius quasi dies paucissimos reputabat, & totus rigor acerrimus cōuersatiōis eius apud eū pro nihilo videbatur. Erat autē haud p̄cul ab vrbe illa vicus quodammodo spaciosus, ac magnus in quo vniuersi pariter a minimo

eorum

eorum vsque ad maximū pagani crudelissimi existebant, quos ab idolorum cultu nullus omnino valebat auertere. Nonnulli quidem presbyteri & diaconi in hoc ipsum illic ordinati & directi ab Episcopo, sine vilo salutis eorum fructu recedebant nequaquā afflictionis ferentes laborem: quia nō solum suaderi, & ad consentum animus eorum ferox non poterat flecti, verū etiam persecutiones in eos qui monebāt, ac seditiones vehementissimas concitabat. Sed turba nihilominus monachorum semel atque iterum adire nitētes nihil penitus pro conuersatione agere potuerunt. Porro vna die residens cum clericis suis Episcopus, beatissimi huius viri habuit mentionem, dixitque ad eos, Ego talem virum temporibus meis videre non potui, ita in omni opere bonitatis perfectum, & sic cunctis virtutibus adornatum in quibus elegit Deus habitare, vt haberetur nunc sanctissimus Abrahami. Respondentes autem clerici, vocum esse affirmabāt. Et episcopus. Volo inquit eum in vico illo gentiliū ordinare, potest enim eos patientia sua, ac nimia charitate ad Deum conuertere. Et conuersus protinus cellulam sancti viri cum sanctis proficiscitur clericis. Cumque salutasset eum, statim de gentilibus vici illius inuenit vt vsq; ad eos ob salutem eorum perge-

ret rogat. Quicum audisset, tristis vehementer effectus est, & ait ad episcopum. Quæso (inquit) pater sanctissime p̄mitte mihi vt meas iniquitates defleam, neque huiusmodi negotiū infirmo & exiguo existenti iniungas. At quem rursus episcopus dixit. Per Dei gratiam (inquit) potens es, ne velis ergo in hac bona obedientia fieri cunctabundus. Cui vir beatus iterum respōdens dixit. Obsecro sanctitatem tuam, vt me mala mea plangere permittas. Et ait ad eum episcopus. Ecce totū mundum & quæ in eo sunt reliquisti & vitam crucifixi amplexatus es: attamen, sed & cum hac vniuersa compleueris agnosce te adhuc obedientiam quæ cunctis virtutibus eminere non habere. Hęc ille cum audisset cepit flere amare, dicens ad eum. Quid sum ego? canis mortuus, & quæ est vita mea: quoniam talia de meo, sanctissime pater iudicasti? Cui ait episcopus. Ecce hic residen tuam solummodo salutem acquiris: ibi autē plurimi per te diuina gratia operante saluandi sunt, quosq; ad dōminum Deum conuerteres. Considera itaque vnde ampliorem mercedem habeas, vtrum te ipsum salueris solum aut plurimos tecū ad salutem adduxeris. Tunc beatus vir Dei flens ait. Fiat voluntas domini. Veruntamen propter obedientiam quocumque iusseris

T per-

pergam. Educens ergo eum de cellula in ciuitatem illico introduxit, ibique per impositionem manuum presbyter ordinatus, statim ad vicum Paganorum sine mora dirigitur. Quod dum sanctus Abraham pergeret precabatur dominum dicens, Clementissime ac benignissime Deus respice infirmitatem meam, gratiamque tuam celestem ad meum praesidium dirige, ut glorificetur nomen tuum sanctum. Perueniens autem ad vicum, videtque eos in tanta idolorum laetitia esse detentos, ex impetu ingemiscens, grauiter fleuit, & eleuans oculos suos ad caelum dixit. Tu solus qui sine peccato es Deus ne despicias opera manuum tuarum, festinanterque direxit nuntium in ciuitate ad amicum illum charissimum sibi ut pecuniam ex reliquijs patrimonij sui desumeret. Quam cum accepisset inter paucos dies construxit ecclesiam. Et velut sponsam ultimam, multo eam mirificoque decorauit ornata. Attamen ut aedificaretur quotidie homo Dei per media simulacra gentium transiens nihil penitus loquebatur, nisi in corde suo orabat solummodo, gemitusque cum fletu mittebat ad dominum. Postquam vero vidit ecclesiam consummatam, quasi manus quoddam cum lachrymis obtulit Deo, & ibi genibus positus, has preces suppli-

citer in sua oratione profudit. Tu inquit omnipotens Deus, qui totum mundum erroris de praesensum caligine ad cognitionem luminis tui per tuam praesentiam deduxisti, hunc quoque populum tuum dispersum congrega in sinum Ecclesiae tuae, & illumina oculos mentis eorum, ut respuentes simulacrorum culturam te solum amatorem hominum ac benignum Deum cognoscant. Cumque hanc orationem finisset continuo egressus ab Ecclesia perrexit ad templum Gentilium, arasque eorum & simulacra manibus suis euertit, atque destruxit. Quod factum cum cerneret turba Gentilium quasi agrestes ferre insiliunt, eumque laceratum multis verberibus fugauerunt. Ipse autem clam nocte in Ecclesia residens, plagarum suarum macula non curabat: sed tantummodo cum fletibus ac gemitibus, ut salui fierent dominum precabatur. Facto autem mane aduenientes Pagani inueniunt hominem Dei orantem & nimio stupore percussi, quasi aerei remanserunt. Unde & ad ecclesiam quotidie veniebant ut cernentes orantem Ecclesiam se delectarent. Ccepit itaque quadam die vir beatus Abraham deprecari eos ut agnoscerent Deum, illi vero seniores effecti, fustibus eum quasi lapidem quendam, atque exanimem ceciderunt; & deinde pedibus

bus eius sane ligatis, extra vicum traxerunt lapidibus obruentes, mortuumque eum arbitantes, seminecem reliquerunt. Media autem nocte in eum templum reuersus coepit flere vehementissime, ac dicere. Vt quid domine dei peccasti humilitatem meam, & despectisti Domine opera manuum tuarum? Et nunc domine respice seruum tuum, & exaudi deprecationem meam, & corrobora me, & absolue seruos tuos a vinculis diaboli, & presta eis ut cognoscant, quoniam tu es solus, & praeter te non est alius deus. Deinde confurgens ab oratione intrauit in vicum ingressusque Ecclesiam Domino psalmos canebat. Rursus autem facto diluculo euntes viderunt eum, & stupefacti atque in insaniam versi, nulla habentes viscera misericordiae, acerrimis illum tormentis, crudeliter conficiunt, & more solito funibus alligatum extra vicum traxerunt. Haec autem cum per tritium pateretur, quasi verus adamus tolerabiliter perdurabat, nec totiusque infestationum tribulationibus cessabat: sed cum caderetur, cum traheretur, cum persecutiones pateretur, cum lapidaretur, cum fame & siti laboraret, in omnibus his quae ei acciderant, nunquam ad iracundiam prouocatus nunquam, ad indignationem commotus est, nunquam pusillanimitate fractus, nunquam

quam tepido fatigatus est sed cum aspera omnia pateretur, magis ac magis amor eius in eos & caritas angebatur, modo ad inuocabat modo blandiebatur, modo blandimentis tuabatur ei qui iure batur, seniores veluti patres rogabat iuuenes ut fratres, adolecentes ut filios, cum e contrario ab eis subsannaretur, irrideretur atque opprobria pateretur. Quadam igitur die habitatores vicus illius congregati, nimioque stupore mirantes ac perterriti adiuuicem colloquentes, cernunt inquitunt tam magnam patientiam viri, & inestimabilem circa nos charitatem, quomodo in tantis tribulationibus quis ei in rutilis nequaquam ex hoc loco discesserit, neque alicui nostrum malum verbum locutus sit, sed cum gaudio magno iustinuerit vniuersa? Unde nisi esset, ut allerit Deus viuus quem praedicat & regnum & paradysus, vltio quoque malorum non hanc tribulationem effugisset. Quomodo deus noitros cum esset solus euertit, & in nullo eum laedere valuerunt. Vere seruus Dei est homo hic & cuncta vera sunt quae de eo fama dispersit. Venite itaque credamus in Deum quem praedicat. Et haec inter se colloquentes, pariter omnes in ecclesiam pergunt clamantes & dicentes, Gloria Deo caelesti qui mittit famulum suum,

vt nos ab errore saluaret. Tunc beatus homo Dei hæc videns lætitia ingenti repletus est, & facies eius quasi ros matutinus mutata est aperientisque os suum, ait ad eos. Patres mei fratres ac filij venite demus gloriam Deo, qui illuminare dignatus est oculos mentis vestra, vt eum possitis agnoscere & percipite signaculum vitæ vt purificemini ab immunditia idolorum, & credite ex toto corde & animo quod vnus sit Deus cæli & terræ & omnium quæ in eis sunt sine initio, inenarrabilis, & incomprehensibilis, dator luminis, & amator hominum & terribilis ac suavis, & in filium eius vnigenitum, qui est sapientia eius & in Spiritum factum, qui viuificat omnia, vt caelestes ex terrenis effecti vitam caelestem possitis adipisci. Respondentes autem vniuersi dixerunt. Ita pater, ita dux vitæ nostræ: quemadmodum denuntias nobis & doces ita credimus & faciemus. Et confestim sanctus Abraham allumens sacrum baptismi baptizauit eos in nomine Patris & filij & Spiritus sancti à minimo vsque ad maximum. Erant autem omnes vsque ad mille animas. Deinde per singulos dies diuinas scripturas eis legebat, docebat eos de regno Dei, de paradisi delicijs, de gehennæ supplicijs & de iustitia, de fide & charitate. Illi vero sicut bo-

na terra percipit semen bonum, & affert fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigessimum: ita verba eius libentissime audientes, atque in timore Domini proficientes, fructus largissimos afferbant. In conspectu autem eorum quasi angelus Dei videbatur, & quasi quædam edificij ligatura. Sic enim charitas illorum erat circa ipsum, per doctrinam sermonis dulcissimi, vt hoc de eo merito crederetur. videtur. Completo igitur anno postquam crediderunt, vir beatus Abraham non cessabat diebus ac noctibus eis verbum Domini predicare. At ubi eorum studium circa Deum fidemque firmissimam vidit, & quod erga eum nimia essent charitate conuexi, & honorem sibi maximum exhiberet verens ne obtemperorum abstinentia sua regulam destruere cogeretur, consurgens in medio noctis hanc orationem fudit: fertur addominum. Tu solus sine peccato Deus qui cum sis Sanctus requiescis in sanctis, qui solus amator es hominum: ac misericors Dominus, qui mentes occultare huius multitudinis illuminasti, qui eos ab aduersarij vinculis absoluisti, & tuæ cognitionis eis scientiam tribuisti: quæso Domine, vt vsque in finem regere eos & conseruare digneris & auxilium tuum gregi huic optimo quem possidere voluisti, perpe-

tuam

ruum copiosumque; clementer impartias, & quasi muro validissimo eos gratia bonitatis tuæ circumdes, & cor eorum semper illumines, vt ea quæ sunt tibi placida perficientes æternam vitam percipere mereantur, mihi quoque in firmissimo adminiculum tribuas neque reputes in peccatum quod ab eis festino discedere. Tu enim nosti vniuersorum cognitor, quod te solum desidero & te mihi Dominum esse cognosco. Consummataque oratione discedens, tertio consignauit vicum Christi signaculo abiitque, latenter in alium locum, & quibus potuit se latebris occultauit. Mane autem solito more ad Ecclesiam turbæ conueniunt, cumque eum nimis reperissent maximo stupore percussi, & quasi errantes oues diuersis locis pastorem proprium perquirebant nomenque uiulantes cum lachrymis in clamabant. Cum autem diutissime perquirendo eum inuenire non possent nimio more deiecti, confestim quod eis acciderat pergeres, Episcopo nuntiauerunt, qui cum hoc agnouisset ipse quoque admodum tristis effectus statimque plurimos ad requirendum Dei hominem destinauit, maxime ob consolationem gregis eius, eo quod cerneret eos flebiliter contristari. Cumque ab omnibus tanquam lapis preciosissimus quæreretur, & prorsus inue-

niri non posset, habito consilio, cum clericis suis Episcopus memoratum vicum ingreditur, coepitque ad eos consolatorium proferre sermonem, & dolorem maximum quem de discessu hominis Dei conceperant blanda prædicatione lenire. Cernens autem in fide Christi eos firmissimos elegit ex eis viros probabiles quos presbyteros, ac diaconos lectoresque constituit. Audiens vero hoc sanctissimus Abraham vehementer gauisus est, & glorificans Deum dixit. Quid retribuam tibi domine Deus meus, benignissime pater atque amator hominum suauissime? Fecit igitur alteram intrinsecus celulam, & semetipsum magna cum lætitia conclusit. O miraculum charissimi laudibus plenum gloria sempiterna. In tantis namque afflictionibus quas in saepe dicto vico perpeffus est, nunquam abstinentiæ suæ regulam fregit, neque in dextram vel sinistram ab ea diuertit Gloria & magnificentia Deo, qui ei talem tolerantiam tribuit, quæ & alios possit conuere, & sui propositi gratiam custodire.

¶ Cernens autem diabolus bonorum hominum exemplum, quod tantas in eum tribulationum molestias excitas, non insidias Dei hominem trahere, non in aliquo mentem viri Dei valuisse à Domino separare & quod magis est, sicut aurum in fornace pressuris sul-

T3 gen-

gentior redederetur, atque in maiorem patientiam & alacritatem charitatis proficeret; vehementer irritatus & acriter efferatus aduersus eum cum magna phantasia aduenit, ut saltem sic ei pauorem incutiens decipere eum posset ac fallere. Igitur cum staret in medio noctis ac psalleret, repente lux copiosa veluti solis in cella eius refulsit, & vox quasi cuiusdam multitudinis audita est dicēs, Beatus es Abraham vere beatus es fidelis nullusque sicut tu in omni conuersatione inuētus est, qui omnes uoluntates meas expleti. Protinus autem uir sanctus dolum maligni cognoscens, exaltauit uocem suam ac dixit, obscuritas tua tecum sit in perditionem, o pleno dolo atque fallacia, ego enim homo peccator sum habens ramentum spei praesidia pergratiam Dei in nullo tuas insidias perire nesciam. Neque enim plurimae phantasiae pauorem mihi incutiūt. Nomen siquidem Domini mei & saluatoris Iesu Christi, quem dilexi & diligo, mihi ualidissimus murus est in quo te increpo immunde canis, ac terreo & miserande. Et dicente eo haec, confestim ut fumus ab oculis eius euauit. Sanctus autem Dei famulus cum multa alacritate, tranquilloque animo bene dicebat dominum. Rursus uero post dies orante eo. Ita tenens securim diabolus, circumfulam, eis conabatur euer

tere. Et cum iam putaretur perforasse eam uoce magna clamauit & dixit: Festinate amici mei festinate celeriter, atque intro euntes uiam arripite. At autem contra eum beatus Abraham. Omnes gentes circumdederunt me, & in nomine Domini vindicabor in eis. At ille protinus cum hanc uocem audisset, euauit, cella autem beati uiri integra atque illa sapientia sit. Item post paucos dies cum media nocte psalleret, mapulam eius super quam consistebat, cepit uehemens flamma comburere. Tunc ille intrepidus ignem conculcans dicebat. Super aspidem, & regulum ambulabo, leonem & draconem conculcabo, & omnem uirtutem inimici in nomine Domini mei Iesu Christi, qui mihi praebet auxilium superabo. Diffugiens itaque Satanas uoce magna proclamabat, ego te inquam mala morte deumcam inueniamque artes quibus te conteram, qui me nunc quasi contemptibilem reputas. Quadam die igitur cibum eo fumente transfiguratus demon in habitu adulescentis, cellulam eius ingreditur, & oppropinquat carinum eius nitentem euertere. Vir autem Dei manu illud retinens manducabat intrepidus. Tunc exilliens diabolus, aliam phantasiae repente confixit, & ecce quasi lumen candelabrum statuens ante eum, & lucernam de

super

super ardentem ore polluto, ac foetido psalmos cantabat uoce magna, beati (inquiens) in uia immaculati, qui ambulant in lege domini. Cunque ex eodem Psalmo uerba plurima cecinisset, nullum ei sermonem factus ille respondit, donec cibum solitum perciperet. Postquam uero de mensa surrexit, cum omni constantia, ait ad eum. Canis immunde & miserande, atque infirmissime & mendacissime, si nosti quod beati sunt cur eis molestus es? Nam beati sunt reuera omnes, qui ex toto corde diligunt deum. Respondens autem diabolus ait. Idecirco illis infestus sum, ut a bono opere bono praepediti, meis facinoribus forientur. Cui uir beatus ita respondit. Non tibi bene sit maledicere, ut quempiam timendum Deum superare uel impedire prauealeas, nisi forte eos qui tibi similes existentes a Deo propria uoluntate discedunt. Illos uincis ac fallis: quoniam Deus non est in eis. Ab his autem qui diligunt Deum tanquam fumus a vento, ita facile euanescis, ac deficis. Vna siquidem eorum oratio sic te persequitur ac deturbat quemadmodum puluis a vento infectatus dispergitur. Viuit autem Deus meus, qui est benedictus in secula cuique est gloria mea: quia non te peritimescā etiam

si omni tempore ibi cōfitearis Sic autem pro nihilo te spernā, uelut si vnus catulus cōtritus ab aliquo contemnatur, haec eo dicente, cōfestim ille ut solebat euauit.

Rursus post dies quinque cum psalmodiam suam noctis tempore cōsummasset, aliud phantasiae argumentū ab inimico confingitur. Ecce enim quasi turba plurima cernitur aduenisse, & ueluti trahentes inuicem, cum clamoribus se mutuo cohortantur, ut homo Dei in foueam proijceretur. Quos circūspiciens uir beatus circūdederūt me (inquit) sicut apes & exarserūt sicut ignis in spinis, & in nomine domini vindicabor in eis. Tunc Satanas exclamans ait, heu me, quid tibi de cetero faciam nescio. Ecce enim me in omnibus uictum ac superatum intellico, & uniuersas vires meas esse despectas, & me undique conculcatum. Veruntamen nec sic quidem a te aliquando discedam, donec te superans humilem mihique subiectum faciā. Vir autē Dei ait ad eum. Anathema tibi & omni uirtuti, tuae potatissime dāmon, gloria autē & honor dno salū sāto ac sapiēti Deo qui hōis dilectoribus suis te tradidit cōculcādū, & idcirco uerūcūq; tuas subsumamus atq; contemnimus. Agnosce itaq; infirmissime atq; infelicitime: quia nos nec te neq; tuas peritimescā imas phantasiae hōis

Per multum autem tempus diuersis argumentis ac machinis contra virum fortissimum dimicans non quieuit cogitationibus eius. solidissimis, saltem pauorem certaminis incutere cui magis preliandis alacritatem & charitatem in Deum maxime sustentabat. Diligens namque Deum ex toto animo, & conuersationem suam secundum voluntatem eius, instituens affluenter gratiam diuinam promeruit, & propterea non balebat diabolus laedere eum. Perseueranter namque pulsauerat ut ei thesauri diuinæ gratiæ panderentur. Cumque parafactus fuisset ingressus tres sibi inde pretiosissimos lapides sumpsit, fidem spem, & charitatem, quibus in eo perfecte, ac firmiter virtutes reliquæ ornabatur. Texens itaque pretiosissimam coronam bonis operibus, regi regum Domino à quo munus acceperat offerebat. Quis enim sic ex toto corde Deum & proximum tanquam seipsum dilexit. Aut quis ita laborantibus compatiebatur, & misericors existeret. Quem aliquando monachum audiens bene conuersari non pro eo deprecatus est Dominum, ut liber ab omnibus diaboli laqueis seruaretur, & cursus vite sue inculpabiliter consumaret. Aut quem peccatorem vel impium audiens prope ut saluaretur cum lachrymis diebus, ac noctibus dominum

non postulabat? Labia sua non soluebat facile in risu, corpusculum eius aut facies, vel etiam pedes, à die conuersionis sue nunquam diluti sunt. Sic namque se exhibebat tanquam quotidie moriturum. O vere frater gloriofum miraculum, in tantâ abstinētia, iugibusque vigilijs fletibus mixtis, canentis quoque & contritione corporis nunquam animo lassus est, nusquam infirmatus; segnitia obtorpuit, nunquam tædio fatigatus est: sed veluti esuriens quicquam aut sitiens, sic ille auiditate quadam sustinens omnia nunquam sui propositi potuit dulcedine fatiari. Erat aspectus eius quasi flos quidam immarcescibilis, atque in facie eius puritas animi noscebatur, utpote, qui diuina gratia in omnibus frueretur & iucunditate spiritalis latitiæ regebatur. In hora namque dormitionis sue ita splendidissimus vultu apparebat, quasi qui nequaquam vite sue tempus in abstinentia peregisset. Sed & aliud in eo per dispensationem miraculum gestum est. In omnibus siquidem quinquaginta annis abstinentiæ suæ vestem cilicinâ qua indutus fuerat non mutauit. ¶ Volo autem dilectissimi vnanimatatem vestram, etiam aliud negotium quod in senectute sua vir beatus gessit instruere. Est enim sapientibus ac spiritualibus plenum ædificationis, nec non humi-

litatis

litatis atque cōpnationis exemplū. Res vero gesta huiusmodi est. Habuit vir beatus Abraham carnis propinquitatem germanū quod defuncto, vnica filia eius annorū septem relinquitur. Quam cum parentibus orbatam noti amicique patris eius vidissent auunculo eius sine mora producunt. Cumque eam senior cerneret, in cella sua exteriori iubet includi. Erat autem in medio vtriusque cellulæ fenestra per modica per quam docebat eam psalterium, aliasque scripturas & cum eo in laudibus Domini vigilabat, & psalmos nihilominus cōcinebat, in omnique abstinentia emulari situm auunculum nitebatur. Alacriter quoque in arte proficitur proficiens vnuerfas virtutes animi festinabat implere. Vir namque sanctissimus incessanter pro ea cum lachrymis Dominum deprecabatur, ne mens eius cura terrenorū actuum implicaretur, eo quod eius pater moriens, infinitas pecunias ei reliquisset, quas confestim famulus Dei distribui iussit egenis atque orphanis. Hæc quoque auunculum suum precabatur quotidie, ut pro se Dominum oraret quatenus à cogitationibus pessimis & diuersorum laqueorum diaboli eriperetur infidijs. Constantiter igitur instituti sui regulam obtinebat. Exultabat autem auunculus eius, quod sic eam promptam sine vlla hæsitacione

in cunctis virtutibus cerneret promoueri, in lachrymis, scilicet, in humilitate atque modestia in quiete, & quod his sublimius est: erga Deum in eximia charitate. Viginti siquidem annis cum eo in abstinentia degens, velut agna pudicissima, atque incontaminata columba cōiuxit, Quò tempore anorum expletosque iebat aduersus eam diabolus, & insidias solitas prætendebat quomodo eam posset suis casibus irretiret velut sic molestiam sollicitudinemque beato viro posset incutere, & quantum cumque mentem ipsius à Domino separare. Erat itaque quidam professione tantummodo monachus, qui sub obtenta ædificationis ad eum sæpius pergere simularat. Sed & illam beatum per fenestram nihilominus contemplan-do luxuriæ stimulis agitatuscum ea colloqui cupiebat, amor namque libidinis cor eius quasi ignis succederat. Insidiabatur itaque multo temporis spatio, ita ut vnus anni circulus volueretur, donec cogitatio nem eius verborum suorum mollicie eneruaret. Denique aperiens scellæ suæ fenestram, egreditur ad eum, qui eam protinus scelerate iniquitatis atque libidinis cōtaminauit ac perdidit. Postquam vero tanti peccati facinus perpetravit expauit cor eius conscindensque eius cilicium quo erat induta faciem suam manibus verberabat

tabat, cupiens nimio mœrore se morti tradere, atque anxietatis oppressa pondere dum deliberationis portum cerneret, in diuersis cogitationum aestibus fluctuabat, plangebatque se non esse quod fuerat, & cum ciularu lapsius proferens. Ego inquit iam me ex hoc mortuâ sentio perdidisti dies meos in labore abstinentiæ meæ orationum lachrymæ vigiliarumque opera ad nihilum sunt deducta, Deum meum exacerbaui, me ipsam interemi. Heu me miseram omni lachrymarum fonte plangendam, sanctû auunculum meum amarissimo mœrore depressi opprobrium animæ meæ operuit me, illius diaboli facti sum quid mihi infelici iâ vltra viuere? Heu me quid egi, heu me quid factum est mihi? Heu me quid mali perpeffa sum? Heu me vnde, & qualiter corruui? Quomodo obscurata est mens mea? Nō intellexi quomodo lapsus sum non cognoui quomodo contaminatus sum, nescio quomodo cor meum nubes tenebrosa cōtexit. Quomodo potui ignorare quid gererem. Vbi abscondar, vel quo pergam, aut in quam foueam me metipsam precipitem. Vbi est magisterium sanctissimi auunculi mei? Vbi monita collegæ eius Estrem, qui me docebant in mea virginitate gratulantes vt impollutam animam immortalis spōso

seruarem. Sponsus etenim tuus (dicebant) sanctus & zelans est. Heu me quid agam? Non audeo iam cœlum aspicere cum apud Deum, & homines me mortuam esse cognoscam. Iam enim ad fenestram illam propinquare non audebo. Quomodo ego peccatrix & plena immunditiæ sordibus, rursus cum sancto auunculo meo loqui tentabo. Quod, & si ausa fuero, nonne ignis ex fenestra exiliet, qui me possit exutere. Mortuam itaque se lōgovulata protestans, nec vltra sibi spem salutis esse relictam, desperationis immersa caligine protinus perterrita in aliam ciuitatē atque in stabulo se quodam mutato pristino habitu collocauit. ¶ Verum cum hæc ruina præfata foemina contigisset huiusmodi visio beato viro ostenditur per soporem. Vidit nanque draconem aspectu fatidissimum, & in fortitudinē sibilantem quasi exeuntem de quodam loco, & vsque ad cellulam suam venientem, & reperisse ibi columbam atque glutisse eam, & rursus in suam foueam remeasse. Expergefactus autem contristatusque vehementer fleuit amare existimans Sathanæ persecutionem aduersus Dei Ecclesiam cōcitari, & plerosq; à fide veritatis auerti, vel ne schisma aliquod in sancta Ecclesia gigneretur. Prouolatus itaque genibus precatusest

Domini-

Domini dicens. Tu qui es præsciens vniuersorum Deus, amator hominū, tu nosse quid tibi velit hæc visio. ¶ Rursum post hæc duos dies vidit eundem draconē simili modo ad cellulam suā venisse & posuisse caput sub pedibus eius fuisseque diruptum colubam quoque illā quā deuorauerat viuā in ventre eius repertam, & exten disse manum suam viuamque eam cepisse. Expergefactus autem vocabat beatā illam semel atque iterū putans eam in cellula esse & dicebat. Cūr repiguit filia Maria (sic etenim fuit vocitata) iā duobus diebus os tuū in Dei laudibus aperire. Sed cū responsum ei nullū daretur, & quod eam per biduū pfallente solito more nō audiret animaduertit visionē suā ad illā certissime pertinere. Tunc ingemuit ac fleuit amare, & profundens lachrymas ait, heu me, quia agnā meā lupus crudelissimus rapuit, & filia mea captiua esse scia est. Exaltans quoque vocē suā cum lachrymis dixit. Saluator mundi Christe cōuerte ad me agnā meā Mariam, atque in ouile tuū eam restitue vt non senectus mea cum mœrore de hoc mundo recedat. Ne despicias deprecationē meā Domine, sed mitte velocius gratiam tuam, vt eijcias eam de ore draconis in columen. Itaque duos dies qui ei per visionem reuelati sunt, duorum annorum curri-

culis finiuntur, quibus lubricam vitam neptis eius quasi in ventre atrocissimi draconis exegit, sed sanctus Abraham vir Dei, per omne tempus die noctuque nunquam pro ea Dominum deprecando animum relaxauit. Post duos vero annos cum vbi esset & quemadmodum se gerere, comperisset rogabat quēdam sibi notissimum, vt vsque ad eam pergeret & cuncta cognosceret diligenter. Pergens itaque ille quē miserat, & omnia sub veritate, & quia ipsam quoque vidisset renuncians, rogatus à sancto viro, habitum ei deculit militare, & equum proculdubio ad sedendū. Ostio itaque patefacto egreditur, statimque habitu militari induitur, calamanchum, id est pileum quoque longum capiti suo vt facies eius velaretur imposuit, sed & solidum vnum secum portans ascendensque equum concitus properabat. Tāquā qui spīā patriā cuius libet vel ciuitatem cupiens explorare habitum loci illius, ne facile agnoscat assumit sic beatus iste Abraham inimici habitum, vt eum in fugam verteret, vt eatur. ¶ Veniente igitur admiramini dilectissimi fratres hunc secundum Abraham primus itaque Abraham egressus ad prælium regum, percussensque eos, Loth nepotē suū reduxit hic verosecūsus Abraham cōtra diabolum

lum profectus est ad bellū, vt eo deuicto neprem suā cum maiori triumpho reuocaret. Itaque cum peruenisset ad locum, disuertit in stabulum, ac sollicitis oculis huc atque illuc circumspicēs, vt eam videret perquirebat. Deinde cū multa hora preterisset, & videnti eam minime tribueretur occasio, subridens, ait ad stabularium amice audiui quod habeas puellam optimam, quam si iuberis libentissime peruiderem. Quicum ætatis eius intueretur caniciem, senectute iam fessam, ad opus luxurie desperauit, deinde hoc ei responsū dedit. Est (inquit) vt tibi compertum est etiam supra modum speciosa. Erat siquidem Maria hæc pene supra quam natura exigit, formæ pulchritudine decorata, cumque senior nomen eius requireret. Mariam vocari ille respondit. Tunc hilari vultu, quæso (inquit) vt mihi præsentiam eius exhibeas vt possim cum ea hodie epulari, multum nanque ex auditu comperi laudari puellam quæ cum vocata adesset, atque in habitu meretricum sanctus eam auunculus eius peruidisset, pene totum corpus eius præ dolore solurum est, amaritudinemque animi læto vultu celauit, & lachrymas erumpentes virili sexu retinuit, ne forte si eum fœmina cognouisset fugæ præsidium flagitaret. Residētibz itaque eis atq;

libentibus cepit eum ea vlr mirabilis ludere. Quæ conurgens complexa ceruicem eius osculis demulcebat. Cūque oscularetur eum odorata est eius corpusculum suauissimo odore abstinentiæ fragrare, & recordata est die rū, quibus cum summa abstinentia vixerat & quasi quodam telo percussa, vehementer ingemuit, lachrymasque profudit, & tanquam vim cordis non sufferens, in hæc verba prorupit.

¶ Veh veh mihi miseræ soli. Tūc stabularius stupefactus ait, quid est domina Maria, quod subito in tā grauisima suspiria prorupisti. Hodie duobus annis hic permanes, & nunquam ex te gemitus vel tristior sermo auditus est, nunc vero quid tibi contigerit nescio. Quæ respondit ad eum Beata essem si ante triennium fuisset defuncta. Ad hoc beatus senior ne agnosceretur veluti cū quadā serenitate ait ad eam. Modo cum lætitiæ nos interfumus, tu peccata tua commemorare venisti. O admiranda clementiæ tuæ dispensatio, Deus altissime. Putasne puella non dixit in corde suo, quomodo aspectus viri huius auunculi mei aspectum similatur. Sed solus tu amator hominum a quo est omnis bona sapientia, ita dispensasti ne eum posset agnoscere, & fortasse confusione turbata effugeret. Hoc autem

tem non ob aliud est credendum nisi quia lachrymas famuli qui auunculi eius huiusmodi apud te obtinuerat locum, vt ex impossibilibz possibilis facere dignareris. Proferens itaque factus vir solidum, quem attulerat stabulario, dedit, dixitque ei. Fac nobis quæso amice optimam cenam, vt cum hac puella epulari possimus, longi nanque itineris ex interuallo amore eius adueni. O vera sapientia, secundum Deum, dvere intellectus spiritalis, d vera prædicanda salutis discretio, quin quaginta annis abstinentiæ suæ nequaquam panem gustauerat, nunc carnes sine hesitatione vt saluaret animam perditam manducauit. Sanctorum angelorum chorus super discretione beati huius miratos esse non dubito, quomodo indubitanter pro salute cūctæ perfecit. ¶ Venite igitur fratres, & admiramini super hæc peritia sanctissimi viri, & discite abstinentiæ virtutem discernere, vt ex ore draconis absorptam animam sic liberare possitis. Igitur postquam epulari sunt prouocabat eam puella vt in cubiculum introirent. At ille, eamus inquit. Camque introissent cernit lectū in sublimestratum in quo statim reledit alacriter. Quomodo te appellē perfecte athleta Christi vehementer ignoro. ¶ Continuam te asseram, an incontinē-

tem? Sapientem an insipientem, discretorē an indiscretorē. Quin quaginta annos conuersionis tuæ super humi spatium cubitaueras, & quomodo super huiusmodi lectum constanter ascendis. Sed hæc vniuersa fecisti, & mansionum iter longissimum arripiendo, & carnes comedendo, & vinum bibendo, & in stabulū diuertendo, vt saluares animam perditam, & ad laudem & ad gloriam Christi. Nec autem si saltem verbum utilitatis loqui cum proximo volumus cuncta importunè discernimus. Sedente eo itaq; super lectum ait puella, veni Domine vt calciamenta de pedibus tuis auferam. At ille ait ad eam. Obsera (inquit) ciliam diligenter, volebat vero puella primo discalciare eum sed cum ille nō pareretur, obseratis ostijs, venit ad eum: cui senior. Domina inquit Maria appropinqua mihi: cumq; appropinquasset tenuit firmiter manum eius, qui quasi putaretur osculari eā. Aufert quoque caliam manchum, id est pilicū a capite suo, & erumpens vocem in fletū ait ad eā. Filia mea Maria, nō me agnoscis. Nonne ego sum qui te nutruui? Quid tibi factū est o filia mea. Quis te interfecit? Vbi est ille habitus angelicus quem habebas filia mea, vbi est continentia vbi fletus, vbi vigilia, vbi cōtinētia. A celi tudine cali in hanc fœ-

ueam quomodo deuoluta, est filia mea, cur quando peccasti non mihi indicasti, non mihi illico retulisti, & ego certe pro te poenitentiam agerem cum dilectissimo meo Effrem, quare sic fecisti, aut quare me delectasti, & in hanc molestiam intolerabilem deduxisti, quis enim sine peccato est, nisi solus Deus. Cum que hinc aliaque multa dixisset tanquam lapis immobilis, in manibus eius remansit timore pariter, & confusione suppleta. Rursus autem beatissimus vir cum lacrimis adiecit dicens. Non loqueris mihi, o filia mea Maria, non loqueris mihi pars viscerum meorum, Super me sit hoc peccatum, ego in die iudicii pro te redam rationem Domino, ego pro peccato hoc satisfactionem Deo, usque ad medium itaque noctis huiusmodi verbis consolabatur eam. Cumque parum per fiduciam percepisset taliter fleus ad eum locuta est. Non valeo te, inquiens propter confusionem vultus mei attendere, & quomodo possum orationem Deo perfundere, quando sic immunditia seculi huius polluta sum, & sanctus vir ad eam, super me (inquit) sit iniquitas tua o filia mea, ex manibus meis peccatum hoc Deus requirat solum modo audi me, & veni eamus in locum nostrum. Ecce enim charissima?

Effrem pro te nimium dolet, tui que causa sedule. Dominum deprecatur, noli diffidere filia de clementia Domini, licet tua sint peccata velut montes, sed illius misericordia omnem supereminet creaturam. Sicut legimus recessit mulier immunda ad mundum, & non eam inquinauit, sed ab eo potius ipsa mundata est lacrimis pedes Domini lauit, capillis exersit. Si potest illa pelagus inflammare, possunt, & peccata tua eius mundiciam inquinare, non est novum cadere in luctamine, sed malum est iacere deiectam. Reuoca vnde distuleras pedem fortiter, te cadente rursus inimicus sed fortiter te sentiat resurgentem. Miserere queso senectuti meae, doleat tibi pro canicie meae labore obsecro, & exurgens veni ad cellulam mecum, noli timere, lubricum enim est genus mortalium sed sicut citius cadit sic iterum velocius per Dei adiutorium surgit qui peccantes non vult mori sed viuere. Illa vero ait ad eum. Si scis quia poenitentiam agere possum, & satisfactionem meam suscipiat Deus, ecce (vt iubes) veniam, precede, & ego sequar sanctitatem tuam, & exosculor vestigia tua, quia sic super me doluisti vt ex voragine immunditiae huius educeres me. Et ponens caput suum ad pedes eius,

tota

tota nocte flebat dicens. Quid tibi Domine Deus meus, pro omnibus his retribuam. Diluculo autem facto, ait ad eam beatus Abraham. Surge filia, & eamus hinc ad cellulam nostram. Quae respondens dixit ad eum. Habeo hinc modicum auri, & aliquid vestimentorum, quid de his inbes fieri. Respondens autem beatus Abraham dixit. Relinque hinc omnia haec quae ex parte maligni quaesita sunt. Et surgentes exierunt, statimque ponens eam super equum trahebat pergens quemadmodum pastor eum inuenit ouem perditam, cum gaudio super humeros suos tollit, ita beatus Abraham gaudens in corde suo, iter cum nepte faciebat. Cumque venisset ad proprium locum illam quidem ubi ipsa fuerat in cella reclusa, ipse vero in cella exteriori permansit. Haec itaque induta cilicio, in humilitate cordis atque oculorum fletibus perdurabat, vigilijs quoque atque arctissimis obstinētia laboribus femeripsum conficiens, & cum modestia, & quiete ad Dominum indefinenter proclamans, facinus proprium spe firmissima veniae plangebat, tam sapienter & iugiter obsecrationibus vacans, vt nullus (quanuis sine visceribus) non compungeretur, cum vocēs, & fletus eius audiret. Quis

eum sic immisericors est inuentus, qui lamen tantem eam agnoscens ipse quoque non fletet. Aut quis de eius vera cordis compunctione non egit gratias Deo nostro. Poenitentia siquidem eius, si nostris supplicationibus compararetur omnem menturam doloris excedit. Sic enim impensius Dominum precabatur, vt sibi ignosceret quod gesserat, vt etiam signum, si suscepta fuisset eius poenitentia diuinitus postularet. Clementissimus itaque Deus qui neminem vult perire, sed omnes ad poenitentiam reuerti, ita condignam satisfactionem eius recepit, vt orationibus eius post triennij plenitudinem, facitas plurimus redderetur. Impensius namque ad eam turba populi continebat, quae pro illorum salute Dominum efficaciter precabatur. Beatus autem Abraham postea decem annis in hac vita perdurauit & cernens optimam poenitentiam conuersationemque fugneptis Deum glorificauit super omnibus ac septuagesimo vitae anno quieuit in pace. Beata autem Maria quinquaginta suae conuersionis annos, cum magna deuotione ac humilitate cordis, & charitate erga Deum, & proximum, sincera institutione spiritualiter compleuit, & ita migravit ad Dominum.

¶ Incipit

Incipit prologus in vitam sancti Pachomii abbatis.

Domine venerande, & in Christo quoque magnificentissime. Dionysius exiguus. Pio, venerationis vestrae proposito, quae potuit facultate teipso dir, scilicet, Pachomij vitam nunc in Graeco est reperta fidei translatoris exoluens, in qua re cum diuine morantem vestra compallisset autoritas, integrum non erat ut qui quarens iam sponsionis extiteram promissa non defecere, praesertim vobis qui votum potius quam vires attendere consueuistis: plura namque pro Christi gratia releganda atque imitanda peragentes instituta cognoscere, quatenus eorum studijs facta propria componentes futuris seculis documentum diuini muneris singulare praesertis fatebimini quippe maximam vos operam dare virtutibus, quas diligitis, in conuersatione sanctorum, quibus etiam illustrium operum qualitate coheretis, quia virtute nullus amat nisi qui sequitur, & similitudo morum magnum profert conunctionis indicium, sicut e contrariis vita dispersa grandis est, & in ipsa sanguinis affinitate discordia, sicut frequenter inter propinquos feralia succedunt odia, sic iurgia nascuntur inuenta, sicque ad sanguinem sequit inexplebilis, & caeca militiam dum bonis inuidet mali, liberali

bus cupidi, quieris turbulenti, stulti in meritis, pacificis implacabiles, tranquillis inimicos, modestis temerarij, sapientibus stulti, simplicibus callidi, mitissimus quoque furiosus. Sed melius horum mores apostolica tuba redarguit. Nam cum nouissimorum pericula temporum gentium doctor exprimeret intulit dicens. Erunt enim homines seiplos amantes cupidi elati, superbi blasphemj, parentibus non obediens, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, peccatores, proterui tumidi, voluptatum amatores magis quam Dei. Hic beatissimus Paulus quae superius defuerunt protulit, & mira breuitate collegit, ostendens eos ideo tales fore quia voluptatum amatores existerent, & quia vitiosissimis se cupiditatibus subiugarerent. Hinc enim mala cuncta proueniunt dum Deus contemnitur, voluptates amantur. Perhas diabolus allicit ut decipiat, delectat ut fallat, blanditur ut perimat, & ne futura praesentibus, caelestia terrenis, aeterna breuibus anteponantur insidit, voluptatum (inquit) amatores magis quam Dei, habentes speciem quidem pietatis, virtute autem eius abnegantes, hoc est tantum nomine videntur esse christiani non opere, qui etiam velut interiores hostes peius exterioribus sequuntur & in

& in Ecclesia constituti pia Ecclesiae membra discerpunt. Quos apostolus nos protinus vitare praecipit ut ab eorum societate, non tam locorum quam morum dissimilitudine distamur. Nec videatur cuiquam mirum quod huiusmodi pestes iustis hominibus aduerferentur, quando pleni dolis, pleni fallacis sibi quoque non parcant, & secum ipsi plerumque distentiant. Tales expertus vir beatus atque gloriosus genitor Dominus meus non solum patienter ac fortiter, sed etiam, felicem finem pro veritate (quae Christus est) constanter atque sublimiter suscepit, & totius mundi aduersa superauit. Cuius perfectam vitam regulam sanctorum meritis prope modum consummantem, nimis ex aperto perfectorum virorum dicto, atque facunda oratione perscribi, ut tanta claritudo vestri generis, tantumque decus ex aliqua nascatur parte, & virtus admiranda viris vix antiquis effabilis, quae fauente Christo a nobis haereditario iure perficitur lectionis officio posteris intimetur.

Incipit vita sancti Pachomii abbatis.

Dominus noster Iesus Christus sapientiae fons & scientiae verum lumen verbum Dei patris, & per quod facta sunt

omnia humanam fragilitatem ad peccata pronam, atque praecipitem reuelare volens: plura circa nos remedia suae pietatis ostendit. Abraham namque pater noster, cum diuinis iussionibus obtemperans, filium suum offerret in sacrificio placuit Deo, & merito fidei mox, & haereditatem accepit, & meritum qui etiam perfectus fuit Deus iurauit dicens. Nisi benedicens benedixerote, & multiplicans multiplicabo, re sicut stellas caeli multitudinem, & sicut arenae quae est ad oram maris innumerabilis. Et iterum, in semine tuo benedicetur omnes gentes terrae. De quo semine manifeste nos docet apostolus dicens. Non dicit, & seminibus quasi multis, sed quasi in vno, & semini tuo qui est Christus. Omnes etiam sancti prophetae tanta salutis arcanum reuelante sancto spiritu prauidentes, scientesque Deum nullo modo posse mentiri, ad sanandosque languores nostros, & caelestem medicum nunciabant esse venturum atque ut celeri praesentia sua prospiceret humano generi, continua supplicatione postebant. At misericors Deus, qui pia vota semper attendit, nec unquam deserit eos, qui se toto corde quaesierint, promissiones suas nouissimis diebus impleuit mittens filium suum natum ex muliere, factum sub lege, qui pro

similitudine mortalitatis nostrae in carne pateret. eumque, qui habebat mortis imperium, sua morte destrueret. Denique diuinitate sua mens imparsibilis a corruptione, atque de interitu nos redemit, & a vinculis absoluit in solubilibus inferorū, perfectaque dispensatione nostrae redemptionis omnibus gentibus sanctorum regenerationis, peccatorum indulgentiam contulit, cunctosque ad veram fidem per doctrinam apostolicam confluentes iuxta illud quod in euangelio ait, euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris, & filii, & spiritus sancti gremijs infinitae pietatis suae amplexus est. Igitur cum per vniuersam terrā euangelij praeconia choruscarent, & plures in adoptionem filiorū per gratiā Christi cōcurrerent inimicus humani generis vehementer exarsit, multoque saeuiora rētationum praecalia quam prius in saeuos Dei excitauerat visus est commouere suspicatus infelix, quod posset nobis iter indulgentiae caelestis obstruere. Sed hac ipsa intentione sua deceptus est, & eliso. Adiuutorio namque diuini muneris, a fidelibus & vigilantibus vires eius & insidiae prosteruntur, ut ipsi quidem confusio, famulis autem Christi perennis gloria compareretur. Nam iuxta Domini permissionem cum examen patientiae

ac fidei eorum qui spiritualia bella prudenter exercent, pagani imperatores existerent, & vbiq; contra christianos persecutionis procellae destruirent, multi apud Aegyptum martires sancti per varia supplicia vsque ad mortem in Christi nomine perstiterunt, & simul cum Petro Alexandriae vrbis Episcopo perpetuas coronas, & immortalia praemia sunt adepti. Crescebat autem in dies fidelium multitudo, & per omnia loca mirabiliter augebatur, nec non Ecclesiae quam plurimae martyrum memoriae construebantur impensus, monasteria quoque frequentissima eorum qua continentiae studentes renunciauerunt seculo, solitudinis ipsius secreta decorabatur. Hi namque, qui de gentibus in Christum crediderunt considerantes martyrum passiones, eorumque sincerum circa Christum confessionis affectum, caperunt, & ipsi gratia Domini sanctorum vitam conuersationemque sectari, & huius institutionis esse, ut etiam his illud aptaretur apostoli, Circueunt in mellotis, & in pellibus caprinis, egenes, angustiiati, afflictii, quibus non erat dignus mundus, in solitudinibus errantes & in montibus in speluncis, & in cauernis terrae, quietem denique solitudinis appetentes, gaudium propriae salutis ad fidei, di-

uino

uino munere sunt consecuti caeterisque mox exempla sublimioris vitae, sacratorumque praebuerunt. Omnibus enim terrenis exiti negotijs, adhuc morantes in corpore, angelorum emulati sunt sanctitatem, per quam fastigia scandentes celsa virtutum vitra conditionem enituerunt mortalium ita, ut in nullo prorsus antiquissimis patribus inferiores existerent, equiparentes etiam illorum merita qui pro Christi Iesu Domini nostri nomine certauerunt vsque ad effusionem sanguinis, inuisibilia hostium molimina destruentes, de quibus ait apostolus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem sed aduersus principes & potestates contra mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus. Quorum multiformes praecauentes incursus, & caput serpentis antiqui fortiter conterentes, sempiternis praemijs sunt potiti, de quibus scriptum est. Quod oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit quae praeparauit Deus diligentibus se.

¶ Quo tempore monachorum monasteria esse ceperunt

ERat per idem tempus beati Antonij vita cunctis admiranda praeciara proposita,

quae magni Heliae atque Helisai nec non, & sancti Ioannis Baptistae amulator existens secreti interioris Eremiti studio sectatus est singulari, vitamque caelestium interioris gessit amore virtutis. Cuius sanctus Athanasius Alexandriae ciuitatis antistes proprio stylo testimonium praebuit dignus sane relator conuersationis Antonij, qui iuxta supplicationem fratrum vitam eius pro multorum commoditate persequeretur, & amulanda viris spiritualibus exhiberet. In quo opere sancti quoque Ammon meminit, a quo per Dei gratiam primum posita sunt fundamenta, nec non, & Theodorum sanctum admodum virum, qui cum senes praefato fuerat idem nobis pontifex indicauit, quem singulari ac perfecto proposito, & fide non ficta Deo subditum multiplicia retulit diaboli machinamenta superasse. Igitur vbiq; diuina gratia copiose diffusa illud quod in psalms scriptum canitur declarauit expletum. Visitasti terram, & inebriasti eam multiplicasti locupletare eam. Nam pro tristitia, & gemitu gaudium prouenit & letitia, & pro solitudine atque miseria, felicitas atque securitas successit. Hinc itaque patres monachorum vitam mirabiles in vniuersis prope modum regionibus

V 2

exti-

extiterunt, quorum nomina in libro viuentium probantur scripta. Paucissimi sane tunc adhuc per Aegyptum, & Thebaidē monachi esse ferebatur. Post persecutionem namque Diocletiani & Maximiani crudelium principū plenitudo gentium intrauit, sicut diuinitus præordinatum est, & fecunditas Ecclesiæ fructus amplissimos capit exhibere sanctis Episcopis iuxta doctrinam tunc apostolicā, iter fidei sincerā quoque cōuersatione monstrantibus.

Quod Pachomius Christianitatem est adeptus.

Per idem tempus Pachomius quidam secundum ritum ac traditionem patrum gentilis apud Thebaidē commanēs diuinā gratiā gubernāte christianus effectus est. Hic ab adolescentia sua præcipuam fragilitatis dicitur arripuisse virtutem. Icirco autem pro gloria Christi, qui nos de tenebris vocauit ad lucem, & pro utilitate eorum, qui ista lecturi sunt, strictim cōuersationem eius quæ fuerit à paruulo, refero, quia à tanta perfectione eius initia quoque non discrepant.

Pachomius adhuc puer idola destruxit.

Hic enim cum adhuc puer esset cum parentibus suis,

ad simulachrum quodam damonis super ripam Nili fluminis collocatum, tanquam victimas oblaturus aduenit. Cumque sacerdos impurissimus sacrilega folio celebrare voluisset in præsentia Pachomij, damonis profusus euanere præstigia. Cum diu multumque idem sacerdos hæsitans in modum simulachri (quod colebat) mansit immobilis, vehementer admirans cur solita demones responsa non redderent, tandem immundo spiritu reuelante, cognouit pueri Pachomij causa insolita prouenisse silentia atque in hæc verba prorupit amonitus. Quid inimicus deorum huc venit, procul hinc eum procul pellite, & quanto citius amouete. Quod cum parentes eius audissent cumque suocōspexissent separari confortio, matre magno repleti sunt eoprecipue, quod inimicus deorum tali fuisset contestatione declaratus. Ambigebant ergo parentes eius quid de eo fieret, quia & antea cum paululum degustasset de vino libationis damonum, protinus euomuerat illud. Hac itaque cum se viderent non posse discernere, quieuerunt. Instabat autem vt Aegyptiaci imbueretur literis, & antiquorum studijs informaretur.

(??)

Quod

Quod Pachomius ad militiam est raptus.

Eodem tempore Constantino post persecutionem in imperio perdurante, & contra tyrannum gerente prælium, præcepta regalia cucurrerunt, vt electissimi quique iuuenum ad tyrociniū militiam vbique tenerentur inter quos & Pachomius annos natus viginti detentus est vt ipse postea retulit. Cumque nauī fuisset inter alios ad peregrina transuectus ad ciuitatem quandam vento virgēte lati sunt, Ciues ergo loci illius videntes tyrones arctius custodiri, & quid illis accidisset edocti, pietate moti sunt & iuxta mandatum Christi, solatia maximo mœmore positis & necessaria corporis attulerunt. Tunc Pachomius animaduertens, quod ab eis factum est, & nimis admirans ab his, qui simul aderant inquisiuit qui essent viri illi sic erga misericordiā atque humilitatem prompti ac faciles, audiuitque christianus esse qui circa omnes, & maxime peregrinantes, impenderent prona liberalitatis officia, sciscitabatur autem quid ipsa sibi veller appellatio nominis christiani, dictam est ei, homines esse pios, & vere cultores religionis credentes in nomine Iesu Christi filij Dei vniuersi, cunctisque prouicibus beneficientes & speran-

tes à Deo retributionem bonorum operum in futura vita accipere. Hac audiens Pachomius, corde compunctus est, & illustratus diuino lumine christiano miratus est fidem atque diuini timoris igne succensus paululum presentium conspectibus se subtraxit, & ad calum manus eleuans ait. Omnipotens Deus qui fecisti calum & terram, si respicēs respexeris precem meā, & sancti tui nominis veram contuleris perfectamque notitiam, ab hoc me compede mœroris exemeris seruitio tuo me tradam omnibus diebus vitæ meæ, & spreto seculo, iugiter tibi adhaerebo: qui cum orasset ad suos reuersus est comites, & die sequenti de ciuitate illa profecti sunt. Cumque diuersa loca nauigio circuirent si quando Pachomium uoluptas corporis, & mundana titillasset, & illecebrosa tentatio statim ei sua aduersabatur sponso, memor quia se Domino seruiturum esse deuouerat. Nam diuinā gratiā suffragate, iam ab annis puerilibus amator extiterat castitatis.

Quod Pachomius sacrum baptismum suscepit.

Igitur Constantinus Imperator pietate ac fide (quæ Christo crediderat) viam de hostibus cōsecutus) tyrones iussit absolui

V 3 Sic

Sic Pachomius oprata sibi libertate concessa, protinus ad Thebaidis vltiora progreditur, & in gressus Ecclesiam, quæ est in vicco cui nomen est, Cinobostium, fit illico, Catechumenus & post paululum gratiam lauacri vitalis adipiscitur, ipsa nocte qua mysterijs sacris imbutus est vidit in somnis veluti rorem cælitus illapsum eius repleffe dexteram & in mellis creuisse pinguedinem, audiuit quoque vocem dicentem sibi, considera Pachomi quod geritur. Est enim hoc signum gratiæ quæ tibi à Christo collata est. Hic itaque diuino inflammatus affectu, & dilectionis eius iaculo salubri vulnere sauciatus, monachorum se disciplinis atque institutionibus subiugauit.

Quod Pachomius monachus fieri desiderauit.

A Vdiuit autem quædam anchoretam, cui nomen erat Palemón, intra Eremitæ secreta Domino seruentem, ad quem confestim cum eo cupiens habitare petrexit, & pulsans ostium cellulæ eius precabatur ingressum, cui senex aliquantulum præfaciens aditum dixit. Quid vis aut, quem quæris? erat enim seuerus aspectu eo, quod multo tempore solitarius vitam rigidæ conuersationis exegerat. Respondens autem Pachomius ait, Deus meus misit me ad te ut

monachus fiam, cui senior, non potest hic (inquit) monachus fieri non enim parua res agitur si viri monachi conuersatio casta pensetur, nam plures huc dudum venientes affectu radio, perseverantiæ non tenuere virtutem. Et Pachomius. Non sunt æquales omnium mores, ideo precor ut me digneris recipere, & processu temporis tam voluntatem meam quam possibilitatem plenius approbes. Et senior ait. Iam tibi præfatus sum quod hic fieri monachus nullo modo possis, perge magis ad aliud monasterium, & cum ibidem continentię operam dederis, tunc ad me regredere, te que sine mora suscipiam. Veruntamen animaduerte quod dico. Ego hic satis frugaliter vivo. Nam nimis ardua & durissima conuersatione me castigo, vltius rei cibo minime vtens nisi panis & salis. Ab oleo autem & vino intotum abstineo. Vigilo dimidium noctis, quod spatium vel in oratione solenni, vel in meditatione diuinæ lectionis insinuo, interdum quoque totam noctem duco peruigilem. Hæc autem audiens Pachomius expauit ut solent pueri magistrorum vereri præsentiam, sed gratia Domini roboratus omnem laborem tolerare proposuit, senique respondit. Credo in Domino Iesu Christo, quod mihi fortitudinem patientiamque præstabi.

bit, ut dignus efficiar tuis adiutus precibus, in sancta conuersatione per omnia vitæ meæ curricula permanere.

Quod Eremita Palemón dedit Pachomio habitum monachi.

T Vnc sanctus Palemón spiritalibus oculis intuens Pachomij fidem tandem patefecit aditum eumque suscipiens habitu monachi consecrauit. Morabantur ergo simul, abstinentiæ atque precibus operam dantes tenebant quoque cilicia & laborabant manibus suis iuxta beatum Apostolum, non tantum pro sua refectionis requie, sed ut haberent unde tribuerent necessitatem patientibus, in vigilijs & iam cum nocturnas orationis celebrarent, si quando senior vidisset somno Pachomium premi ducens eum foras harenam portare præcipiebat de loco ad alterum locum & tali exercitio mentem eius grauatam somni pondere subleuabat institutus ac formans eum, ut sollicitus esset in precibus dicens ei, Labora Pachomi & vigila, ne quando quod absit, ab incepto te proposito moueat is qui tentat te, & inanis fiat labor noster. Quæ cum & Pachomius obedienter ac sollicitè suscipiens, & in dies sanctæ continentię profectibus crescens venerabilem senem minis

alarcellarumque reddebat ita ut Christo semper pro conuersatione eius gratias ageret.

De abstinentia Eremitæ Pachomij.

P Er idem autem tempus sanctissimus dies paschalis aduenerat, & ait ad Pachomium senior. Quoniam cum istorum christianorum vniuersalis est ista solennitas, nobis que que paræ quæ vsui nostro sunt congrua. Tunc ille promptus ad obtemperandum id quod sibi præceptum est impleuit, & præter solitum parumper accipiens olei, cum salibus tritis admiscuit. Lapsanas enim, id est, agrestia olera, & herbas alias præter oleum consueuerant edere. Cum ergo præparasset, ait ad senem. Feci quod tua paternitas imperuit, cumque post orationem beatus Palemón accessisset ad mensam, vidissetque oleum cum salibus apparatus fricans manibus frontem, & vbertim fundens lacrymas ait. Dominus meus crucifixus est, & ego nunc oleum comedam. Cum que rogaret eum Pachomius ut modicum quid ex eo perciperet, nullatenus acquieuit. Tunc pro more salis, & panis est allatus, & ad manducandum pariter confederunt. Quæ senex crucis signo (sicut consueuerat) bene

dicens, cibum uterque sumpserunt Domino gratias (ut moris fuerat) humiliter exhibentes.

De quodam monacho superbo.

VNa vero dierum cum vigilantes simul Palemon & Pachomius accenderent ignem, quidam frater superueniens apud eos manere voluit. Quicum susceptus esset, inter verba (ut fieri solet) erupit & dixit. Si quis fidelis est ex vobis, iter super hos, carbones ignis, & orationem dominicam, sensim lateque pronunciet, quem beatus Palemon intelligens superbia tumore deceptum, commouit dicens, Desine frater ab hac infania, ne tale quid ulterius loquaris, qui correptione senis non profecit in melius, sed plus elatione mentis inflatus super ignem stare cepit audacter, nullo sibi penitus imperante, eratque conspicere quomodo cooperante inimico humani generis, & Domino permittente, nequaquam perustus fuerit ignis, attactu. Hoc ipsum vero quod, gessit impune ad augmentum profecit eius infania, secundum quod scriptum est. Ad prauos prauas vias mittit Dominus. Hoc itaque cum fuisset factum, postera die idem frater mature proficiscens, ac velut exprobens eis aiebat. Vbi

est fides vestra? Post non multum vero temporis cernens diabolus eum sibi per omnia mancipatum, & facile ad quæ vellet facinora eum posse compellere transfigurauit se in mulierempulchram, splendidis vestibus adornatam, & cepit ostium cellæ eius vehementer extundere. Qui cum aperuisset, ait ei diabolus in habitu mulieris immutatus, Obsecro te quia nimis à creditoribus vigeor, & metuo ne me aliqua pericula comprehendant, recipias in tuam cellulam, quoniam debitum soluere nequeo, quatenus per te salua facta gratias Deo referam. Dominus enim me dixit ad te. Qui cæcitate mentis penitus obscuratus, nec valens discernere quæ esset qui sibi talia loqueretur, diabolus miser in suum recepit exitum. Tunc hostis nostræ substantiæ, videns eum ad omne scelus esse præcipitem, immisit ei turpem cogitationem. Qui mox cessit inimici suggestionibus, & eius quasi muliebres petiuit amplexus. Quem spiritus immundus inuadens elisit atrociter, & reuolutus in pavementum veluti mortuus diu multumque permansit. Post aliquantos autem dies tandem in se reuersus, & dementiæ propriæ sero pœnitens ad sanctum Palemonem venit & cū magno flectu quod sibi accidisset exposuit

posuit vociferans & dicens. Agnosce pater agnosce, quod ego causa perditionis meæ existam. Bene enim me commone dignatus es, sed ego infelix qui te audire contempsi. Qua propter obsecro me sanctis orationibus tuis adiuuare digneris, ne sub ingenti periculo constitutum discerpat inimicus, & perimat. Cumque ista cum lachrymis, & fletibus protequeretur, & sanctus Palemon beatusque Pachomius lachrymas pro eo funderent, compatiens subito corpeus ab immanitate spiritu, de conspectu eorum profiliit, & per deserta discurrens agebatur in frenis. Peruenit autem ad ciuitatem Panos nomine, ac deinceps in fornace balnei per amentiam sese præcipitans incendiis protinus interiit.

¶ Quomodo Pachomius manus suas lavabat in sanguine peccatoris.

HÆc audiens vidensque Pachomius, magis ac magis incubuit abstinentiæ tenebre menturam, & cum in omnibus tunc (maxime in orationibus) animam seruaret perutibilem, iuxta illud quod scriptum est, omni custodia serua cor tuum, in tantum ut eum senex miraretur attonitus, quia non solum cõsuetam abstinentiæ regulam alacer extrinsecus adimplebat, sed etiã intrin-

secus conscientiam suam iuxta celestium formam studebat exhibere purissimam, sicut beatus Apostolus dixit, gloria nostra hæc est testimonium cõscientiæ nostræ, certus ex hoc magis sibi in celestibus parari mercedem. Nã cum diuinas Scripturas legeret memoria que mandaret, non id passim negligenterque faciebat, sed vnum quodque præceptum solerter examinans, ac pia monita pertractans studebat in dies opere perficere quæ memoria retentabat. Præcipue vero humilitatis ac paciëntiæ munere utebatur, & erga Deum proximumque purissima dilectione præ multis nitebatur excellere. Hæc autem aliaque eius clara didicimus à sanctis hominibus Dei, qui simul cum eo multo tempore sunt morati, quibus etiã vitæ spiritualis exempla contulerat post lectionem diuinæ legis, ea quæ ad edificationem animarum pertinent referens diligenter. Quæ cum multa sint, & vires nostræ paruitatis excedant, non omnia præsentis stylo perscripsimus. Non enim sumus idonei tanti viri merita, eloquio pari depro mere.

¶ Quod secretiora Fremi Pachomius expetijt

IGitur Pachomius erga loca mortis, vbi sancti morabantur, plena spinis nudis pedibus incedebat, & cum infingerentur ei plurimæ

rima lætabatur patienter, ac fortiter ferens, recolens quod Dominus noster in cruce clavis fuerit dignanter affixus. Diligebat autem anochoretum plurimum frequenter experēs solitudinem, & illic diu in oratione persistens domino supplicabat, ut tam se quam homines oēs ab vniuersis inimici fraudibus clementer eriperet.

¶ Quod vox de celo lapsa ad Pachomium.

Quodam vero tempore contigit ut Pachomius procul a cella sua progressus veniret ad quendam vicum cui nomen est Tabennēsis in quo tunc nullus penitus habitator extabat. Vbi cum pro Dei amore diutius in orationibus perduraret, vox ad eum cœlitus delata est, dicens, Mane istic, o Pachomi, & monasterium construe. Venturi sunt namque ad te quam plurimi tua cupientes institutione proficere, quibus ducatum præstabis iuxta regulam quam monstrauero tibi. Et protinus apparuit angelus Domini deferens ei tabulam in qua erat omnis forma institutionis ascripta qua docendi forent quicumque ad eius magisterij studia peruenissent. Quam regulam Tabennenses hodie quoque custodiunt eodem modo semper vrentes & habitu, ipsam quoque disciplinam sollicitè circumspectione seruantes. Nam

monachi, qui ibidem commanent, non solum more, sed & robore corporis & locorum situ præ cæteris longè diuersi sunt & necesse est eos diuersam regulam custodire. Hanc ergo vocem Pachomius mentis sinceritate discernens, quā illi diuina gratia, & merita vitæ cōtulerūt agnouit ad se cœlitus delatā, regulasq; valde mirabiles approbavit. Tūc reuersus ad venerabilem senem retulit: quem admodum voce sit diuina commonitus, obsecrans, ut secum pariter veniret ad locum: quo posset Domini mandata explere. Qui nolens eum in aliquo contristare, utpote charissimum filium precibus eius illico paruit, atque ad præfatam villam cum eo peruenit, modicamque ibi cellulam constituētes, lætabantur in Domino promissionum eius beneficia præstolantes. Post aliquantulum vero temporis, ait Palemon ad Pachomium. Quoniam cerno gratiam tibi a Deo esse collatam & deinceps istic permanere disponis: veni statuamus inter nos pactum, ut non diuidamur ab inuicem: sed quandiu in hac luce versamur, visitatione nos consolemur assidua. Vtrique placuit hæc pactio, quam omni tempore vitæ suæ, tam beatus senex, quam sanctus Pachomius sollicitus sunt excuti.

De

De obitu sancti Palemonis Eremitæ.

Inter hæc venerabilis idē Palemon, dolore plenus, qui ex nimia cōtinentia illiproenerat toto corpore graui cœpit agritudinis incōmodo laborare. Nā sumebat esca potu sepius abstinēs: itē solummodo bibebat, nihil cibi percipiēs. Rogatus ab aliquibus fratribus qui ad eum gratia visitationis aduenerant ne penitus corpus debile frangeret, tandem cœsus orationibus eorū, ut victu cōgruo attenuata membra refoueret, sed non diutius pertulit. Nā grauiores solito dolores expertus relicta ciborum insolētia ad antiquum victum sine dilatione reuertitur dicens. Si martyres Christi alij per frustra lacerari alij capite cæsi, nonnulli etiam ignibus sunt cremati, & tamen usq; ad finem fœstiter: profide tolerauerunt, cur ego patientiæ premia paruis cedens doloribus impatienter abijciam, & desiderio vitæ præsentis, afflictionēs momentaneis inaniter expauescam? Denique suadentibus acquieui cibos insolitos sumere qui mihi dolores auxerūt potius quam villam requiem præstiterunt. Recurram igitur ad pristina remedia, & continentia subsidia non relinquam, in quibus est (ut ego certus sum) omnis requies & vera lætitia. Non enim propter homines hæc arma suscepi: sed ob

amorem Christi his certare proposui. Sic itaque viriliter agens intra mensem dierum valido languore consumptus est. Ad quem Pachomius veniens fouebat eum ut patrem deosculans pedes eius atque complectens, & veluti valefaciens, sic ei videbatur affari. Venerabilis autem senex omni virtutum gratia cumulatus, & plenus dierum sicut scriptū est, quieuit in pace. Tunc sanctus Pachomius corpus eius sepeliuit, cuius anima suscepta choris angelicis ad cælos euecta est.

¶ Quod simul conuersabantur Pachomius & frater eius Ioannes.

Quo peracto Pachomius ad propriam diuersoriū reuertitur. Et non post multum temporis germanus eius Ioannes nomine, cuncta de illo comperiens venit ad eum. Quem cum vidisset gaudius est plurimum ex quo baptizatus in Christum crediderat, & solitariā vitam elegerat, nullum suorum viderat propinquorū. Igitur Ioannes ut vere Pachomij frater imitator eius effectus, eum eo permanere, vnum habentes idemque propositum, eundemque circa Deum dilectionis affectum. Et quia in lege Dei diebus creditabantur ac noctibus nullis terrenorum negotiorum curis animum deprimebant. Nam & si quidquam supererat illis, ex his quæ suis manibus operabantur,

tur, ad continuo distribuabant e-
gentibus, vt iuxta præceptum do-
mini Iesu Christi de crastino mi-
nime cogitarent. In tanta verove-
rum stimentorū penuria sese constrin-
xerant, vt nūquam lebetone alio
vterentur, nisi cum indum mi-
sordes necessitas coegisset elucere.
Lebeton autem linea vestis est,
instita colobij quo monachi vtun-
tur hodieque per Thebaidem, &
Aegyptū: sed beatus Pachomius
ad humiliandum corpus propriū
induebat se plerunque cilicio, &
annos quindecim post illos ingē-
tes sudores atq; labores abstinē-
tiæ, non iacēs somnum capiebat
noctibus: sed in medio cellulæ
suae residens, adeo vt nec dorsum
saltem pro sustentatione reclina-
ret. Cumque nimis ex hoc afflige-
retur, ferebat tamen æquanimi-
ter hūc laborem, spe quodammo-
do tam prælibans eam requiem
quæ sibi parabatur in cœlis. Plu-
rimorum namque considerans in-
stituta dabat semper operā cum
proprio fratread maioris virtutis
augmenta consurgere. Operaban-
tur autem & sedilia, & vnusquis
que sicut poterat ita vivebat cum
summa, scilicet humilitate & pa-
trentia, & fide non ficta.

*De conflictu Pachomy contra iram
& indignationem.*

Inter hæc Pachomius iterum
diuinitus admonitus pro re-
gulis quibus deberent iustitui.

qui erant per eum Dominocredi-
turi, cœpit cum germano suo ha-
bitaculum in quo manebant, ca-
paciū reddere, & ædificiū am-
pliare quam plurimis eorum (vt
dixi) gratia, qui seculo renuntiā-
tes ad seruiendum Christo erant
sine dubitatione venturi, quare-
nus essent spatia digna mœnium
in quibus eorum posset reci-
pi multitudo. Cum ergo sanctus
Pachomius hac intentione (qua
dictum est) locorum ambitus ex-
tenderet, & monasterij mœria
dilataret, idē frater eius Anacho-
resim cogitans habitaculi dilige-
bat angustias, & nimium indig-
ne ferēs (erat enim natu maior)
ait beato Pachomio. Desine ab
hac intētiōe tua. Quid agis rem
superflua inanita remetipsum
dilatare cōtendens? Qui cum hæc
audisset grauiter quidem tulit, q̄
insolitam audisset iniuriā, verum
tamen nihil ei omnino respōdit,
sed mansuete sustinens sese con-
tinuit. Cōsequenti vero nocte ad
inferiora domus descendēs cuius
aliquā partē ipse cōstruxerat pro-
stravit se in orationē, cœpitq; fle-
re vehementer ac dicere. Veh mi-
hi quia prudētia carnis adhuc in
me sibi vendicat locū. Adhuc em̄
secūdū carnē ambulo, sicut nuper
expertus sum, Tantę nāq; cōuer-
sationis instituta suscipiens quū
nō est, vt memodo impatiētiapre-
cipiter, modo mœror vexet, mo-
do

do merito videar irasci. Miserere
mei Domine ne peream nec dia-
boli deceptus fraude succumbā.
Si enim merua gratia deseruerit
& aliquam in me partem suorum
actū repererit inimicus, duris-
simæ ius seruituri subijciar, quia
scriptum est. A quo quis supera-
tur huic & seruus adijcitur. Et ite-
rum scriptum est. Si oram legem
quis impleuerit, offendat autem
in vno factus est omnium reus.
Credo domine quod miseratio-
nes tuæ multæ sunt quæ me nul-
limeritis subnixum adiuuabunt
vitamque sanctorum tuorum il-
luminatus ingrediar, & in ante-
riora me superextendens obliui-
scar ea quæ retro sunt. Sic enim
famulorum, tuorum chorus (qui
tibi a seculo placuit) tuo prote-
ctus auxilio diaboli vitauit incur-
sus, & longe lateque pro multorū
salute mirabili decore splenduit.
Ego autem Domine quomodo a-
lios docere tentabo, quos per me
ad monachorum propositum vo-
care dignatus fueris cum nec pas-
siones carnis aduersus animā mili-
tantes deuicerim nec legem tuā
immaculata mente seruauerim.
Sed cōfido Christe, quod tua mi-
hi virtus in omnibus semper assi-
stat, eaque geram quæ tuis con-
spectibus placeant. Remitte cle-
mentissime Deus remitte precor
omnia peccata mea, & cor meum
tua iugiter inspectione purifica.

Hæc igitur cum lachrymis domi-
no confitebatur, & fletibus no-
cte peruigil in oratione consi-
stens, & præ nimietate sudoris at-
que lachrymarum (nam tempus
erat æstatis) ita pannum vbi ora-
uerat humectum reddidit vt fusa
illic aqua crederetur. Consueue-
rat autem stans in oratione ma-
nus expandere, quas per aliquot
horarum spatia minime collige-
bat: sed extensione diuturna ve-
luti cruci confixum corpus reti-
nebat immobile, & sic animum
suum ad vigilandum in precibus
excitabat. Et quauis esset in om-
ni virtutum genere præpotens,
incredibili tamen humilitate &
mira mansuetudine, cum suo ger-
mano cohabitans eum per omnia
sustinebat. Qui non post multum
temporis vitæ præsentis cursum
impleuit. Cuius funus debito cu-
rauit honore Pachomius. Nam to-
tam noctem super eius cadauer,
psalmis egit hymnisque peruigil-
lem, & animam quidem eius do-
mino, cui & ipse crediderat, cor-
pus vero sollicitæ reddidit sepul-
turæ.

*Quomodo illicitis cogitationibus
diabolo resistebat.*

Tunc infatigabili Pachomius
arcta & singulari conuersa-
tione, semetipsum affligens
studebat integrum se, atque im-
maculatum in omnibus exhibere.
Si quando autem eum cogita-
tio

ti) pulsasset illicita, mox eam di-
 uino mūere repellebat, atque in-
 timore Domini perseverabat affi-
 xus, æternarum memor pœnarū
 & dolorum sine fine manentium,
 ignis scilicet illius inextinguibili-
 lis & vermium eorum nunquam
 morientium. Cum his itaque Pa-
 chomius modis & ab illicitis ab-
 stineret & ad meliora proficeret
 dilatandi monasterij curam gere-
 bat modicā pro successione mul-
 torum, cui diabolus vehementer
 cœpit obsidere, stridentq; super
 eum dētibus, veluti singularis fe-
 rus, tentationes ei varias excita-
 bat, si forsitan aduersus eum frau-
 dibus suis reperisset ingressum.
 Sed hic scuto fidei communitus,
 vigilāter inimici declinabat in si-
 dias sanctas scripturas memoria
 retinens atque decantans.

¶ De insidijs & illusionibus
 diaboli.

Quadam vero die cum Pa-
 chomius supplicaret Do-
 mino, & genua vellet
 in oratione curuare ante cōspe-
 ctum eius demonum præstigijs
 lacus apparuit, huiusmodi nanq;
 figuras inanes atque superfluas,
 hostis humani generis semper ex-
 hibere festinat, vt aliqua subre-
 ptione vel fraude mens orantis à
 propria intentione distracta pre-
 cibus domino purissimas offerre nō
 possit. Pachomius autem machi-
 namenta Christo reuelāte cogno-

scens, pariterq; despiciens, maxi-
 ma fidei capiebat augmenta, hos
 quidem arguens Deum vero solita
 gratiarū actione benedicens. Cō-
 lucerat quoq; sanctus vir procul
 à monasterio suo causa orationis
 ad loca remotiora discedere, qui
 cū exinde reuerteretur in mūdi
 spiritus illudentes, frequenter fa-
 ctis velut ordine præcedebāt, ex-
 hortātes alter alterum quasi ante
 iudicē directis agminibus, sic di-
 centes, date locū hominī Dei. Pa-
 chomius autem spe Christi redē-
 proris armatus spernebat eorum
 ridiculosa figmenta, & acsi canū
 latratus ineptissimos reputabat.
 Qui magnā viri considerantes cō-
 stantiā, quod in nullo præfusus tā-
 tis luctaminibus frangeretur, ir-
 ruūt super eum magno cūneo cō-
 globati, & circumdātes eius habi-
 taculū, nisi sunt illud à fundamē-
 to euellere, ita vt putaret sanctus
 locum fuisse collapsum. Qui ma-
 nens intrepidus consuētā cytha-
 ram spirititalis plectri modulatio-
 ne pulsabat ingenti voce decan-
 tans, Deus noster refugium & vir-
 tus, adiutor in tribulationib; que
 inuenerunt nos nimis, propterea
 non timebimus dum turbabitur
 terra. Quo psallente protinus est
 facta tranquillitas, & impetus ini-
 micorū velut fumus euauit. Pau-
 lum quidē recedentes, vt cæcis
 qui fugati fuerint ad præseas vi-
 detur abscedere, sed impudētio

res postea reuertūtur. Nam cum
 idem sanctus post orationes ad
 opus solitū cōsedisset instar galli
 gallinacei nimia magnitudinis
 corā eo visus est inimicus, crebr-
 as iterans voces & clamores in cō-
 ditos excitās, deinde saliens in eū
 suis vultum vnguib; fœde lace-
 trauit. Qui signo crucis frontē suā
 muniēs exustauit in eum moxq;
 fugatus est. Intelligebat enim cū
 stas inimici versutias & timore
 diuino præditus, illusiones eius
 pro nihilo cōputabat: Vnde fre-
 quenter ab eo lacepsit in nullo
 lacepsere poterat, sed tanquā tur-
 ris inexpugnabilis patiētissimus
 ad omnia certamina perdurabat.
 Rursus alio tēpore cohortes dæ-
 monū, tali genere phātafmaris sā-
 ctū Dei famulū fallere molitūtur
 plures enim cōueniētes id vnum
 arboris folium corā eo magnis ni-
 sibus cōuoluere videbantur, & sū-
 mo cōamine detrahēte dextra læ-
 uaq; ductis ordinibus, ac sefema-
 to cohortantes, sic insistere nite-
 bātur, acsi magni lapides moue-
 rent pondus immensum. Hoc au-
 tem nequissimi spiritus idcirco
 faciebant vt mentem eius si pos-
 sent in risum forte resoluerēt, &
 inuenirent vnde illi exprobarēt
 quorum Pachomius impudentiā
 cernens ingemuit, atq; ad domi-
 num salitis precibus conuolauit,
 statimque virtute Christi totus
 eorū cuneus est ad nihilum reda-

ctus. Frequenter etiam cum resti-
 deret ad mensam Deoque gratias
 ageret, apparebant illi in habitu
 pulcherrimarum mulierum spe-
 cie differentium & præcaci ac fœ-
 da nuditate cōspicuae eidem asta-
 re videbantur & ex appositis con-
 tingere. Sed athleta fortissimus,
 quamuis sentiret ex hoc ipso mo-
 lestiam, tamen exteriores oculos
 claudens, & interiores ad domi-
 num referans eorū molimina de-
 ridebat. Aderat enim misericors
 Deus, qui etiam nunc cōtritis ac
 rectis corde cunctis adesse digna-
 tur & dixit, Nolite timere, ego vo-
 biscum sum omnibus diebus vs-
 que ad consummationem seculi
 suumque fidelem seruabit in om-
 nibus.

¶ De verberibus quibus affligebat
 diabolus Pachomium.

Alia quoque vice cum idem
 sanctus grauib; diaboli mo-
 lestijs vrgeretur, sic ab eo
 est crudeliter casus, vt à vespera
 vsque mane totum corpus cum
 multis esset verberibus exara-
 tum. Et quāquam doloribus cru-
 ciāretur immanibus, nulla tamē
 desperatione penitus frāgebatur
 sed memor erat Domini qui ser-
 uos suos nō deserit in tentatione.
 Tunc quidam monachus Apollo
 nomine gratia visendi venit ad
 eum. Cui Pachomius loquens, ea
 que pertinet ad salutem, insidias
 diaboli multiformes esse pro-
 nun-

natians; cœpit etiam illa que circa se gerebatur exponere, quā taque sibi per eorum acerbitates illata essent verbera recedere. Ad quē monachus ait. Viriliter age, & confortetur cor tuum venerabilis pater. Sciens enim diabolus quia si te suiscedentem conflictibus vicerit, consequenter etiam nos, qui pro virtutum possibilitate certaminū tuorum sectatores existimus, qui que maxima per te capimus exēpla virtutum, facile superabit, idcirco te vehementer impugnare nō desinit. Sed tu domini protectioe munitus, impetum eius fortiter accipe, ne quod absit tu pro nobis cogaris reddere rationem. Nam si tu qui nobis gratia diuina prelarus es aliqua delecta cesseris multis occasioem ruinæ causamq; præstabis. Hæc audiens Pachomius, grandes accepit vires aduersus dæmonū insidias, & glorificās Deum de fratris presentia, precabatur eum ne se desereret. Exinde demoratus sæpe veniebat ad senem. Qui post aliquantum temporis dum solito Pachomium visitans paucis cum eo diebus remoratus esset valida infirmitate correptus, humanis rebus excelsit iuxta votum senis, dies suos in perfecta conuersatione consumans. Sepelitur itaq; sanctis manibus, psalmis ab eo & hymnis, & canticis spiritualibus ex mœnore celebratis.

De securitate & potestate, qua a Domino est consecutus.

Tantam vero post hæc fiduciam beatus Pachomius apud Dominum acquisierat, & ita spe diuina magnificus habebatur ut sepe numero calcaret super serpentes & scorpiones & per omnia maneret illæsus nec non crocodilli (si quando necessitas fluium transire cōpelleret) eum cū summa subiectione portabant exponentes eum ad locū, quencunque præcepisset. Super his ergo Deo gratias referens. Quod eum ab vniuersis inimici fraudibus seruauerit illæsus orabat dicens, Benedicteuses domine Deus patrum nostrorum, qui nō despicisti humilitatem meam neque sinisti me nimis infirmum decipi vel illudi fraude diaboli, sed misericorditer ignorantię meæ discutiens tenebras docuisti me facere voluntatem tuam. Nā cum pusillus essem & abiectus, ac vitæ meæ penitus nescius timoris tui sensum mihi largitus es, ut tenebras exteriores, & supplicia æterna deuitans, te veram lucem gaudiumque perenne cognoscerem.

De oratione qua orauit, ut contra inimicum paueret.

Cumque se videret assidua demonis impugnatione pulsari, tanquam fortissimus athleta nimis alacriter pro vitæ

sanctitate certabat postulas a domino ut (si fieri posset) quo modū humanę fragilitatis excederet necessitatē somni superaret, quatenus diebus ac noctibus vigilans aduersariorū machinamenta destrueret, sicut scriptum est. Persequar inimicos meos & comprehendam illos & non conuertar, donec deficiant. Affligam illos nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos. Et præcinxisti me virtute ad bellum. Postquam vero hæc petitio eius, quantum conditio permisit humana completa est inuisibilem rāquam videns se perseveranter exercens. Preces autem eius incessabiles erant, ut domini voluntas in omnibus impleretur.

De familiaritate angeli qui locutus est cum eo.

Quodam autem tempore cum Pachomius vigilaret in oratione apparuit illi angelus Domini dicens, Voluntas domini est, o Pachomi, ut ei pura mente deseruiens, & iuxta formā que tibi ostensa est cunctos instituas, ac Deo exhibere contendas. Acceperat enim dudum tabulam, in qua erant hæc adnotata.

Regula monachorum quam Pachomius ab Angelo suscepit.

Singulis iuxta vires suas edere concedas & bibere, & pro mo-

do vescentium laborare cōpellas & neq; comedere molestes neq; ieiunare prohibeas. Validioribus quidem & comedentibus validiora; seniores vero infirmioribus imponas. Facies autē cellulas diuersas, & trinās per vnāquāq; cellulā manere cōstituas. Omnium vero cibis in vno loco paretur atq; cōsumatur. Induantur autē noctibus libitenos lineos præcincti lūbos habeantq; singuli melotem, id est caprinā pellem cōfectā albā sine qua non comedant neq; dormiāt. Accedentes tamē ad cōmunionē sacramentorū Christi & cingulos soluant & melotem deponant, cūcullis vtētes tātūmodo. Hoc erat etiam præceptū ut iuxta numerū elementorū & Grecarū literarū 24. turmæ monachorū constituerentur: ita ut singulis turmis imponerentur singularū nomina literarū, i, alpha, & deinceps vsque ad, o, ut cum interrogaret archimandrita de aliquo in multitudine tanta facili respōsione cognosceret. Verbi gratia, ut cū diceret alpha vel cætera, & rursus sigma vel similia proprio quodā signo nominis literæ vniuscuiusq; turmæ mores exprimeret, simplicioribus & innocentioribus iota nomen imponens, difficilioribus autē & torruosis, x, competenter accommodans: ita ut pro modo conuersationis & propositi singulis turmis certa elementa cōtinerent, so-

lis spiritualibus hæc ipsa quæ signifi-
ficarent scire valentibus. Sed &
hæc ferebatur a scriptura: vt pere-
grinus monasterij si veniret, ha-
bens habitum diuersum, nullus
eum comederet excepto eo qui
iter agens id obseruare nõ pollet.
Qui vero semel ad hoc intraret
monasterium & ibi iugiter mane-
ret per tres annos a studijs sacra-
toribus arceretur, operaretur rã-
tum opera sua simpliciter, & ita
post triennium, stadium certami-
nis introiret. Cum autem comede-
rent, capita sua cucullis operiret
ne frater fratrem videret mandu-
cantem, & vt nullus comedens lo-
queretur, nec præter mēsam suos
alibi circūferret aspectus. Nec nõ
ab angelo quicam Pachomio lo-
quebatur, hoc quoq; cõstitutum
est, vt diurnæ orationes .12. fierēt,
& vespertinæ .12. & nocturnæ .12.
Cumque Pachomius diceret pau-
cas esse respondit angelus. Has
constitui quas possent infirmiores
absq; labore perficere, ceterũ qui
perfecti sunt hac lege non indi-
gent. Apud se namque in proprijs
constituti cellulis orare non desi-
nunt qui puritate mentis & diui-
na cõtemplatione pascunt cũque
hoc dixisset, nuntius celestis ab-
scelsit, & Pachomius solito Deo
gratias referens, de visione certus
est redditus, quam trina reuelatio-
ne cognouerat cepitque cunctos
facere qui se Dei miserationi-

bus offerrebant quod etiam post
longam conuersationis experien-
tiam, monachorum cõtibas ag-
gregabat, instruens eos illecebras
mundi fugete, sanctisque semper
institutionibus inharere, primi-
tus autem admonens beatus Pa-
chomius, vt generaliter mona-
chus vniuerso renuntiet: deinde
iuxta Euangelicum præceptum
parentibus suis, & ad postremum
sibi met: vt ita possit tollere cru-
cem suam & Christi vestigia ve-
neranda sectari. Tali itaque bea-
ti senis admonitione firmati fru-
ctus pœnitentiæ dignos offerre-
bant, maxime considerantes eum
iam ætate defessum, infatigabili
studio spiritualis vitæ seruire. Nõ
solum namque se districtiori re-
gulæ subdiderat: sed & totius mo-
nasterij sollicitudinē curamq; por-
tabat ultra vires omnibus seruire
contendens. Ad horam namque
conuiuij ipse parabat mēsam fra-
tribus, & solita exhibebat offi-
cia. Nõc non in hortulis ferebat
olera, quæ suis manibus irriga-
bat. Si quis etiam monasterij pul-
sasset ostium, vigilanter accurrens
responsum reddebat. Infirmis au-
tem diebus esquebatur & noc-
tibus, & in his omnibus sema-
ximum exemplum suis discipu-
lis offerrebat. Qua propter hi qui
nuper ad domini seruitium ve-
niebant, alacriores ad omnia pie-
tatis officia redebantur: quia ad
aliud

aliud sollicitudinum onus adhuc
obedire non poterant, securos
esse ab vniuersis dissensionibus
admonebat dicens. In quo voca-
ti estis fratres, viriliter in eo per-
sistite, psalmos dicite, libros a-
lios & præcipue sanctum Euan-
gelium memoria retinete. Sic e-
nim seruientes Domino & iuxta
mandata eius inuicem dirigen-
tes vos quidem eritis perfecti:
meum vero spiritum per omnia
refouebitis: præsertim si omnia
præcepta celestia fueritis solici-
tius executi.

*Denarratione trium venientium
ad Pachomium*

Erant autem tres hi viri qui
eprimitus ad Pachomium cõ-
uenerant quorum ista sunt
nomina, primus Sentesus & Suri
& Obis quibus Dei verbum Pa-
chomius frequenter insinuans
multum eos iuuerat. & ad amu-
lationem spiritualis operis incita-
bat. Qui etiam contemplantes
vitam senis, speculum esse virtu-
tis nimis ad mirabantur dicentes
Errant valde qui putant homines
exinde iam a natiuitate parentũ
quodam privilegio beatos exi-
stere, vt arbitrii libertas adima-
tur, & peccatores per pœnitenti-
am non possint operam dare
virtutibus. Ecce enim manife-
stissimam in hoc venerabili pa-
tre domini conspiciamus largita-
tem, qui cum de parentibus or-

tus sit Gentilibus & prophanis
ad tantam se beatitudinem diui-
ni cultus extendit, vt omnia Chri-
sti mandata perfecit. Vnde cer-
tum est & nos & quicumque vo-
luerint (adiuuante Dei gratia)
normam sancti viri posse subse-
qui, sicut & ipse perfectissimo-
rum patrum emulatus est sancti-
tatem. Denique quid est aliud
quod in Euangelio scriptum est
dicente Christo venite ad me om-
nes qui laboratis & onerati es-
tis, & ego reficiam vos, nisi vt
iniqua projicientes onera, quæ
deprimunt genus humanum bo-
no incommutabili sine distraçio-
ne iungamur. Et ideo perseue-
remus vsque in finem cum hoc
sene: vt glorificari cum ipso in
illa perenni beatitudine merca-
mur. Nam recte nos instruit, do-
minico non solũ verbo: sed (quod
est efficacius) proprio mirabili-
ter informat exemplo. Tunc ac-
cedentes ad sanctum Pachomium
dicunt ei. Pater venerabilis, cur
solus monasterij curam sustines?
Quibus ille respondit. Nemo iu-
gum subito iumentis imponens
laborare compellit & tanto præ-
mit onere, quo sub fasce deficiat:
sed paulatim assuescit ea leuio-
ribus exercens ante ponderibus,
vsque dum valeant, & oppor-
tune possint ad opera grauiora
conferre. Eodem modo nos
conuenit mensura ipsa, qua nos

mensus est Christus sic agere vobiscum, vt de vestra per omnia gaudeamus firmitate. Clemētissimus autem Deus qui nunquā preces humilitatis meae despexit, corda vestra in sua disciplina corroboret, vt omne opus bonum perficere cum patientiā & longanimitate possitis. Sanctorū Patrum vestigia subsequentes, vt sincerā ac Deo placitam cōuersationem nostram videntes, alij ad Christi seruitium veniant curamque monasterij patris a quo labore sustentent.

Quod Pachomius multos suscepit in habitu monachi.

Regulas igitur eis quas acceperat tradidit, scilicet, vt laborent, moderatum cibum, vilissimum vestimentū, somnum etiam cōperentem. Vnde factum est, vt iuxta voluntatem Domini, qui omnes homines conuocat ad salutem, cunctaque bonorum incrementa largitur, ad senem plurimi cōuolarent, volentes pariter commorari, inter quos erant Pegasus & Cornelius, Paulus, quoque Pachomius, alter & Ioannes, qui omnes immaculatam fidem beati patris & doctrinam salutiferam libenter amplexi sunt. Statuitque vt hi qui poterant monasterij suscipere curam & ita breui multiplicatus est monachorum numerus. Proinde eum solēnitas ex more deposceret vt my-

steriorū celestium participes fierent, ex proximis viculis prebiteros conuocabant, qui eis festiuitatem lētitię spiritualis implerēt. Nō enim patiebatur idem senex inter eos quēpiam qui clericatus officio fungeretur. Dicebat enim multo melius esse atq; cōmodius monachis, non solum prorsus honorem non querere primatus & glorię, verū etiam occasiones huiusmodi de cenobijs amputari, quoniā frequenter hinc inter fratres contentiones & emulationes inutiles nascerentur. Sicut enim scintilla ignis cum in messem ceciderit, nō cito restringitur interdum totius anni fructus exurit: ita cogitatio feralis ambitus, si mentes irrepserit monachorū, vt vel primi cupiant esse, vel clerici nisi cito fugestioni huius ardorem de suo corde repulerint illi co perent continentiam multis laboribus acquisitam. Oportet ergo cum mansuetudine & charitate communicantes Christi Ecclesijs clericos venerari: quia ob hoc monachi nullas religiosas appetere prohibentur dignitates. Si vero reperimus aliquos ex monachis iam pridem clericos ab Episcopis ordinatos, amplectamur eorum ministerium: quia & in veteri Testamento non omne vultus sacrum præsimebat officium, sed hitantum, qui erant de tribu Leui ad hęc obsequia mancipa-

bā-

batur. Si quādo igitur extraneus frater aduenerit de quo cerrū est qd sacerdotij fungatur officio, nō exprobremus ei tanquā qui sacra iura peruaserit & his mysterijs insolenter ingesserit. Quomodo nāq; hoc de eo suspicabimur quē nobis ad celebrāda celestia sacramenta enixius obsecramus. Imo magis vt patrem & nobis in hac re obedientem plus venerari conuenit, vt pote qui sanctorum vestigia sectetur, & illibatum Deo munus offerre non desinat: maxime si conuersatio eius expectata cunctis est & probata. Si vero (quod absit) in aliquo putat esse collapsus, de eo iudicare nos non possumus. Deus enim iudex iustus, constituit super eos episcopos iudices, qui beatorū Apostolorum successores, & imitatores existūt qui possunt spirituali examine discernere negotia singulorum, & aequē de eis ferre iudiciū. Nos autem compatiamur ex improptore talibus: quia & misericordes nos Dominus noster esse cōmonuit, cui supplicare iugiter oportet, ne nos in aliquā tentationem pariatur induci. Hęc à memorato patre non solum dicebantur vtiliter: sed & cum omni sollicitudine serbabantur. Si quando denique venisset ad eum clericus qui sub eius vellet regula viuere dignitati eius honorem reddebat Ecclesię debitum, ille vero mona-

chorum seruiens institutis tanquam patri se multa humilitate subdebat.

De humilitate beati Pachomij.

Omnes autem Christi famulos beatus Pachomius adeo diligebat vt eis semper cōpateretur paterno affectu. Senibus etiam & rogantibus nec nō & paruulis misericordię opera proprijs manibus ingerebat, prę ceteris eorum mentes munimine spirituali corroborās: Cum que in fide & opere multi proficerent, & magnus fratrum numerus aueretur, omnes prope modum fatagebant amulatores eius esse virtutis. Constituit igitur ex eis prępositos qui sibi ad lucrandas animas quę ad eum quotidie cōfluebant adiutores existerent. Plurimis enim sicuti dictum est ad eum venientibus, & multipliciter in opere spirituali crescentibus magna quaedam conuersationis eius videbatur esse diuersitas. Quibus senex iuxta datam sibi diuinitus regulam gratia Christi semper omnia moderantem, pro viribus & ingenijs singulorū mensuras operum custodiri censebat, alios quidem vt labore manuum victum quærerent, alios vt fratrum occuparentur obsequijs ne ipsidem cunctis temporibus vacaretur, sed vnusquisque pro labore suo vel studio continentię moderamina retineret. Sclit.

X3. dincum

nem vero totius dispensationis erga fratres, & peregrinos eidem commisit qui se in ordine sequebatur. Vniuersos autē monachos prōptos esse ad obedientiā cōmonebar, vt hoc cōpēdio facile perfectionis apprehenderent celsa stigia, cordaq; sua in timore Christi diligenter excōlerēt: sic enim Deo potiusquā sibi viuerēt dum fructus obedientiæ simplicēs exhiberent. Hic autem parer venerabilis quauis esset spiritalibus actibus occupatus, si quādo tamen acciderit, vt abesset is cui monasterij curam cōmiserat, sic adimplebat omnia solus, velut omnium famulus. Et hoc agebat sine aliqua ostentatione vel iactantia quemagnas spiritaliū vitōrū solet euacuare virtutes. Nam summa mentis humilitate cunctos edificabat in dño, vtiliter vniuersa dispensans. Omnia quoque monasteria sollicitē circuibat vsque rursus ad eosdem filios suos paterno repēdaret affectu. Quos inueniens in opere Domi sollicitē vigilare gaudebat, multumq; profectō eorum lætabatur augmentis.

De charitate Pachomij.

Quodam vero tempore vidēs aliquos mediocres homines in vicinis locis dum pascerent pecora, à communione Sacramentorum Christi diutius abstinere, inijt cōsiliū cum sancto Picerio. Teatyrorum epi-

scopo, vt in vico eorum iam pene deserto construeretur Ecclesia ad quam conuenirent, & mysteria diuina perciperent. Quod vbi factum est, cum nec dū ibi essent ordinati clerici, qui solennia plebi peragerent ipse adhorā cōuentus Ecclesiæ cum monachis occurrebat salutiferas plebi paginas relegens quia (vt dixit) nondū ibidem lectōres fuerant cōstitui nec alij clerici qui mysteria sacra celebrarent: quādiu ergo presbyter ordinaretur, & reliquis ordo clericorum, Pachomius veniebat & sic alacriter ac inuacrecunde letoris implebat officiū, & ita mētis ac corporis oculos habebat intentos, vt videntes eū populi nō hominem, sed Dei angelum crederent. Vnde plures institutione eius ab errore conuersi, facti sunt christiani. Erat enim circa proximi charitatem valde perfectus & in tantum misericors, vt si quando vidisset aliquos diaboli fraude deceptos, eosque non verū Deum colere, sed vanis inseruire simulacris super eorum perditione ingemiscebat fortiter, & vbertimlachrymas pro eorum salute fundebat.

Quomodo Pachomius scripta Origenis damnauit.

Per idem tēpus Alexandrinæ Ecclesiæ Sanctus Episcopus Athanasius præerat, vir omni virtute mirabilis. Qui cū solē

nite

niter Thebaidæ circuiret Ecclesias, & salutari doctrina in fide Christi plebē instrueret, accidit vt ad loca Tabēnensium nauigio perueniret. Quod vbi Pachomius agnouit statim cum vniuersis monachis in eius properauit occursum, omnesq; gaudentes & exultantes, cū psalmis & hymnis summum Christi susceperunt Pontificem, & erat ingens multitudo fratrum qui de eius aduētū lætabant in dño. Pachomius vero nō se ostendebat antistiti memorato: sed ex industria subtrahēs se inter monachorum turbas occultauit, ex hac videlicet causa q̄ Eūratius Tentorū Episcopus, de eo sanctū Athanasium sæpius exoraret virum dicens esse mirabilem & vere famulum Dei, quem ad honorem sacerdotij dignissime promoueret. Id ergo sciens Pachomius, non ei se manifeste monstrauit inter monachorum agmina delitescens, vsq; dum idem præteriret. Eius, quem tantū venerabatur vt nullū præstantiorem ipsis temporibus hominem diceret. Cōpererat enim sanctam vitam eius, & persecutiones innumeras quas ab Arrianis pro Christi pertulerat nomine, charitatē quoq; quā erga vniuersos (& maxime monachos) exhibebat, intentō mirabat animo, eūq; toto cordis affectu venerabat. nec solū hunc diligebat ardētius, sed & ceteros rectæ fidei viros, summo studio

præferebat. Hæreticos autē detestabatur plurimū & maxime Origenem, velut blasphemū ac perfidū vehementer horrebat, qui sub Eracla venerabili Alexandrinæ ciuitatis Ep̄o de Ecclesia pulsus est, quiq; sanctæ scripturæ dogmatibus exosa atq; detestanda, quæ nō nullorum corda subuerterent expositionibus suis admiscuit, & sicuti solent qui veneni tentant amaritudinem melle cōtegere, sic iste proprium virus erroris celestium verborū dulcedine liniens rudibus obijciens dogmata propinavit. Quapropter vniuersos fratres sollicitus admonebat, vt non solum ipsius Origenis commenta non legerent: sed neq; legentibus quidem aurem penitus admouerent. Vnde fertur aliquando reperisse volumen eius & in aquā miserisse continuo detestatus his verbis. Nisi scirem nomen Dei in eo esse conscriptū, omnes guttulates blasphemiarū eius in ignibus concremasset. A deo rectæ fidei erat amator: emulatoq; veritatis. Sicut autem inimicis Ecclesiæ odio aduersabatur hostili, ita catholicorum probabatur adgaudere profectibus, & ipsum Christum Redemptorem omnium se in sacerdotibus Ecclesiæ cernere testabatur. Si quando vero fratrem detrahentem pro quolibet negotio cognouisset, nō solū non credebatur ei, sed etiam auer-

rens se mox ab eo, veluti à facie serpentis concitus abscedebat illud psalmographi frequenter insinuans. Detrahentem proximo suo occulte, hunc persequebar. Nullus (aiebat) bonus de ore suo profert quicquam mali, nec de Sanctis Patribus venenato ore prorsus obloquitur. De qua re multis quidem scripturis Dei monstrabat indignatis offensam, præcipue tamen Mariæ proferebant exemplum quæ mox, vt aduersus Moysem querelas obrectationis effudit, perfusa lepra diuinum iudicium vitare non potuit. Hæc dicens vtilitatem maximam audientibus conferebat.

*Monasterio quod Pachomius
sorori suæ construxit.*

Comperit autem germana soror eius institutionem senis præclaram atque sublimem, cupiensque videre eum ad monasterium venit. Qui vbi agnouit Pachomius huiusmodi responsum ei per ostiarum dirigit. Ecce soror audisti de me quod viuam & incolam existam, perge igitur in pace, ne contristeris quæ te non videam corporalibus oculis. Si uolueris hanc conuersationem sequi quam teneo, vt possis apud Deum misericordiam reperire cogita tecum diligenter & tracta, &

si cognouero sanctum cordi tuo

sedisse propositum, præcipiã fratribus meis quibus procul ædificem mansionem in qua cum disciplina verecundiaque persistas. Nec dubito, quod alias exæplo tuo dominus aduocabit, quæ tecum maneat, & per te mereantur salutis æternæ inuenire subsidium. Nullam namque requiem in hoc corpore mortis habere poterit homo, nisi qui pijs operibus Deo placuerit. Hæc audiens soror eius fleuit amara & compuncta diuinitus ad exhortationem saluberrimam mox appulit animum, sequi Christo seruire professã est. Hanc ergo mentem germanam suam Pachomius agnoscens Deo gratias legit qui ei promptam largitus est voluntatem & protinus religiosioribus imperat fratribus vt ei procul à semonasterium construant. Quod vbi factum est illa secundum timorem Dei vitam duceret, conueniunt ad eam alie plurimæ, & breui tempore magna multitudinis mater effecta est. Quis instruens & docens, vt cor à cupiditatibus carnalibus abstrahentes ad celestia & mansura semper attollerent vt ipsa pariter & viuendo & loquendo salutis eis itinera demonstrabat. Sanctus autem Pachomius cuiusdam Petro, ætate iam grande uo & veneranda senectute conspicuo præcepit, vt interdum famulas Dei visitaret & sancta exhortatione sustolleret. Habebat enim

mortis

mortificationem passionum omnium: etiam sermonem sicut scriptum est, sale conditum. Pachomius vero descripsit eis regulas, quibus vtentes, iugiter conuersationis sue monumenta dirigerent: exceptis enim melioris quas femina non habent, omnis institutionis earum forma monachis probatur esse consimilis. Si quis autem de fratribus habebat in monasterio feminarum propinquam aliquam vel sororem, eamque visitare uoluisset, mittebatur cum eo vnus ex senioribus probate uitæ & primum quidem vocabatur eam quæ sororibus præerat, & deinde sub eius præsentia, & aliarum quæ erant prouectioris ætatis sororem suam vel proximam frater cum omni pudore & sanctitate cernebat nihil ei deferens: nec prorsus ab ea quicquam accipiens. Non enim proprium quid habebant quod sibi mutuo largirentur, eratque satis vtriusque solum visitationis officium, memoriaque futurorum cum spe felicitatis æternæ. Si quãdo uero vel ad structuram vel ad aliam rem femina monachis indigerent eligebatur magna conuersationis uir, qui fratribus acquiritis præesset officijs, & cum timore Domini laborantes, refectionis hora reuertebantur ad monasterium, cauentes apud eas quicquid cibi potusque percipere. Vna uero regula tam virorum quam feminarum hodieque perdurat, nisi

quod femina melioris, vt dixi minime vtuntur. Quod si defuncta esset uirgo, curantes funus eius reliquæ cunctaque quæ ad sepulturam pertinent adimplentes deferebant usque ad ripam fluminis (quod utraque monasteria diuidit) psalmodos ex more cantantes. Tunc transeuntes monachi cum ramis palmarum ac frondibus psallentes, transtuebant eam, & in sepulchris suis cum hilaritate cõdebant.

*De conuersatione Theodori
uiri Dei.*

Hæc talis ac tanta conuersatio longe lateque crebre scens sancti Pachomij nomen ubique perueniens, vniuersos ad agendas Deo gratias excitabat. Non pauci quoque contentes huius mundi negocia, singularem monachorum conuersationem, & spiritualia studia diligebant, inter quos & Theodorus adulescens annorum ferme quatuordecim christianis ortus parentibus, & secundum seculum valde claris, hoc modo conuersus est. Vn decimo die tyberide id est ad octauum Idus Ianuarii, quãdam apud Aegyptum celebratur ex more festiuitas. Cernens itaque domum suam nimis amplam ac splendidam, ac bonis omnibus abundantem, per Dei gratiam corde compunctus, talia secum cepit uolueri. Quid

X s tibi

tibi proderit infelix Theodore si
torum mundum lucratus fueris, &
temporalibus utens usque; quaque; diui-
tijs, si ab illis æternis bonis & im-
mortalibus excludaris? Nullus enim
potest presentibus diuitijs
perfrui, & perennis gloriæ præ-
mia promereri. Super his ergo
fortiter ingemiscens, penetralia
sux domus ingressus est & proci-
dens in facie sua cum lachrymis
ait. Omnipotens Deus qui occul-
torum es cogitator, tu scis qui a nihil
horum quæ sunt in hoc seculo amo-
ri tuo præponis. Propter quod ob-
secro te misericors ut voluntatem
meam dirigas, illuminans animam
meam miseram, ne æterna morte
cõteñebrata peccatis obdormias
sed redempta tuo munere, per om-
nia te collaudet atque glorificet.
Hæc eo orante venit mater illius
& inuenit oculos eius plenos la-
chrymis, & ait. Quis te contrista-
uit charissime fili ut sequestreris
a nobis? Nam solliciti ac dolentes
vbique te quærebamus, ut nobiscum
pariter epuleris. Qui respondit.
Perge queso mater, & cibum sume
quia ego nunc manducare non
possum. Nec acquieuit precibus
eius ut cum ea comederet. Et cum
ad scholam ambularet, ut literas
disceret ieiunabat usque; ad vespere-
ram. Frequenter autem & bidua-
na ieiunia transigebat, per duos
annos omnibus preciosis & deli-
catoribus cibis abstinens, seque

ad perfectam continentiam (qua
tumetas illa patiebatur) exten-
dens. Caput itaque secum tracta-
re; quatenus in monasterium expe-
ret sanctæque regulæ mancipa-
ret. Et deserens omnia quæ habe-
bat, quosdam religiosos viros re-
perit optima institutione viuen-
tes, habitauitque cum eis Domi-
ni in timore proficiens.

*Quod Theoporus susceptus est a
sancto Pachomio.*

Quodam vero tempore con-
trixit ut post orationem in ve-
spertinam cum mona-
chi resedissent, & diuina consue-
tudine meditarentur eloquia, v-
nusque; ex eius disputans, audiente
quoque Theodoro tabernaculum
veteris testamenti & sancta san-
ctorum ad duos referret populos
ad circumcissionem scilicet atque
preputium dicens quod exterius
tabernaculum figuram gereret prio-
ris populi Iudæorum, interius au-
tem, quod est sancta sanctorum,
vocationem præsignaret omni-
gentium quæ & sacratoris aditus
meruisset ad accessum, & maiorum
mysteriorum particeps extitisset
pro hostijs enim animalium, & pro
arca in qua erat manna & virga
Aaron, quæ fronderat, & tabu-
la testamenti, pro tabulis testame-
ti, pro turibulo quoque, & man-
fa & candelabro ac propitiatorio,
Deus verbum nobis in sua incar-
natione clementer apparuit, &
illumi

illuminavit nos. Iuxta hæc præ-
sentia, nostrorumque factus est
propitiatio peccatorum, & pro
manna corpus proprium largitus
est ad edendum. Hæc cum mona-
chis qui presentes aderant, idem
fratribus religiosis, differeret adie-
cit dicens. Hanc interpretationem
a sancto patre nostro Pachomio
didici, qui in Tabennesi cenobio,
monachos primitus congregauit,
cum quibus in dies Domino auxi-
liante proficit. Et credo, quia tan-
ti viri recordatus super peccata mea
remittantur vniuersa. Audiens
ista Theodorus accensus est ani-
mo, & intra semetipsum depreca-
tus est dicens. Domine Deus meus
si talis est vir iustus in terris, di-
gnum me fac ut eum videam &
sequens vestigia eius vniuersa ma-
data tua perficiam, saluus quoque
factus bona tua quæ diligentibus
re promissisti promerear. Hæc di-
cens cum lachrymis vinciebatur
amore diuino fortiter sauciatus.
Post aliquot autem dies, venit ad
eos quidam venerabilis vir Pec-
lias nomine decoratus ut visita-
ret fratres, simulque qualiter age-
rent scire desiderans. Quod valde
Theodorus precabatur, ut se comi-
tem susciperet, & ad sanctum
Pachomium dignaretur adduce-
re. Qui nihil differens, eum secum
gratanter assumpsit. Cumque per-
uenisset ad locum Theodorus ado-
rauit Dominum dicens. Benedi-

ctus es Domine, qui sic celeriter
orationem peccatoris audisti &
sicut abs te poposceram deside-
rium meum complere dignatus
es. Accedens ergo ad ostium mo-
nasterij, mox ut vidit Pachomium
empic flere præ gaudio. Ad quem
venerabilis pater ait. Noli fili mi
plangere, quia & ego homo pec-
cator sum licet Dei opus aggressus
sim, & hæc dicens, introduxit
eum in monasterium. Qui cum vi-
disset fratrum multitudinem, illu-
minatus mente circa diuinum cul-
tum pio zelo vehementer inca-
luit, ac processu temporis magna
in virtutibus incrementa percepit.
Erat enim largitate diuinum mu-
neris præditus, & in operibus bo-
nis ac verbis multum prudens, &
humilitate atque contritione cor-
dis valde mirabilis, in ieiunijs se-
dulus in vigilijs intentus, in ora-
tione sollicitus nunquam penitus
omittens, quin spiritualis gratiæ
maiora munera se cõtaretur. Con-
solabatur autem plurimos moro-
re depressos, & eos qui in ali-
quo peccato deuiauerant, ad mo-
nitione humili atque beneuola
corrigebat.

*Theodorus matrem suam vi-
dere renuit.*

Denique tam præclaram ac
fulgentem conuersationem
eius Pachomius cernens
fatis eum dilexit, & in corde suo cõ-
seruauit

seruauit. Audiens autē mater eius quod apud beatam Pachomium moraretur, ad eum protinus aduolat secum deferens Episcoporum scripta, quae precipiebant, ut ei suus filius redderetur. Hanc ergo susceperunt virgines in monasterio quod a virorum (ut supra dictum est) haud procul aberat, quae mox mittit epistolas sancto Pachomio, simul, obsecrans, ut filium propriū videre permetteret. Tunc aduocans Theodorū Pachomius ait ad eum. Comperi fili quod huc mater tua uenit, ut te videre desideret, ecce nobis & Episcoporum litteras attulit. Pergēs itaque satifacito matri maxime propter sanctos Episcopos, qui nobis per eā dignati sunt scripta dirigere. Respondit Theodorus, Prius me uenerabilis pater certū facito quod post tantam spiritualium rerum cognitionem, non dabo inde rationem in die iudicij, & quod precipis faciam. Hāc enim iuxta mandatum Christi cum toto mundo deserui. Et quomodo eam in offensionem fratrum nunc audeo conspicerē. Nam prius ante manifestationem tantae gratiae filij Leui parentes proprios ignorarunt ut iustificationes legis implerent, quantum magis ego qui tanti mune eis particeps factus sum parentes non debeo diuinā maiestati praepone, dicente Domino in euangelio, qui diligit patrem aut ma-

trēm super se, nō est me dignus. Dicit ei Pachomius. Si putas id tibi nō expedire fili mi, non te cogō. Hoc autem eorum est, qui perfecte renunciant huic mundo, & se ipsos penitus abnegant. Oportet enim monachos inutiles & seculares saluantes & colloquia uana diffugere, & his qui membra Christi sunt, pia mente sociari. Si quis autem passione quadā seculi captus dicit, parentes carum meam suam, eos diligere debeo, audiatur beatum Petrum apostolum praedicantem. A quo quis superatur, huc seruus efficitur qui ergo vincitur amore carnis, seruus sine dubio est carnis. Cumque non acquieuisset Theodorus matri se presentare decreuit, & illa in ipso monasterio, cum Christi permancere uirginibus, hoc apud se semper tractans, Si uoluntas Domini fuerit, inter alios saltem monachos uidebo eum, & propter hanc occasionem meam quoque lucrabor animam, dum in hac sancta conuersatione persisto. Constat igitur eos qui rigorem pro nomine Christi non pro uana laude custodiunt plurimas utilitatis causas ceteris adhibere, licet uideantur ad breue tempus nonnullos offendere.

De quibusdam reprobis monachis.
Igitur sicut huius studium ad emulationem eorum qui meliora cupiunt imitari pertulimus,

mus, ita negligentias aliorum in istum credimus intinari, ad caute lam eorum qui in ista lecturi sunt. Quidam monachi secundum carnem uiuentes nec ueterem hominem curantes exuere sanctum Pachomium fortiter affligebant frequenter ita salutaribus eos monitis alloquens nullum profectum eorum penitus sentiebat. Unde tristis & anxius Domino pro eis supplicabat impensius dicēs. Dominator Domine tu praecipisti nobis diligere proximos ut nos ipsos. Quia ergo secreta cordis mei agnoscis, oblecto ne me clamantem ad te pro eorum salute despicias, sed misertus eorum da illis timorem tuum, ut diuinam potentiam agnoscentes, in ueritate tibi deseruiāt, spe promissionum tuarum per omnia roborati, quia nimis affligitur anima mea pro eis & omnes sensus mei turbantur usquequaque. Hāc dicens siluit. Post aliquantos uero dies uidens quod nec per orationem meliores effecti sunt iterum stās ad orationem pro eis. Domino supplicauit & quasdam paruas ac proprias regulas eis orandi atque uiuendi tradidit ut saltem quasi serui statuta complerent, paulatim consuescerent ad filiorum munus lectionis industria peruenire. Qui cernentes se post concupiscencias suas ire non posse, praesentiam sancti Pachomij formi-

dantes, spiritu timoris non illius decepti sunt & abierunt retro post Sathanam, conuersationem eius admirabilem non ferentes. His itaque recedentibus, grex uniuersus in sui status integritate permansit magis ac magis ad incrementa uirtutum assurgens sicuti solent in agris optima frumenta lectius efflorescere. cum fuerint ab eis zizania radicitus amputata. Hāc autem retulit uolens ostendere, quia sicut nihil obest hominibus seculo deditis, si se tradiderint monachorum institutis ita nihil utilitatis affert monachis professio uenerabilis, si negligentia extiterunt, sed nec oratio paterna nec condescensio eos poterit adiuuare torpentes.

Quod hospites separatim a cenobitis hospitium habere debent.

Contessor interea Dionysius presbyter & oeconomus id est dispensator Ecclesiae Tentitorū amicissimus sancti Pachomij, competit aliquando quod ex alijs monasterijs ad eum uenientibus non condecebat cum suis fratribus uelci, sed eos sequestratos loco iuxta monasterij fores excipiebat. Contristatus itaque plurimum super hac re; uenit ad eum, & increpans potius assumens animum, quam monentis aiebat, nec recte facis abba charitatem fratribus debitam nō equalem

lem omnibus exlibens, qui correptione eius cum multa longanimitate, patientiaque suscipiens, ita respondit. Nouit Dominus propositum meum & paternam tuam cognoscat affectus quod nunquam cuiuslibet animum cupiam contristare ne dicam spernere. Quo modo igitur hoc auderem agere ut meum Dominum prouocans irritarem, qui manifeste in euangelio restatur dicens quandiu fecistis vni ex minimis fratribus meis mihi fecistis. Accipe satisfactionem venerabilis pater, quia non velut vitans atque spernens eos qui huc veniunt, hoc quod asferis facio, sed quia in cœnobio in congregationem suscepi plures mos qui nuper conuersi sunt & diuersos eorum mores esse cognosco. Noui nonnullos in tantum ipsius conuersationis ignaros ut nec monachorum habitum nouerint. Inter quos sunt paruuli tanta simplicitate viucentes ut nec dexteram valeant scire neque sinistra. Idcirco credidi esse commodius ut superuenientes fratres eos sum susciperentur in honore maximo constituti. Hinc ergo, non estimo patribus vel fratribus qui ad nos diuertunt ullam contumeliam fieri, sed magis debitam reuerentiam commodare præsertim cum statutis horis ad reddendum nobiscum Deo vota sua conueniant, & post hoc singuli ad loca destinata con-

currant quieti operam dantes, me secundum Deum sollicitius vobis eorum necessaria prouidente. Ob hæc autem præfatus presbyter omni eum laude dignissimum conprobauit, certo agnoscens quod secundum Deum cuncta ageret, multumque releuatus sancti Pachomii satisfactione latus remeavit ad propria.

¶ Quod vestimentum Pachomii fluxum sanguinis restrinxit.

Mulier autem quædam in eadem Tentirorum ciuitate patiebatur fluxum sanguinis, & hac infirmitate iam prolixo tempore laborabat. Hæc audiens Pachominus Dei esse cultorem factaque conuersatione mirabilem, insuper & Dionysium presbyterum amicum eius esse charissimum, rogat eum ut sui miseretur, & quasi per occasionem necessariam ad se Pachomium euoceat. Cum venisset Pachomius ad Ecclesiam, & post orationem Dionysium salutasset iuxta eum protinus assedit. Cumque loqueretur ad inuicem mulier fiducia fidei roborata, credensque dicenti Christo, confide filia, fides tua saluam te fecit. Post tergum eius lateret accessit, & cuculum quod cooperiebat caput tremens attigit, statimque sanata est. Et procidens in faciem suam adorauit Dominum glorificans eius clementiam quod tanta per seruos suos beneficia credentibus

dentibus contulisset. Tunc sanctus vir Dionysius factum sentiens benedixit mulieri, & protinus recedauit.

¶ Quod Pachomius malum hominem cum bonitate deuicit.

Aliquando vero necessitas coegit ut sepius inuimine monasterium vallaretur in quo operelaborantibus fratribus ipse calitus ferebat maximum auxilium. Post aliquantos autem dies monachus quidam presbyter mulierum fratrum pater existens, qui solitus erat sanctum Pachomium crebro visitare, venit ad eum cum vno fratre propter contentionem que in monasterio orta fuerat, ex hac videlicet causa. Is ipse frater qui cum eo peruenerat molestus erat ei nimium, clericatus deinde rans dignitatem, quem sciens indignum tali munere diuerso modo, ne hoc ipsum fieret, dicebat. Et cum amplius in portunitatem eius ferre non posset venit ad sanctum Pachomium cuncta negotia eidem pandens, certus quod ipse solus contentiones posset absolvere. Qui cum causam penitus cognouisset ait. Nonne ad hoc venisti ut per me cognosceres Domini voluntatem? Audi ergo me & da ei quod postulat nihil in hac parte despetans. Fortasse enim per hoc officium liberabitur anima eius de captiuitate diaboli. Saepe namque contingit ut homo malus asse-

ctus beneficijs ad bonos se conferat mores. Desiderium namque meliorem pius nouit propositum his dumtaxat animabus, quæ non usque adeo negligenter corpore lapsa sunt, ut possint studere virtutibus. Nos ergo frater hæc agere decet quod Deo placet. Sic enim dilecti ei in nobis esse probabitur si compatiamur alterum hoc accepto responso senior fecit quod sibi fuerat imperatum, sed ille insuper voti copos effectus ad beatum Pachomium reuersus est iam mente sobrius atque contentus & cadens in faciem confitebatur dicens. O homo Dei multum sublimatus es a Deo, qui discernens ea que pertinent ad salutem malum in bono vicisti si ergo non fuisses erga me mitis atque longanimis, sed aliquid in me rigidum protulisses, ab hoc discessissem habitu & a Deo prorsus alienus efficerer. Nunc autem benedictus tu a Domino per quem anima mea salua facta est. Tunc alleuans eum de terra venerabilis senex hortabatur ut vitam sumeret congruam dignitati nequando negligens perpetua in futuro tormenta sentiret & osculans eum dimisit in pace, quem etiam usque ad fores monasterij profecutus est.

¶ Quod mulierem a demonio vexatam liberauit.

Ad huc autem sancto Pachomio ibidem stante ecce vir a longe festinus veniens ad eius

eius vestigia se prouoluit obsecrans vt filiam suam à dæmonio vexatam per Christi gratiã curare dignaretur. Quo relicto p̄fessoribus ingressus ipse tale ei respõsum per ostiarium dirigit. Non est nobis consuetudo cum mulieribus loqui, sed si quid habet ex vestimētis eius mitte nobis quod in nomine Domini benedicentes tibi protinus remittamus & credimus in Christo, quod filia tua isto modo ab inimici liberetur incursu. Cumq; tunica puellæ sancto fuisset allata seuerè nimis intruens ait. Non est eius iste vestitus. Affirmante vero patre atque dicente eius esse respondit. Cognoui quod eius sit sed virginitatem suam Deo dedicans non seruauit sanctimonie puritatem propter hoc eius inspiciens tunicam, & intelligens castitatem suã minime custodire, non eius restarus sum. Spõdeat itaque se in cõspectu Domini deinceps viuere continenter & propiciabitur ei Christus, sanamque restituet. Pater igitur indignans & mœrens filiam suam perscrutatus est, & sic esse vt sanctus Pachomius dixerat puellæ cõfessione cognouit. Quæ dum cum iuramento pollicita fuisset nunquam se talia gerere, pro ea vir beatus Domino supplicauit benedicensque oleũ ei misit. Quo peruncta sinemora curata est, & glorificabat Domi-

num iugiter quod non solum dæmone, sed etiam detestabili conuersatione caruisset, & in reliquum continentie se studijs per Christi mancipauit auxilium.

¶ Quendam possessum a dæmone liberauit.

T Ali igitur opinione de sancto viro ubique currente alius nihilominus qui filiũ suum à dæmone possessum sine intermissione deflebat, nec eum perducere poterat ad monasterium genu obfixus supplicabat Pachomio, vt pro eõ precaretur omnipotentiam Christi. Qui cum orasset dedit ei benedictum panem ex eo paululum semper energuminus sumeret. Cumque esurisset filius eius, ex ipso pane particulam ei tradidit. Sed non permisit immundus spiritus, vt exinde omnino gustaret, ex alijs autem panibus manus suas impleuit, caputque comedere. Pater ergo benedictum per frustra cõminuens in exterioribus palmarum sublati exinde olsibus immisit, & has ei tantum modo palmas apposuit, vt nesciens id quod factũ est benedictionem percipere mereretur. Quas adpetiens frustra quæ infecta fuerant, proiebat, & ipsas execrans palmas nihil penitus escævolebat accipere, cum que pater eum sine cibo manere diebus

diebus plurimis compulisset, fame coact⁹ debenedicto pane percipit ac protinus somno detentus à maligno spiritu liberatus est. Quem secum pater ad sancti Pachomij vestigia perduxit, laudans Deum qui per seruos suos operatur magnalia, & gloriosa quorum non est numerus. Alias quorũcũq; sanitates, in virtute sancti spiritus vir beatissimus facies non extollebatur nec vnquã cor eius elatum est habebat autẽ hãc à Domino gratiã vt idem semper & æqualis esset in omnibus, animumq; in disciplina Domini sollicitum contineret. Et si quando poscens aliquid à Domino petitionis suæ non consequeretur effectum non contristabatur omnino, sed patientissime sustinebat sciens hoc expedire vel sibi vel omnibus quicquid diuina misericordia censuisset, quia frequenter intentione sincera videmur postulare contraria, quæ Domini bonitas cum non concedit præstare dignatur & tunc potius clementer exaudit, cum vota nostræ ignorantie nocte velata non peruenit.

De conuersatione sancti Siluani.

Q Vidam denique iuuenis Siluanus nomine de cœna conuersus ad sanctum Pachomium venit volens in eius monasterio commorari. Qui cum susceptus esset infectus

peruersa consuetudine seculi nullius discipline regulis poterat coerceri, salutẽque propriam negligens, dies suos vanitatibus p̄stinis atque peccatis occupabat adeo, vt nonnullos ex fratribus euerteret & ad studium simile commoueret. Quod plurimi non ferentes, sancto Pachomio suggererunt, vt eum de monasterio pelli præciperet. Ad quem veniens non annuit sed æquanimiter ferens admonuit præfatum vt se corrigeret & ab antiqua conuersatione reuocaret. Pro quo etiam iugiter Deum excubabat, vt ei compunctionẽ cordis, solita pietatis abundantia largiretur. Cum que memoratus iuuenis in propria persisteret prauitate, & alijs exemplum perditionis ostenderet, ad postremum visum est omnibus, vt à sancta congregatione velut indignissim⁹ arceretur. Sed beatus Pachomius hoc idem credidit differendum. Quem mirissimam atque sapientissimam correptione conueniens & cœlestibus erudiens institutis ita diuino timore succendit, & sic anima eius futurorum fide compuncta est vt se deinceps abstinere non posset a lachrymis. Emendatus itaque per omnia magnum ceteris documentum conuersationis exhibuit. In omni nanque loco & in omni operatione flebat iugiter, & nec tunc quidem, cum cibum

Y inter

inter fratres caperet à lamentatione cessabat. Quæ res etiã permouit multos ex monachis, qui & dixerunt. Tandem à planctu recohibe, nec te tanta quæsumus afflictione deijcias. Qui respõdit. Conon me quidem sicut iubes, à lachrymis temperare, nec possum. Pectus enim meũ veluti quedã flamma comburens quietum me esse non sinit, Rursum ipsi dixerunt. Apud te in secreto tuo vel certe in orationibus plangito, cũ vero venimus ad mensam, cibum sumere debes & à fletibus abstinere. Nam possibile est animam etiã sine istis exterioribus lachrymis semper in compũctione persistere, quia plures è fratribus videntes te flentem, manducare nõ possunt. Et cogebant eum fateri, cur ita se suis diceret fletibus. Tũc ait ad eos. Non vultis vt plãgam, cum videam me foueri multis obsequijs sãctorum fratrum, quorũ & puluis pedum mihi venerandus est nec eis me conferre dignũ obsequium existimo? Non ego plangam quod homo multis peccatis obnoxius officia tanta percipiam? timeo valde ne sicut Dathan & Abyron me quoque prophanum hiata suo terra deglutiat illi nanque impijs ausibus manibusque pollutis sancta sibi met vsurpare tentauerunt, ego vero post tantã cognitionem diuini muneris animæ meæ salutem de-

sidiosa conuersatione neglexi. Ideo quippe ista recolens, non erubescio flere coram omnibus, quia multa facinora mea esse cognosco, quæ iugibus lachrymarũ fontibus debeam expiare. Quod si ipsam miseram animam per lamenta diffunderem nihil facerem magnum, quia nullum pro factis meis in presenti dignum possum recipere supplicium. Cũ que pedes singulos idem frater ad meliora proficeret, omnesque prope modum in humilitate superaret, ita de eo sanctus Pachomius cepit coram omnibus dicere. Testor fratres ac filij coram Deo, & sanctis eius angelis, quia ex quo cœnobium hoc fundatum est, nullum de fratribus qui mecum sũt vel fuerũt humilitatem meam secutam esse cognosco nisi vnum tantum modo. Quo fratres auditis nonnulli putabant hũc esse Theodorum, alij Petronium, alij vero Orisium. Cumque rogaret Theodorus eum vt quis ille esset depremeret, & sanctus vir indicare differet, rursus eum Theodorus vehementer vrgebat, alij quoque maiores ex fratribus plurimum deprecabantur vt diceret quis esset cui testimonium tale perhiberet. Tũc respõdit Pachomius. Si scirem eum de quo dicturus sum vanæ gloriæ stimulis incitari nõquam eum ostenderem. Sed quia proculdubio credo q̃ per Christi gratiam

gratiam quantum laudes accesserint tanto ipse munus humilitatis acquirit, idcirco vt eum possitis imitari sine metu palam beatificare non desino, tu quidem Theodore, & quicumque tui sunt similes, fortiter certates in monasterio diabolũ vinxistis, vt passerem, & sub vestris pedibus allissetis eum per Dei gratiam conculcantes vt puluerem, sed si, quod abist, neglexeritis in aliquo consurgens is qui sub vestigijs vestris est aduersus vos graui furore habebatur. Iuuenis autem Siluanus quem dudum propter negligentiam de monasterio pellerẽ volebatis, ita prostravit inimicum & à suis sensibus fugauit vt nusquam coram eo compareat, atque humilitate eum per omnia superauit. Et vos quidem fratres habentes opera iustitiæ in his que gessistis gloriosi confiditis, hic autem quanto fortius pugnat, tanto se deteriore omnibus iudicat ex tota mēte, totaque virtute innuilem se reprobũque denuntias. Ideo denique & lachrymas habet in promptu, quia semetipsum nimis humiliat & inclinãt, nec alicuius momenti quod gerit existimat. Nihil autem ita reddit inimicum inualidũ sicut humilitas de corde puro, cui tamen correctio nis operã probantur adiuncta. Sic itaque viriliter antefatus Siluanus per octo annorum curricula

Deo militans, cui sum vita sua inuinit in pace. De cuius exitu testatur beatus Pachomius est, quod multitudo sanctorum angelorum cum magna lætitia sumentem testamini eius velut dilectam hostiam Christi conspectibus obrulerunt.

¶ Pachomius moruum indumentis suis spoliari iussit.

Eodem vero tempore Panos ciuitatis episcopus Varus nomine, per omnia venerabilis ac Deo deditus, recteque fidei feruentissimus amator existens audivit dispositionem conuersationis Pachomij. Ad quem missis epistolis euocauit eum, plurimis verbis exorans, vt etiam circa ciuitatem eius monasteria optata censtrueret. Cũque multis ex causis precibus acquirissent Episcopi, dũ prope rat ad eũ iustũ credidit, vt pariter omniaque ab eocorabatur inuideret. Et cũ vni ex ipsis monasterijs occurrit exequijs qui vitã suã negligenter insumperat. Fratres autem ipsi monasterij sumo persequere honorifice psalmos solitos cœnantes, presentibus quoque defuncti patribus ac propinquis. Quicũ vidissent Pachomium feretrũ cõtinuo deposuerunt, vt tã pro mortuo quam pro se Domino supplicaret. Qui mox debitam orationem per soluit & conuersus ad fratres ait. Sinite psallere, precepit que defuncti vestimenta splendida quibus

Inuolutus erat aufferique coram omnibus fecit exui, & ita cadauer efferr iussit: præter aliquam psalmodiam atque sepeliret fratrem igitur fratres cum parentibus eius & iuuenis qui tunc aderant novum genus spectaculi contuendæ, & obstupescerunt nimium, precabantur senem, ut consuetam super eum psalmodiâ celebrari permitteret. Cum non acquiescisset, ceperant parentes defuncti culpeas eum dicere. Quid est hoc spectaculum novum? Quis nomen daretur mortui, licet sit inimicus? Sufficiens per se est ipsa calamitas. Noli quæsumus inferre mortuo quod nec belug facerent, nec tuam conceder sanctitatem. Nam & nos hinc notamur maximo opprobrio, aliaque quam plurima suspicionum opprobria nascuntur. Utinam nunquam ad istum locum venissemus, utinam nec iste monachus fuisset effectus, non hunc æternum dolorem nobis infligeret. Rogamus ergo ut solita psalmodiam defuncto restituas. Qui respondens ait eis. Vere fratres & filij, plus vobis de visibili resæ reþoral curantibus ego de invisibili eius substantia sollicitudinem geram, & idcirco hæc erga eum fieri iubeam. Et vos quidem maiores illi dolentes, per huc honorem quem putatis acquiritis, ego autem quantumcunque ei requie vel satisfactionem per hanc ini-

riam præparabo. Propter quod nec in futuro pro hoc exanimi cor pusculo, sed pro immortali teius anima satago, quæ & hanc carnem rursus in resurrectione recuperata est, & incorruptam & integram. Alias autem si hoc quod vultis annuero, veluti placens hominibus iudicabor, atque ut ad præsens vobis satisfecisse videar, id despicio quod ei prodesse poterit in futuro. Bonus enim bonitatis Deus, noster existens, occasiones querit per quas opulenta super nos dona pietatis sue effundat, remittat nobis peccata non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro nam cum dicat in euangelio, qui blasphemauerit in spiritum sanctum non remittetur ei neque hic neque in futuro seculo, dat patenter intelligi quod sunt quedam delicta quæ possunt, & post hanc vitam si pro eis supplicetur ignoscant. Nos vero quos dignos iudicavit Christi potentia diuinitæ sue dispensationis exercere medicinam, si non unice congruens ad interitum præferamus profecto veluti contemptores existimauimus, & audiamus illud quod scriptum est in propheta. Videte contemptores & admiramini & disperdamini. Et ideo quæso finite defunctum a proprijs malis aliquatenus exui, & quantumcunque requiem in illo futuro exanimi promereri. Sopelitem ergo eum

sine

sine psalmis, ut dixit. Potens est enim Deus benignus & clemens multumque misericors, pro supplicatione nostræ paruitatis eum in æterna sua requie collocare. Hæc cum dixisset abierunt, & secundum quod venerabilis pater præceperat eum in monte, ubi constituta erant monumenta sepelire curarunt.

Quod Pachomius animam eiusdem monachi vidit angelos ad celum deducere.

Moratus est autem ibidem sanctus Pachomius cum duobus monachis, docebatque in primis singulos timorem Domini, deinde qualiter aduersus diabolum dimicare deberent & insidiarum eius per Christi gratiam possent declinare potentiam. Tunc nunciatur ei quod frater de Cenobosthorum monasterio graui infirmitate detentus, benedictionem precis eius ultimam postularet. Hæc audiens homo Dei confestim secutus est eos, qui hæc sibi retulerant. Cumque conatus proficisceretur, & duobus vel tribus millibus abesset a monasterio quod petebat, audiuit suauissimam vocem in aere personantem, suspiciensque vidit ipsius fratris animam velut curru ab angelis Dominum laudantibus, ad beatam vitam perennemque sustolli, comites autem Pachomij cum neque vocem

audirent nec quicquam sentiret penitus sed tantummodo cernerent eum ad orientem diu respicere, dicunt ei. Tu cur hæc fecisti pater? Properemus ut possimus occurrere ei. Qui respondit, frustra iam currimus, hoc enim est quod diu considero, quemadmodum frater ipse ad gaudia perpetua perducatur. Quem cum rogarent ut eis exponeret, quomodo vidisset animam quantum poterat audire narravit eis, ex his quæ ipse compererat: Quidam igitur ex eis euntes ad memoratum monasterium & diligenter inquirentes qua hora frater ille dormisset, ea quæ a sancto didicerant viro vera omnia cognouerunt. Hæc autem retulimus duobus ex causis, primum volentes ostendere beatum senem nimium fuisse perspicacissimum, gratiamque possedisse propheticam, ac longe posita intellectu alibus oculis præuidisse, deinde ut tales semper imitantes malorum confortia feliciter vitaremus. Et de his quidem vobis hæc tenus dicta sufficiant.

Quod destructores ædificij Dominus igne diuino combussit.

Sanctus ergo Pachomius ad Antifaram Episcopum cum suis monachis veniens, ab eo in summa veneratione susceptus est. Nam festiuitatem maximam in ei celebravit aduentu, dedit ei

loca ubi sperata conderet monasteria, sicut dudum per scripta cognouerāt, quae etiam venerabilis vir cum alacritate construxit. Et cum maceriae munimine circumduceret ne quis facile posset irrumperere, quidam pestilētes homines quos diabolus ecauit inuidia, nocte venientes, quae constructa fuerant destruebant. Sed non in locū malignitatis eorum poena dilata est. Nam cum senex discipulos suos ad tolerantiam commoneret, & illi ne quisissimi iuxta consuetudinē conuenissent, ut facinorū suorū corpora perficerent, ab angelis Domini protinus exusti sunt, & velut cera à facie ignis ad nihilū redacti sunt. Fratres ergo velociter uersum consummauerunt aedificiū in quo beatus Pachomius constituit monachos religiosos viros, quibus Samuelē preposuit hilarē virū & dond frugalitatis eximiū. Quia vero praedicta monasteria in suburbio fuerant constituta, idē sanctus ibi vult manere diutius, vsque dum hi (quos ordinauerat) Christi munere firmarentur.

De inquisitionibus philosophi.

Interea philosophus quidā ciuitatis ipsius audita seruatorum Dei opinione venit ad eos scire volens qui essent quid ve profiterentur, & videns aliquos ex monachis, ait ad eos. Vocatemihipatrē vestrū quia de rebus necesse

farijs cū eo disputaturus sū. Cum cognouisset autē sanctus vir, quia philosophus esset misit ad eū Cornelium, & Theodorū praeceptis eis ut ad ea quae sciscitaretur prudēti responsione satisfacerēt. Egressis igitur ad eum philosophus ait. Multus ad nos sermo delatus est, & sapientiae geratis studiū, & iuxta religionem vestrā quietē diligentis impensius, insuper etiā prudenter his qui proponūt aliquid satisfacere videamini, & ideo de his quae legitis vos interrogare disposui. Cum Theodorus proferro quod vis ait? Et philosophus. Habetotus (inquit) me cū disputationē, ut quae fuerint quaerita dissoluas, & Theodorus ait. Exprime iā quod intendis. Tunc philosophus ait, quis natus mortuus est? Quis rursum natus à morte subtractus non est? Quis cū sit mortuus nō est fetore corruptus? Et (ait Theodorus) nō grandis haec propositio tua o Philosophi, nam facile quod quaeris solua. Qui non natus mortuus est habetur Protoplastus. Qui vero natus est nec tamen mortuus est existit Enoch qui Deo placuit & translatus est. Mortuus autē nec fetore corruptus vxor est Loth, quae conuersa in statuam salis vsque nunc in eo habitu pro incredulorum perdurat exemplo. Et ideo consilium do tibi o philosophi ut has ineptas propositiones tuas & inanes deserens quaestiones

stiones ad Christum verum (quae colimus) sine dilatione conuertaris, remissionemque tuorum peccatorum pro aeterna salute non despicias. Ad haec philosophus obstupescens nihil inquisiuit ulterius, sed recedens acumen viri responsionemque tam celerē paratamque miratus est.

De abstinentia monachorum.

Proinde Pachomius in eisdē monasteriis nuper extructis diebus plurimis immoratus exinde profectus, atque ad aliud monasterium (quod sub eius erat ditione) peruenit. Quem cum fratres omnes in occursum properantes summa veneratione suscepissent, infantulus quidam de ipsa congregatione, qui inter alios occurrerat clamare cepit ac dicere. Vere pater, ex quo hinc ambulasti, nullus nobis nec olera nec legumen aliquod coxit. Ad quem sanctus grata mente respondit. Non contristeris fili mi, coquam. Ingressusque monasterium post orationem venit ad coquinam & inueniens fratrem qui coquinae praerat, Psyaros, id est regites operantem quas matras vulgus appellat, ait ad eum. Dic mihi frater quantum temporis habes ex quo non coxisti fratribus olera vel legumina? Qui respondit. Supt duo fere mentes. Et sanctus Pachomius

ait ad eum, quare contrapreceptum facere voluisti, ut tanta fratrum negligenter vititas? Qui sub humili satisfactione respondit optaueram quidē venerabilis pater; quotidie implere ministeriū meum sed quia quicquid coquebā non consumebatur à fratribus quia omnes abstinent, soli quippe pueri aliquid cocturae percipiūt ne tanto labore peracta proijceretur expensa, propterea pulmentum non coxi. At ne ociosus essem Psyaros elegi cum fratribus texere sciens unū de his qui mihi deputati sunt ad opushuiusmodi posse sufficere, ut paruas escas, id est oliuas herbulas ad refectioem fratribus pararet. Haec audiens Pachomius, & quot sunt inquit Psyaros quas te fecisse dixisti qui respondit. Quingentę. Et ille Defer (inquit) huc omnes ut videam. Quae cū fuissent allatae, protinus eas igne supposito iussit exuri. Tunc ait ad illos. Sicut vobis traditā vos erga dispensationē fratrum regulam despexistis sic ego passim labores vestros incendio concremaui, quatenus cognoscatis quam perniciosum sit patrum instituta conuellere, quae pro animarum salute prouisa sunt. An ignoratis, & gloriosum sit semper abstinere a presentibus? Nam si quis ab ea re quae in eis est potestate diuina consideratione se continet magnum consequitur à Do-

mino premium. Ab ea vero re cuius utendi licentiam non habet quadam noscitur necessitate cohiberi, & ideo propter abstinentiam coactam atque inutilem frustra videtur expectare mercedem. Denique cum plures esse appositae fuerint, & fratres parcius his utantur propter Deum, tunc apud eum sibi maximam spem reponunt. De cibis autem quos non vident nec eis ad percipiendum facultas ulla tribuitur, quomodo proparva premia concederentur. Ideoque propter exiguos sumptus tantum fratrum non debuit intermitteri commoditas.

Quod Anachoretarum peruersa dogmata a celis persensit atque correxit.

HAEC cum Pachomius loqueretur ad eos & sufficienter eorum delicta corripere, ostiarius ad eum festinus ingressus est magnos viros & anachoretas egregios indicans aduenisse, qui cum videre desiderarent Quos illico iussit intrare debitaque reuerentia salutem eos (post orationem) per fratrum deducebat cellulas & omnia eis monasterij loca monstrabat. Qui rogauerunt senem ut eum de quibus rebus cuperent scire loquerentur. Tunc introduxit eos in cellam suam seorsum seditque cum eis. Illis autem de rebus inauditis atque arcanis altius disputantibus cepit sanctus odorem sentire terribissimum

Videbat enim eos occulto fati uti sermone, & in scripturis paratos existere, nec poterat de intolerantia factoris aliquid vel cogitare vel dicere. Vbi ergo de diuinis eloquijs diuini disputarunt, & hora nona iam refectiois tempore indiceret, surgentes ipsi mox abire voluerunt quos sanctus vir enixius hortabatur ut cibum pariter sumerent. Qui noluerunt penitus acquiescere dicentes festinare se ante occasum solis ad propria remeare. Et valedicentes ei, sine mora profecti sunt. Tunc Pachomius volens certius causam factoris agnoscere in oratione prostermitur, exorans Dominum quantum sibi quales essent patere dignaretur, moxque cognouit impietatis eorum dogmata (quibus probatur imbuti) tanta perniciem de eorum cordibus exhalaret. Nec morarios ipsos insequitur, & apprehensis ait. Vnum volo vos interrogare sermonem. Quid dixerunt Interrogati quibus ille ait. Origenis estis imbuti dogmate? Qui negantes dixerunt. Nequaquam. Quibus ait. Ecce coestor vos coram Domino, quod omnis homo qui legit Origenem, & confertur his quae praeuise dissertit in profunda peruenerit inferorum, hereditasque eius erunt vermes & exteriores tenebrae quibus iniquorum animae sine fine punietur. En ego quod mihi manifestatum est a Domino vobis, solite nunciaui, ex hoc innocens eris vos videritis si ea quae sunt vera respue-

respueritis. Quod si mihi vultis acquiescere Deoque placere per omnia, cum sancto Origenis libros in flumen mergite ne ab illis vos ipsi mergamini. Haec dicens discessit ab eis, & rediens ad exercitium solite virtutis, reperit fratres in oratione consistere, cum quibus alacriter hymnos cantilenam spiritibus explicuit.

De visione posterorum suorum, praetatorum atque subditorum.

MONACHIS vero ad vesperum conuenientibus venerabilis senex in cella ubi consueuerat supplicare domino se recepit & oblerans ostium orabat intente, memor visionis quam aliquando conspexerat & obsecrabat Dominum, quatenus ei declararet statum monachorum qui futurus esset, vel quae post eius obitum in tanta congregatione contingerent, & ab hora nona usque ad illud tempus (qui frater qui nocturnis in orationibus praerant vocem mitteret, & ad preces solitas excitaret) instantiam suae supplicationis extendit. Cumque precaretur attentius, subito circa media noctem visionem cernit, quae eum iuxta petitionem propriam de statu posterorum suorum plenius edoceret. Nam monasteria sua vehementius dilatata nonnullos quippe pie victuros & continententer agnouit, neglecturos etiam plurimos didicit suamque salutem

penitus perdituros. Vidit ergo sicut ipse narrauit multitudinem monachorum in valle quadam profunda satis atque caliginosa consistere, & alios exinde velle conscendere nec valere, quidam enim occurrebant ex aduerso sibi nec inuicem dignoscere poterant, nec de profundo illo & tenebroso loco profusus emergere: alios autem frustra conantes praesertim lassitudine ruere atque ad inferos peruenire alios iacentes miserabili ac lachrymosa voce deflere: nonnullos vero cum maximo labore conscendere, quibus in ascensu ipso lux protinus occurrebat, in qua constituti referebant Deo gratias, & euadere potuissent. Ita Pachomius intellexit quae nouissimis essent euentura temporibus, caecitatem mentis eorum qui post futuri sunt & errorem cordis bonorum defectum valde doluit, maxime vero quod praepositi tunc negligentes ac desides forent, sed concordia discordiosè vterentur placentes stultae multitudini, & ostentantes habitum monachorum, nullaque bona opera praeferentes, simul autem pessimis primatum tenentibus, ipsumque nomen sanctae conuersationis ignorantibus necesse est emulationes ac iurgia generari, & quis praesit ac maior sit ambitio sine lite contendere & reprobari quidem bonos ac malos eligi, nec probitate morum, sed anti-

quitate vel ordine vnumquenq; velle cæteris anteferri, vnde neque aliqua bonis viris loquendi fiducia luberit pro vtilitate communi: sed erunt in silentio, & quiete, aut certe sub colore honestatis, magnis persecutionibus affligentur. Et quidem opus singulare censere: cum omnia pene quæ sunt regulis subnixæ diuinis humanis commutabuntur illecebris. Tunc Pachomius exclamauit ad Dominum dicens, Omnipotens Deus si sic erit, vt quid permisisti cœnobicia ista constitui? Si enim in tempore nouissimo, qui fratribus præerunt, peruersi futuri sunt, quales erunt illi qui sub eorum regimine versabuntur? Cæcus enim cæco ducatum præbens, vterque in foueam cadunt, Heu me, quia frustra & superuacue laboraui. Memento domine studiorum meorum, quæ tuo manere perfecisti, memento famulorum tuorum, qui tibi totam mentem deseruiunt, memento testamenti tui, quod vsque ad con summationem seculi à tuis promissisti custodiri cultoribus. Tu nostri Domine: quia ex quo suscepi hunc habitum monachi nimis humiliaris sum in conspectu tuo nunquamque satiatus sum pane & aqua vel qualibet creatura alia quam fecisti. Hæc eo dicente, vox ad eum facta est dicens, Ne gloriaris Pachomi cum sis homo,

& indigeas misericordia: quia cuncta quæ condidi, mea miseratione subsistunt. Qui confestim prostratus in terram, misericordiam Domini postulabat dicens, Omnipotens Deus veniant mihi miserationes tuæ & viam & ne auertas misericordias tuas à me: quia misericordia & veritas tua semper susceperunt me. Scio enim ego Domine, quia nutant & claudicant vniuersa sine protectionis tuæ auxilio. Hoc cum dixisset, affiterunt super eum angeli lucis, & iuuenis in medio eorum: ineffabili pulchritudine, atque claritate resplendens, qui instar solis ex se fulgoris radios emittebat habens super caput coronam spineam, & leuantes à terra Pachomium angeli dicunt ei. Quoniam petisti à Domino misericordiam ecce venit tibi misericordia tua Deus gloriæ Iesus Christus filius Dei patris vnigenitus, qui missus est in hunc mundum, & pro salute generis humani crucifixus est, spineam ferens in capite coronam. Et Pachomius ait, Oro domine, nunquid ego te crucifixi? Et dominus placidior ait ad eum. Non tu quidem crucifixi: sed parentes tui. Veruntamen animæ quior esto & confortetur cor tuum, quia posteritas tua manebit in seculum nec vsq; in finem mundi deficiet, ipsique qui post te futuri sunt de profunda

da

da illa caligine liberabuntur quot quot vixerint abstinenter, & curam salutis propriæ gesserint. Modo nanque, qui præsentia tua continent tuæque sequentes exempla virtutum maxima gratiæ luce resplendent, post te vero qui in huius seculi caligine fuerint immorati: quia prudenter intelligēt quæ perenda sunt quæ ve fugienda, & spontanea voluntate nullo humanitus videntes exemplo, de tantis exilierunt tenebris omnemque iustitiam seruantes, æternam vitam toto corde dilexerunt, amen dico tibi, qui cum istis erunt qui nunc tecum in summa continentia & sanctitate præclari sunt; eandemque salutem ac requiem fortientur. Hæc dicens dominus ascendit in caelum. Sic autem illustratus aer est, vt splendor lucis illius non possit humanis sermōnibus explicari.

¶ *Exhortatio resistendi contra diabolum.*

Tunc Pachomius super his quæ sibi ostensa sunt, synaxim cum vniuersa fraternitate conuenit. Et officio factō sollemniter adimpleto, cū ceteri monachi iuxta consuetudinem coram se nec ad audiendum verbum confiterentur qui aperiens os suum, docebat eos dicens. Filioli mei quæ tacunq; est virtus in nobis, atque possibilis, pro salute nostra certare fortiter, & aduersus armatū

hostem vitiliter dimicare debemus, priusquam veniat tempus in quo nos metipsum si tñ inertes fuerimus ac desidēs, miserabili lamentatione plangamus. Non negligamus dies nostros, quos largit⁹ est nobis dñs: sed operemur in eis cū tota alacritate virtutē. Dico enim vobis qm̄ si sciretis, quæta sanctis in cælestibus bona parata sunt, & quæ tormentamaneant eis, qui à virtutis itinere deuiarunt, & cognita veritate nō in ea dignè veritati summi virtutibus æterna supplicia vitæ hæreditatem illam beatam, quæ Dei famulis promissa est, festinaretis adipisci, quam nemo nisi malus ac perditus fugit ac negligit: quia quid admittit penitus nescit quæ tamque respicere oportet & terrenis absoluī cupiditatib⁹, vt mala præterita deslendo iugiter indulgentiam Domini consequatur, & sic ad meliora conuersus iter suum dirigat, quatenus in exitu vitæ laetus existens, ad cælestem regem cum magna laude perueniat, quādo tenet hęc habitaculum deferens anima, ad cognitionem suæ substantiæ properat, quando cælestibus sociata virtutibus ad patrem luminum peruenire festinat. Quid extollitur homo per vanam gloriam? Quid erigitur puluis? Quid superbit terra & cinis? Plangamus nos ipsos potius dum tempus habemus: ne cum

ne cum fuerit expleta, singulis de-
terminata dilatio: tunc inuenia-
mur tempus poenitentiae expo-
scere, quando iam accipere non
meremur. In hac enim vita nobis
peccata deflere permillum est, in
inferno autem a sancto David pro-
pheta dictum est, quis confitebitur
domino? Nisi anima illa pro-
babitur infelix, & omni lachry-
marum fonte plangeanda, quae se-
culo reuertiens iterum seculi acti-
bus implicatur, & inutilibus du-
dum curis exuta rursus redit ad
dura seruitutis obsequia. Et ideo
charissimi fratres, ab hoc instabi-
li mundo, & post paululum tran-
situro, perpetuam beatamque vi-
tam nobis non patiamur auferri.
Vereor autem & totus penitus in-
tremisco, ne carnis nostrae paren-
tes vlti seculi rebus & vitae praes-
entis occupati negotijs, qui pu-
tant nos deseruisse mundi mala,
& ab hinc iam vitam frui perpetua,
suo nos iudicio condemnent, di-
centes nobis. Quomodo lassati es-
tis in semitis nostris tantis obsessi
miserijs? Exuta nanque tam ma-
gna tristitia vobis etiam moeror
accessit, & poenis nostris vester
ignis adiectus est. Rami quippe
vestri fructus ferunt inutiles, nec
fructus quos in flore monstraue-
runt, ediderunt. Sed & illud pro-
pheticum, & si vobis ingerant,
expauesco. Ideo in deprædationem
venerunt, derelicti facti sunt,

& abominabiles, & corona capi-
tis eorum sublata est. Ciuitates
ad austrum suae clausae sunt, nec
est qui aperiat eas. Tollatur igitur
impus, ne videat gloriam dei
hac cogitantes fratres mei totis
certemus viribus ne ab hoste su-
peremur. Ille semper insistit, vt
perimat, nos solcite vigilemus,
ne, quod absit, eius fraude perima-
mur. Ante omnia praec oculis
habeamus vltimum diem, & mo-
mentis singulis aeternorum dolo-
rum supplicia formidemus. His
enim causis anima se consuecit
agnoscere, corpusque ieiunijs ac
vigilijs deprimens, ipsa in mœro-
te luctuque continuo perseverat
donec Spiritus sancti calore suc-
censa, supernae contemplationis
mereatur auxilium, & a conta-
gijs exuta terrenis diuinis iugi-
ter exsatiatur alloquijs. Alias et-
iam qui semper hac cogitat, pu-
ritatem mentis obtinet, humili-
tatem cordis acquirit, vanam glo-
riam respuit, omni seculari pru-
dentia carere contendit. Philo-
sophetur ergo charissimi fratres,
anima spiritalis quotidie aduer-
sus crassam carnis suae materiam
omniq; circumspectione cum ea
taliter agat, quatenus ad meliora
sibi consentiat. Et cum vespere perue-
nit ad stratum singulis membris cor-
poris sui dicat. Donec simul si-
mus, obedite mihi suadenti quae
recta sunt: mecumq; dño cum alacri-
tate

tate seruite. Manibus suis dicat.
Veniet tempus quando iactantia
nostra cessabit, quando pugillus
amittetur, iracundia non erit, qua
de palma quae ad rapinas exten-
sa sunt conquiescent. Pedibus di-
cat. Erat quando ad iniquitatem non
valebitis prorsus occurrere, quan-
do praenitatis itinera non poterit
is intrare. Cuncta quoque mem-
bra sua similiter alloquatur, & di-
cat eis. Antequam mors nos ab in-
uicem diiudicat, & separatio qua
de peccato primi hominis accidit
impleatur, certemus fortiter, este-
mus perseveranter, viriliter dimi-
cemus, sine torpore atque pigri-
tia Domino seruiamus, usque dum
rursus veniat, & temporales abster-
gens sudores nostros ad immorta-
lia nos regna perducatur. Fundite la-
chrymas oculi, demonstra carni-
tuam nobilem seruitutem, collabo-
ra mecum in precibus quibus Deo
confiteor, ne cum requiescere vis
atque dormire perpetua nobis cru-
ciamenta conquiras. Et ideo vigi-
la semper in operibus tuis: quia si
ea sobrie gesseris, bonorum tibi
retributio copiosa perueniet.
Quod si neglexeris tormetorum
genera miseranda succedent, &
tunc audietur ululatus animae de-
flentis ad corpus. Heu mihi, quia
colligata sum tibi, & propter te
poenam perpetuae condemnationis
accipio. Si hac intranos assidue
tractemus, efficiemur vero

templum domini, & Spiritus sanctus
habitabit in nobis, nec vlla
nos sane poterit ulterius circum-
uenire verus. Super decem mil-
lia quoque paedagogorum magi-
strorum doctrinam timer domi-
ni per cogitationes huiusmodi
nos erudiet, prudentesque consti-
tuet, & quae nunquam humano sen-
su non valeamus attingere, hic nobis
Spiritus sanctus inspirabit.
Nam quid oremus, vt beatus ait
Apostolus, sicut oportet nesci-
mus: sed ipse spiritus postulat pro
nobis gemitibus inenarrabilibus.
Sed ne vos multum laborare co-
gamus, hunc terminum sermoni-
bus nostris imponimus. Deus pa-
cis & gratiae confirmet vos atque
corroboret in timore suo fratres.
Amen. Haec dicens sine mora di-
scelsit, & committens eos domi-
no profectus est.

Quod Pachomius in spiritu meruit
ferre secreta hominum.

Cumque pergeret ad mona-
sterium, cui cognomen erat
Thabennense cum Theo-
doro & Cornelio, ceterisque quam
plurimis fratribus, substitit parum
per in itinere velut interrogans
aliquem de quodam secreto ne-
gotio, & cognouit in spiritu unum
de mandatis quae praefixerat in
monasterio fuisse neglectum. Prae-
ceperat enim qui in pistoria arte
labo-

laborabant, ut si quando facerent oblationes nihil loquerentur superuacuum: sed apud seipos salutaria meditantur eloquia. Vocauit ergo Theodorum, qui ipsius monasterij curam gerebat, & dixit ei. Vade secreto, sollicitus inquirere quid fratres sero, cum oblationes faceret sunt locuti, & quicquid deprehenderit ad me referre curabis. Qui pergens diligenter inuestigauit omnia, & ea quae didicit sancto nuntiavit. Qui dixit, Nunc existimat fratres, quod inditiones quas eis dedimus seruandas, humanae sint & nesciunt: quia pro contemptu etiam minimi mandati magnum periculum negligenti maneat. Nonne septem diebus Israel silentium circa Hiericuntinam ciuitatem concorditer tenuit: deinde tempore constituto populus exclamans protinus coepit, & ita praecipuum Dei, quam datum per hominem nulla dissimulatione contempserit. Nunc ergo deinceps monachi praecipua nostra custodiant, ut hoc eis peccatum negligentiae remittatur. Si quidem & nos ipsi quae alijs indicimus, omni sollicitudine custodiamus. Tunc ingressus monasterium post orationem venit ad fratres qui psaltes operabantur, sedensque cum eis coepit ipse texere. Transiens autem puerulus qui constitutus erat ad obsequium eius, qui septimanam faciebat in

tendit, reuertens beatum Pachomium, & dicit ei. Non bene pater operaris, alio modo Abbas Theodoros intexit, & mox surgens ait ad puerum. Ostende mihi fili quomodo texere debeam. Et cum didicisset ab eo, sedit rursus ad opus suum mente tranquillus, & in hoc facto superbiam spiritum comprimens. Nam si secundum carnem quantumcunque saperet, nequaquam pueri monitis acquiesceret: sed potius increpasset eum quod ultra aetate loqui praesumeret.

¶ Diabolus ostendit se Pachomio.

ALio vero tempore cum se remouisset ab omni conspectu, & in secreto suo moraretur, introiuit ad eum diabolus habitu simulato, & ex aduerso consistens, aue inquit Pachomi. Tunc ipse reuelante sibi Spiritu sancto visionem renuens inimici cogitabat intra se atque dicebat. Aduentus Christi tranquillus est, & visio eius omni timore libera, & gaudio plena est: protinus enim & humanae cogitationes abeunt, & desideria aeterna succedunt: ego autem nunc turbatus varijs cogitationibus a stuo. Et continuo surgens ac signo crucis se muniens extendit manus suas ut ipsum comprehenderet. Et exufflans in eum dixit, Discede a me diabole, quia male dictus es tu, & visio tua, & artes in-

invidiam tuarum, nec habes locum apud famulum Dei, & factus veluti puluis, cella eius molestissimo foetore conpleuit, ira ut ipsam confunderet Eremum voce magna proclamans. Modo te lucratus es semper, & sub mea potestate redigissem: sed praecelsa est virtus Christi. Ideo debeo tentare vos in omnibus. Verum tamen quantum possum vos impugnare non desinam: oportet enim me opus meum sine intermissione implere. Pachomius vero confitebatur domino confortatus Spiritu sancto gratias agens ei, de muneribus erga se beneficijs atque muneribus.

¶ Quod virtus diaboli ostensa est Pachomio

IN hoc etiam monasterio quadam nocte cum Theodoro deambulans subito procul intutus est grandem phantasia multa seductione ita composita. Erat enim in habitu mulieris excedentis omnem humanam pulchritudinem, ita ut forma eius ac dispositio & visus exponi non possit, hanc videns etiam Theodoros turbatus est valde, & vultus eius immutatus est. Quem venerabilis senex videns in domino ait, O Theodore, ne aliquid te aus expauescas. Haec dicens cecidit in oratione, supplicans domino ut stupenda illa phantasia, & diuina maiestatis potentia solueretur. Cumque simul orarent, co-

pit illa proxima fieri, quam praecedebat plurima demonum multitudo. Cum ergo preces suas Pachomius explicasset illa veniens ait ad eos quid superfluo laboratis, dum contra me nihil agere possitis? Ego namque potestatem accepi a domino tentare quos volo. Et interrogauit eam Pachomius, dicens, Quod vis esse, vnde venis, aut quem tentare tu quaris? Quae ait, ego sum diaboli virtus, & mihi caetera demonum subiecta est. Ego sum quae femina in terra praecipito, & caligine mortiferae voluptatis inuoluo. Ego Iudam quoque decepi & ab apostolatus dei fastigio. Et te igitur, o Pachomi experiri a domino, & impugnare non cessabo. nec possum amplius opprobria demonum sustinere, quod vniuersis impugnationibus ac praesilijs meis superior extitisse monstreris. Nullus enim me sicut tu sine viribus reddidit. Nam iuuenibus & senibus, nec non & pueris doctrina tua me subdidit, & ut ab eis penitus conculcaber effectus, tantum congregans contra me exercitum monachorum, & in toto impugnabili, Dei timore circumdans, ita ut ministri mei non valeant ex vobis quemquam sua multiplici fraude seducere. Haec vobis omnia contingunt, propter verbum Dei factum hominem, qui vobis potestatem tribuit, nostram conculcare virtutes.

Et Pachomius. Quid igitur? Me solum sicut dicis tentare venisti, an non alios? Et reair, & qui tui sunt similes. Iterum sanctus vir interrogavit eam dicens, Ergo & Theodorum? Illa respondit, & te & Theodorum experit, & potestatem accipi tentare vos: sed appropinquare vobis penitus nequeo. Et interrogavit eam, cur non possit id agere, respondit. Si vobiscum pugnaverem, non parvum vobis veritatem commodi ministrabo, maxime tibi, o Pachomi, qui ad tantam celsitudinem pervenisti ut corporis oculis, gloria domini dignus sis habitus inveni. Sed nunquid in perpetuum cum tuis monachis habitabis, quos nunc & orationibus protegis, & exhortatione corroboras? Est tibi post obitum tuum quando inter eos prout libuerit debachabor & agam de his quae cunque placuerit mihi, Tamenque facis, ut nunc a tanta monachorum congregatione conculer. Et sanctus vir. Unde scis, inquit infelix? Quia forsitan post nos meliores erunt, qui Christo sincera voluntate servientes, eos qui ad disciplinam domini confugient, & doctrinis spiritualibus imbuent, & pijs exemplis edificent. Novi ait illa, quod contra caput tuum modo mentitus sis. Tunc Pachomius ait, tu mendacij principatum geris, nam praescire nihil omnino

praevalere. Hoc enim solius Dei est, & maiestatis eius ac praescientiae proprium cuncta praenoscere. Quae respondit. Secundum praescientiam quidem, ut dicis, nihil penitus novi conijciendo tamen plura cognosco. Et Pachomius scilicet, quomodo conijciat ait illa. Ex praecedentibus, quae sunt eventura considero. Et vir sanctus ait ad eam. Quomodo conijcere possis exprime. Et illa, omnis (inquit) rei principium processu temporis ad concitum tendit augmentum. Deinde ad detrimentum demergit. Sic ergo & de divina hac vocatione conijcio quae inter initia sua caelesti roborata praesidio signis & prodigijs validisque virtutibus crevit. Cum igitur senescere coeperit opprobriorum minuetur incrementis, aut temporis diuturnitate lassescens, aut negligentiae torpore deficiens. Tunc igitur adversus huiusmodi poterit praevalere. Sed & nunc opus meum est supplantare quos possum. Magnos viros tentare non desino. Cui Pachomius ait. Si ut dicis magnos tentare viros non desinas, propriumque opus tuum animarum perditionem esse professus es, utpote quae cunctos excellentissimis malitia demones, dic quomodo adversus Dei famulos nunc non potes praevalere? Et illa. Iam tibi (inquit) ante praedixi, ex quo mirabilis incarnatio Christi facta est in

est in terris, nos sine viribus profusus existere, ita ut ab his qui credunt in nomine eius illudamur ut passeret. Verumtamen & si infirmi sumus redditi, non usque adeo gerimus otia, ut quos non possumus decipere moliamur. Nunquam quippe quiescimus ad verfarum generi vestro ferentes malas cogitationes in animabus eorum qui contra nos decertare contendunt. Et si nobis titillantibus annuere eis ex parte aliqua senserimus: tunc amplius nequissimas cogitationes immitimus, & diversarum voluptatum incendia ministramus: & ita praesalientes acerrime subintramus eos, nostraeque potestati subiicimus. Si vero viderimus ea quae suggeruntur a nobis eos esse contrarios non solum non suscipere, verum nec libenter attendere, fide, quae in Christo est vigilanter & sobrie se munire, sicut fumus dissipatur in aere, sic ab eorum cordibus pellimur & fugamur. Non omnibus etiam viribus nostris permittimus cum omni homine congregari, non omnes possant nostros imperus sustinere. Nam si concederetur nobis passim contra omnes tota nostra fortitudine depugnare, multos possemus, qui nunc tuo tuentur labore decipere. Sed quid agimus, quia iuvatur precibus tuis & virtute ac potentia crucifixi muniuntur. Tunc sanctus Pachomius voce

magna cum gemitu dixit ad eam. O indomitabilis nequitia vestra, quae nunquam adversus genus humanum seuire desisti, donec iterum divina virtus, id est Dei filius de caelis adveniens, ex integro vos consumat & perdat. haec dicens, increpavit cateruam demonum sub nomine Christi. Quae mox dissipata est, & nihilum dissoluta. Mane autem facto, convocans Pachomius omnes fratres qui vel sanctitate vitae vel antiquitate temporis eum praecedebant, ex posuit eis cuncta quae viderat a malignis spiritibus. Insinuavit etiam per epistolas suas absentibus, munies eos in disciplina atque timore Domini, & instruens providenter, ut in nullo prorsus phantasys demonum cedant, nec insidiarum multiformia praestigia extimescant. Qui videntes & audientes quae perdivinam gratiam ab eo miracula gerebantur corroborati atque solidati fide, cum omni alacritate laborem continentiae sufferebant.

¶ Quod Pachomius sanavit quem scorpio percussit.

Interea alicuius fratris, qui patientiae tenis amulus & imitator erat cum stare ad orationem, percussit scorpium pedem, & adeo virus insudavit, ut usque ad cor eius dolor exciteret, & spiritum paulominus exhalaret. Qui

hic affectus extremo cruciatus, nõ tamen se commouit à loco, uo do nec finiretur oratio, pro quo statim Pachomius preces Christo fudit, & pristinae sanitati restituit.

Quod infirmitas corporis quãdoque proficit ad salutem.

Theodoro quoque grauis passio capitis inflicta dolores acerrimos excitabat. Qui cū rogaret Pachomium, ut eum suis releuaret orationibus, ait ad eum Putasne fili quod alicui contingat dolor aut passio aut aliquid huiusmodi sine permissione dei. Idcirco in dolore fastine, & in humilitate tua patientiam habe: & quãdo uoluerit Dominus tibi conferre sospitatem, & si & diutius probare dignatur, esto gratus ut fuit per sanctissimus & patientissimus Iob, qui multas tribulationum & cruciatuum tentationes excipiens Dominum benedicebat. Et sicut ille, tu quoque pro doloribus tuis maiorem requiem à Christo percipies bona quippe est abstinentia, & in oratione perseuerantia: tamen infirmus premium magnũ adipiscitur, cum longanimis & patiens inuenitur. Et quia nobis de magnanimis uiris sermo præcessit, necessarium reor unius adhuc uiri tolerantiam, quæ cum sanã laudem transcendit humanam, proferre in mediũ pro utilitate multorum.

De patientia Zachai monachi.

Zachæus quidam monachus post longum continentie tempus regio morbo correptus, sequestrata à fratribus habuit cellam, tota uita sua penitentium & sale contentus. Semper autem Phylatos operabatur tantãque contritionem propter dominum habuit ut spem unum funiculos interque compungeretur manus eius, & sanguinalis guttas effluerent, in tantum ut ex ipso opere magna uiri tolerantia monstreretur. In tanta igitur infirmitate corporis constitutus nunquam fratrum collectã deseruit sed ad explendas oēs diurnas orationes sollicitè conuolauit. Nũquã dormiuit interdũ. Cõsueuerat autem per singulas noctes priusquam caperet formã quãdã descripturis meditari, totaque membra sua Christi signaculo muniens, glorificabat iugiter dñm: & ita paululũ quiescebat. Deinde circa noctis medium surgens usque ad matutinas orationes alacriter permonebat. Huius aliquñ manus quidam frater inspiciens, operis nimietate atque uolentia forrifer sauiatas, & resperfas sanguine, dixit ei. Quid ita pater durissimol labore te discrucias maxime tali infirmitate depressus. An forte meruis quod apud Deũ contrahas offensam vel otijerimen incurras, si non sedule fueris operatus: Scit dñs & pateris & quis ne

mo tantis tribulationibus afflictus ullum ualeat opus attingere, præcipue tu qui nulla necessitate cõstringeris. Nam si peregrinis propter Deũ sufficientiam usque largimur, quãtomagis tibi tanto patri cū deuotione seruiamus. At quẽ ille respõdit. Impossibile est mihi nõ operari. Et frater ait. Si hoc inquit tibi placet, saltẽ manus tuas oleo perunge, ne tantũ sanguinẽ profluẽtes in labore desiciãt. Qui cõsilio acquiescens, fecit quod hortatus est eũ, & intantũ vulnerata manus eius grauate sunt, ut nequaquã posset sufferre cruciatus. Ad quem uisendũ beatus Pachomius ueniens ait. Parabas frater, te oleũ posset inuare. Quis uero te coegit ita sedulo laborare, ut sub prexertu operis in hoc uisibili oleo magis quã in Deo spem pones? Aut nunquid impossibile est sanare te? Aut ignorat agritudines singulorũ, nostrisque cõmonitionibus indiget uel despicit nos qui est natura misericors. Sed utilitatem cõsideras animarũ nostrarum sicut ad momentũ patri tristitiam ut tolerantie perpetua præmialargiatur. Super ipsum igitur omnem curam nostrã sollicitudinemque iactemus, & quando uoluerit uel quomodo iudicauerit, ipse terminum doloribus nostris benignus imponet. Qui respondens ait. Ignosce mihi uenerabilis pater, & orapro me Dominũ,

ut & hoc mihi delictum remittere pro sua pietate dignetur. Asserebant autem plurimi de hoc sermone, quod per annum integrum fleuit post biduanum ieiunium parum tibi perpiciens. Hũc sanctus Pachomius monachis proponebat uelut exemplum bonorũ operum firmamentumque. Statutum Ad quem etiam eos qui erant in mœrore positi dirigebar, quia & habebat consolatorium uerbum, sicut nullus alius. Qui usque ad finem fortiter decertans in senectute sanata, pro doloribus tantis æterna solatia recepturus migravit.

De obitu sancti Pachomij.

Certus itaque Pachomius, & talentum sibi creditum, nunquam prorsus absconderet sed omnibus prærogans & hunc & alios quam plurimos perfectæ conuersationis ad Christum ante præmiserit diem festum lætamente celebrabat, super tantis ac talibus fructibus à Domino sibi concessis de quibus noster hic sermo quia diu productus est Deo gratias refero. Post beatissimum uero paschalis festi diem multis fratribus ad Dominum præmissis ad postremum ipse quoque beatus Pachomius infirmatus est & ministrabat ei Theodorus, cuius sepe meminimus. Et quanuis esset toto corpore attenuatus ac debilis faciem tamen habebat hilarem atque fulgentem ita ut ex

hoc quoque videntibus piæ mentis ac sincerissimæ cōscientiæ suę monstraret indicia. Ante duos ergo dies sanctæ dormitionis suę conuocās vniuersos fratres ait ad eos. Ego quidem charissimi viam Patrum securus ingredior. Iam vi deo me à Domino protinus euocari. Vos ergo me mentotē verborum quæ à me frequenter audistis, & vigilantes in precibus sobrij estote in operibus vestris. Nulla sit coniunctio cum sectatoribus Miletij vel Ariij seu Christi præceptis aduersantibus. Cum illis autem conuersamini, qui Deum metuunt & possunt prodesse vobis in conuersatione sancta & animabus vestris prestare solatia. Ego iam delibor & tempus meæ resolutionis instat. Eligite igitur ex vobis fratrem me præsentem, qui post Deum præsit omnibus, curamque vestrarum gerat animarum. Quantum vero meæ discretione perpendo Petronium ego ad hoc opus idoneum dico, vestrum autem est quod expedit vobis, eligere. Receperunt ergo, & hoc obedientissimi filij consilium patris. Erat enim Petronius potens in fide, humilis in conuersatione, intellectu prudentissimus, bonis moribus, discretione perfectus. Pro quo precem domino sanctus Pachomius fudit, qui & ipsam in monasterio cognomento Thynobostiorū egro-

tare compererat. Cui licet absenti cunctā fraternitatem commendauit in Domino mittens ad eum protinus vt veniret. Et signaculo Christi se muniens atque angelum lucis, qui fuerat ad se directus: aspectu intuens hilari, sanctam reddidit animā. 14. die mensis chon secundū AEgyptios quod est iuxta Romanos ad septimum diem Iduum maiarum. Cuius venerabile corpusculum, discipuli eius sicut decebat pro more curantes totam noctem super illud duxere peruigilem, Psalmos hymnosque canentes: sequenti vero die sepelierunt eum in monte vbi fuerat constitutum. Illi autem qui missi erant ad Sanctum Petronium eum deduxerunt adhuc infirmitate ipsa laborantem. Qui paucis diebus totam fraternitatem gubernans, & hic in pace defunctus est, relinquens post se vitam iustum & acceptissimū Deo Orisifēū nomine. Hæc igitur nos ex multis eorum meritis descripsimus pauca & ex magnis pauca digessimus, non vt illis honor aliquis præstaretur, nec enim fas est eos nostris indigere præconijs, quibus sufficiens est æterna laus & indeficiens gloria, quam coram Christo & Sanctis angelis eius adepti sunt, & plenius cū suis corporibus in resurrectione omnium consequentur. Fulgebunt enim sicut Sol in regno Dei qui

qui glorificantes se glorificare testatus est: sed vt nos æmulatores eorum pro nostris efficiamur viribus, cum vitas eorum præclarissimas agnoscentes, eas imitari Christo donante contendimus, precibus semper adiuti beatorum Patrum Patriarcharum Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, omniumque Sanctorum, per quos omnipotens & clemens Deus noscitur beata & cœterna & cōsubstantialis & inseparabilis Trinitatis Pater & Filius & Spiritus sanctus glorificetur iugiter & collaudetur: quia ipsi debetur omnis laus & gloria in secula seculorū Amē.

Incipit de Christiano monacho.

Quidam Cenomanensis nomine Christianus, iuuenis conuersus est in Eremitorium quoddam in Archiepiscopatu Thuronesi, quod dicitur Gastinetum, vbi cum fortiter tentaretur à carne sua affligebat se in quadragesima ieiunabat & abstinebat se ab omni potu, præter vnum diem in septimana. In hyeme stabat vestitus in aqua frigidavsq; ad collum, disciplinam sibi dabat vsqueque virgæ dirum perentur. Quod cum quadam die hoc faceret, & se cecidisset vsque ad sanguinem audiuit vocem à parte occidentis dicentem. Nil prodest tibi quod facis. Iste Deus quem incla-

mas nō dabit tibi quod petis: sed conuertere ad me, & auxiliabor tibi. Quod ille audiens intellexit vocem esse inimici. Et cum orasset Deum vt auxiliaretur sibi contra tentationes, proposuit aggredi peregrinationem ad diuersos sanctos, vt ita finiret vitam suam peregrinando. Et cum illud hoc cogitasset accepto baculo egressus est nudis pedibus. Et cum venisset ante quandam Ecclesiam, flexis genibus rogauit Deum, vt daret ei bonum consilium, vix ab oratione surrexerat, & ecce sensit foetorem magnum per quod intellexit diabolum altantem, qui ei suggerebat relinquere habitum religionis & locum suum, & gratias agens Domino de tali signo reuersus est ad fratres suos. Hic aliquando infesto sancti Stephani dormiebat ad matutinas. Etcū legere cur illa lectio vbi legitur, lapidauerunt Stephanum expergefactus ad hoc verbum, reprehendit se de somnolentia dicens. Veh mihi quia sic dormio ad obsequiū dei. Iste sanctus non dormiebat quando lapidabatur, & pro persecutoribus orabat, & ego miser debuerā rogare, istum Sanctum Martirem, vt oreret pro me, & post hoc cepit intentissimè vigilare, & rogare Sanctum Stephanum vt oraret pro se. In crastino cum esset in refectio ante quam aliquid gustaret cepit

vox ad eumicens, Tu intendis ad terrenas escas, & non cogitas de glorioso Prothomartyre, qui orat prote. Tunc apertis sunt oculi eius & leuans oculos in celum vidit Martyrem orantem pro se sicut vox ei dixerat. Quod cum vidisset statim surrexit & petiit locum secretum in quo oraret & dixit. Sancte Stephane, quas tibi gratias agam de hoc tanto beneficio tuo. Nihil habeo proprium, quod tibi dem. Sed amem hoc de tibi quodammodo pro amore tui non induat lineis, sed laneis tantum, quod & fecit. ¶ Hic cum postea moneret ceteros, vt in bono proposito persisterent, narra- bat dicens. Eram aliquando in castris, iacens in lecto pleo paleis in solario quodam, & cum vellem repauescere sentiebam nescio quid quod se mouebat sub renibus meis. Dixi quoque hoc magistro meo: sed illa motio non quieuit. ¶ Quadam autem die inspirate mihi Domino, cepti euertere paleam lecti mei, & euer- sa palea cum nil inuenirem, leuauit vnum de asseribus solarii sub quo inueni vnum pedulem & in eodem magnam massam denario- rum. Quos cum inuenissem re- uertis illis cucurri ad magistrum meum & confessus sum quid inuenissem. Ille iussit mihi vt asserem illos ad se. Quod cum fecissem omnes fratres iussit con-

gregari, qui omnes excommuni- cauerunt illum qui hoc fecerat. Quod cum audisset carpentarius quidam dicit se hoc fecisse, & petiit veniam humiliter correctio- nem promittens, Magister autem indulget, & infunxit ei peni- tentiam. Sed denarios mille acqui- sitos retinere noluit immo diuitias eos pauperibus & egenis.

Incipit prefatio in vitam sancti Leon- nis Eleymonis Episcopi Alexandri- ni, alius Eleemosynarum ap- pellati.

Cogitante me ac diuinitate sollicitoque mecum con- siderante, quid in domo Dei comodius ac dignius operari potuisset, ne ea videlicet presume- rem, quam mihi ex ministerio cre- dito commissa non sunt. Nec rur- sus illa arripere, que ingenio mei vires excedunt secundum il- lud Salomonis. Mel inuenisti, co- mede quod sufficit tibi ne forte saturus euomas illud. Et alibi. Al- tiora te ne quaesieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Ecce sub- ito quidam strenui ac studiosissime cohortari voluerant, vt in lati- num sermonem veterem Leon- tium de vita reliquias Leonis. Alex- andriui antistitis, quem Graeci propter multiplicem compassio- nem quam erga omnes posside- bat merito & absolute Eleymona- id est misericordem appellat: qua- tenus.

tenus tantus vir non tantum ser- mone Graeco, verum etiam Lati- no eloquio polentibus vilitati esset & commodo. Quapropter quia me dignum ad tantum opus atque idoneum minime perspe- xi. Leuavi oculos meos in mon- tes, vnde veniret auxilium mihi. Sicque solatia patrum, & oratio- nes adhibens tam proficuum vi- rum non passus sum celare lati- nis. Sed licet membranas incide- rim, cedulas preparauerim, non tamen huc in codicem ausus sum redigere antequam a dominatio- ne vestra. Omnes beate, licet iam adipisci promerui. Neque enim fas est, vt absque vicario Dei, absque clauigero caeli, absque cur- ru & auriga spiritualis Israelis, absque vniuersali Pontifice, absque vnico Papa, absque singulari pa- store, absque speciali patre, absque te omnium arbitro, aliquid con- summetur, aut diuulgetur. Tu enim tenes clauis Dauid. Tu acci- pisti clauis scientiam in arca quip- pe pectoris tui tabulae testamen- ti, & manna caelestis saporis re- quiescunt. Tu enim quod ligas, nemo soluit, quod solus nemoli- gat, quod aperis nemo claudit quod claudis nemo aperit. Vi- cem namque in terris possides. Dei ¶ Cum autem hunc beatum in La- tinum verterem eloquium, nec Graecorum idiomata, nec eorum ordinem verborum sequi potui vel

debi. Non enim est verbum verbo, sed sensum e sensu excerptum. Sed nec latinas regulas vsquequaque seruare curavi, dum tantum intē- tio mea illo tenderet, ex quo vtili- tas nasceretur legentibus. Quade- re angelice domine, non perso- nam tantillitatis meae intuens, non astutiam inuestigans, non verbo- rum faleras requirens: sed potius pio cordis oculo, profectu legenti- um praenoscens, vt tantus vir tanquam exemplar & speculum sit omnibus vestra Apostolica au- thoritate translationem hanc si ve- stro arbitrio placet firmate, si dis- splacet emendate, dummodo lati- nitas se tanto non doleat esse sale priuatam, quo Graecia se gaudet optime conditam. Suscipe ergo Sanctum a peccatore interpreta- tum, & noli attendere per quem translatus sit, sed quis translatus sit. Neque enim propter fistu- lam plumbeam aquam limpidissi- mam despicias, neque propter spi- nas quae producant rosam quae producitur spernas. Custos ve- ro & amator tuus, quando voluit Pharaoni, & Nabuchodonosor iniquis Regibus somnia, quibus futura praenoscantur ostendit & Caypham impium, quod ex- pediebat protulit, quinimo qua- do voluit a fine loqui articulata, verba praemisit. (Salue.

Salue praesul amate Deo, per secula Totius atque orbis Papa beate vale.

Z 4 Incipit

Incipit narratio facti Leoncij episcopi Neapoleos Cyprorum in suba in vitam sancti Ioannis Eleymonis Alexandrini Episcopi.

Intentio quidem vna est nostra quoque & eorum, qui antea fuerunt studioforum, & Sanctorum virorum, super presenti memorabilis viri vitæ narratione id est, vt in omnibus quidem imitatio pia & vtilis sit, gloria autem & magnificentia sancte & adoranda Trinitati referatur, & in hoc sicut & in omnibus quæ semper in generatione & generationem propria luminaria ostendit, ad illuminandos, qui in tenebris, & in umbra mortis sedent peccatores, quoniam verò amici Christi non valde mirantur, qui ante generationem nostram fuerunt viri, qui Deo placita cõuersatione vixerunt. Sed de diabolica operatione illos sermones semper dicimus ad alterutrum: quia sub viris apelante nos fuerunt, non erat iniquitas hominum multiplicata sicut modo, vt prædixit diuina scriptura, eo quod abundauit iniquitas refrigescit charitas multorum: ideo non valemus ad eorum consurgere meritum.

Huius rei gratia ad presentem sancte huius vitæ narrationem ex parte venimus ostendere etiã diebus nostris volentes, & propositum suum cogentes excellentiores nobis demonstrari, & angu-

stam & arctam viam posse incedere & obstruere os loquentium iniqua, & animam noxios intellectus vitare. Iam quidem & alij ante nos optima atque excellentissima de hoc admirabili viro & summo sacerdote Ioanne philosophati sunt potentes existentes in opere & in sermone. Dico enim Ioannem & Sophronium Dei cultores & amatores virtutum, & pietatis pro pugnatōres, at tamen quibus visus essent de dignitate & merito studij viri istius, & ipsi omiserunt & id ipsum perpessi sunt, quod non nulli studiosi agricolæ vinea vberem & fructuosam vindemiantes. Nam reliqua quæ vtiq; ex fructu benedictionem etiam nolentes se retro sequentibus egenis eligentibus, id est colligentibus racemos in vinea ex quibus sumus & nos minimi. Nam & omnes sancti isti, quauis omni fortitudine sua fructiferam hanc oliuam quæ in domo Dei, vt ait psalmista plarata est propter multiplices re vera oliuas quæ in ea sunt zelo Dei vindemiare studuerunt at tamen lauti eos multos oliuæ fructus Domino dispensante. Nostram ergo vilem & frigidam alacritatem suscipite, vt duo viduæ minuta non enim illis detraheantes, neque qui possimus eorum à Deo donatã sapientiã imitari iusti gesta scripturæ tradere festinauimus, sed primo quidem

velu

velut intelligimus, non iustum esse ea quæ possunt vilitatem audientibus facere, silentio occultare, ne & nos incidamus in iudiciū ferui illius qui talentum in terra abscondit. Secundo autem vt in hac narratione nostra correctores & delectabiles historiæ conscribantur, quæ scriptæ non sunt ab optimis viris, in laudibus sanctissimi reuera atque beatissimi Ioannis. Deinde vero quia sapientes & potentes in sermone, amatores historiæ erant, sapienter & sublimiter materiam depinxerunt quod maxime & per amplius erexit nos ad presentem sollicitudinem, vt eo qui inest nobis pedestri, deformi humilique charactere enarremus, vt possit & idiota & sine literis de his quæ dicuntur proficere.

De Zacharia & de natione Mennæ & quod iste sanctus omnino non inuenerit.

Cum peruenissem Alexandriam ego indignus ad amplectendos sanctos & viatores martyres, kyrta & Ioannem & eorum iocundis epulis & refectioe fruere conuenientibus & colloquentibus ibidem quibusdam viris venerabilibus atque philosophis, & disputare de scripturis & de animæ institutione, venit ad nos quidam peregrinus

petens elemosynam. Dicebat enim se nuper de captiuitate Persarum ereptum. Accidit igitur vt nullus de confidentibus inueniretur, habens obolum aut nummum. Vnus ergo de confidentibus habebat illic astantem mercenarium callide datorem accipientem tres tantum nummos per singulos annos, habentem uxorem & duos filios. Cumque recessisset qui petebat profecutus est eum ingeniose, & abstulit à se quam ferebat cruciculam argenteam, & daret ei dicens se non habere aliud aliquid vsque ad siliquam vnã in vita sua. Ego igitur de hoc quod acciderat, imo quod gestum videram, per gratiam Dei inuentus sum considerare quod fecerat, & compunctus enarraui statim prope me sedenti, Menne nomine viro industrio & timenti Deum, qui & erat ordinans dispensationem sanctissimæ Ecclesiæ sub nobili & beatissimo Ioanne patriarcha. Qui cum me intuitus esset admirantem ac laudentem eum qui elemosynam fecerat, dixit mihi. Ne mireris eo quod ex traditione & doctrina huiusmodi actionis operator extitit. Et dicente me ad eum quomodo propter charitatem prodest hoc mihi ipse respondens ait. Sanctissimo ter beatopatriarcha nostro ministrans permansit Ioanni, & tanquam filius proprius patris induitiam suscepit,

Z s dicent.

dicente sancto ad eum. Humilis Zacharia esto misericors & verbum promissionis habe ex Deo per infirmitatem meam, quia neque in vita mea neque post mortem deerit à te Deus, quod seruat vsque hodie. Multas enim benedictiones mittit ei Deus sed non dimittit quicquam quod non statim det pauperibus, prope modum constringens & in nihilum redigens domum suam. Multoties in exultatione inueniunt eum quidam dicentem Deo sic, aut tu mittendo, aut ego dispergendo videbimus vero quis vincat, liquet enim quoniam tu dices Domine & vite nostrae ministrator es. Porro autem quando iuxta euentum non habet ad horam aliquid quod det à se petenti, contristatus dicit ad tabernarium aut ad alium negotiatorem da mihi vnum tremissem id est tertiam partem solidi auri, & seruiam tibi vno mense vel duobus, vt vis, & vbi vis, quoniam esuriunt valde qui in domo mea sunt. Et sumens dat egenti, rogans vt nemini dicat. Cum ergo sensisset me idem Dei cultor Mennas tanquam euangelium audientem se dicit mihi cum compunctione. In hoc miraris Domine iam si inuenisses sanctum patriarcham quid faceres. Aio ei. Quidam plius viderem. Tunc dixit mihi. Cede per indulgentiam Dei ipse

me fecit presbyterum & vice minimum sanctissimae Ecclesiae, & vidi in eo opera, vniuersam pene naturam excedentia. Et si dignatus fueris in seruilia in ea hodie veniendo sanctificare nos, enarrabo tibi gesta, quae ipse inspector eorum fatus aspexi. Cum quo hoc dixisset tenui manum & erexi eum, apprehendensque duxit me in à Deo seruatum domum suam. Itaque cum voluisset nobis mensam dignatus apponere dixit ad eum. Non iustum est Domine animae cibum relinquentes, corpus ante animam reficere, sed magnum cibum qui non perit in manus, & post modum corpori necessitatem praestemus. Cum ergo coepisset vitam sancti sine mendacio recitare, primum inquit & precipuum bonum eius fuit quoniam omnimodis non iurauit. Pertigitur chartam & atramentarium, & quae dicebantur per ordinem annotabam.

¶ De stipendijs pauperum quos dominos appellauit.

Promotus ergo & in throno residens in amica Christi magna ciuitate Alexandria decrero diuino veraciter, & non ex hominibus neque per homines hoc primum, forte factum, & prauum omnibus demonstrauit. Mittens enim mox dispensatores, & eum qui dicebatur super pacem dixit coram omnibus ad eos in honorabili secre-

secratario. Non iustum est, o fratres ante alterius cuiusquam curam habere, quam Christi. Omni vero multitudine quae conuenerat auditus verbo compuncta ac sustinere, disciterum ille beatus. Euntes ergo per totam ciuitatem conscribere mihi vsque ad vnum omnes dominos meos. Illis autem non intelligentibus qui hi Domini essent rogantibus dicere & mirantibus qui nam patriarchae Domini existerent respondit rursus angelicam illud os & ait. Quos vos egenos & mendicos vocatis, istos ego dominos & auxiliares praedico. Ipsi enim nobis vere & auxiliari & eorum regnum donare poterunt. Et cum hoc multa velocitate vidisset factum. Christimitator, praecipiens per singulos dies stipendia tribui & per propriam dispensatorum praebere eis sufficientem necessitatem, plus autem erant quam septem milia quingenti. Tunc quasi pastor verus & non mercenarius cum sanctis ouibus, & cum conuenientibus sanctis viris episcopis ad ecclesiam sanctam pergens consecratus est diuino iudicio.

¶ Quod equam mensuram et pondus statuerit.

Iustum vero est & hoc gesturum eius non postponere bonum. In caestrium enim iterum mittens per totam ciuitatem eos

dem Dei amicos iconomos & cellarios, & reliquos quibus erat dispositio ciuitatis credita non per misit mensuram qualencunq; vel pondus paruum & magnum in totacitate, sed omnia in vna capana, id est iusta & aequali statera, modio & artabe, id est mensura modios tres continens, & tertiam partem modij vendere & emere contestabatur scribens in subscriptione sua, conditionem per omnem regionem habentem formam hanc. Ioanes humilis & exiguus seruus seruorum Domini nostri, omnibus sub paupertate nostra degentibus, quique ab eodem Domino nostro regimini subelle noscuntur. Hae egregio beato Paulo, per eum qui in eo loquebatur, Christo iubente, & omnibus legem ponente obedite praepositis vestris, & subiaccete eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. Credit tamen licet mea verbo diuino obedienter vos suscipere petitiones nostras, vt ex Deo, & non ex homine, vnde hoc sciens moneo charitatem vestram vt nequaquam iniquitatem vestram appareat huicmodi prauaricatio. Denique vt ait diuina scriptura, statera magnam & paruum modio habuit Deo. Si vero quis apparuerit, post praesentem subscriptionis nostrae conditionem istius modi crimine incidens, vniuersas facultates suas

suas indigentibus non volens sine mercede apponeret. Ergo ut dignum memoria & hoc ipsum publicum præceptum hic ponere curauimus.

Quod munera accipientes correxit.

Relatum est autem aliquando huic diuinitus sapientiã consecuto quod per xenia Ecclesie rectores emptas personas acciperent, circa dispositiones captiuorũ. Quod nihil negligens conuocauit omnes, & neminem penitus exasperans, superauxit mercedes, quæ eis prius dabantur, ponens verbum quatenus munera à quolibet omnimodis non acciperent, quoniam inquit ignis consumet domos munera accipientium. Ex tunc igitur per gratiam Dei abundauerunt domus eorum, ita ut quidam ex eis additam sibi mercedem quantitatẽ dimitterent.

Quod licentiam & confidentiam se adire uolentibus dedit.

Dicens uero aliquando iterum ille rex diues, quod quidam iniuriam paterentur ab aduersarijs suis & uolentes adire eam, timore cancellariorum Ecclesie defensorũ atque ei astantium prohiberentur considerauit tale quid Deo acceptũ negotium & quarta & sexta feria publice ponens sellam & duo scanna, sedebat ante Ecclesiam, colloquens

quibusdã strenuis uiris, aut sancti euangelia præ manibus tenens nullum tanti obsequij appropinquare sibi permittens, excepto uno defensore Ecclesie, licentiã & confidentiam dare festinans se adire uolentibus quibus & confestim quod dignum erat per Ecclesie defensores faciebat, & præcipiebatur nemo eorũ gustaret quousque ordinarent capitulum, & audientibus dicebat. Si nos homines exteres permissionem semper petitionibus nostris habemus ingrediendi domum Dei, & petitiones nostras facere ei uidelicet intractabili ac omni creaturæ superuenienti, atque operã damus, quo preces nostræ impleantur, nec non & rogamus eum ut non tardet, sed illud prophete dictũ protinus exclamamus, cito anticipet nos misericordia tua Dñe, quomodo putas nos conseruorum nostrorum petitiones, cum omni festinatione debemus peragere, memores Domini dicentis, in qua mensura mensi fueritis remetietur uobis, per prophete uocem iterum perhibentis quemadmodum per fecisti erit tibi, una ergo dierum simili modo hic mirabilis procedens, & in solito loco præsidens usque ad horam quintam & nemine accedente mœstus & conlachimans recessit, nullo autem eudente eum interrogare causam mœroris sanctus Sophronius ait

ait ad eũ secreto. Illic enim erat tunc. Quæ causa est Dei curator retinentis animum tuum sanctũ tristitiã. Omnes quippe nos repente conturbauit. Qui dixit ei mansueta uoce. Hodie humilis Ioannes qualemcunq; mercedẽ à quopiam non habuit neq; Christo pro inueneris peccatis eius aliquid obtulit, sicut nec aliquando. Cui sanctus Sophronius diuinitus inspiratus respondit. Mox enim intellexit causam ob quam isdem tristabatur patriarcha. Hodie uero gaudere & letari oportet beatissimẽ. Veraciter enim beatissimus es ita pacificans à Christo creditum tibi gregem, ut nullam habeat contra proximum suum litem aut dubitatẽ, sed uelut angelos sine litigio & sine iudicio homines esse fecisti. Ille autẽ uerẽ mitis pastor credens quod dictum erat uerum esse oculos in cælum extendens dicebat. Gratiã ago tibi Deus, quia & immeritam pusillanimitatem meam sacerdotio fungi, & me exiguum & peccatorem sacerdotem tuum uocari, & pascere rationabilem gregem dignatus es. Mox uero pusillanimitate omni deposita, gaudium in humilitate multũ illi affuit. Hunc uero ut quidam aiunt in hoc imitatus est. & Constantius qui post Eraclium Imperatorem extitit, cuius & filius erat.

Quod eos qui a Persis fuerant benigne suscepit.

Huius sancti patriarchæ temporibus ascendentes Persæ captiuarunt & depradati sunt Syriam. Itaque pene omnes qui effugiebant manus Persarum sine Deo, ad nomen huius beati tanquam ad portum sine fluctu accurrebant, ab eo & ipsi suffragio & susceptione perfrui postulant. Quos beatus iste hospitio recipiebat & consolabatur. Non tanquam captiuos sed quasi naturales ueraciter fratres. Continuo ergo plagatos quidem & infirmos, in xenodochijs & nosochomijs, id est egenorum domibus fecit recumbere præcipiens curam eis & medicinam gratis impendi. Et tunc recedere, quãdo unusquisque eorum propria uoluntate uellet. Illis uero qui sani & egeni ueniebãt ad rogam, masculis quidẽ singulas filiquas dabat: mulieribus autem & puellis tanquam infirmioribus membris binas. Quæ uenientibus ergo quibusdam indutis ornamentis aureis & dextralibus, & quarẽtibus elemosynam referebant de eis patriarchæ, hi quibus erat roga credita. Ad quos beatus ille toruo oculo ac seuera uoce usus quanquam mitis esset & visu hilaris dixit. Si quidem humilis Ioannis imo Christi dispensatores uultis esse diuino præcepto sine calliditate obedite dicenti

ti omni perenti te tribue. Si autem venientes curiose inuestigaueritis Deus curiosorum ministro non indiget neque humilis loquens. Si enim que datur mea existerent & mecum nata essent fortasse bene in meis tenax existerem. Si vero que dantur Dei sunt, utique in suis preceptum suum custodiri vult. Si autem ex incredulitate & modica fide illud timeris, ne forte multitudo eorum quibus dantur superet introitum pecuniarum ego vestre pusillae fidei communicari non parior. Etenim si beneplacito Dei actum est, ut essem ego indignus dispensator eius munerum si totus mundus congregaretur Alexandrie elleemolyne indigesiminos thesuros Dei non angustabunt neque sanctam Ecclesiam.

De eleemosyna que in similitudine puella apparuit

Cumque illos dimisisset vnicuique vestram que circumdederat istos defectionem & modicam fidem sciens loquebatur his qui ei confederant & admirantur de data ei a Deo compassione. Cum essem inquit adhuc in Cypro, iuuenis quasi annorum quindecim vidi vna nocturnam in somnis puellam quandam cuius species supra solem splendebat, ornam supra omnem humanum fensum que venit & stetit ante lectum meum & pulsavit me latere. Ex-

pergestus vero vidi eam in veritate stantem & exillimavi eam esse mulierem, figura igitur crucis signatus dixi ei. Que es tu? & quomodo ausa es intrare super me dum dormirem? habebat & coronam de oliuarum ramis super caput suum, tunc illa hilari vultu & subridendo dixit mihi. Ego sum prima filiarum regis. Cumque hæc audissem statim adoravi eam. Tunc dicit mihi. Si me possides amica ego te ducam in conspectu imperatoris. Etenim nemo habet potestatem apud eum sicut ego. Ego quippe feci eam in terris hominibus fieri & saluare homines. Et hæc dicens disparuit. Ego vero in me metipsum reuersus intellexi visionem & dixi. Credo compassio ac eleemosyna est, & ideo habet in capite ex oliuæ folijs coronam. Etenim veraciter compassio & benignitas erga homines Deum carne vestiri fecit. Statim ergo vestiui me & nullam domum meam excitans in Ecclesiam abiit. Erat enim iam aurora. Et cum irem obuiam fratri frigore vexato, expoliaui me indumento caprino: & dedi ei, dixique intra me. Ecce in hoc sciam si utique vera est visio quam vidi, an demoniaca. Et veritate testante nondum Ecclesiam comprehenderam, & subito obuiat mihi quidam albis indutus vestimentis, dans mihi ligaturam centum numismatum dicens. Accipe hæc

hæc frater, & dispensa ut vis. Ego autem præ gaudio statim hæc suscipiens reuersus sum volens reddere ei ligaturam illam, quasi nihil indigens, & amplius non vidi aliquam. Tunc dixi veraciter non esse fantasiam. Ex illa vero hora, frigidabam confratri aliquid & dicebam videbo si mittat Deus mihi ut dixit centupla. Et cum retulsem Dominum manifestans & satisfactus essem diuersis modis per eas res dixi. Cessat misera anima, tentando intentabilem. Tot igitur certitudines habente ex Deo humili anima mea, hi increduli fortasse hodie venerunt, & me in deficientiam secum eadere horrentur.

De peregrino qui eum tentauit.

In die existente eidem populi multitudine in ciuitate quidam peregrinorum videns tantam compassionem eius voluit tentare eum, & indutus vestimenta vetera adijt eum euntem ad vistrandis qui in nosochomio, id est in infirmitate, iacebant. Bis enim per hebdomadam vel ter ibat illuc. Et dicit ad eum. Misere mei quoniam captiuus sum ego. Dicit datori. Da ei sex numismata. Deinde cum hæc accepisset vadit & mutat habitum, & obuiat ei aliunde & procihit ei dicens. Misere mei quia coram te dicit danuo petriarcha datori. Da ei sex nummos aureos, cum vero esset, dicit ille. distri-

butor ad aere illius patriarcha. Per orationes tuas Domine idem ipse accepit secundo. Ecce vero seipsum patriarcha tamquam nesciret. Veritateque tertio iterum accipere, & tenuit dator patriarcham qui autem ferebat significans quod ipse esset. Tunc respondit ei. Dei amicus ille veraciter misericors. Da ei duo decim numismata, ne forte Christus meus sit, & tentet me.

De Nauiero & de argento de stamo facti

Nauierus quidam peregrinus damna pertulit, & accedens huic beato viro, rogabat eum multum lachrymis, ut copateretur & ei sicut omnibus alijs. Præcepitque eum accipere quinque libras auri. Cumque accepisset habens abiens eum antecham, id est arcam & misit in nauim. Mox accidit ut extra forum naufragium petralisset, nauim vero non perdidit. Accessit iterum ad eum de bona eius voluntate presumens & dixit misere mei ut de mundi miseris est cui ille patriarcha dixit. Crede frater nisi misisses pecuniam Ecclesie illas pecunias que tibi remiserat naueranus naufragium pertulisses. De malis habuisti eas & perditæ sunt cum eis, & que fuerunt ex bonis, verum præcepit danuo dare ei decem libras auri denunciatis ei ne commiseret eis alias pecunias. Emens præterea antecham, & nauigans vno die vento valido fiante præteritus

est in terram & omnia perdidit & ipsam nauim & non sunt salua renisi anime tantum. Voluit ergo prae consultatione & angustia idem Nauclerus necare seipsum sed Deus qui semper saluti hominum prouidet reuelauit hoc beato patriarche. Etcum audisset quod acciderat ei nuntiat ei venire ad se nihilominus dubitans. Tunc aspexit se puluere, & tunicam scindens indecenter accedit ad eum. Cumque vidisset eum in tali habitu ille sanctus redarguit eum & dixit. Misereatur tui Dominus benedictus Deus, credo ei quod ab hodierna die nequaquam naufragium incidas vsque quo moriaris hoc vero tibi contingit eo quod & ipsa nauis tua ex iniustitia esset possessa. Mox ergo iussit tradi ei unam magnam nauim plenam frumento viginti millia modiorum de illis nauibus quae sanctissimae Ecclesiae subiecte ministrabant. Quam recipiens exiit ab Alexandria, & affirmabat ipse Nauclerus asseueras viginti diebus ac noctibus vehementi vento nauigauimus non valentes omnino scire quo illemus, neque per stellas, neque per loca, excepto quod gubernator videbat illum patriarcham secum tenentem remonem & dicentem sibi. Ne timeas, bene nauigas. Igitur post vicesimam diem apparuimus in insulis Britanniae, & descendentes nobis in terram

inuenimus illic famem magnam. Cum ergo dixissemus primo civi ratis quod frumentum portaremus dixit. Bene Deus adduxit vos. Quicquid vultis eligite, aut per singulos modios numisma unum, aut eiusdem ponderis accipite stannum. Elegimus itaque dimidium sic & dimidium sic. Rem autem vadit dicere sermo inexpectis munerum Dei incredibile quidem & sine fide, his vero qui experientiam miraculi eius haberent credibilem atque acceptam. Nam praeterea Alexandriam cum gaudio reuersi quieuiamus in Pentapoli & asportauit Nauclerus de illo stanno ut venundaret illud, habebat itaque illic antiquum socium in negocijs petentem ex eodem stanno. Dat ei in sacco quinquaginta libras. At ille volens probare speciem si bona esset, soluit illud in igne & inuenit argentum primum. Putauitque se esse tentatum & retulit ei sacco dicens. Deus indulgeat tibi, Nunquid inuenisti me impostorem? id est iniquum erga te, quia argentum pro stanno didisti mihi. Expauescens vero de sermone illo Nauclerus dicit. Crede, ego pro stanno illud habeo. Si vero ille qui fecit de aqua vinum ipse per orationes patriarchae fecit ex stanno argentum nihil mirum. Et ut satisfiat, veni ad nauim & videbis caetera istius metalli species: quod accepisti. Ascendentes

iraquo

ita que inueniunt stannum argenti optimum factam, & non est peregrinum miraculum, o Philo Christi. Qui enim quinque panes multiplicauit & rursus aquam Aegypti transmutauit in sanguinem, & virgam in serpentem transmutauit, & transtulit flammam in rorem multis sanctis, facilius & hoc tam gloriosum miraculum operatus est, quatenus & famulum suum ditaret, & Nauclero misericordiam suam praestaret.

De diuite qui in paupertatem ceciderat.

Descendete sanctissimo isto viro aliquando in Ecclesiam dominico die accessit ad eum homo qui multas possederat facultates, & fures ingressi domum eius dispolauerunt eum vsque ad stramentum, & cum mula curatio esset facta, & non inuenisset qui haec perpetrauerant, compulsus est multa nimis paupertate deprecari cum magna reuerentia sanctissimum illum patriarcham dicens ei & calamitatem suam.

¶ Misertus ergo illius multum (fuerat enim ex clarissimis & magnis principibus) dicit ad aurem illius cui aurum creditum erat vdaret ei quindecim libras auri. Cum autem has daturus abiret, & apprehendit consilium logothorae, id est rationatoris & economi, & ex diabolica operatione inuidentes

non dederunt ei nisi quinque libras. Cum ergo reuertitur de collecta isdem honorabilissimus archiepiscopus, dat ei inscriptum mulier vidua habens unicum filium notitia xenij quinq; centenarium auri. Cum autem suscepisset, & honorabile secretum dimisisset, conuocauit dispensatores & dixit eis, Quod libras dedistis illi qui ad me accessit. Qui dixerunt Dne, vt iussit sacratissima sanctitas vestra quindecim libras. Cum autem cognouisset per inhabitantem in se gratia illos esse metitos adduxit eum qui acceperat & interrogauit cum quid accepisset. Illo vero dicente quinque libras, proferens de honoranda manu sua ille sanctus pistatium quod sibi traditum fuerat dixit eis. A vobis exquirat Deus & illa alia decem tetenaria, quoniam si dedissetis quindecim libras vt dixit humilitas mea, quia tulit quinq; centenaria quindecim daret. Et vt certos vos faciat, mittens adducam qui has attulit. Et mittens duos venerabiles viros vt raccesserent reuerendam foeminam quae in baptisterio Pictacium ei porregerat, cui & indicauerat dicens. Benedictionem quam Deus mihi offerendam misit in cor tuum ferens tecum veni ad humilitatem meam. Quae cursim fugiens apprehendit vestigia sancti vini vna cum quantitate auri. Cum ergo suscepisset ille patriarcha oblationem

AA &

& orasset super eam, & super filiolum eius sufficienter dixit. Obsecro te nonne hoc tantum voluisti dare Christo an aliud aliquid. Cum autem sensisset deiferum illud quod fecerat cognouisse, trepidum more compressa dixit, per sanctas Domini mei orationes, & sanctum meum Mennam, xv. centenaria scripseram in pictatio, & ante unam horam cum starem in sinaxi, ut idarem hoc tibi Domino meo dissoluens illud importune legi. Ego enim indigna ancilla tua scripsi hoc propria manu, & inueni de eo deleta a seipso. Tunc est p̄fecta & in me memetipsam, dixi, utique non est voluntas Dei, ut idem nisi quinque. Dimittente autem patriarcha reuerendam illam feminam, ceciderunt ad pedes eius dispensatores qui t̄ agrefsi sunt voluntatem eius, petentes indulgentiam, & asserantes nihil tale se vltius acturos esse.

De Niceta patricio & de lagunculis aureo plenis.

Intuens Niceta patricius huius viri virtutibus pleni magnanimi- tatem & sine parcitate manum expansam & tanquam ex fonte fugiter omnibus prestantem instinctu quorundam diabolum imitantium subiit ad sanctum & dixit ei. Regnum ardeatur & pecunie eger iam, & quia sine parcitate erogantur que deferantur

tibi pecuniarum, da eas imperio, da eas in publicum sacellum. Ille vero de hoc quod dictum fuerat imperturbatus manens dicit ad eum. Non iustum est Domine, ut arbitror patrici, ea que super celestis regi oblata sunt terrestri dare. Si vero & omnino tale aliquid iudicasti, crede humilis Ioanes ex eis numum non dabit tibi, sed ecce sub humili lectulo meo est apotheca Christi, ut volueris fac. Surgens itaque statim patrici, vocat de suis hominibus qui portare deberent & imponit super eos pecuniastoras sub lecto inuentas, non relinquens ex eis nisi unum centenarium. Et cum descenderet qui portabant huiusmodi pecuniam accedebat quidam alij portantes pusillas lagunculas, habentes pecunias millas patriarche de Africa superscriptas, alias quidem mel optimum, alias vero mel sine fumo. Cum ergo descendens patricius legeret superscriptiones lagunarum, inuouat patriarche ut sibi mitteret de tali melle, quo ad opus suum vteretur. Nouerat enim cum mali esse immemor. Ascendente igitur qui lagunculas habebat creditas & responsa reddente & indicante pecunias esse pro melle in vas, statim vere mitis pastor misit ei unam lagunculam superscriptam mel optimum faciens ei & pictatum continens. Ita Dominus qui dixit non te de-

seram

seram neque derelinquam, sine mendacio est, & Deus verus idcirco Deum (qui omnibus escam & vitam prebet) homo corruptibilis constringere non potest. Precepit autem ab euntibus & portantibus lagunculam ut dicerent ei ut ante se faceret eam aperiri, & dicerent ei quod omnes quas viderat deserti lagunculas pecunijs essent pro melle replere. Contigit vero sedente eo ad mensam nunciaverunt eos qui lagunculas portabant, & pictatum patriarche. Ascendentibus itaque eis cum vidisset unam tantum lagunculam dicit ei patricius. Dicite ei. Credo Domine magnam iracundiam aduersum meritines, nam unam solam non mitteres mihi. Tradito autem pictatio eodem & bullam dissoluentibus & euantibus coram omnibus pecuniam agnouit, & reliquas lagunculas quas vidit similiter plenas esse. Cum ergo legisset quod homo corruptibilis Deum constringere non posset, compunctus de sermone dixit, vixit Dominus neque Niceta constringet eum. Homo etenim & ipse peccator & corruptibilis est. Et relinquens mox prandium & sumens secum quotquot pecunias ab honorando patre abstulerat, & lagunculam que ab eo transmissa fuerat & de suo centenaria tria apprehendit. Honoranda vestigia nullo in obsequium proprium sumpto, sed in humilitate multa ascē-

dens rogabat eum quasi illis ceterantibus, vado indulgentiam a Deo exposcere satisfaciens et quod & si penitentiam ei daret, prompte hanc susciperet & custodiret. Admirans archiepiscopus velocem viri conuersionem nihil de commisso conquestus est, sed magis consolabatur eum verbis consolatorijs. Talis autem amborum confirmata est ex tunc a Deo charitas, ut compater famulati fieret patricij.

De sterilitate ciborum & de eo qui didonatum petiit.

Qui Abraham in hoc quod expediebat tentauit, ut eius fidem in Deo cognitam uniuersus mundus imitetur, dicens. Tentauit & memorabilem istum Ioannem. Modus autem illius tentationis forma utilitatis sanctis eius Ecclesijs extitit. Est autem forma hęc. Inestimabili multitudine fugientium a Per sis, sicut iam dictum est & adueniente Alexandriam, & sterilitate multa ciborum facta eo quod non subiret flauius. Nilus secundum consuetudinem, & auro tunc erogato quod possederat, patriarcha militi & mutui accepit a multis prophetis circa decem centenaria. Et his iterum confatis, & adhuc famę manente, & de cetero mutuum dare ei nullo volente sed omnibus pertinaciam famis tormentibus, & necessi-

tate compresso patriarcha eorū qui ab eo alebatur & in multa cura & oratione beato perseverante senlit quidam civitatis habitator eam quæ circumdederat sanctissimum illum aliditatem, & omnimodam egestatem, bigamus existens desiderat diaconus Ecclesie fieri, & per necessitatem quæ sanctum undique circumdederat, volebat suadere ei, ut eum colecraret, fecit ei deprecationem continentem. Itā in facie quippe ei nō audebat tale aliquid dicere sanctissimo, & ter beato patri patrū Ianni vicario Christi deprecatio & postulario a Cosma indigno, seruo servorum sanctitatis vestra. Ediscēs sanctissime Domine quæ obtinget honorandum caput tuū secundū permissionem Dei, imō pro peccatis nostris escatum penuriam, non iustum, existimavi seruis tuis, in inspectionem cōversari Domini meo, in subtilitate id est tenuitate & paupertate manente. Sunt igitur indigenti seruo tuo frumenti ducenta millia modiorum, & puri librae centum octoginta, quas rogo dari Christo per te Domine quantum tantum ego iudicavi in ministerio tuo, diaconus serui meæ, ut per talem cū te Domine sancti altari ministerium eum, de peccatorum meorum luxuria. Dicitur enim vere Dei predicator per sanctum apostolum, quoniam, ex necessi-

tate & legis translatio fit. Hæc sciens divinitus sapiens & virū aduocans ait ad eum. Tu es qui preces nobis per notarium tuum & filium misisti. Quod dicente etiā Domine, misit omnes foras beatus & misericordissimus nolens coram omnibus hunc confundere, & cepit dicere ad eum. Oblatio quidem tua valde iusta & temporali necessaria, sed maculosa, & nosti quod in lege, ovis siue parva siue magna, nisi immaculata esset non in sacrificium offerēbatur, & ideo ad sacrificium Cain non respexit Deus. Quoniam vero dixisti frater quod ex necessitate & legis translatio fiat, de lege veteri hoc dixit apostolus. Nā quomodo ait frater Domini Iacobus, quicumque observauerit totam legem offendat autē in vno factus est omnium reus. De fratribus vero meis egenis, & de sancta Ecclesia Deus qui eos nutriti ante quā ego & tu nasceremur, & ipse nūc nutrit eos, tantum si sermones eius illesos custodierimus. Ille enim qui tunc quinque panes multiplicavit, potest & decem horrei mei modijs benedicere. Quapropter illud dico ad te fili quod in actibus apostolorum dictum est, non est tibi portio, neque hereditas in hac parte. Cumque hunc tristem & sine effectu dimisisset, nunciatur ei duas classes magnarum navium ad terram esse sub-

missas

missas, quas miserat in Siciliam propter frumentum. Hoc autem audiens ille beatus, cadens in terram, gratias egit omnipotenti Deo dicens. Gratias refero tibi Domine, quoniam non permisisti seruo tuo, pecunijs vendere gratiam tuā. Vere inquirentes te Domine, & sanctæ Ecclesie tuæ regulas custodientes non deficiēt omnino bono.

De duobus clericis, in culpam cadentibus.

Quibusdam duobus clericis in culpam cadentibus, hoc est manū in alterum iniicientibus, hoc excommunicavit canonicè per aliquot dies. Horum quidem vnus libenter suscepit increpationem & cognovit culpam suam. Alter vero malitiosus existens, gaudens præceptum suscepit. Occasionem enim querebat miser ne ingrederetur Ecclesiam, sed licentiam haberet perseverandi in nephandis actibus suis. Irascebarur autem contra sanctum patriarcham & quantum in se erat minabatur ei nocere. Quidā vero dicebant, & ipsū esse qui prodiderat pecunias Ecclesie ad patrium Nicetā, quas & rapuit manu, ut præscriptum est. Nunciatur igitur ei, quod ille mali memor malitiam referuaret & non rectam erga beatum hunc voluntarem haberet. Ille autem verus pastor memor dicti il-

lius, quis infirmatur & ego non infirmor, & iterum vos qui portatis infirmitates impotentium portare, voluit hunc accersire & decenter adiuuere & solvere eum ab excommunicatione, videbar enim lupū conātem rapere ovē. Dispensatione vero Dei actū est, ut innotesceret omnibus patriarchæ immemor mali animus, oblitus est accersire eum & solvere ab excommunicatione. Cum ergo ad sanctum domicidium diē pervenisset, & sancto altari assistisset, ut incruentum id est impollutum sacrificium offerret, iam diacono generalem orationem pene consummate sanctum velum exaltaturo, in mentem malitiæ immemoris venit, & statim divini præcepti recordans asserētis, si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te relinque ibi munus tuum, &c. intimat diacono facienti orationem quā diaconus solitū facere erat, ut reciperet a capite & si impleretur iterum recapitularet, vsque dum perveniat eius sanctificatio. Finxit enim se tanquam si eum ventris necessitas compulisset. Et veniens in honorabile cimiliarchiū id est secretarium principale misit statim fere viginti hebdomadarios quærentes iam dictum mali modi clericum. Intentio enim pastoris hæc erat, ut educeret de

ore leonis ouem. Deus vero qui voluntatem timentium se facit, fecit, præ manibus inueniri mox clericum. Et veniente eo, & veritate testimoniū perhibente, prior patriarcha genu flexit dicens. Indulge mihi frater. Veritus ergo illius honorabile pontificiū & eorum qui aderant præsentiam magis vero timens iudicium Dei & horrens ne forte ignis de celo eadem hora consumeret eum videntem honorandam illam canitiem humo iacentē, genu flexit & ipse petens veniam & misericordiam. Et dicente patriarcha, Deus nobis omnibus indulgeat, surrexerunt & ingressi sunt ambo Ecclesiam, & tunc cum multo gaudio & lætitia altitit altari cum munda conscientia volens dicere Deo dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Ita autem sana extunc & cōpuncta mente factus est lector ille presbyteri consecratione potirimeretur.

¶ De litigio quod habuit cum patritio.

Deiferi quidam sanctorum patrum dixerunt. Angelorum est nullatenus litigare, sed in omnimoda & perperua pace consistere, hominum vero est altercari, & statim reconciliari, dæmonum autem est litigare & totam diē transire inrecōciliatos hoc præterea præfatissimus ama-

tores Christi propter præsentem narrationem. Placuit alio tēpore huic nobili, vna cum memorato Nicetā patritio, de quadā publica re altercari. Modus autem litigij erat talis, necessariū est enim dicere cum sit anima utilis. Patricius quidem disponere volebat forum propter lucra publica patriarcha autē id non patiebat, pauperū in hoc procurans salutē. Multum ergo coram secretario contēdentes, & inflexibiles manētes, recesserunt ambo abinuicem irati & inrecōciliati. Erat autem hora quinta & quidem patriarchæ erat refragatio & amaritudo pro mandato Dei, patritio autem propter pecuniaria lucra, erat tamen ait ille iustus neq; pro rationabili neque pro irrationabili occasione debet homo irasci. Adueniente ergo hora vndecima mādāt per archipresbyterum vna cum clero patriarcha patritio, hoc dignum memoriam verbum. Domine sol ad occasum est. Cum autem hoc verbum ille audisset non tolerans cordis sui ardorem, sed tāquam diuino igne inflammatus sancti sermone compunctus est, infectusque lacrymis statim totus factus est & surgens venit ad beatū hūc. Quē cum vidisset ait. Bene venisti filius Ecclesiæ, obediens voci eius Mittentibus igitur ambobus maneam, id est, pœnitudinē sine recognitionem & amplexantibus

bus alterutrum sederunt & aperiens os suum patriarcha, dixit, crede mihi Domine nisi quia vidi te valde tribulatū de hoc iam non pigritarer ego venire ad claritatem tuam. Etenim Dominus & Deus noster, ipse circuitat ciuitates & castella & domos visitando homines. Omnibus autē humilitate summi sacerdotis edificatis & admiratione plenis respondit ad eū Patritius, crede pater quia ulterius nō capient aures meę eorum verba, qui litigiosas mihi suggerunt res, tūc sapiens doctor dixit ei. Crede fili & frater, si omnibus voluerimus credere multorum peccatorum erimus domini maxime in tempore hoc quando facti sunt multi hominum inuicē odientes. Multotiens enim & mihi suadere tentauerunt hi qui suggererant mihi dispositiones rerū & cum facerem sæpe sinem, vt se ductus fueram, postmodū alij quidam suggererant mihi quod fuerim deceptus in capitulo, cum ergo secundo & tertio hoc fuisset perpessus, dedi terminum mihi metipso absque vtrorumque parte ne darem diffinitionem alio in capitulo. Quod si qui suggererant mihi mentirentur ipsi pœnam soluerent quam accusatus ferret, si contra eum calumniaveraciter fuisset inestā. Et ex eadem die improvide suggerere mihi cōtra aliquem omnino aliquid nullam

ausum habet, quod depono & moneo magnum decorem tuam fili similiter facere. Sæpe enim & cędes iniustas faciūt qui sublimitatem creditam habent si fuerint verbis suaforsis commoti, & si si ne cruciatu reciderint quæ ad eos veniunt capitula. Et Patricius tanquam à Deo iustus pactus est eius mandatum se custodire omni tempore illa sum.

¶ De Gregorio nepote suo.

Iste memorabilis habebat quēdam nepotem nomine Gregorium. Vna itaque dierū faciēs iste cum quodam ciuitatis tabernario rixam conuitijs ab eo seue re affectus est qui amare dolens non solum quia publice verum etiam quia à viliori inhonoratus esset, maxime vero quia erat nepos patriarchæ subijt ad eum in conclaui, eo in secreto morante flens vehementer. Cum autem hunc astuantem & lachrymantem vidisset mitissimus patriarcha interrogat causam deripientis eum anxietatis, scire hanc volens. Cumque ille non posset præ amaritudine quæ circūdederat eum exprimere sermonem hi qui præsto fuerunt, quando eum exhonoriari à negociatore contigerat, ceperunt recitare archiepiscopo causam, & quia non debuerat (inquiunt) ita sancti-

ras vestra contemni, vt proprios propinquos à despectis ex honorari pateretur hominibus. Ille autem verus medicus volens primo veluti emplastro quodam curare nepotis sui furiam & tamen tantquam ferro incisionem & liberationem, passionis per sapientissimum os suum hinc afferre talibus verbis cepit extinguere morbum & dicere. Et omnino ausus est aliquis os aperire, & contradiceretibi. Crede filium patri tuo, quoniam faciam in eo hodie rem, vt tota Alexandria miretur. Cumque vidisset eum remedium recepit & tristitiam cunctam proiecit, putant enim videlicet quod ageret contra eum qui se contumeliosus affecerat, & faceret eum flagellari per eum qui super forum erat constitutus, & à varijs pompis dehonoriari dicit ei de osculis pectus ipsius, filium si ex veritate humilitatis meae nepos, existis preparata ipsum & flagellari, & conuicia per te ab omni homine. Vera enim cognatio non ex sanguine & carne sed ex virtute mentis agnoscitur. Confestim igitur accersit eum qui super caupones erat constitutus, & praecepit ei ne ab illo caupone acciperet, neque consuetudinem suam neque publicam, neque pensionem ergasterij eius. Et ipse enim sanctissimus Ecclesiae erat. Et omnes expanscentes immobilem longam nititem eius intellexe-

runt esse, hoc quod dixit, quoniam faciam in eum rem vt miretur tota Alexandria, videlicet quia non solum vicissitudine non reddidit verum etiam pro vltione adiutorium impendit.

¶ De Damiano diacono.

N Vaciatum est aliquando huic beato quod quidam clericorum malitiam in corde aduersus quemdam referuaret, & irreconciliatus ei permaneret. Ille vero quare huius nomen & gradum. In crastinum ergo dominico die dicit hunc Damianum nomine diaconum autem esse officio. Praecepit itaque archidiacono vt sibi quando idem Damianus ad Ecclesiam veniret demonstraret. Igitur cum in crastinum statio dominico die fieret venit idem diaconus ad stationem, & videns archidiaconum ostendit eum patriarchae. Ob eam enim tantummodo controuersiam astabat tunc pontifex sancto altari, quid vero vellet facere nulli credidit. Cum ergo venisset diaconus Damianus vt susciperet ab eo sanctam communionem, secundum proprium gradum tenuit manum illius ille sanctus & dixit. Vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens digne suscipe immaculata in memoriam malitiae Christi mysteria. Reuerit ergo coram tanta multitudine clericorum contradicere illi, maxime in ta-

li loco & in tali horrida hora sponte hoc facere, & tunc de sanctis mysterijs dedit ei. Igitur ex tunc omnes clerici & laici custodiebant sese inter se malitiam retinerent, timentes ne & ipsos confunderet triumpharetque quemadmodum & illum diaconum.

¶ De eo quod habuerit scientiam diuinarum scripturarum.

H Abebat quidem sanctissimus hic vii scientiam diuinarum Scripturarum non autem in sapientia sermonis tantquam ex inani gloria sed per eandem ipsam operum actionem & mandatorum obseruationem, & in secreto quotidiani consilij sui nullus sermo ociosus audiebatur nisi forte ordinatio rei civilis exigeret, sed aut relationes Sanctorum Patrum, aut scripturales quaestiones, aut dogmatica problemata, propter multitudinem nec nominandorum hereticorum, quae regionem circundederat. Si vero alicui aliquis detrahere incipiebat hunc Patriarcha per alteram sermocinationem vt sapienter se remouebat si iterum permanebat, nihil quidem ei dicebat, sed hunc annotans praecipiebat hebdomadario, ne lineret vltimus eum intrare cum his, qui nuntiabantur, quatenus per eum ceteros temperaret atque erudiret.

¶ De eo qui imperfectum sibi inserit tumulum preparari.

D Efnitionem autem, & aliam quam affectauit hic Sanctus, non est postponere. Audiens enim, quod postquam coronatur Imperator nullus vniuersi senatus, & castantium exercituum antiquum memoriale ei aliquod nuntiet: sed mox hi qui dicuntur monumentorum edificatores sumant quatuor, vel quinque minutias marmorum puillas de diuersis coloribus & ingrediantur ad eum, & dicant. Domine quali metallo imperium tuum iubet fieri monumentum tuum. Insinuantes videlicet tibi, quia tanquam homo corruptibilis, & transitorius curam habet tuae animae, & pie regnum dispone. Imitatur & iste beatus veraciter hanc dignam laudem traditionem & praecipit sibi monumentum aedificari, vbi & reliqui praecessores eius Patriarchae iacebant imperfectum vero manere vsque ad obitum suum, vt imperfecto existente, per celebrem festiuitatem assistente clero ingredienti, qui dicebantur studiosi dicerent ad eum. Dominum monumentum tuum imperfectum est: praecipue ergo vt consummetur, eo quod nescias quahoritur veni. Hoc autem faciebat ille sanctus vt ita fieret, volens imitationem bonam & post se futuris relinquere Patriarchis.

¶ De his que Hierosolymam
miserunt.

Domino ob multitudinem peccatorum nostrorum permittente propria templa que erant Hierosolymis a percipiendis a Deo Peris cremati, dicens hic Sanctissimus Patriarcha in multa egestate esse sanctum & modestum Patriarcham Hierosolymorum. Ad horum releuationem, & redificationem mittit ei numismata mille, & mille saccos plenos frumento & mille legumina, mille libras ferri, mille restes siccatorum piscium, que menomene dicuntur, mille vascula vini & mille Aegyptios operarios mittens ei per literas. Da mihi veniam vere Christi operator nihil dignum templis Christi mittenti. Vellem enim (crede mihi) si esset conueniens, & ipse eo venire & operari in domo sancte Christi resurrectionis. Veruntamen illud rogo honorandum caput tuum, ut nullatenus hoc imputes minimo nomini exiguitatis meae, sed potius hoc petas a Christo, ut ibi me conferbat, ubi veraciter conseriptio beata consistit.

¶ De vili eius strato, & opertorio
pretioso.

Habuit ille Sanctus & hoc bonum dico videlicet, quod infirmo strato recumberet, & vilibus operimentis in cellula sua vteretur. Quod cum audisset

quidam possessor ciuitatis, ascendens ad eum & videns, & opertorio scissis & laneo tegeteretur, transmissit ei coopertorium numismatum triginta sex rogans multum eum, ut eo operiretur ad memoriam mitteretis. Ille vero hoc suscipiens propter multam viri postulationem coopertus est semel hoc est vna nocte, per totam autem penam noctem dicebat ad semetipsum, ut recitabat cubicularij ei. Quis diceret quod humilis Ioannes (habebat enim semper verbum istud in ore) pallio triginta sex numismatum tegebatur, & fratres Christi frigore necentur. Quam sunt modo qui dentibus stridunt prae glacie, quanti sunt modo qui pectus habentes subitus dimidium & supra dimidium, & non possunt extendere pedes suos, sed dormiant ut glomus tremens. Quanti in monte dormierunt incognati, & sine lucernis, habentes duplum cruciatum tam ex frigore quam ex ieiunio. Quam desiderant saturari de folijs holerum, que proijciuntur de coquina mea. Quam vellet tingere panem suum in scemate quod proijciunt coqui mei: Quanti cupiunt vel odorare vinum quod funditur in cellario meo, quam sunt in ciuitate ista in hora hac peregrini non habentes ubi hospitentur, & in foro iacent fortasse, & pluuia madefacti: Quanti putas habent totum mensam, vel etiam

duos

duos non gustantes oleum. Quam tu sunt, qui non habent alterum vestimentum in aestate & alterum in hyeme, & ira miseris affliguntur. Tu vero expectans etiam eternam iucunditatem assequi, & vinum bibis, & pisces immanes de ueras, & in cubiculis demoraris, modo autem cum omnibus malis, & in coopertorio triginta sex numismatum te calefacis. Veraciter ita viuens & in tali laxatione conuersans, non expectabis illis, preparatis gaudijs frui, sed audies utique quod & diues ille audiuit. Recepisti bona in vita tua pauperes vero mala, nunc ergo consolatur tu vero cruciaris. Benedictus Deus humilis Ioannes alia nocte non cooperietur illo, iustum est enim & bene acceptum Deo, ut tegetur centum quadraginta quatuor fratres, & Domini tui quam tu infelix. Venundabatur vero quatuor recanella numismate uno. Mox ergo transmisit illud in crastinum ut venundaretur. Et videns is qui obtulerat emit illud triginta sex numismatibus, & rursus obtulit Patriarche. Cum vero in crastinum adhuc videret illud emit hoc similiter, & rursus obtulit Patriarche, deposcens, ut tegeteretur ab eo. Cum autem tertio hoc fecisset, dixit ei gratulandus ille Sanctus, videbitis quis deficiet ego an tu. Erat enim opulens valde, & suauiter quasi

vindemiabat eum ille sanctus paulatim ab eum multa auferens & dicebat semper & posset aliquis in reuentione dandi pauperibus expoliare diuites, & ipsum etiam hypocamifum, id est vestimentum quod subter camissa est ab eis beneuole auferre & non peccat, & maxime si sunt aliqui immisericordes & auari. Duo enim lucratur talis, vnum quidem, quia animas illorum seruat alterum autem quoniam & ipse ex hoc mercedem non modicam habet. At trulit autem & ad credulitatem verbi & testimonium verax quod circa Sanctum Epiphanium & Ioannem Episcopum Hierosolymorum factum est, quomodo factus Epiphanius per artem tulit argentum Patriarche videlicet Ioannis eiusdem, & dedit pauperibus.

¶ De Petro Theolenario.

Dignum & congruum predicto capitulo referebat semel coram omnibus iste sanctus dicens. Habebam inquit quandam ministrum in apotheca mea in Cypro: fidelem valde, & virginem usque ad obitum suum. Hic ergo narrabat mihi, quia in Africa existente me facta est res huiusmodi. Permanebam enim (ait) cum quodam Theolenario diuite vehementer, & immisericordi. Semel ergo pauperibus in hyeme sedentibus ad solem que calefacientibus coeperunt in

guli

guli domos elemosynatorum col-
laudare, & pro eis orare perſingu-
los eorum, ſimiliter & domos elemo-
ſynam non facientium vitu-
perare. Inter quæ vero venit in
medium eorum, & nomen ſenio-
ris mei Theolenarij, & ceperunt
ſinguli interrogare proximam.
Vere tu frater accepisti aliquan-
do de domo illa benedictionem.
Et omniſ⁹ interrogantibus inui-
cem, nullus inuērus eſt, accepisse
aliquando de domo eius aliquid.
Dixit ergo vnus ex eis, quid da-
bitis mihi & ego accipiam hodie
ex eo benedictionem. Et facien-
tibus cum eo pactum, venit &
ſtat foris portam domus expe-
ctans, quando ad domum ſuam
reuerteretur. Ex diſpensatione Dei
perueniunt ſimul ipſe ingrediens
portam & animal portans ſiligi-
nes à mancipio cauſa prandij ip-
ſius. Videns igitur egenum non
inueniens lapidem per furorem
arripit ſiliginem de clirella, & ia-
ctauit in faciem eius. Ille vero ſu-
ſcepit eam, & abiit vt ſatisfaceret
contrariis ſuis, & quod ex eiſ-
dem manibus eius accepisset eam.
Itaque poſt duos dies egrotauit in
ſirmitate ad mortem idem Theo-
lenarij, & vidit in ſomnis ſe ip-
ſum rationem ponentem, & ſuos
à ſe omnes ſuper ſtateram ap-
pendere. In vna quidem acie con-
gregabantur Mauri quidam de-
formes: altera autem acies alio-

rum quorundam erat candidiſſi-
mum & terribiliſſum ſpecte. Qui
nihil inuenientes boni, vt & ipſi
appenderent e contra aduerſum
mala opera, quæ collecta erant à
Mauris in acie ipſorum natis tur-
babantur, & triſtabantur & men-
te conſternabantur ad alterutrum
& dicebant. Ergo nihil hic habemus?
Tunc dixit vnus eorum, ve-
re nihil habemus niſi vnam ſiligi-
nem, quam dedit ante duos dies
Chriſto, & ipſam non volunta-
rie. Emittentibus eiſ ſiliginem æ-
qualitas facta eſt. Tunc dicunt
Theolenario hi qui apparuerant
ei candidati. Vade & auge ad ſi-
liginem hanc. Nam vero Mauri
iſti te apprehendent. Euigilans
ergo agnouit quæ viſa ſunt ab eo
non eſſe mendacia, ſed vera. Om-
nia vero quæ à iuuentute ſua co-
miſerat, & quorum ipſe erat obli-
tus videbat Aethiopes illos con-
gregare, & deportare ad libram,
& dicebat. Veh veh ſi vna ſiligo
quam iactaui per furorē ita pro-
fuit, à quātis malis ſe liberat qui-
dat in ſimplicitate ſua bona in-
digentibus: & de cætero ita mo-
deſtus & prudēs atque ſummus
elemoſynator factus eſt, vt etiā
corpori proprio non parceret. Con-
tigit vero aliquando ſecundum
conſuetudinem procedere cum
diluculo ad Theloneū, & obuiat
ei naua qui à naufragio nud⁹ vt
natus eſt euaserat, & cecidit ante
eum

eam rogans, vt protectionē apud
eum impetraret. Ille ergo patas,
quod egenus eſſet expoliavit ſe
eſophorium ſuum quod illius me-
lius erat & dat ei, rogauiq; eum
vt hoc ipſe veſtiretur, pergens ve-
ro ille erubeſcens veſtiri hoc de-
dit illud venditori, vt venundare-
tur. Et cum recederet Thelonea-
rius vidit hoc ſuſpēſum, & triſta-
tus eſt vehementer, & aſcendens
domum ſuam nihil paſſus eſt gu-
ſtare: ſed claudens oſtium cocla-
ui ſui, ſedebat plorans, & cogitās
quia non fui dignus, vt mei me-
moriam haberet egenus. Cum er-
go anxiretur obdormiuit, & ec-
ce vidit quendam ſpecioſum tan-
quam ſolem, ferentem crucem ſu-
per caput ſuum & Eſophorium,
quod dederat nauæ aſſiſtenteim
ſibi & dicētem. Quid ploras do-
mine Petre, (Hoc enim erat ei
nomen.) Ille vero dixit, vt ad
Deum diſputās. Quia dñe ex qui-
bus largiris nobis: damus alicui,
& in turpe lucrum vertūt accipiē-
tes. Tunc dixit ei. Cognofcis hoc?
Et oſtendit ei, quia deintus veſti-
tus eſſet eius Eſophorio. Dicit ei.
Ecce ego illo veſtior ex quo dedi-
ſti mihi hoc, & grātias ago volun-
tati tuæ bonæ, quoniam frigore
affligēbar & coopeſtiſti me. Ad-
ſe ergo reuerſus admiratus eſt, &
cepit beatificari egenos & dice-
re. Viuit dominus (ſi quia inopes
Chriſtus meus ſunt) non moriar

& ſiam tanquam vnus ex eis. Ac-
ceſſito vero notario ſuo quem &
emerat, dicit ei. Secretum volo
credere tibi & crede ſi propalaueris
me barbaris vendam te aut ſi
non audieris me. Dat vero ei de-
cem libras auri & dicit ei, vade &
eme tibi negotium, & ſume me
& duc in ſancſtam ciuitatem, &
vende me cuilibet Chriſtiano, &
pretium da pauperibus. Notario
autem recuſanti, dicit ei iterum.
Quoniam ſi me non vendideris,
ego vendāte barbaris vt prædixi
tibi. Obediuit ergo ei notarius &
peruenientibus eiſ ad ſancſta lo-
ca, inuenit idem notarius amicum
ſuum charum, fabricum argenta-
rium qui in damna inciderat. Ad
locutionem vero venientibus am-
bobus, dicit ei notarius. Audi me
Zoilē: & eme ſeruum vnū, quia
habeo bonum, vt dicat homo quod
patricius ſit. Et audiens argenta-
rius quod ſeruum haberet admira-
tus eſt, & dicit ei. Crede mihi,
quia non poſſideo vnde illū eme-
re poſſim. Dicit ei rurfum nota-
rius. Accipe mutuū & eme eum:
multum enim eſt bonus, & bene-
dicit tibi Deus per eum. Acque
ui ergo ei, & emit eum ſordidis
veſtibus indutum, innumiſſimatis
bus triginta. Relinquens autem
eum notarius abiit Conſtantino-
polim, ſatisfaciēs quod nulli hoc
manifeſtaret, & quod de pretio
nequaquam ſibi retinēdo aliquid

defrauderet, sed hoc totum pauperibus daret. Ergo aliquando idē Petrus coquinabat domino suo, aliquando autem lababat pannos eius nunquam aliquando in quo libet horum affuevit. Afflixit autem seipsum, & ieiunio multo. Cum vero vidisset se benedictio minus eius super omnem benedictio mem, dicit ei verecundatus enormen eius virtutem & humilitatem. Volo humilis petere liberare te, & ut sis de reliquo frater meus. Ille vero noluit. Viderat enim eum frequēter conuicti perferre, & percuti à conferuis suis. Habebant autem eum tanquam amicum: ita ut & nomen ei imponerent amentis. Quotiescunq; ergo tribulabant eum conferui sui, & dormiebat in tribulatione, apparebat ei qui in Africa illi apparuerat, vestibus Esophorio eius tenens, & illa triginta numismata in manu dicens ei. Noli mœstus esse frater Petre, ego suscepi & pretium tui, sed sustentavsq; dum cognoscaris. Post aliquod vero tempus, venerunt à patria eius quidam argenti venditores, ut orarent ad loca sancta, & inuitavit eos ad prandium dominus domini Petri, & cum ministraret. Statim ille cognovit eos. Ipsi autem dum pranderent, ceperunt affligere eum, & inuicem ad aures dicere. Quotum similit puer iste domino Petro Theolenario. Ille

vero occultabat quantum poterat vultum suum. Iterum ergo eo medentibus eis ceperunt dicere ad eum qui eos inuitauerat. Vere putamus res tibi magna euenit domine Zoile: etenim nisi erramus publicam personam in ministerio tuo habes. Neque sciebant certius, quia erat de coquina & de ieiunio commutatus vultus eius. Diu igitur considerantibus eum dixit vnus ex eis. Vere dominus Petrus Theolenario est, & surgā tenebo eum. Valde eum Imperator audiens tristatur de eo quia dudum non comparuit. Foris itaq; stans audiuit hæc & ponens catinā a se nō est ingressus, sed recto cursu cucurrit ad portā. Erat itaque ei qui eū tūc habebat ostiarius mutus & surdus a natiuitate, qui per nutum tantū aperiebat & claudēbat: festinans ergo seruus Dei exire, dixit surdo & muto. Tibi dico in nomine Christi. Ille vero audiuit statim, & dixit etiā dñe. Iterum vero ille ait aperit. Respondit surdus & mutus secūdo. Ego dñe. Statim ergo surrexit & aperuit ille. Et exiit eo subijt ostiarius & clamauit coram omnibus gaudens & exultans, quia audiuit & locutus est, do nunc domine. Porro omnibus qui in eadem domo erant perterritis; quoniam audiebant eum inloquentem. Iterum dixit ille quondam mutus. Ille qui coquinabat exijt, cur

scas,

rens, sed videte ne forte fuga lapsus sit, magnus enim seruus Dei est. Quando discedebat, dixit michi. Tibi dico in nomine dñi, & mox vidi de ore eius exeuntem flammā & tangentē aures meas, & statim audiuit & locutus sum. Et exiit & sequentes eū cuncti ulterius non viderūt eum. Tūc poenitentia omnes agebat, qui in domo illa erant, & ipse Dñs eius qui Petrū emerat quia in tali exhonorantia habuisset eum, & maxime hi, qui vocabant eum amicum. Hæ sunt beatissimi à Deo honorati Ioannis Patriarchæ narrationes. Non solum enim de vita sua contentus erat volentem proficere adificare: verum etiam de Deo acceptis & veracibus relationibus suis, & dicebat semper hæc audientibus, Si proprio sanguini non pepercerunt quidā hominum: sed hunc dederunt immanus fratru, in Christi quomodo putis nos cum a iactante & humilitate debemus de facultatibus nostris dare Christo, & egenis atq; pauperibus, ut recōpensatiōnem recipiamus à iusto & mercedum redditore Deo, in illa timendā & horrenda retributionis die. Qui parce seminare patet & metet, & qui seminat in benedictionibus, id est large & magnanimiter, multipliciter & metet, hoc est bona illa hereditauit que omnē mentem transcendunt.

De sancto Serapione

Omnibus ergo iocundis moribus iste Sanctus adornatus nec hoc carēbat, valde enim diligebat eloqui de actibus Sactorum patrum, & eorum qui eleamolyne cultores fuerūt. Unde cum vna dierum recitaret de vita sancti Serapionis, qui vocabatur Syndonius, & inuenit eū ut fertur amicum suum didisse egeno, & iterum paululum processisset illuc & frigus patienti obuissit, & illi tunicam præbuisse, & quia nudus sedebat tenens Sanctum Euangelium, & interrogatus à quodam quis te expoliavit abba? Demonstrans Sanctum Euangelium ait iste, Et alio tempore hoc ipsum Euangelium vendidisse & dedisse eleamolynam, & discipulo suo dicente, Abba Euangelium ubi est? Et illo dicente ad eum, Crede fili, qui dixit michi vende omnia que habes & da pauperibus, ipsam vendidi & dedi eis, ut in die iudicii habeamus fiduciam abundantiorē ad Deum. Et quia alias iterum vidua mulier petisset ab eodem sancto Serapione eleamolyham, quæniā esuriebat filij eius, & non habentem eum aliquid omnino, tradidit se ei, ut venderet eum ad in nos Græcos, quos & iam Christianos fecit in paucis diebus; hæc leges sanctus Ioānes de sancto Serapione dixit ad eos. Vch vch, philo

philo. Chri quid prodest homini colloquente de actionibus Sanctorum Patrum. Credite mihi quia usq; hodie putabam quod vel aliquid facerem, datis quas habere possum pecunijs, nesciebam autem quod & seiplos venderent quadam compassione superati.

Quod accusationem aduersus monachum non recipiebat, & de eo quem inserit flagellari.

Semper quidem honorabat monachicum scema sanctus hic, & colebat & compatiebatur ubi maxime aspiciebat monachum corporalibus utilitatibus angustiatum. Habebat autem & hoc super multos precipuum, quia accusationem qualemcunque siue mendacem siue veracem non suscipiebat contra aliquem circum amicum monachico habitu. Semel enim euenit ex immisione quorundam criminatum pertulisse eum aliquid tale, quodam monacho girante in ciuitate cum puella una iuuenula & petente elemosynam per dies aliquot quidam qui hoc viderant scandalizati, & existimantes quod mulier eius esset, attulerunt Patriarcham contra eum querelas dicentes. Propter quid a Deo honorata derogat talis angelicæ monachicæ vitæ scemati, puellam quandam habens mulierem. Mox ergo Dei famulus putans prohibere contra

Deum commissa peccata tanquam qui ad hoc ab eo esset prouectus precepit mulierem quidem flagellis cædi, & separari ab eo, ipsum autem verberari & in carcere secreto recludi. Dum ergo cum omni celeritate iussio facti in opus procederet apparuit ei nocte per visum monachus ostendens ei dorsum suum putrefactum (non parcentes enim ceciderant eum ecclesiæ defensores) dicens ei. Ita placet tibi domine Patriarcha, ac vna vice errasti ut homo, crede mihi, quia de proximo est vita & mors. Et hæc dicens discessit ab eo. Mane autem facto recordatus est ille beatus visionis nocturnæ, & sedebat super lectulum suum mortuus, mittitque statim & conuocat per cancellarium suum monachum de loco in quo erat reclusus. Cogitans intra se ille beatus Patriarcha similis esset illi, quine se sibi apparuerat. Cum ergo venisset cum labore multo neque enim propter plagas moueri poterat cumque vultum eius vidisset Patriarcha remansit sine voce immotus non valens loqui, sola autem manu sua innuit ut se in lectulo suo locaret. In semetipsum vero reuersus & signans, rogauit monachum præcinctum lintheo, ut sine verecundia dispoliaret se quatenus videret dorsum eius, si ita esset sicut & in somnis viderat. Vix ergo sensus ut id agere

de

despoliauit se. Cum vero despoliaretur ut monstraret dorsum suum viro sancto per admirandum Dei consilium solutus est quo erat indutus amictus, & cecidit in terram, & viderunt eum omnes esse eunuchum. Sed quia recondens erat nulli hoc existeret manifestum. Videntibus ergo eum omnibus & sancto Pontifice, & maxime doli eius perniciose verbera, mittens mox segregauit illos qui hunc in considerate tractauerunt. Venerabilissimo autem monacho complura ratiocinabatur, ex ignorantia dicens se in eum peccasse, & iu Deum verum, & in hoc admonerat eum ille sanctus. Non, inquit, o fili, ita sine custodia in ciuitatibus conuersari oportet, eos qui sancto angelico vestro indumento circumamicti sunt maxime & foeminam circumducere ad scandalum aliorum videntium. Tunc monachus cum omni humilitate rationem reddebat sancto dicens crede domine non mentiar, Gazæ eram ante paucos dies, & exiit me de ciuitate ut venirem & salutarem sanctum Abbatem Cyrum, obuiavit mihi hæc benedicta puella foris portam vespere incumbente, & accurrens ad pedes meos, rogabat ut mecum ambularet. Dicebat enim se Hebræam esse, & velle fieri Christianam & cepit eadem me adiurare verbis horribilibus ut non permitterem

perire eam. Timens itaque ego iudicium Dei sumpsit eam æst imans quod non immitteret tentionem Satanas spadonibus, nesciebam vero quod nemini parcat. Igitur venientibus nobis sanctissimè pater & orationem perficientibus baptizauit eam ad sanctum Abbatem Cyrum, & gyrabam cum ea in simplici corde exposcens modicum sumptum quatenus introducerem eam in monasterium. Cum hæc audisset Patriarcha dicit Papæ: quam abscondos fer uos habet Deus, & nescimus nos humiles? Et enarrabat his qui prestant erant visionem quam viderat nocte de eo, & protulit Patriarcha centum numismata de manu daturus ei. Dei autem amicus ille vere monachus non est passus aliquid accipere ex eis, dignum memoria verbum ad Patriarcham locutus est dicens, Ego hoc non postulo domine. Monachus enim si fidem habet horum non indiget. Si autem horum eget fidem non habet. Quod maxime amplius satisfecit omnibus, qui audierant, quod seruus Dei ille monachus esset. Genuflexit igitur Patriarchæ & exiit in pace. Extunc igitur plus honorabat & hospitio recipiebat monachos & bonos æstimatos & malos, & edificabat mox Xenodochium feorsum, & appellauit hæc receptaculum omnium monachorum.

Bb qd

¶ De hoc quod exhibat ad mortuorum obsequia, & qui amoreturis presidebat. De eo etiam qui in Persidem captiuus ductus est.

Mortalitate aliquando ciuitatem comprehendente, ibat & ipse sanctus, vt videret funerum obsequia, valde enim dicebat hoc esse proficuum & sepulchrorum consideratione Multotiens vero assistebat & his qui morituri vexationem in exitu animæ pariebantur & ipse eorum oculos propriis manibus claudere memoriam habere ex hoc sempiternam volens, & curam proprii exitus, precipiebat autem, & collectiones pro defunctis impingere, & sine dubio perficere. Et enim (dicebat) quia ante paucum tempus captiuus ductus est ad Persas quidam, & descendens in Persidem retrusus est in carcere qui appellabatur Lethe, hoc est oblitio. Quidam ergo fugientes illuc, venientesque in Cyprum & interrogati a parentibus illius, si forte vidissent eum respondentes dixerunt eis, quia nos propriis manibus sepeliuimus eum. Non autem erat iste de quo interrogabant eos: sed alius indistincte cum similans. Dixerunt vero eis & mensem, & die obitus sui illi rāquam pro mortuo faciebāt ei tres collectas, per singulos annos. Post quatuor itaq; annos venit in Cyprū, fuga lapsus à Persis.

Dixerunt ergo ei sui. Vere frater nos audiuius, q̄ mortuus esses, & memoriā tui faciebamus ter in anno. Cū vero audisset, q̄ in anno ter facerēt pro eo memoriā, interrogat eos in quo mense hæc celebraret. Et illis dicentibus, sanctis Theophanijs & dñica sancta, atq; Petecoste. Dicit ille, quia tribus istis temporibus anni veniebat quidam candidatus vt Sol & dissoluebat me à vinculis ferreis & à custodia, & monebar deambulando tota die, & nemo recognoscebat me; & in crastinum inueniebar vincula ferrea portans. Dicebat igitur sanctus Episcopus quia ex hoc dicimus habere dormientes quietem, quando pro eis collectam facimus.

De eo qui rogauit pro filio & nauis suæ saluatione.

Quod in Actibus Apostolorum audiuius factum, hoc frequenter & huic compatiensimo accidebat. Videntes enim multi indefinenter eius, & inscrutabilem circa gentes compassionem mobebantur multotiens ad vendendum multa de substantijs suis, & ferentes præbebant Dei deuoto ministro. Vnde & quidam veniens vna dierum offerre ei septem libras auri & dimidiam, satisfaciens sancto, quod nō possideret aliud aliquid in auro. Petebat autem ab eo cū multis genuflexionibus, vt orare qua

quatenus dominus Deus filium eius saluaret. Habebat enim vnū solum modo filium quasi annorū quindecim, vt reduceret nauim eius cum bono ab Africa. Illuc enim abierat. Accipiens igitur sūmus sacerdos quāritatem auri de manu eius, & miratus est eū tam esse magnanimum ad offerendū totam quāritatem auri quā possidebat. Oravit quidam ei, & in facie multum & sic eum dimisit. Tamen propter eius multam fidem posuit subtus sanctam mensam ligaturam quāritatis Patriarcha in oratorio cubiculi sui & sinaxim fecit statim perfectam super eam pro illo qui hanc obrulerat, satis abundeque Deum rogans, quatenus & filium eius saluaret, & nauem cum salute reduceret, secundum quod fuerat postulatus ab illo. Nec dum ergo triginta transactis diebus defunctus est filius hominis illius, qui attulerat septē libras & dimidiam Patriarchæ & in tertia die mortis pueri recepit & nauim suam ab Africa, in qua erat & frater germanus eiusdem yri creditor. Et veniens iuxta forum naufragium perculit & perdidit rotam quo erat plena & nō sunt saluate nisi anime, & vna scapha vacua. Cum ergo & hunc casum didicisset euenisse sibi dñs nauis & pater pueri, secundū verbum Prophete, paulominus habitauit in inferno anima eius. Nondū

eū tribulatione filij sui extincta, cōprehendit eum & nauis. Relata sunt itaq; omnia quæ acciderāt ei Patriarchæ, & pene plusquam is qui hæc perpeffus fuerat, in tristitia morabat, maxime propter filiū eius vnicū. Nesciens ergo quid faceret rogat misericordissimū deū vt cōsolaretur virū immensa pietate sua. Conuocare enim eum & cōsolari in facie sanctis erubescere, verū tamen mādauit ei vt nulloatenus desperaret, neq; vero sine iusto iudicio Deus facit aliquid, sed omnia in hoc quod nos ignoramus. Ergo vt nō perdat mercedem quā fecit in septem & dimidia libra auri, & fidem quā possidebat circa sanctum Patriarcham iam vero, vt & nos in tentationibus quæ nobis eueniunt, quando aliquid bonifecerimus, imper turbati, & gratias referentes ad Deū permaneamus, vidit in somnis iam dictus vir Philo christus postera nocte quendam quasi in habitu Sanctissimi Patriarchæ dicentem sibi. Vt quit tribularis frater, & mœrore dissolueris. Nonne tu me rogasti, vt peterem à Deo, vt saluus fieret filius tuus. Ecce saluus factus est. Crede mihi si viueret, prauus & immundus homo fieret, & de nauis tua vere nisi Deus placaretur pro bono quod fecisti paruitati meę sententia erat data quatenus tota, vt iacet cum animabus

in profundum pergeret, & perde-
res fratrem tuum. Sed surge &
glorifica Deum, qui dedit tibi eum
& saluauit filium tuum mundum
de hoc seculo vano. Euigilans ita
que uir inuenit cor suum consola-
tum, & uniuersam tristitiam eius
eiecit, & induens ueritatem
sua, uenit cursim ad honorabilissi-
mum Patriarcham, & iactat se ad
pedes eius gratias agens Deo, &
ei, & enarrans uisionem quam vi-
derat. Quam audiens iustissimus
dixit, gloria tibi benigne & mise-
ricors Deus, qui deprecationem
peccatorum exaudis. Iterumque
ad hominem dixit. Nequaquam,
o fili gratiam hanc orationi me-
ascribas: sed Deo & fidei tuæ, hæc
enim omnia ista impetrare uoluit
erat eum valde humiliter sentiens
santus uerbis, scilicet atque pru-
dentia.

De Episcopo amatore pecunie.

Pergebat aliquando hic bea-
tus ad uisitandos pauperes, in
locum qui dicitur Cæsarium,
illic enim eis fecerat quasitholos
quosdam prolixos ligneis tabulis
pati uento estrato ad requiescen-
dos eos, & simul cum stolis & ra-
eonis per totam hyemem, quodam
eorum eunte secum Episcoporum,
qui cum eo erant amator pecu-
nie passibili modo presso. Di-
xi, que beatus Patriarcha ad eum.
Amator honora frater Troile fra-
tres Christi hoc enim ei erat no-

men, nuntiauerunt enim quidam
Patriarchæ, quod triginta libras auri
portaret in ipsa hora domesticus
eiusdem Episcopi Troili, ut eme-
ret speciem argenti anaglysi gra-
tia mensæ suæ. Episcopus autem
tanquam ueritus sermonem Pa-
triarchæ, imo ad horam calefa-
ctus, singula dati omnibus fratri-
bus præcepit ei qui triginta libras
illas portabat. Celeriter ergo hu-
iusmodi auri quantitas erogata est
recedentibus itaque utrisque, Pa-
triarcha scilicet & qui inuita (ut
ita dicam) elemosynam fecerat,
Episcopo Troilo in proprijs Epi-
scopijs uelut quadam amens &
animæ periculosa in eum cogita-
tio irruit propter pecuniarum da-
tionem horroris & amoris pecu-
niæ, & crudelitatis & negligenti-
æ germen eum sequebatur, fe-
bre extra naturam mixta, pro-
pter quod ægrotus inuitus in le-
ctum cecidit. Hebdomadario ergo
à sanctissimo Patriarcha ad eum
ueniente, & ad mensam eiusdem
Patriarchæ eum inuitante recusa-
uit (frigere enim & febre se ve-
xari pro quadam causa dicebat).
Igitur cum hoc audisset Patriar-
cha, mox agnouit causam: quia
propter exitum triginta librarum,
infirmatus esset ille inuitus ele-
mosynator. Erat enim ut prædi-
ctum est ualde immisericors, &
amator pecuniæ. Non sufferens
ergo beatus se quidem super men-
sam

sam reficere illum autem superle-
ctam cruciari grauiter, peruenit
celeriter ad eum ille uir sine super-
bia, & dixit ad eum hilari uultu,
fac charitatem fili Troile. AEsti-
mas quod in ueritate dixerim tibi
fratribus huiusmodi datum cre-
de mihi per iocum dixi tibi dare.
Ego enim uolui præstare eis sin-
gula numismata propter sanctam
festiuitatem: sed quia non habe-
bat distributor meus secum suffi-
cientem quantitatem huius rei gra-
tia mutua dedisti eam mihi, & ec-
ce attuli tibi illas triginta libras.
Ut uero uidit quantitatem Episco-
pus amator pecuniæ in honorabi-
limo sapientis existentis medi-
ci & pastoris, febris quidem subi-
to disparebat, frigus etiam recede-
bat fortitudo quoque & corporis
eius calor ad eum reuertebatur,
ut ex hoc non posset latere hanc
esse causam repente comprehen-
dentis eum communicationis. Su-
scipiens uero aurum ab honoran-
dis manibus Patriarchæ nihilomi-
nino contradicens, expectabat
ab eo Patriarcha, conscriptionem
abrenuntiationis mercedis earum,
quæ datæ sunt triginta auri libra-
rum. Fecit autem hoc cum gaudio
Troillus Episcopus scribens pro-
prijs manibus ita. Deus domino
meo Ioanni beatissimo Patriar-
chæ huius Alexandrinorum ma-
gnæ ciuitatis, da mercedem trigin-
ta librarum quæ datæ sunt tibi

quoniam ego recepi eas. Hoc scri-
ptum itaque sanctus accipiens sum-
psit secum, & eundem Episco-
pum ad prandium (ut enim iam
dictum est statim sanus factus est)
dixit, uolens ergo mercedis red-
ditor Deus, corripere eum simul
autem & ad miserationem con-
tribulatorum & compassionem
erigere, ostendit ei eadem diedor-
mienti post prandium Patriarchæ
in somnis qua mercede priuatus
esset. Vidit enim (ut ait) domum
cuius pulchritudinem atque ma-
gnitudinem non potest arshomi-
num imitari, & ianuam huius to-
tam auream, & super ianuam ti-
tulum conscriptum, mansio æter-
na, & requies Troili Episcopi.
Cumque hoc inquit legissem ga-
uisus sum, scribam enim donan-
dam mihi ab Imperatore talis do-
mus epulationem. Nondum au-
tem huiusmodi tituli super scri-
ptionem perlegerem, & ecce qui-
dam regius cubitularius habens
secum & alios obsequij diuini, &
cum peruenisset ad talem nitenti-
tis domus ianuam dixit ad pro-
pios officiales. Deponite titu-
lum istum. Et cum deposuissent
iterum dixit. Mutate eum, & po-
nite quem misit uobis terrarum
rex. Et attulerunt & fixerunt al-
liud aspiciente me super scriptum
ita. Mansio æterna, ac requies Ica-
nensis Archiepiscopi Alexandria
empta libris triginta. Et cum hoc

vidissem, surrexi à somno, & magno summoque pasteri quæ visa sunt ei in somno enarraui, & proficiens ea de causa Treilus Episcopus & factus est ex tunc elemosynator magnificus.

De nauibus quarum enteca iuit in perditionem.

Dominus qui diuitias intempore quodam beato Iob abstulit, fecit simile & huic omni bonitate pleno sancto Patriarcha Ioanni. Nauibus enim sanctissime Ecclesie suæ comprehendentibus violentam hyemem in loco, qui dicitur Adhira pretercerunt omnia sua quæ naues portabant: erant vero omnes naues simul. Erat autem summa multa valde thesaurum suarum, habebat enim tanta vestimenta & argentum, & alias res altiores, vt computaretur pondus quod ibit in perditionem quantitas centenarium triginta quatuor. Plus enim erant quam crediderint naues capientes per singulas decem milia modiorum. Venientibus vero Alexandriam & pergentibus statim reliqui creditores, & primi nauis Ecclesiam confugerunt. Sanctus vero hoc audiens & causam propter quam fugerant, mittit eis verbum manibus suis scriptum habens ita. Dominus dedit fratres, dominus vt voluit abstulit sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Exite

filij nihil ex hoc veriti, Dominus enim sollicitus erit de crastino. Ascendit itaque pene dimidium ciuitatis in secretum die autem altero volebant consolari autem alium, ipse vero præ occupans cepit omnibus dicere. Ne quaquam o filij & fratres causa nauium difficultatis tristementi: nam humilis Ioannes (credite) inuentus est culpabilis, quippe nisi excellentiam haberem nullo modo hoc fecerem. Sed quia extolebar in his quæ Dei erant & existimabam, quod magna opera facerem, dans quæ hominum erant, hoc mihi euenit, volens ergo Deus vt hoc intelligerem ista peruenit. Eleemo syna enim non vigilantem plerumque in extolentiam eleuat inuitus vero casus humiliat sustentem: ait enim diuina scriptura. Paupertas virum humiliat: & iterum Dauid hoc sciens, dicebat, Bonum mihi quod tu humiliasti me, vt dilectam iustificationes tuas. Dum enim malorum factus sum obnoxius: quia datione per vanam gloriam perdebam, & quoniam per vicium meum perditæ sunt tantæ pecuniæ habes nunc iudicia animarum quæ in arcto sunt. Verum dilectissimi qui tunc tempore iusti illius Iob fuit Deus, & nunc idem ipse est, qui non propter egestatem meam, sed ob indigentium necessitatem non derelinquet nos. Ipse enim dixit,

dixit, non te deseram neque derelinquam, & rursus. Querite primum regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Volentes ergo consolari eum ciuitatis habitatores, vt dictum est, ipsi magis inuenti sunt e contra consolationem ab eius beatitudine recepisse. Nisi ergo breue tempus præterijt & in duplum restituit Deo & nouo nostro Iob facultates, & iterum erat ipse magnanimus circa misericordiam, fortasse autem & religiosior quam antea fuerat.

De ministro cui duas auri libras dedit.

Ad extremam paupertatem peruenienti cuidam de domesticis ministris propria manu iste sanctus, vt nullus sciret duas libras auri dedit & audiens ab accipiente, quoniam hæc accipiens domine ulterius non habeo vultum intendendi in honorabilem, & angelicam faciem tuam vere dignum laude, vt sapiens locutus est verbum. Nondum inquam sanguinem meum pro te frater effudi sicut mandauit mihi dominus meus Iesus Christus.

De Duce qui mutuum dare distulit.

Districtus quidam ab his qui pensionem exigebant, cum non haberet, quod daret erat enim regio in magna difficultate, eo & fluvius Nilus secun-

dum consuetudinæ non irrigaret aquis terram, ipse abiens deprecatus est ducem quendam magnatorum vt mutuas sibi daret quinquaginta libras auri & dicebat se dare pigora si vellet dupla. Repromisit ergo dux dare ei ad præsens vero distulit. Exactoribus vero cõstrimentibus eum vadit & ipse ad portum a quo cuncti recipiuntur, videlicet ad mitissimum & dignum admiratione patriarcha. Et nondum pene propria necessitatem ei narrauerat dicit Sanctus ad eum O filij si volueris, & quo vestior indumentum. Etenim cum admirabilibus suis bonis & hoc possidebat, quod non poterat videre aliquem de necessitatibus lachrymantem & non statim se proprijs rigaret lachrymis. Vnde & mox petitionem volentis ab eorum accipere adimpleuit. Et sequenti nocte vidit dux & staret super altare quidam cui offerebatur multi oblationes, & pro vna quam ponebat, accipiebant centum pro ipsa de altari. Erat autem & Patriarcha post tergum eius. Iacebat ergo vna oblatio ante eos in vno scanno & dicit quidam duci. Vade domine dux accipe oblationem illam & offer ad altare, & tolle pro ea centum oblationes. Illo vero pigrante cucurrit patriarcha licet post eum staret, & tulit hæc ante eum & obtulit, & accepit sicut carnes centum de altari. Euigilas

itaque, non poterat discernere somnium. Miit autem & adduxit eum, qui volebat mutuum accipere ut prastaret ei, & cum venisset dixit ei dux. Accipe quod petisti mutuum. Respondens ille dixit ei. Ante tulit mercedem tuam id minus Patriarcha. Etenim te iu diferente cõpulsus sum ad illum tanquam ad portum confugere multa enim erat vis inquerudinis exactorũ. Cum ergo audisset hoc dux ille, statim recordatus est somnij & dixit. Verè bene dixisti ante tulit mercedem tuam, ante tulit enim, & vult illi, qui vult facere bonum, & differt & narravit omnibus somnium quod biderat.

De muliere que genero suo ininuriam patiebatur.

Pergente aliquando illo viro sancto ad templum Sanctorum victoriosorum martyrum Cyri & Ioannis in gloriosa eorum memoria orationis gratia, exeunte eo portam ciuitatis suscepit eum mulier procidens & dicens. Vindica me, quoniam iniuriam patior à genero meo, Quibusdam ergo de obsequio eius, qui habebat confidentiam apud eum dicentibus, quia cum reuersus fueris, causam eis facies. Respondit sapientissimus. Et quomodo Deus orationem nostram suscipiet si ego ita postposuero? Quis mihi spondit ut viuam ego in crastinum,

& ibo ad Christum pro ea rationem redditurus. Et nõ recessit de loco illo, vsque quod satis ei erat fieri faceret.

De sanctis videlicet Ioanne & Sophronio.

AD voluntatem igitur memorabilis huius quæ tota in Deo erat misit ei Deus viros sapientes, & semper memorandos Ioanem & Sophronium. Consiliarij enim erant veraciter boni, quibus (tanquam patribus) discretè obediabat, & gratias agebat tanquam constantibus. Maxime & viriliter agentibus militibus, pro pietate religionis. Etenim Sancti spiritus virtute freri, cum Seuerianis ac ceteris circa regionem existentibus immundis hæreticis, sapientia sua ac disputationibus pugnam habentes & conflictum multa quidem castella, pluresque ecclesias, similiter & monasteria ab ore talium bestiarum tanquam boni pastores. euellere studuerunt propter quod & maxime plurimum honorabat sanctos hos ille vere sanctissimus.

Sermo eius contra percussorem.

SI vero alicubi aliquem durum & inhumanum & percussorem circa proprios seruos sentiebat ille beatus hunc primum comonebat & cum multa lenitate rogabat dicens, Fili veni quidem ad aures peccatrices meas, & ex operatione inimici modicum durius

rius circa proprios pueros tuos feraris: sed rogo ne des locum ire. Nõ enim ut percutiam eos dedit nobis hos Deus, sed ut seruiant, forsasse vero nec propter hoc, sed ut sustententur à nobis ex quibus Deus prastitit nobis. Quid enim mihi dic, & dedit homo & emit eum, qui ad imaginem & similitudinem Dei creatus honoratus est. Nunquid enim tu Dominus eius aliquid plus illo possides in proprio corpore, manum aut pedem vel auditum siue animam. Nunquid non similis est tibi per omnia. Audi luminare gloriosum Paulum dicentem, quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neque Græcus nõ est seruus neque liber, omnes enim vos vnum estis in Christo. Si ergo æquales sumus in Christo adinuicem æquales efficiamur. Etenim Christus formam serui assumpsit, docens nos non superbire contra seruos nostros. Vnus est Dominus omnium in cælis habitans & humilia respiciens, non dixit sublimia, sed humilia respicit. Quantum enim & aurum de dimus, ut honorificatum & emptum cum sanguine diuino, & dominico, nobis seruitute subiiciamus propter eum cælum, propter eum terra, propter eum stellæ, propter eum sol, propter eum mare, & quæ in eo sunt est autem, quia & angeli ei ministrant, propter

eum Christus seruorum pedes lauit, propter eum crucifixus est, & cætera omnia propter eum passus est. Tu autem eum qui à Deo honoratur inhonoras, & (quasi non sis eiusdem naturæ) non parcens feris. Dic obsecro, velles quoties culpas ut mox redderet tibi Deus Nequaquam, dic quomodo oras quotidie dicēs. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris; His & his similibus verbis, de inhabitante in se thesauro, monens hunc absoluit & nisi didicisset istum emendatum præparabat & instruebat seruum afflictum, ut fugam arripere & venditionem perereret, & hunc comparans iustus, statim liberum statuebat.

De puero orphano quem ditauit.

AVdiens aliquando cuiusdam elemosynatoris puerum orphanum derelictum parentibus ipsius morientibus, & in multa paupertate conuarsi hunc, dicebant enim hi qui in testamenti patris eius inuenti sunt testes quia non dimisit ei Domine pater eius moriens vsque ad vnum nummismata, sed habens decem libras auri adducit eum ipsa hora quando testamentum scribebat, & dicit ei. Has decem libras habeo fili mi quid vis dimittam tibi istas, an dominam

meam Dei genitricem curatore,
& prouisorem. Pueru vero eli-
gente sanctam Dei genitricem,
præcepit dari cuncta pauperibus
Et ecce inquit sanctissime in-
multa inopia consistit, nocte ac
die domum Domine nostræ non
deserens. Cum ergo hæc audisset
a scientibus sanctus hic, nemini
aliquid dicens, aducit quendam
tabellionem, & narrabat ei rem
dans ei terminum vt nulli crede-
ret quam præcepit eam facere
rem dicens ei. Vade & in veteri-
bus chartulis scribe testamentum
nomine Theopenti & fac in ea-
dem charta me & patrem pueri
consobrinos fratres, & vade &
dic iuueni. Scis frater quod gen-
exiitens patriarcha, non debue-
ras ita in paupertate versari, ostē-
de ei chartam & dic. Quoniam si
erubescis, ego ordino causam tuā
apud patriarcham, & vide quid
tibi dicit. Cum ergo omnia quæ
iustia sunt ei à patriarcha rebello
fecisset venit ad eum dicens, quia
pactus est puer mihi, vt ego lo-
quar causam suam Domino, &
magnas gratiarum actiones refe-
rebat mihi. Dixit vero sanctus.
Vade & dice ei quia locutus sum
patriarchæ. Et dixit, quoniam
& ego scio, quia habuit consob-
rinus meus filium, sed ex vul-
tu hunc non recognosco. Bene
ergo facies adducens hunc ad
me. Adducens ergo cum fac

portare & chartam secum. Cum
vero peruenissent, tulit eum se-
creto ille iustus, & cepit de oscu-
lari eum & dicere. Bene venit fi-
lius consobrini mei. Ditauit igitur
eum eique vxorem tradidit
in Alexandria, & domum & om-
nia quibus opus habuit, donauit
ei, demonstrare festinans quoniā
non derelinquet Dominus sperā-
tes in se.

*¶ De impostore qui viginti libras auri
mutuo accepit ab eo.*

Impræteritille autem & huius
mandati curam habens hic ad-
mirabilis legem ponentis, vo-
lenti mutuae a te ne auertas ali-
quando, non prohibuit aliquem
huiusmodi ab eo suffragium po-
stulantem. Vnde hoc sciens qui-
dam malignus & impostor, petijt
ab eo vt sibi mutuas daret viginti
libras auri. Erat autem de his qui
dicuntur gallodromij. Gallo dro-
mij dicuntur mangones discur-
rentes & fraude decipientes. Cō-
temnens ergo sanctum, quemad-
modum & alios multos dicebat,
quia nihil mihi dedit. Quasi erūt
itaque Ecclesie pastores & ordi-
natores, vt in carcerem hunc
mitterent, & publicarent eius
substantiam. At imitator dicitis
estote misericordes sicut & pater
vester misericors est, qui solē suū
oritur super bonos & iniustos,
& pluit super iustos & iniustos,
nequaquā istis consensit vt eum
afflige-

affligerent. His autem turbatibus
contra eum vt pote qui patriar-
cha illuserat, & dicentibus ad eū
eum sanctum, non iustum est. Do-
mine, vt quod merito pauperes
acciperēt hoc luxuriosus accipiat
Respondit e contra ille pater bea-
tus dicens. Credite fratres, quia si
extra voluntatem meam accepi-
tis aliquid ab eo, duo mandata
transgrediemini, & vnum adim-
plebitis, quando & ad pauperes
data fuerit huiusmodi quātitas.
Vnum quidem, quia apparebitis
impatientes circa eum, & effi-
ciemini alijs forma mali, alterum
autem quando non obedientes
eritis Domino Deo dicenti, ab eo
qui abstulerit tua ne repetas. Ex-
pedit ergo, o fili, vt efficiamur om-
nibus exemplum patientiæ. Ere-
nim apostolus dicit. Quare nō ma-
gis iniuriam sustineris? quare non
magis fraudem patimini. Et bo-
num est quidem veraciter fratres
omni petenti dare, excelsus au-
tem & honorabilius etiam non
potenti. Ei autem qui aufert vesti-
mentum sine voluntate a nobis
dare & tunicā angelicā vere na-
tura imitatio, imo diuina est. Ex
his enim quæ habemus Domi-
nus præcepit benefacere proxi-
mo. Bonum inquit facies fra-
tri tuo, iuxta quod possidet ma-
nus tua, non ex his quæ ex lite &
contentione & ab iniuria aufe-
rantur.

¶ De abbate Vitalio.

Senex quidam magnus quasi
annorum sexaginta, au-
diens tales res beati voluit
tentare eum, si posset verbis sua-
deri, & ad scandalum facile incli-
nare, & vt contingit si condem-
naret aliquem. Et habitans prius
in monasterio Abbatis Seride-
nis, exijt & venit Alexandriam &
sumit conuersationem homini-
bus quidem reprehensibilem, sed
Deo gratam, qui dat) vt ait Da-
uid) singulis secundū cor eorum.
Ingrediens itaq; ciuitatem scribit
omnes quæ nocte erant meretri-
ces, & cepit laborare opuscula &
accipere per singulos dies siliquā
vnam. Cum ergo occumberet sol
manducabat & intrabat ad vnam
meretricum & dabat ei grecos nu-
mos, & dicebat, dona mihi noctē
istam & noli fornicari. Et ma-
nebat iuxta eam nocte illa ob-
seruans eam ne fornicaretur. Sta-
batque a vespere in vno angulo
cellula, vbi dormiebat mulier
psallens & orans pro ea, & mit-
tens genuflexiones vsque ad au-
roram, & exiens præcipiebat ver-
bum illi quod nulli diceret, ac-
tionem eius. Ita agebat semper
quosque vna earum manifesta-
uit vitam eius quod non vt forni-
cetur intrare ad eas, sed vt
saluaret. Orāuit senex & cepit
mulier à dæmonio vexari vt per
illam ceterę timeret & nō mani-
festarens

festarent eum omni tempore vite eius. Dicebant ergo quidam ei quæ a dæmonio vexabatur. Quid est. Reddidit tibi Deus quoniã mērita es, vt fornicetur enim ingreditur pessimus iste, & nō ad aliud aliquid. Iam enim & sanctus Vitalius hoc enim nomē erat ei volens hominum gloriam fugere, & animas a tenebris reuocare dicebat audientibus cū sitis cum laboraret in opere, & solueret vespere. Eamus modo Domine, olim dona talis expectet te. Vbi erat ergo ordo ipsius, multis ergo criminantibus ei dicebat. Nūquid ego non vestio corpus vt omnes. Aut monachis solis iratus est Deus. Vere & ipsi homines sunt vt omnes. Dicebat itaque ei quidã. Accipe tibiynam mulierem abba, & muta vestimentum tuum vt non blasphemetur Deus per te, ne habeas iudicium quæ scandalizantur animarum. At ille respondebat eis iterum, dicebat ergo se demonstrare quasi iratum vere nō obaudiam vobis, ite à me, modo nihil aliud faciam vt vos non scandalizemini nisi accipiam mulierem, quatenus curam habeam domus & faciam malos dies qui vult scandalizari, scandalizetur, & det frontem in pariete. Quid vultis ex me. Nunquid iudices constituti estis à Deo. Ite de vobis curam habetote, vos pro me non reddetis Deo rationem. V-

nus est iudex, & sancta dies iudicij qui singulis reddet secundum opera eorum. Dicebat autem hæc clamans. Quidam ergo Ecclesiæ defensorum hæc multatens audientes ab eo referebant quod fiebat. Deus vero sciens, quod nollet ille sanctus offendere abbatem Vitalium indurauit cor eius ne crederet eis. Recordabatur enim ante memorati eunuchi, sed increpauit vehementer, qui contra Vitalium abbatem accusationem ei afferebant dicens ad eos. Quiescite accusare monachos. An nescitis quid circa sanctæ memoriæ Constantinum Imperatorem actum fuisse conscriptiones quæ de eo leguntur contineant. Quoniam (ait) quidam non timentes Deum cum celebraretur secunda Synodus in Nicæa ceperunt contra se dare in scriptis, famas turpes beato illi Imperatori, quidam clerici existentes quidam monachi, & ad faciem adducens sanctus Dei Constantinus accusatorem & accusatum vtriusque audiuit. Et cum inuenisset multas talium criminorum veras esse accusationes, incendit omnes, quæ datae sunt in scriptis malas opiniones dicens. Vere si proprijs oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum qui monachico habitu circum amicti sunt peccantem, chlamydeam

meam explicarem, & cooperire eum, ne ab aliquo videretur. Nã & in seruum Dei illum videlicet eunuchum ita putastis, & misistis me extra viã, & feci animam meam peccatum magnum confundens ergo eos multum abhorruit. ¶ Seruus autē Dei Vitalius à propria operatione non cessabat. De precabatur ergo vt quibus dā post mortem eius infomnis manifestaret Deus de se, vt impuraretur in peccatum his qui scandalizabantur in eum, eo quod rem quã agebat dicerent scandalo esse plenã, & non haberet homo peccati indicium ex ea quicquid locutus fuisset. Multas igitur de talibus mulieribus ad compunctionem induxit hæc operatio eius, & maxime quando videbant eum nocte extendentem manus & orantem pro vnaquaque earum propter quod quædam earum à fornicatione cessabant, quædam vero accipiebant viros & pudice conuersabantur, quædam vero & modis omnibus mundum relinquentes, singularem vitam ducebant. Nullus tamē sciuir vsque ad eius dormitionem, quod ipsius admonitione & oratione impudicæ mulierculæ à fornicatione cessarent. Vnde quædam die exeunte eo à prima talium mulierum diluculo obuiat ei quidam homo immundus intrans ad fornicandum cum ea, & cum vidisset sanctum Vita-

lium ex ea egredientem dedit ei alapam in faciem dicens ad eum. Vtique quo pessime illufor Christi, non emendas te ab his nequitijs tuis. Quid dixit ad eum. Crede mihi accipies alapã à me humili vt tota Alexandria colligatur ad clamores tuos, nō dum breui tempore transacto dormiuit cū pace in cellula sua sanctus Vitalius, ne mine sciente omnino. Habebat enim valde pusillam cellulam super locum qui dicebatur portafolis. Vnde & plerunque cum collecta celebraretur iuxta cellulam eius in Ecclesia matre, cōuenientes quædam muliercularum harū ad alterutras dicebant. Eamus eamus, iterum abbas Vitalius collecta habet. Et venientibus eis, curabat eas. Igitur dormiente eo, vt prædictum est, in propria cellula & nullo sciente, mox quidam dæmō tanquam Aethiops deformis astat ei, qui dederat alapã abbati Vitalio, & dat ei alapam dicens. Suscipe alapam quam misit tibi abbas Vitalius. Et cadens statim cœpit spumare. Congregata est igitur secundum prophetiam Vitalij, pene tota Alexandria, in violentiam quam patiebatur a dæmone, & maxime quia sonitum dat ei alapæ audierunt quidam quasi ad vnus iactum sagittæ. Post aliquantas vero horas, in mentem rediens is qui patiebatur, scidit vestimenta pectoris sui, & cucurrit ad

ad cellulam clamans & dicens. Culpam feci tibi serue Dei Vitali miserere mei. Cucurrerunt vero cum eo omnes audientes. Cum peruenisset ad cellulam sancti, exiit iterum dæmonium iactans cum omnibus aspicientibus. Et cum ingrederentur, intro hi qui cum eo cucurrerāt inuenerūt sanctum stantem in geniculis suis, & orantem, & Domino animam tradentem, & in pauimento scripturam huiusmodi. Viri Alexandrii nolite ante tempus aliquid iudicare, quosque veniat Dominus. Conſitebatur vero & homo qui a dæmonio vexabatur, quod sancto fecerat, & quod dixerat sanctus ei. Recitata sunt ergo beatissimo Ioanni Patriarchæ omnia quæ circa sanctum Vitalium acta sunt & descendens cum cleo, venit ad corpus sancti Vitalij & cum vidisset superscriptionem dixit. Vere hanc humilis Ioannes per Deum euasit, vtinam aliam quam accepit qui patitur ego accepissem. Tunc itaque omnes fornicariæ, & quæ abrenunciauerunt eis & viros susceperant cum cereis & lampadibus præbant cum flentes & dicentes, perdidimus salutem & doctrinam, enarrabant enim iam conuersationem eius omnibus & quoniam non propter turpem rem ad nos intrabat, & quia nunquam aliquando vidimus eum super la-

cus dormientem, aut vnam ex nobis tenentem manu sua. Et reprehendentibus eas quibusdam & dicentibus, quare hæc non omnibus dicebatis. Sed scandalizabatur in eo tota ciuitas. Enarrabat iam capitulum quod circa eam gestum est quæ a dæmonio vexationem sustinuit, & quia hoc timentes tacebamus. Sepulto ergo eo cum multo honore, permansit is qui ab eo correctus & sanus factus est, faciens memoriam eius. Post modum autem & renunciauit seculo ingressus monasterium Abbatis Seridonis in Gazam & suscepit cellulam abbatis Vitalij secundum fidem & in ea permansit vsque ad mortem suam. At sanctissimus patriarcha multas gratias egit Deo, quia non permisit eum peccare in seruum suum Vitalium. Multi autem multum extunc in Alexandria profuerunt sibi, & hospitio recipiebant monachos & munitabantur vt non condemnaretur aliquis ab eis quæ viderant. Fecit autem & sanitates post mortem honorabile nomen sancti Vitalij per diuinam gratiam, cuius orationibus det nobis Dominus bonam conuersationem, & misericordiam in die, quando manifestabit abscondita hominum, & nuda faciet consilia cordium.

¶ De

¶ De eo qui conuicia Patriarchæ inferebat.

PRæcipiens aliquando dari cui dam petenti eleemosynam, decem numos areos tantum cōuicia patiebatur ab eo in facie atrociter ille beatus, quia non deerat ei quotquot voluit. His autem qui de obsequio erant querentibus cedere eum qui cōuicia batur, increpauit eos vehemēter patriarcha dicens. Si me fratres habeo ego sexaginta annos blasphemans per opera mea Christum, & vnum conuicium non portabo ab isto. Et præcepit datori soluere seccalum vt lineret pauperem tollere quantum vellet precium.

¶ De interrogatione circa eleemosynatores.

SI vero aliquando audiebat facientissimus quoniam eleemosynator est talis aduecebat eum in hilaritate letosum, & dicebat ei. Quomodo factus es eleemosynator, naturaliter, an te ipsum cogens. Vnde quidam eorum qui ab eo interrogabatur recundati occultabant, quidam autem dicebant ei. Propter quod vnus interrogatus a sancto respondit ita. Crede mihi Domine, quia nihil do aut facio boni. Verū tamen ipsam q̄ facio & præbeo ex quibus orationes tuæ largiuntur, ira facere assueui. Et prius valde in misericors & crudelis & semel

dāna pertuli & in subtilitatem deueni, cepit cogitatio mea dicere mihi, vere si esses eleemosynator nō reliqueret te Deus. Statui ergo per singulos dies statim dare quinq; areos numos pauperibus & cum cepissem dare statim Sathanas prohibebat medicens. Vere quinq; numi isti sufficiunt domui tuæ ad holera, aut ad balneū percipiendū, & statim tanquam si de faucibus narorū meorū priuare eos nihil dabam. Cum vero vidissem quod superarer a vicio, dico pueri meo per singulos dies furare me nesciente quinque numos & da eleemosynam. (Sum ego enim trapezita Domine). Ille vero benefaciens, cepit furari denarios. Erat autē aliquando & filiqua. Cum ergo vidisset, quia benedicobamur, & diuitijs abundabamus, cepit & tremisses furari & dare. Semel itaque admirans benedictiones Dei dixit ei. Vere multū profuerūt filiquinq; numi illi, volo ergo vt des decē. Tūc dicit mihi & puer subridēdo, vade ora p̄ furtis meis. Nā vere hodie non haberemus quē manducassemus panem, sed si est fur iustus, ego sum. Tunc ergo dixit, quoniam tremisses dabat, & filiquas & iam ex fide illius, assueui Dñe ex animo dare. A edificatus ergo sanctus valde dixit ad eū. Crede mihi multas conuersationes patrum legi, tale aliquid non audiui.

¶ De

¶ De principe qui malitiam seruabat
in alterum.

Malitiam referuantem quē
dam industrium, contra
alium principem audiens
hic magnus Ioannes, monuit eum
sape, & suavit ad concordiam &
non potuit eum conuertere ad pa-
cem. Semel ergo mittit, & addu-
cit eum Sanctus quasi pro Re-
publica, & facit missas in orato-
rio suo, Nullum habens secum
nisi ministrum suum. Cum er-
go sancta benedixisset Patriar-
cha, & orationem Dominicam
inchoasset cœperunt dicere tan-
tum tres illi Pater noster. Et cum
peruenissent ad sermonem quo
dicitur, dimitte nobis debita no-
stra, sicut & nos dimittimus debi-
toribus nostris, inquit domesti-
co patriarcha ut taceret. Siluit
vero & patriarcha, & remansit
princeps solus dicens versum,
Dimitte nobis, sicut & nos di-
mittimus, Et statim conuersus
sanctus, dicit ei mansueta vo-
ce, vide in quali terribili vo-
ce dicas Deo, quoniam sicut e-
go dimitto, ita & tu dimitte mi-
hi. Et tanquam ab igne statim
cruciatam ferens prædictus prin-
ceps cecidit in faciem ad pedes
sancti dicens. Quæcunque iusse-
ris Domine faciet seruus tuus. Et
reconciliatus est inimico
suo ex tunc cum omni
veritate.

¶ Quid erga quolibet superbum
agebat.

Superbum autem si videbat a-
liquem beatus hunc quidem
non arguebat in facie, quan-
do autem eum in secreto suo se-
dentem videbat afferebat de hu-
militate sermones, ut per tale ma-
gisterium sensum percuteret su-
perbum & modestum faceret di-
cēs ita. Miror Domini mei, quod
modo non recordatur misera ani-
ma mea humilitatis quam demō-
stravit nobis super terram appa-
rens filius Dei, sed intumesco &
extollor super fratrem meum si
fuiero modicum aut pulchrior eo
aut ditior, aut gloriosior, aut prin-
cipatum officij cuiuscunque ha-
buero non intelligēs diuinam vo-
cem quæ dicit discite à me quia
mittis sum & humilis corde, & in-
uenietis requiem animabus ve-
stris, neque sanctorum voces co-
gitans quoniam quidam terram,
quidam cinerem, quidam vero ver-
mem & non hominem, quidam
aut impeditoris, aut tardioris lin-
guæ se nominabāt, & quia Esaias
quando Deum videre meruit, ut
capit homo, tunc immunda labia
se habere pronunciauit, Quid e-
nim nō sim humilis? Nonne de lu-
to factus sum vnde sunt & late-
res? Nonne omnē quā puto habe-
re gloriā, ut flos sceni marcescit.
His ergo & huiusmodi verbis sa-
pientissimus quasi de se dicens
cum.

cum qui langorem inflationis
& superbix habebat cauterio cō-
burens prodebat. Intellexebat
enim is quis vuln^o habebat quod
de eo patriarcha hæc intimaret.

*Sermo eius ad humilitatis
exemplum.*

Et hoc frequenter ille à Deo
honoratus afferebat in me-
dium ad humilitatis argumē-
tum dicens. Quod si consideras-
semus & cogitassemus Dei mise-
ricordiā & bonitatem nec in ca-
elos subleuarem oculos nostros,
sed semper in humili habitu ac
prudencia degeremus. Ut enim
præteream qualiter non existen-
tes ut essemus produxit nos fa-
ctor, & peccato & inobedientia
deceptos, iterum viuificauit &
proprio sanguine redemit à mor-
te, & omnem terram & ipsum cæ-
lum in obsequium hominum sub-
didit, sed & nunc qualiter peccā-
tes non dissipat, sed lōganimiter
magis expectat immobilis illa na-
tura & patiens ille oculus, & no-
bis plerunque blasphemantibus,
ipse consolatur & blanditur per
miserationē suam desorsum plu-
uias propter vitam nostram tri-
buens. Quantos malos operarios
pergentes ut occidant aut furen-
tur regit ut non capiantur & pu-
niantur, quantos existentes in pe-
lago ut prædentur obiantes sibi
nauces, & occidant qui in eis sunt

non permittit in profundum de-
mergi, sed imperat mari ne absor-
beat eos, expectans conversionē
malitiæ ipsorum. Quanti peierāt
corpus & sanguinem eius sacro-
sanctum, & patitur & longanimi-
ter agit, non redens eis hic ali-
quid difficile quantos in itinere
latrocinantes non tradit in cibū
obiantibus sibi bestiis, quantos
cuntes concaua terrarum & itine-
rum seditiones operantes prote-
git, ut non consumantur à custo-
dientibus canibus, vel etiam ho-
minibus. Et me interdum aut cū
meretrice recumbente aut cū his
qui se inebriant, aut cum turpia
loquentibus conuersante aut sce-
lere quolibet seculi huius implica-
to, apis quidem circūfertur, & val-
les, & alueos circuit quarens col-
ligere mihi fructum, ut dulce fiat
mini guttur, quod foeda & iniqua
pronunciat, vna autem festinat
per calorem maturari ut repleat
os, & lætificet cor, quod factorem
suum præuaticatum est. Flores in
uicem se præoccupant ut delecter
oculos, qui fornicationibus & alie-
nis mulieribus ad luxuriā inuicē
ficus turbatur quatenus perue-
niat ut repleat manum permagni-
tudinem, & os per dulcedinem,
qui tenet, & basiat alienam mulie-
rem. Talia ergo inquit opera fra-
tres agētos, & tales retributiones
accipientes à benigno Deo qualē
debueramus habere prudentiam

considerantes nobilissimam nostram & horridam mortem. Multum enim de memoria mortis & exitu anime disputabat semper ille beatus ita ut frequenter quidam ad eum superbos commate intraret & ridentem vultu & inconsiderato oculo, & exirent humili more & compuncta facie & lacrymantibus oculis propter quos & dicebat quia (ut existimo ego humilis) sufficit ad salutem assidue & dolenter cogitare, & sollicitudinem habere de morte, quoniam nemo nobis in hora illa coparietur, aut comitabitur ex virtute nisi opera bona nostra. Et quomodo angelis venientibus & properantibus turbatur tunc anima si inuenta non fuerit bene preparata. Quomodo proget ut addatur sibi medicina temporis vite. Et audies. Tempus enim quod vixisti bene non consumpsisti. Et iterum dicebat tanquam de se ipso. Quomodo humilis Ioannes transire poteris bestias arundineti, quando obuiabunt tibi exactores. Veli quales rarior & tremor obtinet animam tunc ratione ponente, tunc inquisitoribus amaris & in misericordibus. Et enim sanctus iste in memoria semper retinebat, quod sancto Simone, qui incolumis stetit per revelationem factum est, notum quia (ut ait) exeunte anima e corpore obuiant ei tum ascenderit a terra in celum chori demonum

linguli in proprio ordine obuiant ei chorus demoniorum superbia inuestigat eam si habeat opera eorum obuiant ei chorus spirituum de tractionis aspiciunt si aliquando oblocuta sit & poenitentiam non egerit. Obuiant iterum superius demones fornicationis, scrutantur si recognoscant in ea voluptates suas & quando a terra usque ad calum misera anima postura rationem peruenerit seorsum ab ea sancti angeli stabunt & non adiuuabunt eam nisi bonitates sue. Hec considerans hic nobilis perterritus pro tali hora, & sollicitus factus est ferens in memoriam sancti Hilarionis eloquium, cum e vita egressurus esset formidauit, & dixit anima sua, octoginta annos, o humilis anima habes seruicium Christo, & times exire, Exit quia misericors est Deus. Et dicebat sibi patriarcha. Si is qui octoginta annos seruiuit Christo & mortuos suscitauit & signa fecit, timuit avaram illam horam, quid habes tu humilis Ioannes dicere aut facere, quando obuiauerint in faciem tuam crudeles illi, & in misericordes exactores & exquisitores. Aut quantam poteris rationem reddere ad eos qui exquirunt de mendacio ad eos qui de detractione, ad eos qui de crudelitate, ad eos qui de avaritia, ad eos qui de memoria mali, ad eos qui de ocio, ad eos qui exquirunt de periurio.

periurio. Et dicebat deus in eis in crepa, nam omnis fortitudo hominum eis resistere non valet. Tu Domine da nobis ductores sanctos angelos qui custodiant & gubernent nos. Multa enim est contra nos eorum insania, multus est timor, multum periculum Pelagi, aeris, & mundi huius. Si enim de ciuitate in ciuitatem super terram ambulantes deprecamur eos qui nobis ductores sunt ne in precipitia cadamus, aut in agrestium feratum loca, aut in flumina in finita, aut inaccessibiles & inuios montes, aut in latronum manus, aut in Eremum incomprehensibile, aut in aquosam & pereantem, quot ductoribus fortibus & diuinis custodibus opus habemus, pergentes longa via hac & eterna videlicet que ex corpore est egressio, & ad celum ascensio. Hec sunt sapientia plene beati ad se & ad omnes doctrinae, haec sunt eius quotidianae curae atque meditationes.

¶ *Quid fecerit eis qui post Euangelium lectum stationem deserbant.*

Multam autem & de sancta statione curam habebat, & sollicitudinem demonstrabat. Vna enim dierum, volens multos refecare, ut non egredierentur post solutionem sancti euangelij de Ecclesia, & ocio-

sis sermonibus pro oratione vacarent, quid fecit. Reliquit mox postquam lectum est sanctum euangelium Ecclesiam, & ipse exiit & sedit cum turba, omnibus vero ostupentibus, dixit ad eos iustus. Filij vbi oues, illic & pastor. Aut intrate intro, & ingrediar aut manere hic, & hic manebo. Ego propter vos descendendo in sanctam Ecclesiam, nam poteram facere mihi met missas in Episcopio. Semel ergo & hic fecit hoc ipsum scema ille beatus, erudiuit in hoc plebem magnifice & emendauit, timebant enim iterum id ipsum scema faceres eis ille semper memorandus.

¶ *Loqui in Ecclesia non permittebat.*

Loqui autem in sacratio omnino non permittebat, sed in conspectu omnium foras mittebat cum dicens. Si quidem ut orares venisti huc, in hoc mentem tuam, & os tuum vacare exopta. Si vero propter locutionem, scriptum est, domus Dei domus orationis vocabitur, noli ergo eam facere speluncam latronum.

¶ *Quod nec in monachica vita, nec in clero moratus est.*

Hoc autem erat admirabilius sanctissimi huius patriarchae, quoniam nec mo-

machicā vitam ducens, neque in clero moratus in Ecclesia, sed & foemina legitimā dudum coniugatus, ita tenuit vigorem Ecclesie ab ipso initio quo patriarcha consecratus est, & in talem sublimitatem exaltatus est, vt multos Eremitarum & in arcta vita degentium superaret.

¶ De hoc quod statuit duos ordines monachorum.

Volens autem nec huius boni expertus esse videlicet monachicæ vitæ continentationis studet rem talem. Cōgregans duos ordines monachorum statuit eis omnem vtilitatem tribui de villis suis in ciuitate sua & faciens eis cellulas in duobus oratorijs sanctæ Dei genitricis & sancti Ioannis, quæ ipse à fundamētis ædificauerat dicēs de amantissimis monachis ita. Ego post Deum vtilitatem corporalem vestram procurabo, vos autem spiritalis habetote meæ curam salutis. Vespertina & nocturna vigilia mihi apud Deum imputetur quicquid vero in cellulis vestris officij feceritis, pro vestris sit animabus. Hoc autē fecit volēs sollicitiores efficere Dei amicos monachos. Vnde & permansit Deo talis gratā constitutio ordinū, & ad similitudinem monasterij ex his ciuitas pene viuere in diuersis locis per uigiles hymnodias, Deo referentes.

¶ De euitanda communionē hæreticorum.

ET hoc beatus iste ita omnes docebat & contestabatur dicens nullatenus aliquando hæreticorum communionē imo coinquinationis participemini etiam si omni vita uestra ex aliqua impulsione vel necessitate communionem catholicæ Ecclesie non inuenientes sine communionē permaferitis. Si enim ait uxorem corporalem legitime possidentes & in regione aliqua longinqua absque illa tempore multo moras relinquere hanc & alij copulari à Deo & legibus prohibemur, si vero hoc egerimus punimur, quo modo putas Deo per rectam fidē & catholicam Ecclesiam coniuncti, qui (vt ait apostolus) optauit vos vni viro virginem castam exhibere Christo & sanctam fidem adulterauimus per communionē hæreticorum in futuro seculi tormenti (quod expectat hæreticus) erimus facti participes. Communio enim (ait) ideo dicitur eo quod communē faciat & firmet cōmunicantem quibus communicat. Ne igitur quæso ait, o filij huiusmodi oratorijs applicetis.

¶ De eo quod non condemnauit aliquem.

Cum omnibus bonis suis, & hoc beatus hic possidebat dico videlicet quod, vt dictum est, non condemnauit proximum,

proximum, nec eundemantes reciperet. Dicam vero eius & doctrinam de hoc omnibus proficiam. Iuuenis quidam rapiens in nonachā fugit Constantinopolim, hoc dicens, iustitiam factus est vsque ad mortem. Tempore aliquo tractato, confedente eo vna dierum in honorabili cimiliario cum quibusdam clericis & sermonem animæ vtilem mouente, venit in mentem & memoria iuuenis, qui ancillam Dei rapuerat, & caperunt qui cum sancto confedebant anathematizare talem iuuenem tanquā qui duas animas perdidit suam, videlicet & sanctimonialis. Compescuit ergo & refecuit eos beatus dicens ne sic filij, ne sic, nā ostendam vobis, quia & vos duo peccata facitis, vnum quia transgredimini mandatum dicentis, nolite iudicare vt non iudicemini. Deinde quia nescitis certius si ad hoc peccent & si non pœnitent.

Legi enim vitam patris aliquid tale habentem, quia in ciuitatem quandam duo monachi abierunt in ministerium. Et cum transiret vnus per locum, clamabat ei vna fornicaria, dicēs. Salua me pater vt Christus meretricem, ille vero hominum confusionem omnino non curans, dixit ei. Sequere me. Et tenens eam per manum eius exiit publice de ciuitate omnibus aspicientibus, facti est ergo fama quia abbas recepit mulierē domi-

nam Porphyriam (ita enim vocabatur mulier.) Pergentibus ergo eis vt mitteret eam in monasteriū inuēit mulier in vna Ecclesia puerum in terrā proiectū, & suscipit eum vt nutrirer illū. Itaque post annū quidā venerunt in patriam vbi erat abbas & Porphyria, quæ fuerat de meretricibus & videntes eam habere puerulū dicunt ei veraciter bonū abbati pullum genuisti. Nondū enim sanctum scema acceperat. Euntes ergo qui viderāt eam Tyrū, inde enim abbas tulerat illā diffamauerūt, quia genuit de abbate Porphyria, & nos vidimus puerulū oculis nostris simulantem ei. Quādo ergo cognouit ex Deo abbas obitū suū dicit dominæ Pelagiæ sic enim mutauit nomen eius quādo tradidit ei sanctum scema. Eamus Tyrū, quia habeo illic responsum, & volo vt venias mecū. Illa vero non valens cōtradidere ei secuta est eum, & venerunt ambo, habentes & puerū septē annorum existentē secum. Cū ergo agrotasset abbas in infirmitate ad mortē, ascenderunt ad visitationem eius de ciuitate vsque ad centum animas, & dicit. Affer prunas. Itaque cū venisset thuribulum plenum prunis tulit & euacuauit eas in vestimentū suū & dixit. Credite fratres, quia sicut Deus rubum custodiuit incombustum ab igne, sicut nec hanc tunicam meam incenderunt prunæ.

istr, ita nec egredigni peccatum mulieris, ex quo natus sum. Et omnes mirati sunt, quod non ardebat vestimentum ab igne & glorificauerunt Deum habentem oculos seruos. Ex occasione autem denar Pelagiae quondam meretricis aliae fornicariae secuta sunt eam abrenunciantes mundo cum ea pergentes in monasterium eius. Seruus autem Dei monachus qui totonderat eam postquam sanis fecit omnibus tradidit Deo spiritum in pace. Ideo (inquit) dico vobis filij, ne precipites ad condemnanda & iudicanda sitis aliena. Multotiens enim peccatum fornicationis vidimus, poenitentiam vero eius quam fecit oculos non aspeximus. Sic est eum futurum facientem quendam videmus, suspiria vero eius & lachrymas, quas producit Deo nescimus. Et quidem habemus eum quasi furum aut fornicatorem aut periurum apud Deum vero forsitan recepta est occulta eius poenitentia & confessio, & est ab eo preclusus. Omnes igitur admirantur super doctrina industrii pastoris huius atque magistri.

De duobus clericis calciamenta facientibus

DVobis clericis calciamenta facientibus & iuxta se laborantibus vnus quippe habebat filios multos, & vxor-

rem & patrem & matrem, vacabat vero Ecclesiae sine intermissione & omnes post Deum arte alebat sua. Alter autem quantis detior esset illo, eo quod non permaneret in Ecclesia, sed etiam dominicis diebus laboraret, nec seipsum tantum nutrire valebat. Inuidebat ergo iste vicino suo, & vna vice non suffere inuidiam dicit ei cum ira, Vnde diues factus es sic. Ego vacans plus arti mea quam tu in paupertatem deueni. Dicit vere ei alter volens facere eum vacare Ecclesiae. Inueni precium in terra & inde paulatim diues factus sum sed si vis semper vocabo te & veni mecum, & quidquid inuenerimus accipies dimidium. Cum ergo acquiesceret ille & sequeretur eum euntem ad Ecclesiam sine intermissione benedixit ei Deus: & diuites fecit eum. Tunc dicit ei ille bonus consiliarius vidisti frater vnum mendacium propter Deum quantum profuit animae tuae & substantiae tuae. Crede mihi inueniebam aliquando in terra (ut existimasti) gratia precij, sed quonia dicit Dominus, quarrite primo regnum Dei & haec omnia adijciuntur vobis. Idcirco occasione feci tantum ut deducere te & ecce non sine causa laborasti, sed inuenisti & super inuenisti. Hoc igitur dicens sanctus patriarcha, fecit illum bonum consiliarium presbyterum tanquam dignum erat etiam lector.

De

De uocatione eius ad Dominum.

EQuidē haecenus ante memoratus Dei cultor Mennas qui fuerat vicedominus sanctae Ecclesiae Alexandrinorum magnae ciuitatis enarrauit nobis. Dicentibus vero nobis in praedictis in quodam capitulo, & multa spiritali dilectione patriarcha & Niceta patricius ad inuicem colligati essent, dignum iudicium talis exhibitionis praesens existit capitulum. Quando permittente Deo pro peccatis nostris futurum erat ut traderetur Alexandria sine Deo Persis, reminiscens bonus pastor, dicentis, cum persecuti vos fuerint in ciuitate ista, fugite in aliam, fugam arripuit in propria patria, videlicet in Cyprum in ciuitate sua, vnde occasione accepta praefatus Niceta patricius dicit ad sanctum. Obsecro si inueni gratiam ante te, ne dedigneris fatigari usque ad regiam ciuitatem & bene acceptas preces tuas donare pijsimis imperatoribus. Ille vero multa fidei viro consuetus, obediens ad hoc factus est Deo & voluntati eius, & ad se quantum honorem daturus erat circa beatum ostendere volens fatigata igitur naui multipliciter a vi verorum in qua factus cum patricio erat & in profundum pene iam mersa, vidit sepe memoratus patricius & optimates & qui cum eo erat vna nocte in qua tempestatas facta est patriarcha modo cum

pauperibus per nauim vbiq; concurrentem, modo autem iterum cum eis manus in caelum extendentem, & ab alto adiutorium abstrahentem. Cumq; interdum peruenisset ad ascensum, vidit expergescitum a Deo vocatum hic, quendam eunuchum coruscantem forma, aureum scripturam in dextra manu tenentem, assistentem sibi & dicentem. Veni iubeo, rex regnantium quaerit te, nihil ergo statim negligens aduocat patricium Niceta, & dicit ei cum multis lachrymis. Tu quidem o Domine, ad terrenum imperatorem me vocasti, sed praeueniens caelestis ante vocauit supremum exiguitatem meam. Et retulit ei eunuchi, imo angeli visionem, quae apparuerat sibi. Gaudius ergo & tristis factus idem gloriosissimus vir impedire sanctum non potuit. Abunde vero sanctis eius repletus orationibus, & imperatoribus has deferens cum multo honore redire ei in Cyprum iussit.

De testamento quod fecit beatus Iohannes Eleymonis.

ADueniente ergo in propriam eam ciuitatem, quae Amathunca vocabatur testamentum proprium scribere, cito ministris suis praecepit. Velociter vero & sine dilatione charta & calamus praesentantibus praecepit sacrum illud eos scribere sic.

C c 4 Iohannes

Ioannes seruus propter eam vero qua super posita est mihi sacerdotij dignitatem. Dei gratia liber. Gratiarum ago Deo tibi, quoniam exaudisti me pro misera anima mea, rogantem bonitatem tuam ne inueniretur morienti mihi nisi una tremissis. Inueniente enim me in honorabili Episcopio sanctae Ecclesiae Alexandrinorum magnae ciuitatis quam per indulgentiam Dei suscepi quando in ea consecratus sum circiter octoginta centenaria auri & quae intrauerunt mihi ab amicis Christi pene numerum hominis transcendunt in memet mentem colligens & cognoscens haec omnia dominatoris omnium esse festinaui ea quae Dei erant Deo dare. Vnde & quod remansit mihi hoc tremisse Dei & hoc existens iubeo dari his qui sunt Dei. O gloriosa res, o deuotionem sancti. Non intendit sicut debuisset suis, quod patiuntur multi qui in diuitijs sunt, qui Dei dona aut ex iniustitia collecta tanquam propria & tanquam si ea secum ferre possint, thesaurizant, & non large egenis praebent sed illa querebat, quae semper manent & aliquando non minuuntur. Vnde sine mendacio re promissionibus non est fraudatus, qui asseuerat ex persona Dei, quoniam qui glorificauit me glorificabo. Vere enim magnifice glorificauit sanctum hunc qui in

suis bonis glorificauit Dominum semper. Non enim ferens nobilitate hic temporalis uita sua conuictore sancta & digna laude quae regit xenodochia geronihochonia atque monasteria a fundamentis edificans & choros sanctorum monachorum statuens incessabilem ueritatis iustitiae memoriam possidet per ea quae celebrantur in eis bona opera quod enim de his qui mala agunt, & successores propriorum malorum post mortem in uita hac relinquunt ait diuinus Paulus apostolus, quoniam quorundam peccata manifesta sunt, praecedentia ad iudicium, quosdam autem & subsequuntur. De quibus vnus & iste existit, & quoniam non fabula, neque ad gratiam est quod dictum constat testimonium nobis perhibebat plane quod mox interpretiosa eius dormitione gestum est prodigium. Tradente enim eo & commendante propriam animam in manu Domini, ut ait alicubi sacra litera, iustorum animae in manu Dei sunt & hanc ei ut sacrificium immaculatum offerente, cum condendum esset honorabile eius corpus honorifice & cum congruo sacerdotum ritu in quodam oratorio sancti miraculorum factoris tyronis, fit quodam tale signum gloriosum. Iacebant in quodam tumulo ubi & iustus hic reponendus erat, duorum quorundam Episcoporum qui

ante

ante eum dormierat sancta ueritate corpora, quae & in natura eximii interim de gentia tanquam si uia essent re uera equales sanctorum honorem eribuerunt. Quae enim beati corpus inter duos uolos Episcopos ponenda esset honorantes summum pastorem pastores, & multam eius fiduciam apud Deum reuerentes & mirantes simul Dei iusionem, tanquam uia corpora sua separantes in medio sacrum hunc iustitiam notem, & ipsi ei praecipione Dei sicut a Deo honoratis offerentes, & omnibus statim ostendentes quae a Deo ei donata est gloriam atque sublimitatem. Quod maximum gloriosissimum miraculum non vnus neque decem, neque eorum uiderunt: sed omnis turba quae conuenit ad pretiosam eius sepulturam.

De muliere qua peccatum suum scriptum dedit beato Iohanni.

Aliud autem eius gloriosius in carne cepit miraculum sed postquam migravit ad Deum compleuit sermo commemorare tentabile. Mulier quaedam de ea quae factum protulit ciuitate existens cum audisset uenisse Arboldo, & angelum ei ibidem apparuisse uocationem ad comunem domum ei denuntiasse, peccamentum grauisimum in se recognoscens quod nec auditus hominum pos-

set intrare. Firmabat, fide in ambriguam sumens ad sanctum carissimum peruenit, & pedes eius comprehendens eum lacrymis multis clamat, & dicit secreto sancto. Beate, habeo misera, quod ad aures hominum uenit non prodest, & scio quod si uis potes id mihi indulgere, dixit enim uobis presbyteris Dominus: quoniam quaecumque solueritis super terram erunt soluta & in caelis, & quaecumque ligaueritis super terram erunt ligata & in caelis: & quorum remisistis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Haec uerba audiens a muliere sanctus, & timens si peritiam eius refutaret noxium ei in tormentis fieret, dum posset liberari a proprio peccato per fidem quam habebat in eum dicit ad eam humiliter. Si utique, credis o mulier Deo, quod per fidelitatem meam ignoscat tibi crimen quod dicis confitere mihi hoc, quae dixit. Non possum domine dicere peccatum hoc, neque enim potest auditus hominum portare illud. Dicit ad eam iterum sanctus. Et si erubescis uade & scribe illud in officialibus literis & asser mihi. Illa iterum respondit. Vere domine non possum. Expectans ergo modicum sanctus tacens dixit ei. Non potes scribere & bullare & asserre mihi. Tunc dicit ei, possum domine hoc facio. Rogo ergo honorabilem,

& conuulsam animam tuam, ne sol-
 uatur, neque illo modo inueniatur
 à quolibet peccatū hoc aliqñ. Ver-
 hūm igitur hoc dicitur à Deo hono-
 rabili & uulgo homo solueret aut
 legretur. Pictatium abijce, scri-
 ptū propria manu peccatū, & bul-
 lans portauit beatū. Suscipies er-
 go sanctus Pictatū, post quinque
 dies ad dñm profectus est, nemi-
 ni aliquid de huiusmodi Pictatio
 aut disponens aut indicans, mu-
 lier uero fortuitu inq. dispensa-
 tione Dei non existens in ciuitate
 die in qua trāslatus est in pace
 d. seculo isto ad aliud, Patriarcha
 volente, & in hoc demonstrare
 Deo quāram apud eam, ut pote
 proprius famulus fiduciam possi-
 deat. Sed post vnam diem recō-
 ditionis pretiosi eius lapsus adue-
 niens cum audisset dormitionem
 eius amens, & delipiens prope
 modum facta est existimans Pi-
 ctatium quod dederat Episcopo,
 relicta omnibus faceret culpā
 eius manifestam. Cito ergo resili-
 ens & priorem fidem suam in-
 dubitabilem super animam resu-
 mens, arcam a Deo honorati ap-
 prehendit, & sicut uigenti ei ve-
 raciter, ita turbata perhibebat.
 Homo Dei, tibi hoc peccatū non
 potui enumerare eo quod supra
 modum existeret grāue, & nunc
 omnibus factum est hospitium ma-
 nifestum & cognitū uiginti non
 tibi rem meam manifestallem;

Hēu, hēu, mihi putans cōfusione
 absolutionem inuenire, confusio
 omnibus facta sum pro medela
 blasphemiam recepi. Quid mihi
 ad hoc opus erat, causam animam
 meam patefacere. Tamen non defi-
 ciam neque diffidam, neque remor-
 usbo, a tumuloq. lachrymas meas
 usque dum satisfacionem de pe-
 titioe mea accepero, neq. enim
 mortuus es sancte. Deī sed uiuis,
 Scriptum est enim, quia iusti in
 perpetuum uiuent. Iterumque ea-
 dem uerba allumens dicebat. Ni-
 hil homo Dei peto a te nisi ut cer-
 tum facias cor meum, quidnam
 de dato tibi Pictatio factum sit.
 Deus ergo, qui dixit ad Chana-
 nezam, fides tua te saluā fecit, ipse
 & me certam de Pictatio facere
 potest. Tribus diebus perseueras
 ad sepulchrū beati cibum aut po-
 tum omnino non gustans, tertia
 uero nocte dum rursus lachry-
 mis eisdem duras ac fideles ser-
 mones beatissimo diceret ecce e-
 greditur Dei famulus de tumulo
 uo oculatim apparens cum duo-
 bus Episcopis qui cum eo iacebāt
 vno hinc, & altero inde ei assis-
 tentibus, & dixit ad eam. Usque-
 quo mulier, hos qui hic sunt com-
 moues & non dimitis eos quie-
 scere. Insuderunt enim stolas nos-
 tras lachrymæ tuæ. Et hæc dicens
 dat ei propriū Pictatium bulla-
 tum dicens. Suscipe, recognosce
 hoc solus aspice. Et in scriptam ex-

uito-

uisione ueniens uidit iterum san-
 ctos ingredientes in propriū tumo-
 lum, & solues inuēit literas suas
 delectas & subscriptionem sub
 habentem sic. Propter Ioannem
 seruū meum delectante peccā-
 tum tuū. Quis loqueret potēti-
 as dñi, o amici & fratres quis itami-
 sericors & amator hominum, fa-
 ciens uoluntatem timentū te &
 glorificās glorificantes te, & per
 miraculorum operationes magni-
 ficans eos. Non autem in loco so-
 lum in quo pretiosa eius dormi-
 tio facta est gratia quam habuit
 apud Deum manifesta est, sed ubi
 eunq. longius claruit.

¶ Quid Saurinus monachus de eius
 dormitione uiderit.

E Ad eam enim die, in qua ad
 Deum ex hac uita beatus ille
 profectus est quidā eorū an-
 gelicā uitam & scema monachorū
 habens uir mirabilis, & indu-
 strius Saurinus nomine, Alexan-
 drie habitans uidit quasi in ex-
 cellā mentis factus diuinitūs ho-
 norabilem Ioannem Episcopum
 egredientem cum clero omni ce-
 reos portantem, & ad Imperato-
 rem euntē tanquā eunucho quo-
 dā ipse dicebat Saurinus cubicu-
 laris hunc uocante, & post quā ia-
 nuā exiit quādā signū erat proprii
 corporis apparitionē, uñā puella
 ut solē suscipiente eum, & ma-
 nu tenente, & super caput coro-
 nā ex oleæ ramis circumamictam

Mox ergo agnouit sanctus Sauri-
 nus migratū nem Patriarchæ ad
 dñm ipsa hora fuisse factū. Quā
 propter adnotates quidā me sent
 & diem erat enim celebris sancti
 martyris Menne, & quibusdam ue-
 nientibus de Cypro, & per cōsta-
 tes quidā qui habitabāt Alexan-
 drie de migratione sancti Patriar-
 chæ agnouerunt uerā fuisse uisio-
 nē, eo q. eadem hora fieret inquit
 obijt beatus, & maxime de exē-
 plo puella, quæ manū tenebat
 eū. Acceperat enim repromissio-
 nes ab ea sanctus sicut in præce-
 dentibus uerbis uitæ eius dixi-
 mus, quia si me possides amicam
 ego te ante Imperatorem intro-
 ducam. Quod & re uerā fecit.

¶ Quid & habitator quidam Alexan-
 drie de ipso uiderit.

N On autē ex hoc tantū omnes
 satisfacionē acceperunt, &
 elemosynā & misericordia
 quam habuit circa egentes eū in
 celorū regnū deduxerūt: sed quia
 alius eorū qui habitabat in ciuitate
 Alexandria timēs Deū uidit ipsa
 nocte in qua & sanctus Saurinus,
 omnes pauperes & orphanos atq;
 uiduas oleæ ramos baiulantes, & in
 Patriarchæ obsequio eūres, & ad
 ecclesiā p̄gētes. Nō solū autē duo
 aut decē aut centū satisfaciones
 sunt, per quas scimus clare, quā sa-
 crorum nūm̄erū inuenit memo-
 rabilis hęc, sed & cetera & alia quæ
 subsequens forma ostendit.

¶ De

*De unguento quod de sepulchro
eius emanauit.*

Hymnodia enim anniuersaria post multum temporis dormitionis, sanctae celebrata in templo memorati Tichonis, ubi pretiosum lipsanum, id est sepulchrum beatissimi Patriarchae Iohannis repositum est, erat, autem quae colebatur sacra vigilae hymnodia annuae recordationis sancti miraculorum sancti Tichonis, uolensque omnipotens dominus ostendere omnibus quali honore seruum suum sanctum Iohannem dignum fecerit, placuit de honorabili eius lipsano unguenti saniferam sanitatem emanare, qua uniuersi in letitiam uersi gratias retulerunt patri & filio & Spiritui sancto uidelicet Deo nostro qui proprios sanctos gloria glorificat infinita.

De hoc quod in Cypro in diuersis sanctis talia Dei gratia operetur.

Et ut nullus amicus Christi tanti miraculi incredulus sit, etenim usque nunc uidetur in amica Christi Cyprorum insula in diuersis sanctis talis Dei gratia operari, & tanquam ex fontibus unguentorum suauitatem de pretiosis corullisantis profluentem ad gloriam eiusdem bonitatis & ad honorem sanctorum eius atque ad profectum, qui post futuri sunt hominum quatenus secundum imitationem eorum conuersantes eisdem & nos honori-

bus digni efficiamur a iusto, mecedum retributores Deo. Et cetera. **S**icut igitur dilectissimi & nos communitatores praescriptarum rectitudinum sancti Iohannis patris Iohannis Eleymonis, & quasi incolae existentes, & peregrini in uita ista, in aeternum thesaurisemus futurum bonum per largam quae indigentibus tribuitur donationem. Enim uera secundum diuinitus inspiratum Apostolum, qui seminat in benedictionibus de benedictionibus, & metet & corruptibilibus aeterna quae oculo non uidit nec auris audiuit & in cor hominis non ascenderunt quae praeparauit Deus, diligenter se, quae omnes nos impetremus per gratiam & misericordiam domini nostri cum quo est patri unicum Sancto Spiritu gloria & honor, & imperium nunc & semper in saecula saeculorum, Amen.

Incipit uita sanctae Eugeniae uirginis cuius passio, viii. kalendae Ianuarij agitur.

In septimo igitur consulatu suo Commodus Imperator direxit illustrissimum uirum Philippum ad Aegyptum, ut praefecturam ageret Alexandriae, & omnes potestates quae per totam Aegyptum administrantur eius arbitrio deseruiret hic itaque cum uxore Claudia, cum duobus Auito & Sergio filiis, & cum filia Eugenia, ab urbe Romana ad urbem Alexandriae dum uenissent, & Romana grauitate ageret praefecturam,

atque omnem prouinciam Aegypti Romanis legibus ordinaret, cunctis quidem magicam curiositatem sectantibus, finem imposuit: ludaeos uero nec nuncupationem nominis habere permittebat, Christianos autem procul ab Alexandria tantum debere esse constituit: ipse uero plus licet Philosophorum amicus quam fautor idolorum: Romanis tamen superstitionibus ac si religiosus cultor instabat, non rationi, sed traditioni concordans. Eugenia igitur filiam suam dum literis liberalibus perfectissime docuisset, & tam Latino eam quam Graeco eloquio instruxisset, etiam Philosophiam docere permisit. Erat enim acris ingenij & tam memoriae capax: ut quicquid audiendo semel vel legendo potuisset arripere perpetuo retineret. Erat ergo Eugenia pulchra facie, & eleganti corpore, sed pulchrior, mente & formosior castitate. Igitur cum quinto decimo aetatis anno ab Aquilio Aquilini Consulis filio peteretur, sponsa interrogatur a patre, utrum petenti iuueni illustrissimis oronatalibus consentiret. Illa respondit. Maritus moribus non natalibus eligendus est, ipso enim non parentibus eius, utendum est. Igitur cum alijs atque alijs poscentibus animo castitatis obstitisset, peruenit ad manus eius beatissimi Pauli Apostoli doctrina. Et li-

cet sub paganissimis parentibus ageret, esse tamen coepit animo Christiana. Et quoniam iussi fuerant Christiani ab Alexandria urbe discedere, rogat parentes, ut spectandi gratia permitteretur praedia sua in suburbio Alexandriae posita circumire. Cumque statim ut poposcerat impetrasset, & ab urbe properaret ad uillam audiuit Christianos psallentes atque dicentes, Omnes dii gentium daemonia, Deus autem noster caelos fecit. Hac ita audiens suspirauit & fleuit, & dixit ad eunuchos pueros, nomine Prothum, & Iacinthum. Scio vos mecum literis eruditos, & digna simul & indigna hominum legimus gesta, Philosophorum quoque sillogismos uano labore conscriptos studio scrupulosissimo transegimus Aristotelica argumenta & Platonis ideas, & Epicuri sectas, & Socratis monita, & Stoicorum, & ut breuiter cuncta complectar quicquid cantat Poeta, quicquid orator inuenit, quicquid Philosophus cogitat, una hac sententia excluduntur, quatripediantes Christianos audiimus, omnes dii gentium daemonia, Deus autem noster caelos fecit. Confessio & pulchritudo in conspectu eius, sanctitas & magnificentia in maiestate eius. Igitur iubet conferre sermonem & Apostolus legitur, & Propheta laudatur, sit concordia fidei,

fidei, & qua arte ad penetralia sapientie diuine absque sui separatione perueniant consilio ardenti diffinitur: dominam me) inquit vobis usurpata potestas attribuit, sed sororem sapientia fecit. Simus ergo fratres sicut diuina sapientia ordinauit non sicut se iactat humana temeritas. Pergamus priter ad Christianos & sicut ordinauerit properemus. Helenam audio dici Episcopum, cuius est habitatio illa in qua die noctaque audiuntur Deo suo cantare, quos etiam nos quotiens trāsimus psallentes audimus. Sed hic Episcopus varijs dicitur Ecclesie suae occupationibus detineri. His autem qui in diuinis laudibus vacant Theodorum quendam presbyterum constituit, cuius tanta miracula narrantur, ut etiam cecos suis orationibus illuminet & demones effuget & infirmantibus afferat sanitatē, sanē ad diuersorū huius congregationis, in quo Deo canitur, nullā patitur venire foeminarū. Hoc ergo considerans tondere me arbitror ut crastina nocturna profectio ordinata, per ipsos nobis transitum præbeat. Vobis itaque duobus iuxta Balthernam ambulantes, & ceteris presidentibus ad locum deponat a vobis, & vacua pertransiente Baltherna nos tres herili habitu simul ad Dei homines properemus. Placuit vtriusq;

consilium, & sequenti nocte sicut ordinauerat adimpletur. Tātam autem credentibus sibi Christus gratiam exhibere dignatus est, ut eadem hora qua ad monasterium peruenerunt, sanctus Helenus superueniret episcopus. Et quia mos est apud Aegyptū, quādo circumeunt monasteria Episcopi, psallentium eos sequatur exercitus superuenit idem Helenus Helopolis episcopus, & cum eo amplius quam decem milliavorum psallentium & dicentium. Via iustorū recta facta est & iter Sanctorum præparatum est. Audiens hæc Eugenia dixit ad socios. Considerate vim carminum & videtis ad nos respicere quicquid modulatis vocibus psallunt. Deniq; cum de Deo vero noster tractat in dispositione mutui sermonis haberetur, audiuius hoc cantare. Quoniam omnes diuinitium demonia, Deus autem noster celus fecit. Et ecce nunc arripitibus nobis iter quo recedere cupimus a cultus idolorum, & ut ad Christianā culturam perueniamus gratiam promereri, ecce millia hominum nobis occurrunt, vna voce clamantium & dicentium. Via iustorum recta facta est, & iter Sanctorum præparatum. Intelligamus ergo quo pergat hic populus, & si ad hoc habitaculum vadunt, quo nos ire disposuimus, iungamur canentibus

bus turbis & aduenientibus computati ingrediamur ut socij, quousque notitias colligamus. Igitur cum se iunxissent psallentibus inquirunt quis esset senior, qui solus vehiculo afelli vteretur in medio populi sequentis & precedentis, audiunt quod hic esset Helenus Episcopus, ab infantia Christianus, quidam infantulus in monasterio cresceret, tāta sanctitatis virtutibus augebatur, vti quando missus fuisset ignem à vicino petere, ardentes prunas vestimento deferret illa se. Denique ante inquit) paucos dies venit quidam magnus, qui verborum argumentis populum Dei conabatur euertere dicens falsum istum esse Episcopum, se missum esse à Christo ad docendum. Hic autem erat verfutilissimus, & de scripturis diuinis populum seducebat. Denique omnis turba Christianorum, accessit ad hunc quem videtis patrem nostrum, & dixit ei, Audiuius Zarcam, quod ipse sit missus à Christo, constitue diē in quo eum aut recipias tibi scitium aut si potes conuincas falsi dicentem. Igitur constituitur dies & locus in media Helio-polis ciuitate: venit Zarcas magus cum artibus suis, venit & Helenus Episcopus cum orationibus suis. Cumque populum saluasset ait. Nunc probabitur spiritus, qui sunt a Deo. Et conuersus ad Za-

ream cepit verborum ingens habere lætamentum: sed quia versutus erat nimis & concludere eum sermonum ratione non potuit, respiciens populū fortiter lædi, quod Zarcas, quia superior abscederet in verbis modicum silentium postulat, & ait ad populū, Pauli Apostoli in hac parte menta omnino tenenda sunt: dixit enim Timotheo discipulo suo. Noli verbis contendere, ad nihilum enim vtile est nisi ad subuersionem audientium, sed ne hoc testimonium non quasi cauti, sed quasi timidi proferam, accedatur ignis in medra ciuitate & ingrediamur pariter flammis, & qui vstus non fuerit credamus, quod hunc miserit Christus. Tunc omnibus sententia placuit, statim deniq; ignis copiosus accensus est. Tunc beatus Helenus iubet Zarcam introire flammam. Cuique Zarcas inquit, ingredi te tu primus, qui hoc proposuisti. Consignans se igitur beatissimus pater Helenus ex patris manibus ingentes flammis intrat, & stans illic dimidia tere hora neque capillis, neque vestimentis ex aliqua parte violatis, ut Zarcas quoque introiret, similiter imperebat. Sed Zarcas reluctare cepit & fugere. At vbi intuitum illum populus in ignibus tradidit: statim eum circumdans flamma cepit exurere. Et immittens se beatus Helenus licet

femiustum viuum tamen eripuit quem cum dedecore eliminavit populus defunctibus regionis huius. Hunc autē sicut videtis quotidie quocunq; perrexerit in Dei laudibus comitatur. Audiens hæc beata Eugenia ingemuit, & protoci dit ad pedes eius, qui sibi retulerat ista & ait. Obsecro te vt me il livna cū istis duobus fratribus meis insinues, ex idolis enim conuerti volumus ad Christum. Et quia simul hoc diffinimus & fratres sumus, etiam hæc ab eodem impetrare volumus, vt numquam nos patiatur ab inuicē separari. Et ille nunc (inquit) silete quousque ingressus monasterium ad quod pergite paululum requiescat & cū opportunum fuerit, intimabo illi omnia secundum verbum tuum. Interea dū appropinquasset monasterio ad quod pergebat ecce, & illi egrediuntur obviam patri hymnum domino dicentes. Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui. Ingredientibus Episcopo & populo etiam intrat Eugenia cū Iacinto & Protho comitibus suis, tantum ei nota cam qua sermonem habuerat perfectis igitur matutinis laudibus paululum requieuit Episcopus, & iussit sibi ad sextam præparari vt diuina mysteria celebraret, vt dum sextam cœpisset, nōna ad refectioem ieiunantium opportune perueniret. Requie-

scens autem Episcopus somnium vidit, in quo ad simulacrum fœminæ ducebatur. vt illi sacrificaret. Tunc dixit inquit in somnio, his qui mē tenebant, permittite me vt loquar cum dea vestra. Et cum me permisissent loqui dixi ei cognoscete creaturam Dei esse & descende, & noli te permittere adorari. At illa his auditis descendit & secuta est me dicens, Non te deseram quousque me creatori meo restituas & conditori. Igitur cum ista in animo Episcopi voluerentur, accessit ad eum Eutropius cū quo fuerat locuta Eugenia & dixit ei, Tres pueri fratres vnanimiter culturam simulacrorum relinquentes Christo seruientium numero in isto monasterio se sociari desiderantes, & hodie vestigia tua prosequentes, huc ingressi sunt, poscentesq; me cum lachrymis postulauerūt, vt mereantur notitiæ tuæ beatitudinis revelari. Tūc beatus Helenus dixit, Gratias tibi Iesu bone refero, qui me præuenire fecisti huius rei notitiam. Tunc conuocari ad se præcepit pueros & apprehendens manum Eugeniæ fudit orationem. Quam cum cōpleisset tulit sequestratim eos & gratissimo vultu quinam dicerentur interrogat vel cuius nationis essent tradidit inquirendum. Ad hæc Eugenia respondit, ciues inquit Romani sumus vnus ex his duobus

bus fratribus meis Prothus dicitur, alius Iacintus. Ego vero Eugeniū nuncupor. Cui beatus Helenus dixit. Recte te Eugeniū vocas, viriliter enim agis & confortetur cor tuum pro fide Christi. Ergo recte vocaris Eugeniū. Nam & hoc scias, quia Spiritu sancto nos & te Eugeniā corpore ante præuidimus & qualiter huc veneris & quod isti tui sint, non me passus est præterire. Sed hoc mihi dominus reuelare dignatus est, quod gratissimū ei habitaculum in corpore tuo præparasti, custodiendo virginitalis præmium, & præsentis temporis blandimēta fallaciā respuendo. Scito autem te pro castitate multa passuram, sed nō te deserit ille cui te ex integro tradidisti. Ad Prothū autem & Iacintum cōuersus ait. In corpore seruitutis positi ingenuā dignitatem animi tenuistis fortiter & tenetis. Vnde vobis me tacente Christus dñs loquitur dicens. Amen amen dico vobis, iam non dicam vos seruos sed amicos. Vnde & vos beatos annuntio, quia cōcordastis Spiritui sancto, quia vnanimiter consensistis monitis salutaribus simul ad gloriā peruenientes percepturi. Hæc beatus Helenus nullo alio teste præter Deum locutus est in medio, & iussit eam sic in virili habitu permanere, & non eam deseruerunt quousque baptisimatis sanctificatione instru-

cti monasterio ad quod festinauerant sociaretur. Redeamus autem ad illud tempus quo Prothus & Iacintus auferentes Eugeniā abierunt. Bæsterna igitur iumentis ambulatibus & pueris qui præibant vacua peruenit ad matrem. Videntes autem eminus properantes pueros & Bæsternā venientem occurrerunt cum gaudio vniversi, & inuenientes vœtorum vacuum, omnes simul mugitum reddiderunt, sic quoque repente totius ciuitatis strepitus. Quis enim audire poterat præfectum filiam charissimam perdidisset itaque planctus, inextimabilis fletus immensus, lugebant vniuersi cōfusi parentes filiam, sororem fratres, serui dominam, & tenebat vniuersos mœror & infinita animi tribulatio. Sicque per totam prouinciā inquisitio, interrogantur aruspices, inquiruntur pythones sacrificijs quoque & sceleratis superstitionibus dæmonia interrogantur, vt vbi venisset Eugenia indicarent. Hoc solum omnes dicebant quod eam dii de celo rapuissent. Creditur factum pater & fletum ad cōsolationē reuocans, dat festa responsis, & deorum illam numero cōsecrās, ex auro puro eius fecit fieri simulacrum. Quod ita capit excoli vt non minorem honorem quā dijs suis exhiberet. Mater tamen eius Claudia & fratres Auris, & Sergius, nulla pote

Dd ranc

rant ratione consolationem accipere, sed erant intolerabiliter lugentes eam. Beata autem Eugenia virili habitu & animo in praedicto virorum monasterio permanebat, atque ita in diuinis crucitionibus profecit, vt intra secundum annum omnes scripturas dominicas memoria retineret. Tanta in ea erat animi tranquillitas, vt vna illam omnes dicerent ex numero esse angelorum. Quis enim deprehenderet, quod esset femina, quam virtus Christi & virginitas immaculata protegebat, vt mirabilis esset & vicis? Sermo enim eius erat humilis in charitate, clarus in mediocritate, vitijs carens, & faciendam fugiens, omnes in humilitate superabat. Nullus illa ad orationem inueniebatur anterior: efficiebatur autem omnibus omnia, tristem consolabatur, laeta congaudebat, irascentem vno sermone suo mitigabat, superbientem ita suo edificabat exemplo, vt quem subito è lupo factam se credere delectaretur. Tantam à Deo est gratiam consecuta vt quem cunq; in dolore positum visitasset, statim omnis dolor recederet & omnis salubritas adueniret. Comites autem eius Lacinthus & Prothus comitabantur eam & erant in omnibus obtemperantes ei. Tertio igitur anno conversionis eius Abbas, qui praerat fratribus in monasterio, mi-

grauit ad dominum. Post cuius abscessum omnibus visum est, vt sibi beatam Eugeniā eligerent abbatem. Tunc beata Eugenia metuens se foeminam contra regulam viris praeponi, item timens ne omnes vnanimiter deprecantes speneret, ait ad eos. Obsecro vos, vt Euangelium in praesenti adhibeatis. Quod cum fuisset allatum dixit. Quotiescunque Christianis aliquid eligendum est, Christus est ante omnia auscultandus. Videamus ergo in hac electione vestra, quid ipse praecipiat, vt & vestris iussis & ipsius monitis intendamus. Et resoluens eodice venit ad locum & cepit legere dicens. Dixit autem Iesus discipulis suis. Scitis quia principes gentium maiores sunt his quibus dominantur, & principatum eorum gerunt. Apud vos autem non est sic: sed si quis in vobis vult primus esse, sit vester vltimus & si quis inter vos vult esse dominus sit vester seruus. Et his dictis adiecit, Ecce inquit & vestris iussis obtemperans decreui primatum suscipere, & domini iussionibus obedire, vltimum me vestrae charitati constituo. Exhilaratur omnium causa in consensu eius, ipsa tamen ante omnes opus monasterij, quod infirma solebat exercere persona suscepit in omnibus aquam portare ligna concidere

mm

munditias adhibere. In eo denique loco habitaculum sibi elegit vbi ostiarius monasterij manebat ne vel ipsa se superiorem ostenderet. Sane refectioem fratrum solite curabat & psallendo Deo ordinem fortiter custodiebat, & tertiam, sextam, nonam, vesperinis vel nocturnis, atque matutinis horis, tam cautissime insistebat, vt videretur iam perisse Deo, si horarum vel quippiam spatij, absque diuinis laudibus aliqua preterissent. Ita denique in hoc opere esse Deo charior cepit, vt demones ex obsessis corporibus pelleret, & caecorum oculos aperiret. Sed quia multa singularim narrare intendendo per ordinem quantum permittit breuitas accedamus. Matrōna quaedam Alexandrina ceteris matronis praestantior, nomine Melancia, audiens opinionem eius venit ad eam, quia quartano typo grauissime & iam per annum & eo amplius vexabatur, quam cum beata Eugenia oleo peruxisset & omnem continuo violentiam fellis euomuit, & sanissima reddita pedibus ad suum diuertorium properauit, quod in vicino monasterij possidebat. Ordinatur interea munera cyphos argenteos tres, implet solidis, & hos salutationis suae gratia, mittit ad beatam Eugeniā, cui gratanter remittens quae miserat ait, abundamus &

superabundamus omnibus bonis. Vnde te parens charissima Melancia, vt ista egentibus magis ac necessitatem patientibus diuidas hortor & moneo. Audiens Melancia contristata est, & veniens cepit rogare & ampliora promittere. Fit assidua circa beatam Eugeniā, & in nullo deprehendens, quod esset foemina elegantia decipitur iuuentutis. Videns eam iuuenem per veritatem putabat esse terrenum se autem non sciatate eius, sed aliqua arte existimans fuisse saluatam. In concupiscentia eius elabatur, & putans amplioris pecuniae cupidiorē concupiscentia offerre, & ampliora promittere. Cumque sapius eadem precaretur, & grato animo oblata sibi ab Eugenia cerneret reddi declinat ad maiorem interitum, egritudinem simulās. Quam cum beata Eugenia rogata visitaret, sedenti ante lectum suum sanctae Eugeniae talia cepit producere. Intolerabilis circa te amor peccatus meum exagitat, nec vllum remedium fatigationi meae reperire potui, nisi vt te omnium rerum mearum dominum instituam. Quid te ipsum vanis & inanibus abstinentijs crucias. Ecce possessio tua locupletatio infinita, & ecce auri pondus immensum, & argenti ministerium copiosum, & familiarum infinitus est numerus, dignitas generositatis est mihi, hoc anno

Dd 2 absq;

absque filijs viduata sum, succede pro eodem in facultatibus meis & non solum rerum mearum, sed meus esto iam dominus. Cumque hæc & his similia loqueretur, dixit ad eam Eugeniæ. Recte nomen tuum nigredinis testatur perfidiam, magnam enim te diabolo habitaculum preparasti, discede a feruis Dei deceptrix, & illecebrosa melantia: nos enim aliter militamus. Habeant opes tuæ tui similes dominos, nos delectat mendicare cum Christo. Assatum diues est, qui cum Christo pauper est. Eugianta te imagines concupiscentiæ, non est enim salutis tuæ ista quæ te inuasit infamia. Draconis habitaculum facta venenum effundis: sed nos Christi inuocato nomine venenorum tuorum virus euadimus, & misericordiam domini inuenimus. Tunc illa deceptionis suæ pudorem non ferens, sperans se deiegit, nisi prior ipsa detegeret, reuersa Alexandriam, ad iræ præfectum statuit hoc ordine dicēs. Scelerestum iuuenem simulantem Christianam religionem incurri, & ad me arte dum medendi gratia qua dicitur posse infirmatibus prodesse venire permitterem, vnam me ex illis existimans, de quarum pudore bachatur, ausus est impudenter alloqui & verbis præcibus ad crimen hortari, & nisi dedissem vocem in presenti & ancillæ meæ fuis-

sem liberata solatio, more barbarico sua melibidini captiuasser. Audiens hæc præfectus nimio furore inflamatur & iubet ad loca monasterij destinari, qui enim vinculum ferro eum omnibus comorantibus deponerent. Deprehentur itaque omnes in visculis, & quia vnius carceris eos non ferebat locus per diuersas custodias diuiduntur. Post hæc statuitur dies funeris in quo alij ad bestias, alij vero ad ignes, alij ad diuersa supplicia damnarentur. Fit rumorim mentus, impudens quoque famacunctam Aegypti peragrât pronuntiam. Omnes credunt, omnes condemnant, & omnibus verisimile videtur, Melanciã illustrem sceminã mentiri non posse. Quid multa, venit dies funerum constituta & in qua vniuersæ ciuitates in vicino posita conueniunt, vt viderent ferarum tradi morsibus corruptores, introducuntur in cathenis, & collaribus ferreis cum beata Eugeniã, & nullo agnoscente, quod esset sceminã clamor populi diuersis fontibus ingruerat. Tunc iubetur adduci propinquit vt non per internuntios eam præfectus audiret, sed ex ore eius disceret veritatem. Aptantur aculei & verbera, flammæ, tortores & cætera quæ solent abscondita cordis exculpere preparantur. Tunc præfectus Philippus dixit, die sceleratissime Christianorum hoc

hoc vobis Christus vester tradidit in mandatis, vt operam corruptionibus detis, & pudorem atque verecundiam matronalem fraudalenta asturia capiatis: dic nunc furcifer, quæ te temeritas coegit, vt illustrem sceminã Melanciã appeteres, & ingressus sub specie medici, castitatem genosiseimam, ad lupanariã ignominiam prouocares? Audiens hæc beata Eugeniã, capite demisso ne possit agnosci, taliter dedit præfecto responsum. Dominus meus Iesus Christus cui ego Seruio, castitatem docuit, & integritatem corporis custodientibus vitam promittit æternam. Hanc autem Melanciã falsam testem nunc possumus declarare: sed melius est, vt nos patiamur mala, quã illa dum cõuicta fuerit aliquid patiat ne & fructus patriæ nostræ depercat: sed tamen si per victoriam principum testetur vestra sublimitas, quod non in eam ipsam retorqueatis sententiam & hæc fallax testis nihil patiat ne nobis obiicit, redundare in eam. At vbi testatus est per principum salutem præfectus promittens ad omnia quæ postulabat effectum, dixit Eugeniã. O Melanciã nigredinis nomen & tenebrosa Melanciã applicari fecisti aculeos, suppedi præcipis Christianos. Damna percute incende, bene nos ac-

cipis: non tamen tales habet famulos Christus qualis tu restas. Tamen adduci præcipe ancillam, quam testem nostri criminis esse dixisti, vt ex ore possit denudari mendacium. Cumque applicata fuisset in conspectu iudicis cepit dicere. Istum iuuenem impudicissimum, frequenter quidem circa viles personas detectum in adulterijs ipsa impunitas ad hoc cum perduxit, vt etiam domini meæ, circa primam horam diei cubiculum impudenter ingressus primo quidem sermone quasi pro salute eius veniret indicaret. Secundo pro sua concupiscentia: & tertio etiam ad violentiam si cursim ego egressa familiam non vocassem, quæ hodie huius criminis testis est. Tunc præfectus ex familia adesse iubet aliquos, qui ita gestum esse suo testimonio confirmarent. Cumque applicarentur singuli ita esse vt illa dixerat testabantur. Tunc iudex vehementer commotus ait. Quid ad hæc infauiste dicturus es, quem tot reuincunt testes, tantaque indicia manifestant? Ad hæc beata Eugeniã ait. Tempus loquendi est quia tempus tacendi transit. Notaueram quidem crimen obiectum in futuro iudicio denudari, & castitatem meam illi soli ostendere, cuius amore seruanda est. Tamen neglexerit in seruos Christi fallax audacia,

& paucis pandam verbis veritatem non ad instantiam humane declamationis, sed ad gloriam nominis Christi. Tanta enim est virtus nominis eius, ut etiam foemina, in timore eius posita virilem obtineant dignitatem, & neque ei sexus diuersitas fide potest inueniri superior, cum beatus Paulus Apostolus magister omnium Christianorum dicat, quod apud dominum non sit discretio masculi & foemine, omnes enim in Christo unum sumus. Huius ergo nominis animo feruente suscepi & ex confidentia quam in Christo habui nolui esse foemina, sed **virginitatem** immaculatam tota animi intentione conseruans, virum gessi constanter in Christo. Non enim inuitam honestatis simulationem assumpsi ut vir foeminam similem, sed foemina viriliter agendo virum gessi, virginitatem quae in Christo est, fortiter amplectendo. Hanc dicens scidit à capite tunicam qua erat induta, & apparuit foemina. Et statim ad praefectum ait. Tu mihi quidem secunda carnem pater, Claudia mater est, & fratres hi duo qui tecum sedent Auitus & Sergius. Ego autem Eugenia filia tua quae pro amore Christi mundum omnem cum delicijs suis respui tanquam stercus. Ecce Prothus & Iacintus Eunuchi mei, cum quibus scholam Christi ingressa sum, Christus au-

tem tam idoneus ibi exiit, ut viri ceteri libidinis omnispollutionis meae faceret per misericordiam suam cui credo usque in finem iugiter permansura. Agnoscentes itaque pater filiam, & sororem fratres, serui dominam, currunt statim ad eam, & effundentes lacrymas in conspectu populi, amplexibus eius incumbunt. Nuntiatum factum Claudia matri, & statim cursum cito ad spectaculum venit. Deferruntur vestimenta auro texta, & licet inuita induitur atque in excelso tribunali posita in sublime attollitur, & ab omni populo clamatur, vnus Christus, vnus & verus Deus Christianorum. Sane sacerdotes & Episcopi, qui multo populo Christiano in amphiteatro erant, ut dum fuissent interfecisti hi qui accusabatur ab eisdem sepelirentur ingrediuntur, Deo hymnum dicentes atque omnes syna voce clamantes, Dextera domini glorificata est in virtute, dextera manus tua domine confregit inimicos tollitur ergo in triumpho Eugenia, nato gaudio populi eius detrahitur probatio castitatis. Visus est ignis de caelo descendens, qui ita circumdedit domum Melanctae, ut nec vestigium alicuius rei quae ad eam pertinebat remanserit. Fuit gaudium populi cum timore Dei Ecclesia quae iam quasi viduata octauo anno clausa fuerat reserata. Reuocatur Christianorum populus baptizatur praefectus

fectus in fascibus constitutus baptizatur filij eius, baptizatur mater eius Claudia. Restituit privilegia Christianis, & mittit relationem ad Severum imperatorem de Christianis & memorat satis reipublica Christianos prodesse, ideo debere eos absque persecutione aliqua in vrbe habitare. Consentit relationibus Imperator, & fit tota Alexandria ciuitas quasi vna Ecclesia. Eratque omnibus ciuitibus gaudium & dignitas Christiani nominis florescebat. ¶ Sed quia sepeper sanctitatem amulatio sequitur inimici, & contra bonitatem pugnat malitia, consilio diaboli aliqui ex honoratis Alexandria cultores idolorum accipientes egre, quod Christianis privilegia tribuisset, venientes ad Regem dixerunt, statim Reipublica corrumbari à Philippo qui cum nono anno in fascibus irreprehensibiliter administraverit, nunc decimo anno perdidit omnia. Denique deorum immortalium deseruit ceremonias, & omnem ciuitatem ad culturam cuiusdam hominis, quem Iudaei occiderant conuertit. Non est legibus vestris vlla reuerentia. Passim quisque vel voluerit templa reuerenda ingreditur, non ut colendi benevolentiam praetendat, & non ut deos esse quos colimus sed ut dicat infinitas blasphemias saxa aut metalla potius quam diuini nominis signa haec, & similia multa dicta

sunt Seuero & Antonino Augustis. Qui commoti dixerunt ad eum huiusmodi decreta. Diuus parens noster, Commodus quondam Augustus non ut praefectum sed ut Regem te Alexandria ordinauit, atque constituit, ut dum inuita maneres successorem nullum susciperes. Unde his beneficijs eius superaddere cupientes statuimus, ut dijs omnipotentibus solitam culturam exhibeas, & deposita dignitate etiam proprijs facultatibus cedas. Accepta igitur hac Augusti autoritate simulat gratitudinem quousque vniuersa diltraheret, & donaret per omnem prouinciā Ecclesijs & pauperibus. Ipse autem praefectus in timore Dei & in cultura Christi, etiam alios confortabat in Christo. Interea omnis Alexandria conspirat in Episcopum eius, & cepit eum respublica habere praefectum quia successor ei non dū venerat, & Ecclesia habere episcopum, quia merito fidei sibi eum elegerat sacerdotem. Durauit autem in Episcopatu vnum annum & mensibus tribus. Post haec autem spatia temporum, veniens Perennius praefectus dum Alexandria quaereret percutere eum & non posset, quia omnis ciuitas in amore eius durabat, immisit ei qui se fingent Christianos, & ingredienti percussit eum in oratione dominica constitutum. Post traduntur percutsores praefecto Perennio. Ille autem conficiendi iouis suae, & quasi audiendos custodit.

mancipavit, post paucos autem dies principum indulgentia relaxatos dimisit. Beatissimus autem Philippus post percussuram tribus diebus in corpore esse permixtus est, nō ad aliud nisi ad corda dubia cōfirmanda, nam ut migraret ad dominū martyrij se noluit corona fraudari, & ipse hanc ut reciperet oravit. Nam qui in corpore positus dæmonia fugabat, & illuminabat oratione cæcos, quanto magis se nolisset palma priuari. Poterat utique quod volebat impetrare sine dubio & ita recepit, ut particeps nominis Philippi esset particeps & coronæ & susciperent martyres collegam, quem merito Ecclesia susceperat sacerdotem. Iuxta atria itaque ubi sancta Eugenia filia eius monasterium Christi virginibus collocauerat, illic suū iussit collocari corpusculum, in quo loco beatissima Claudia Xenodochiū fabricabat, & constituit prædia quæ susceptionibus peregrinantium deseruirent: ipsa autem cum Auito & Sergio filijs, & cum beata Eugenia regressa est Romam. Igitur filios Philippi cum omni gaudio senatus recepit Romanorum, & vnum proconsulem Carthaginem alium vicarium Africæ dirigunt. Ad beatam autem Eugeniā cum multæ matronæ conuenirent & pene omnes virginēs quascunque potuisset notas, aut

amicas faceret etiam Christo credere, & in virginitate Dominica permanere quædam ex regio genere virgo Basilla cupiebat eam attingere. Sed quia causa nominis Christiani ad eam ire non poterat rogabat per internuntium si delem ut eam de religione Christiana instrueret. Tunc beata Eugenia conuocat ad se beatissimos comites suos Prothum & Iacintum, & dicit eis. Accingimini militia ad quā vos cōuocat Christus, quo vos Basilla offerat specie muneris, ut vos eā in Christo faciatis ancillam. Fit itaque huius muneris gratia & suscipit Basilla quasi famulos, quæ nos quasi Apostolos honorabat. Vacabat autem cum eis omni hora, & quasi Eunuchos seruitio habens, non diebus non noctibus a colloquijs Dei & orationibus cessabat igitur Cornelius cum esset in vrbe Roma, sacræ legis antistes preuenit ad eam latenter & baptizauit eam. Confirmata autem beata Basilla in timore Dei, procurante misericordia Christi, pene omnibus noctibus mutuis se fruebantur aspectibus, ipsa & beata Eugenia. Omnibus itaque viduis Christianis conuentus erat ad beatam Claudiam & omnibus virginibus conuentus erat ad beatam Eugeniā. Sanctus autem Cornelius Papa vrbis Romæ omni vespere Sabbati quæ

luce-

lucis in dominico die, dabat eis noctem hymnis peruigilem, & pullorum canoribus noctis quiete agebat eius sacrosancta mysteria, & ita confirmabat eas sabbatorum. Eugenia autem & Basilla ut memorauimus omnibus septem noctibus fruebatur in Christo & alterno se eloquio renouabant. O quantas per Eugeniā virginēs saluator inuenit, quātas etiam per Basillam Christus sponsas obtinuit, quanta per Claudiam viduitatem prompta voluntate seruauerunt, quanti iuuenes per Prothū & Iacintum Christo Domino crediderunt. Valeriano itaque & Galieno imperantibus, orta seditio de Christianis est, eo quod Cyprianus Carthaginem euecteter, & Cornelius Romam. Data est ergo autoritas ad paternum præcōsulem ut Cyprianum occideret. Cornelius autē quia a multis Romanis etiā illustribus fovebatur erat in abditis. Tunc beata Eugenia videns Basillam ait. Reuelatū est mihi a Domino, quod pro virginitate passura sis. Et Basilla ad Eugeniā respondit. Et mihi (inquit) dignat⁹ est Dominus demōstrare, quod martyrij coronā duplicem capias, vnam quam apud Alexandriam pro iustis laboribus acquisisti, & aliam quam in effusione tuus sanguinis consecutura es. Tunc beata Eugenia expandens manus suas, dixit. Domine

Iesu altissimi filius qui ad salutē nostram venisti per virginitatem matris: tu per virginitatis præmiū omnes quas mihi credidisti perduc ad regnum gloriæ tuæ. Residentibus autem sanctis virginibus Christi, quæ erant cum Eugenia & Basilla, dixit omnibus beata Eugenia. Ecce vindemiæ tempus est in quo succiduntur botri & pedibus cōculcantur, sed post hæc regalibus conuiujs apponuntur. Absque eorum sanguine, nulla potestas imperij, nulla illustis dignitas decoratur, & vos palmetes mei, & meorum viscerum botri, estote paratæ in Domino, virginitas enim est primæ virtutis indicium. Deo proximum, similis angelis, parens vitæ, amica sanctitatis, via securitatis, domina gaudij, dux virtutis, fomentum & corona fidei, adminiculum & subidiū charitatis, Nihil ita nobis laborandum, nihil ita est enitendum nisi cum virginitate viuamus, aut quod est gloriosius pro virginitate etiam moriamur. Quæ sūt huius blandimenta fallacissima, quæ cum gaudio temporalium veniunt & cum perpetuo dolore discedunt faciunt momentaneum risum, ut æternum fletum infligant tribuunt fugitiuos flores, ut marcidiores perseverantes aduectent, mentidantur securitatem transuentis æporis ut perpetui seculi cruciatibus tradat. Ideoque chariss-

Dd 5 ma

mae virgines quae mecum in agone virginitatis nunc usque accurristis, permanete in amore Domini melius quam cepistis. Tempus flendi temporaliter, sine fastidio & horrore sufferite, ut tempora gaudij aeterni cum omnipotitis dilectione suscipere. Ego enim commendavi vos Spiritui sancto, & credo quod vos mihi integras omnes illibatasque constituat. Nolite, itaque faciem meam ex hoc corporaliter querere, sed gesta & actus per spiritum contemplativum. Et his diebus osculata est universas, & flentes fortissimo animo consolabatur. Dicentibus autem sibi vale in vicem Basilla & Eugenia oratione facta discedunt. Ecce eodem die perrexit una ex ancillis, ad Pompeium sponsum Basilla, quae & dixit: Quod te dominam nostram Basillam novimus ab Imperatore meruisse, sextus & eo amplius est annus quam tu in tenera aetate anno ut postea acciperes, distulisti, sed patrualem eius Helenum scis esse christianum, & hanc ita factam christianam ut tibi omnino non nubat. Nam & duos eunuchos Prothum & Iacintum simulavit se illi donum offerre Eugenia, quos illa quasi dominos excolit, & quotidie pedes eorum, ac si deorum immortalium osculatur, quia ipsi auctores sunt artis magice qua

christiani committunt. His auditis Pompeius statim cucurrit ad Helenum patrualem eius, qui & nutritor eius erat & tutor & dicit ei. Intra hoc tibi demum nuptias meas celebrare disposui, pro qua re fac me videre sponsam meam quam mihi Domini rerum inuicissimi principes fieri coniugem praeeperunt. Ille his auditis agnovit proditum negotium, ait ad eum. Quousque anni transirent infantia eius meam circa eam tutelam pro germanitate patris eius, & pro ipso nutrimento exercui, nunc vero, quia cepit esse arbitrij in sua vult esse potestate. Unde si illam videre desideras, eius erit arbitrij, non mei Imperij. Audiens haec Pompeius vehementius coepit ardere, & pergens ad Basilla domum ut nunciaretur ianitoribus imperabat. Cui ista sunt a Basilla mandata. Causam te videndi penitus nullam me habere cognoscas, neque videndi neque salutandi. His auditis turbatus est vehementius, & omni pene senatorum favore versus prostravit se coram Imperatore dicens. Subveniant Romanis vestris sacratissimi principes, & deos novos quos Eugenia secum adduxit ab Aegypto veniens, ab hac urbe sepparate. Dignus est enim quod hi qui Christiani dicuntur reipublice nocent qui irident legum nostrarum sacratissima carni-

monia-

monialia, & omnipotentes deos nostros, ac si vna simulacra despiciunt. Iura quoque ipsius naturae pervertunt, separant coniugium, gratiam sponzarum sibi associant & dicunt iniquum esse, si sponsum suum sponsa accipiat. Quid faceremus pijsissimi Imperatores? Inveniunt dii qui homines prohibeant, & quibus ista videbunt finati non fuerint quibus valeat imperari. Vbi reparatio Romanae rum vitium ubi Romani exercitus rediit. certamina? Pro quibus viatrices dextra vestra hostium cervices inclinabunt, si iam uxores habenda non erunt, si sponsus ammittimas & tacemus. Haec & his similia dum prosequeretur & omnis senatus ea flebili quere la dupromeret, decrevit Galienus Augustus ut aut sponsum suum Basilla acciperet, aut gladio interiret. Eugenia vero aut sacrificare dijs, aut crudeliter interire. Et dedit licentiam, ut quicumque christianam penes se absconderet puniretur. Convenitur Basilla, ut sponsum recipiat. Dicit se illa regem regum habere sponsum, qui est Christus filius Dei. Et cum haec dixisset gladio transossa est. Tenti statim Protas & Iacintus trahuntur ad templum: sed orationem illis facientibus, simulachrum Iouis ad quod ducebantur sacrificare, cecidit ad pedes eorum, & ita comminutum est, ut ubi fuerit

non pareret. Non virtuti divinae, sed ut agitur arti hoc impunitans, iubet eos decollari Nicetius urbis praefectus. Qui etiam accersitam ad se Eugeniae cepit de magicis artibus ab ea flagitare sermonem. At illa constante os suum aperiens dixit. Polliceor tibi, quod ars nostra vehementior magis est, nam magister noster habet patrem sine vlla matre, & matrem absque patre. Denique sic eum genuit pater, ut omnino foeminam nunquam sciret, sic eum genuit mater, ut masculum omnino non nosset, hic ipse habet uxorem virginem, quae illi quotidie filios creat, etiam innumera-biles ei filios parit, quotidie carnem eius carnibus coniungit. Oscula eius circa eam sine intermissione sociantur, in amore suo inuicem omnino perdurant, & tanta integritate subsistunt, ut omnis virginitas, & omnis charitas, & omnis integritas ex eorum coniugio dirimatur. Audiens haec Nicetius obstupuit, & ne ad Imperatorem perveniret qui eam libenter audiret, iussit eam ad templum duci Dianae, & ita speculator imminens dixit ei. Redime vitam tuam, & patrimonium tuum Eugenia, & sacrifica deo Dianae. Tunc beata Eugenia expandens manus suas, cepit orare ac dicere. Deus qui cordis mei arcana cognos-

ci-

scis qui virginitatem meam saccra in tuo amore seruasti, qui me filio tuo Domino meo Iesu Christo fociare dignatus es, qui spiritum sanctum tuum in me regnare fecisti, adesse mihi nunc in confessione nominis tui, vt confundantur omnes qui adorant hoc idolum, & qui gloriantur in simulachris suis. Et dū oraret sic tremor in eodem loco & ita templi ipsius fundamenta mota sunt cum ipso idolo, vt nihil aliud remaneret, nisi sola arā quæ fuit ante ianuam templi, ad quā stabat sancta Eugenia. Hæc in insula Licæoniæ gesta sūt coram omnibus qui sequebantur agonem Eugeniæ, sit cor cursus populi Romani & varia acclamatio. Alij dicunt innocentem, alij magnam. Nunciatur ista præfecto, præfectus imperatori Imperator eam iubet ligari saxo & præcipitari in Tyberim, sed statim saxum diruptū est. Beata vero Eugenia ita sedes super fluminali aqua, efferebatur, vt omnibus christianis appareret illum fuisse cum Eugenia in flumine ne absorberetur qui fuerat cū Petro in mari ne mergeretur. Itē inde sublata in thermarum Smerianarum fornacibus mittitur quæ sic statim extinctæ sunt vt thermarum calor refrigereretur & omnia incendia lignorum ad nihilum deuenirent. Sic denique Chaos fecerunt, vt ulterius exhi-

beri non possent. Mittitur post hæc in custodiam tenebrarum, & per decem dies iubetur nullū cibum accipere, & lumen penitus nō videre. Ibi autem tantus quotidie abundabat splendor vt dum egrederetur beata Eugenia, quasi lumē aliquod radiaret. Apparuit autem illi Saluator ferens in manu panē niuei cædoris & immensa suauitatis & gratiæ & dixit ei, Eugenia accipe cibum de manu mea, ego sum Saluator tuus quem tota mentis animi intentione dilexisti & diligis. Eodem die te in cælis recipiam, quo ego descendj ad terram. Et hæc dicens abscessit. Ipso autem die natalis Domini missus est gladiator qui eā in custodia positam percussit, & sublatum est corpus ab asinibus christianis & positum est non longe ab vrbe via Latina in prædio eius proprio, vbi multorum sanctorū ipsa sepelierat membra. Claudia autem mater eius, cum ad eius sepulchrum fleret apparuit ei vigilanti in medio noctis silentio auro texta cyclade induta cum multo populo virginum & dixit ei, gaude & lætare, quia & me introduxit Christus in exultationem sanctorum, & patrem meum in patriarcharum numesum. Ecce die dominico, & te suscipiet in gaudium sempiternum. Commenda filijs tuis fratribus meis custodire signaculum crucis

eis, vt efficiantur nostri participes. Ecce loquente ei facta est claritas quæm oculus sustinere non poterat & angeli transeuntes hymnum dicebant Deo inenarrabilibus vocibus hoc solum, intelligebatur, quod nomen Iesu Christi & spiritus sancti in ipsius laudibus resonabat. Gloria & honor patri & filio & spiritui sancto, & nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

*Incipit præfatio Amphilogij Episcopi
piæ vitam & conuersationem
sancti patris nostri Basilij Archiepiscopi
sareæ Capadociæ Episcopi.*

Dilectissimi non erat indecorum filios fideles de patris contritari defunctione, & lachrymam ei dare iustum, quem admodum vsque nunc omnes cōpassibiliter tulimus. Postquā autem lamentationis caliginem, secundum quod scriptum est auimus & ad gratificam nos postulationem apud omnia, verum Deum nostrum adiuuimus necessaria credimus memorabilia & verā ac magna miracula ipsius patris & magistrī nostri Basilij scripture tradere vt non temporali percussione obliuionis profanditati tradantur. Tribus siquidem sacratissimis & mirabilibus viris. Gregorium dico in Theologia decorum, & Gregorium mira-

bilem Nisensis ciuitatis, sed & Eusebium beatissimum alijs aliter epistolicis sermonibus virum infulgens, visum est & mihi tanquam abortiuo vt apostolice loquar in manibus habenti, ab eisdem venerabilibus viris editas narrationes, quæ his defuerunt, supplerere vt fideli filio patri debitum reddenti. Sic enim sicut nubes occultare solem multo facilius temporalis percussio bonis enarrationibus obducere nouit obliuionem ergo quomodo magnus pastor noster & resonatus in orbe celestium virtutum collocutor, ac angelicorum ordinum comminister, magniloquus Ecclesiæ prædicator solida orthodoxorum dogmatum columna naturam rerum existentium expressit, inimicum Trinitatis eiecit, videlicet Iulianum apostatam, Valentis os blasphemum obstruxit, Arrianorum debellauit malam gloriam, Christianorum plane corroborauit rectam gloriam, pastor acquisitus Ecclesiæ populi, regale sacerdotium, circū ornatus ouium Christi aries diuine fidei doctor gloriosus & viuens, & post transitum magnis splenduit miraculis & oratione eius sicut dictum est, facta est Iuliani Dei odibilis, extollentis in altum cornu & loquentis aduersus Deum iniustitiam quomodo Valens ipse auunculus apprehendens indigne imperiale purpuram

puram & Arrianorum mala gloriae patronus venit ad eam, quae apud nos est Caesaris, illustrem civitatem conquirit, & per huiusmodi praesens tempus narrabo. Sed ad propositum revertamur, ex natiuitate eius usque in finem virtutes ipsius narrantes.

De tempore quo beatus Basilius doctrinam vacavit & conuersationem magistri sui Euboli.

Basilii itaque solus ut sic dicam in terra aequalem & decentem ostendit vitam operibus & verbis diuina sapientia vitam componens, omnia Christo dans, scilicet, & animam atque corpus nec non sermonum manus quidem gentilem errorem sicut araneae telam dirupit. Hic septennis factus datur a genitoribus literis, vacans autem doctrinis quinqueenniis fructum acquisiuit multam philosophalem disciplinam dulcedini naturae deinde relinquens patriam (Cappadocus enim erat natione) apprehendit matrem verborum Athenas. Castitate & multa abstinentia decoratus adijt praceptorum Graecorum sapientiae nomine Eubolum, & sic seipsum edidit doctrinis admirandis, etiam & magistris, factique sunt ipsius conscholastici, Gregorius magnus Nazanzianus postea factus est Episcopus qui apostolicae sedis gubernacula iam duo & decem annorum gubernata

uit tempora, Iulianus etiam a paruo christianus atque Libanius. Is autem ab omnibus vir admirandus posuit in corde suo nihil sumere panis & vini donec superna prouidentia intellexerit diuinam sapientiam arcana. Morans quoque in doctrinis quinq; & decem annis omnemque Graecalem philosophiam percurrens in fine astronomiam ac optima quaeque colligens & nullatenus inuenire valens per ipsa omnia creatorum in vna nocturno vigilante eo diuinitus quidem splendor fidei accendit eum perustrare totius religionis scripturam. Surgens ergo abiit in Aegyptum. Et accedens vni archimandritarum Porphyrio nomine supplicauit sibi dari libros sacros ad comprehensionem diuino rudi dogmatum. Quod consecutus mansit ibi delectans meditationi diuinorum sermonum, & aqua ac herbis se enutrit, annuali vero tempore ibidem commorans, & verbum veritatis fide considerans permansit scrutans veritatis sermonem. Sicque postulauit se dimitti Hierosolymam orationis gratia, & quae ibi sunt videndi miracula. Iam autem superorans illum dimisit eum. Veniens namque vbi Graecorum philosophiam didicit cepit persuadere multis physicis & multitudini gentilium atque afferre Christo ostendens eis viam salutis quae rebus nihilominus & suum praceptorem Eubolum qui erat opinatissimus verbi, ad

bi, ad retributionem in ipsum laboris afferre immaculatam fidei, sicut se bene currentem ad eam, omnes etiam cum sicut magistrum sequebantur qui philosophiam sectabantur. Querens autem illum per omnia eruditoria inuenit illum in suburbano conuictentem in sermone cum ceteris philosophis. Hoc enim erat apud illos festinabatur aut dici quid, aut audiri plus non, disputante ergo eo reprehendit eum superueniens Basilius. Et hi qui cum illo erant reprehendit quis (inquit) te o philosophum ipse autem ait Aut Deus, aut Basilius. Recognoscens igitur Basilius, excellentes sibi dimisit Eubolus & cohaeret Basilio, tribusque diebus incubat permanentes conuerebantur ad inuicem. Interrogauit ergo Eubolus Basilius dicens. Quae est distinctio philosophiae? Qui ait. Prima distinctio philosophiae est meditationis morum. Ille admirans dixit. Quid est mundum? Qui ait. Qui est super mundum, & dulces quidem sunt mundi sermones amarus autem valde ille mundus qui eum continet vitiose, & altera est voluptas corporis, & simul haec coesse cuidam non delectis est. Nemo enim potest duobus Dominis seruire. Veroniam ut virtus est, frangimus esurientibus panem scientiam, & per malitiam inter eos provirtute ducimus sub

rectum. Si autem & nudum videmus circumamicimur, & ut proprium germen seminis non despiciamus. Haec dicens, & exacuenneum parabolicae, saluatoris quae erga nos est clementia, per poenitentiam tres cathinos menti proposuit in vestibulum cogitationis. Superliminare quidem portarum, virtutem adducentem prudentiam, utilitatem, iustitiam, castitatem, quae autem sinistra parte suasionem, in vtraque vero parte eius intemperantiam, libidinem, ebrietatem, impudicitiam, segnitiam, criminationem, linguositatem, incantationem, & quoddam talium examen poenitentiam autem decenter stantem, intrementem subridentem leuem aduersarios quidem increpantem, propriorum autem indigentem populorum iuxtaeam vero abstinentiam, intellectum, lenitatem, venerabilitatem, timorem, clementiam, & multorum bonorum plebem, ipsius historiae mens diuina caudela, audientibus autem zolorum meliorum occasio. Haec ego ipse videns benigne factus sum, & isto ductus sum o Eubole. Sunt enim in nobis non imagines neque anigmata, sed ipsa plane veritas ducens ad salutem. Relut gemus enim omnes hi in vitam eternam & hi in opprobrium & confessionem eternam & ad stabulum tribunalis Christi sicut.

sicut docent nos magis uocibus prophetae Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, & David rex. atque diuinus Paulus post illos. Ipse enim poenitentiae dator, & ipsius retributionis Dominus qui ouem quaesit perditam & apostatam puerum ex patris sinu cum multis diuitijs, & seipsum prodige consumentem & postea reuertentem fame afflictum sincere amplexatus est, & veste splendida ornauit ac annulo induit. precioso suadetque peccanti puero se uienti, sicut fratri indulgentiam dare. Ille in inuidio Dominus. preualens, benignitate qui aequalem mercedem circa undecimam horam uenientibus tribuit & nobis poenitentibus ac suscipientibus. ex aqua & Spiritu sancto regeneratione, dabit enim quae oculus non uidit & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt quae praeparauit Deus diligentibus eum. His ex sensu factus Eubolus dixit. O Basili, caelestis demonstrator Trinitatis, per te credo in unum Deum patrem omnipotentem, & deinceps usque expectans resurrectionem mortuorum, & uitam saeculi futuri. Amen. Ego autem in hoc qui in me est ostendi tibi, quia omnia quae mihi sunt in manus tuas dans reliquam tempus uitae meae tecum ero si placitum in conspectu Domini fuerit suscipiens: ex sancta aqua & spiritu regene-

rationem, Basilius dixit. Benedictus Dominus Deus noster amado & usque in seculum, o Eubole qui splenduit lucem ueram in mente tua, & traxit te de multo errore in agnitionem ipsius misericordiae, quia uero ut dixisti mihi coeslevis ostendam tibi quomodo saluti nostrae prouideamus uinculis istius uitae nos liberantes uenundemus omnia quae nobis sunt & demus indigentibus, & sic in sanctam ciuitatem abeamus ipsi uisuri quae sunt tibi miraculorum & apud Deum acquiramus fiduciam, & sic uterque quae eorum erant dispensantes ad sanctum baptismum indumenta tantum ex ipsis ementes Hierosolymam ibant conuertentes ad Deum gentilium multitudinem magnam.

Quomodo Eubolus baptizatus est in Iordane.

Apprehendentes autem Hierosolymam & omnem locum sacrum fide & amore requirentes, & ipsis locis qui est super omnia Deum adorantes manifesti fuerunt Episcopo ciuitatis nomine Maximino. Et se ei proster nates postulabant cōte qui regenerationem in Iordanis fluuio diuinam. Quos uidens idem uir sanctus plenus cum esset benignitate, adimpleuit postulationem eorum: & simul cum fidelibus uiris uenit ad Iordanem. Basilius autem iuxta

iuxta ripam factus proiecit se in humum, & cum lachrymis & clamore forti postulabat lignum reuelari eius fidei. Resurgensque cum tremore despoliauit se uestimentis suis, & cum ipsis uere uetusto homine & descendens in aquam orabat. Descendens autem sacerdos baptizauit eum. Et ecce fulgur ignis uenit super eos, & columba ex eodem fulgure uenit in Iordanem & turbas aquas reuolauit in celum. Astantes autem in tremore facti glorificauerunt Deum baptizatus uero Basilius exiit de aqua. Admirans quoque Maximus Episcopus Basilij in Deum dilectionem orans uestiuit eum resurrectionis Christi indumentis baptizauit autem & Eubolū atque ungens eos sancto chrismate tradidit illis uiuificam communionē. Postulauitque Basilius Dei sacerdos per orationem sumere cibum quod & fecit dicens. Iesu Christo Deus noster, credo euangelicæ tuæ uoci & spero in tua benignitate comedens, & bibens contra egredientem nobis diabolum cooperationem nobis Sancti spiritus fieri. Stupens uero sacerdos Dei in fide eius reuersus est cum ipsis in sanctam ciuitatem. Anuali autem tempore inibi commorantes. communi sententia uenerunt Antiochiam, & ibi gradum diaconij suscepit.

Quomodo Basilius Episcopus factus missam composuit, & saluatorem nostrum cum Apostolis sanctis uidit.

Conuenientes ergo ceteris Episcoporum sancti spiritus cooperatione elegerunt Basilius ad Episcopatus sedem & consecratus gubernabat Ecclesiam Dei prouidentia. Post quoddam autem tempus postulauit Deum ut daret illi gratiam & sapientiam atque intellectum proprijs sermonibus offerre in sanguineum sacrificium & illi uenire super eum sancti spiritus aduentum. Post dies uero sex sicut in extas factus, propter aduentum sancti spiritus septima die apprehēdente capit ministrare Deo per singulos dies, & post aliquod tempus fide & oratione capit propria manu scribere ministratio nis mysteria, atque in una nocte adueniens ei Dominus in uisione ceteris Apostolis; propositionem panis faciens in sancto altari excitauit Basilius dicens ei, secūadum tuam postulationem repleatur os tuum laude ut per proprias sermones offeras mihi sanguineum sacrificium. Qui non ferens oculis uisionem surrexit cum tremore. Et accedens ad sanctū altare capit dicere scribens in charta sic. Repleatur os meum laude, ut hymnū dicat gloriæ tuæ Dñe Deus qui creasti nos, & adduxisti in uitam hanc & ceteras

ceteras orationes sancti ministri, et post finem orationum exaltavit panem sine intermissione orans & dicens, Respice Domine Iesu Christe Deus noster ex sancto habitaculo tuo, & veni ad sanctificandum nos qui rursus patri tuo confides & hic nobis invisibiliter coesignare potuisti manu tua traderenobis, & per nos omni populo tuo sancta factis populus respondit. Unus sanctus unus Dominus noster Iesus Christus, cum sancto spiritu in gloria Dei patris Amen. Et dividens panem in tres partes, unam quidem communicavit timore multo, alteram autem referuavit conspeliere secum terram vero imponens columbam auream quae pependit super altare. Eubolus siquidem & cleri principes stantes ante portas templi viderunt lucem intelligibilem in templo, & viros gloriosos candidas vestes habentes & audientes vocem populi glorificantes Deum. Basiliumque cernentes altari astantem stupefacti in visione ceciderunt in facies suas, glorificantes Deum. Exeunte autem Basilio prostraverunt se ad pedes eius. Interrogavit autem causam adorationis & presentiam eorum, qui retulerunt ei admirabilem visionem quam viderunt in templo. Tunc Basilius gratias agens sine intermissione Domino propter eius admirabilia, vocavit aurifabrum & fecit columbam ex auro puro, atque in

ipsam deposuit ut diximus portionem pendens eam super sanctam mensam in figura illius sanctae columbae quae apparuit ei in Iordane Domino baptizato. Hoc autem factum exorsus est sermonem consolationis dicens ad populum. Et congregata est multitudo infinita in ecclesia, inter quos erat & magnus abbas Eufrenus de quo postea narrabimus, quomodo ex divina ostensione visor factus est beatissimi patris nostri Basilij.

*De Hebraeo qui vidit infantem parturum manibus Basilij tem-
pore sacrificij.*

Divina quidem ministerium illo agente Hebraeus quidam se sicut Christianus populo commisit officij ministerium & namentis explorare volens vidit infantem parturum in manibus sancti Basilij. Et communicantibus omnibus venit & ipse Hebraeus, dataque est ei hostia vera caro facta. Unde accelsit ad calicem sanguine repletum & ipsius factus est particeps, atque de virisque servans reliquias abiensque in domum suam ostendit uxori suae ad confirmationem dictorum, & narravit quae proprijs oculis viderat. Credens ergo ut vere quia horribile & admirabile est Christianorum ministerium in crastino venit ad Basilium, postulans se sine dilatione accipere quod in Christo est signaculum. Basilius autem sanctus non

deso

Ieserens sed consuetam eucharistiam volenti omnes saluare offerens, baptizavit eum cum omni domo sua credente Domino.

De quodam negante Christum scripto suo proprio chirographo.

Claudius autem ipse sanctissime memoriae visor & minister factus ab eo perfectorum miraculorum & successor sedis post obitum iam diu memoriae apostolicae Basilij vir mirabilis & omni virtute decoratus enarravit mihi quia scator quidam fidelis nomine Protherius abiit ad sancta & venerabilia loca & ibi filiam suam consecrare ac in uno de bene actionalibus domibus monasteriorum mittere atque sacrificium Deo offerre volens. Sed ab initio homicida diabolus invidens divinae voluntati movit unum de servis suis & incendit ad puellae amorem. Is autem cum fuisset huiusmodi inchoationis indignus & non audens appropinquare ad propositum alloquitur unum abominatorum incantatorum promittens se, si meruerit dominam rei ipsius puellae, multam auri tribuere ei quantitatem. Maleficus vero dixit ad eum homo. Ego in istud non praevaldeo, sed si vis mitto te ad meum procuratorem diabolum, & ipse perliciet voluntatem tuam. Qui ait ad eum. Quae cum dixeres mihi faciam. Et ait ad eum. Abrenuncias

Christo in scripto dixit ei. Eri autem iniquitatis autem operator dixit ei si in isto paratus extiteris cooperator tibi sum. Qui ait ad eum. Paratus sum, tantum ut consequar meum desiderium. Et faciens malignitatis magister epistolam ad diabolum, misit eam ad illum habentem sensum istum. Quoniam quidem mi Domine & procurator oportet me a Christianorum religione abstrahere, & tuam adducere veluati, ut multiplicetur pars tua, nisi tibi hunc qui praesentes meas defert literas, cupiditate in puellam exarsum, & postulo eum actionem istam consequi ut & in isto glorier, & cum multa alacritate congregem placidiores tuos. Et dans epistolam dixit, vade secundum talem horam noctis sta super monumentum gentilis, & ex altera chartam in aere, & astabunt ibi qui debent te ducere diabolo, qui alacriter hoc faciens iactavit miseram vocem invocans diaboli auxilium. Et continuo astiterunt ei principes potestatis tenebrarum, spiritualia nequitiae & apprehendentes errantem cum gaudio magno duxerunt eum ubi erat diabolus. Et ostendit ei ipsum sedentem in sede alta, & in circuitu eius malignitatis spiritus stantes. Et suscipies missas a malefico literas dixit ad miserum. Credis in me. Qui ait, credo. Et abnegas Christum tuum. Qui

Et a respon

respondit. Abnego. Dixit ei diabolus. Perfidus es tu christianus. Et quandoquidem me opus habetis tuum venitis ad me, quando autem rem consequimini desiderium vestrum, negatis me & acceditis ad Deum vestrum qui est benignus ac clementissimus & suscepit vos sed fac mihi manuscriptam Christi tui & baptismatis abrenunciationem voluntariam, & quia in me est in secula voluntariam professionem, & quia mecum sis in die iudicij, condelectans mihi & in preparatis aeternis tormentis, & ego statim desiderium tuum adimplebo. Qui disposuit propria manu scriptam sicut quilibet fuerat. Statim autem animam corruptor draco torruosus misit illos qui sunt super fornicationem demonum & inflamauerunt puellam in amore iuuenis. Quae proijcens se in terram capit clamare ad patrem. Misere mei, misere mei mi pater quia dixi torqueri propter talem puerum nostrum. Misere visceribus tuis ostende in vnguentis tua paternum amorem, & coniunge me puero nostro quem amo. Si autem non vis hac facere, videbis me post medicum amaramorte morientem, & sermonem dabis pro me Deo in die iudicij. Pater autem eius cum lachrymis dicebat. Heu mihi peccatori, quid conuenit miserae filiae meae. Quis meum thesaurum furatus est. Quis meam

inquinavit filiam. Quis dulcemen oculorum meorum extinxit? Ego celesti te volebam nubere sponso Christo & angelorum cohabitatricem constituere & in psalmis & hymnis & canticis spiritualibus Deo canere festinabam & per te saluari sperabam, tu autem in amorem lasciuiae infanisti. Sine me sicut volo desponsa re te Deo, ne deducas senectutem meam cum tribulatione ad inferos, neque nobilitatem parentum tuorum confusione operias. Illa autem pro nihilo reputans quae a patre dicebantur, instabat, & clamabat. Pater mi, pater mi aut fac desiderium meum, aut post morientem me videbis. Pater ergo in magna defectione factus ac immensurabilitate tristitiae absorptus ac amicorum consilij credulus, hortantium ei deferre volentem eius, aut seipsum exponere concredens pater precepit fieri desiderium puellae, ne exitiali se traderet morti, & adduxit quam situm puerum ac propriam filiam danteque ei omnem substantiam suam dixit filiae suae. Vade filia, vere misera. Multum enim planges poenitens in nouissimo, quando nihil habes proficere. Iniquo ergo coniugio facto & diabolica facinorositate completa ac modico transeunte tempore, signatus est a quibusdam puer non introire Ecclesiam neque appropinquare immortalibus

bus

bus & viuificis mysterijs, & dicitur miseram coniugi eius. Scis quia vir tuus quem elegisti non est christianus sed peregrinus fidei & alienus. Tenebrarum & dolorose plagae repleta, prosternit se in humum & capit discerpere se ipsam unguibus suis & percutere pectus ac clamare. Nemo non obediens parentibus saluus fuit unquam. Quis annuntiabit patri meo meam confusionem? Heu mihi miseram quantum profunditatem perditionis descendi. Cur nata sum & nata continuo rapta non fui? Ista ergo lamentari eam discens erratissimus vir eius accurrit ad eam contendens non haberi ita veritatem illa autem in consolationem veniente suadilibus eius sermonibus dixit ad eum. Si vis mihi satisfacere & miseram animam meam, crastina ego & tu unanimiter eamus ad Ecclesiam & coram me participa incotaminatorum mysteriorum Christi, & sic satisfacta ero. Tunc coactus dixit ei sententiam capituli. Continuo deponens illa muliebrem infirmitatem & consilium bonum consilians illi accurrit ad pastorem & ad discipulum Christi sanctum Basilium aduersus impietatem clamans. Misere mihi miserere mei sancte Dei miserere mihi discipule Domini, quae cum demonibus causam egi miserere mihi miserere proprio patri non obediens. Et docet eum

rerum gestarum ordinem. Sanctus autem Dei vocans puerum sciscitatus est ab eo, si ista in hunc modum se haberent. Qui ad sanctum Dei cum lachrymis ait. Etiam sancte Dei si ego siluero opera mea clamabunt. Et enarrauit ei etiam ipse a principio usque in finem consequentem diaboli malam operationem. Tunc dicit eis sanctus Basilium. Vis reuerri ad Dominum Deum nostrum? Ad quem puer, Vtique volo sed non valeo. Dicit ei sanctus, quare? Respondit puer. Scripto abnegauit Christum & professus sum diabolo. Dicit ei sanctus. Non sit tibi cura. Benignus est enim Deus noster, & recipiet te poenitentem conuertitur etiam malitiam nostris. Et iactans se puella ad pedes sancti euangelice deprecata est eum dicens. Discipule Christi Dei nostri quantum potes adiuua nos. Dicit ad puerum sanctus. Credis saluari? Qui ait. Credo Domine adiuua incredulitatem meam. Et continuo apprehendens manum eius facientque signum Christi in ipso & orans reclusit eum in vno loco interioris sacri periboli. Et dans ei regulam collaborabat ei per tres dies post quos visitauit eum & dixit ei. Quomodo te habes filia? Dicit ad eum. In magna Domine sum defectione. Sancte Dei non fero clamores eorum, & terrores aciculariones seu lapidationes eorum

Ec 3 rum

rum tenentes manuscriptam meam
causantur medicantes. Tu veni-
sti ad nos non nos ad te & dicit
ei sanctus. Noli timere fili tan-
tum crede. Et datus ei modicam
escam facientque super eum Chri-
sti iterum signaculum ac orans re-
clausit eum, & post paucos dies vi-
sitauit eum & dixit ei. Quomodo te
habes fili? Dicit ei. Pater sancte
à longe clamores eorum audio, &
minas sed non video eos. Et ite-
rum datus ei escam & orans clau-
densque ostium abiit & quadra-
gesimo die rediit, & dixit ei. Quo-
modo te habes frater mi. Respon-
dens dicit ad eum. Bene habeo sa-
cte Dei, vidi enim te hodie in vi-
su pugnantem pro me & vincen-
tem diabolum. Mox ergo san-
ctus secundum consuetudinem
faciens orationem eduxit eum &
adduxit eum in dormitorium
suum. Mane autem facto voca-
uit clericum sacrum & monasteria
& omnem Christi amabilem po-
pulum, & dixit eis. Filioli mei
dilectissimi omnes gratias aga-
mus Domino, ecce enim ouem
perditam debet pastor bonus in
humeris suis reportare, & offer-
re Ecclesie quapropter debitum
est & nos vigiliam facere nocte
ac postulare eius benignitatem vt
non corruptor animarum vincat
etiam in hoc facto, & alacriter
populo aggregato per totam no-
ctem postulauerunt Deum cum

bono pastore cum lachrymis cla-
mantem pro eo kyrieleyson.
Et matute cum omni multitudi-
ne populi accepit sanctus pue-
rum & tenens dexteram manum
eius ducebat illum in sanctam
Dei Ecclesiam, cum psalmis, &
hymnis. Et ecce diabolus omni-
festinans in tristem vitam, cum
omni perniciofa virtute adue-
nit, & inuisibiliter apprehen-
dens puerum conabatur rapere
eum de manu sancti. Et cepit
clamare puer. Sancte Dei adiu-
ua me. Et tanta instantia impro-
bus aggressus est, vt etiam me-
morabilem virum compelleret
trahens puerum. Conuersus er-
go sanctus ad diabolum dixit.
Improbissime animarum corrup-
tor, pater tenebrarum & per-
ditionis non sufficit tibi tua per-
ditio, quate & omnes qui sub te
sunt affecti, nisi etiam & Dei
mei tentes plasma. Diabolus au-
tem dixit ad eum. Præiudicas
me d Basili, ita vt plurimi ex no-
bis voces audirent demonum
hec dicentium, clamante popu-
lo kyrieleyson. Sanctus autem
Dei ait ad illum. Increpet te Do-
minus diabole, qui respondens
ait ad eum. Basili præiudicas me.
Non ego abij ad eum sed ipse ve-
nit ad me. Abnegauit Christum
suum & mihi professus est. Et
ecce manuscriptam habeo, & in
die iudicij ad communem iudi-
cem

cem cum duco. Sanctus Dei dixit.
Benedictus Dominus Deus meus
non defleat populus iste manus
de altitudine cæli, donec reddas
manuscriptam. Et conuertens se
dixit populo. Erigite manus ve-
stras in cælum clamantes cum
lachrymis Kyrieleyson, Christe
leyson, Kyrieleyson. Et stan-
te populo in horam multam ex-
tensas habentes manus in cælum
ecce manuscripta pueri per æ-
rem delata, & ab omnibus visa
venit, & imposita est manibus
memorabilis patris nostri Bas-
lij. Suscipiens autem eam & gra-
tias agens Deo gauisus factus est
valde & coram omni populo di-
xit ad puerum. Cognoscis literu-
las has frater. Qui ait ad eum. E-
tiam sancte Dei manuscripta mea
est. Et dirumpens manuscriptam
sanctus Basilius perduxit eum ad
Ecclesiam, & dignum fecit san-
cto ministerio & communioni
mysteriorum Christi. Et faciens
susceptionem magnam, refrigera-
uit omnem populum. Et ducens
puerum ac instruens seu dans ei
regulam decentem, reddidit eum
mulieri eius intactibili ore glorifi-
cantem & laudantem Deum. Amē.

*De muliere cuius peccata per ora-
tionem deleuit.*

Mulier que dam diuitijs &
nobilitate ornata & ceteris
vite istius vanis mi-

nistratiōibus super eleuata, quasi
viduitatem complectēs, indecero
se vsa est potestate castrimargiæ
& prodigalitati semper inferuēs
nihil placidi Deo possidens, sed
porcorum more se cæno volupta-
tis inuoluens sero quando que se
cundū dispositionem Dei ad me-
tem rediens, immensurabilitate
suorum delictorum illuminata si-
lenter sola cogitabat & multitudi-
nem peccatorum suorum flebiliter
suspirās dicebat. Heu mihi pecca-
trici & prodige, quomodo me ex-
cusabo de actis delictis meis. Tē-
plum Spiritus sancti corrupti, &
animē in corpore habitantem
pollui. Heu mihi abiectissime. Pu-
tas dicam me sicut meretricem
auteriore, an publicanum, sed
nemo sicut ego peccaui; maxi-
me post sanctum baptisma. Quo-
modo ergo certa ero, quia pœni-
tentem suscipiet me Deus. Et hæc
cogitante ea qui omnes vult sal-
uare & ad agnitionem venire ve-
ritatis in mentem ei misit de iu-
uentute vsque in senectutem pec-
cata sua scribere in charta. Quæ
prescripta nouissime omnium
scripsit quod erat ei maximum
peccatum, & plumbo signauit
eam. Considerans autem tempus
opportunū quādo sanctus Basilius
ad consuetas orationes ibat ad sā-
ctam Ecclesiam cucurrit clam &
proiecit chartā fecus pedescius &
super faciem iactans se ipsam cla-

mabat dicens. Misere mei sancte Dei pater super omnes peccatrici. Stans autem beatus Christi famulus sciscitabatur ab ea causam doloris. Quæ ait. Ecce Domine omnia peccata mea scripsi in ista charta & iniquitates meas & sigillaui eas. Tu autem sancte Dei sigillum ne amoveas, sed tantum per orationem tuam illa dele. Qui enim dedit mihi talem cogitationem, omnino exaudiet te pro me postulante. Magnus autem Basilii tollens chartam & respiciens in cælum ait, Domine tibi soli est opus istud. Qui enim mundi peccatum tollis & unius anime istius facilius delere potes peccatum, omnia enim nostra delicta numerata sunt apud te misericordia autem tua innumerabilis & inestimabilis est. Et hæc dicens intrat Ecclesiam tenens chartam & prosteruens seipsum & ponens chartam secus altare mansit per omnem vigiliam orans, & crastino per omne sanctum mysterium deprecans Deum. Et post completionem factorum mysteriorum vocavit mulierem secrete astantibus paucis clericis, & ostendens eis chartam dixit ad eam. Audisti mulier, quia nemo potest dimittere peccata nisi solus Deus? Quæ dixit. Audiui senior, & per hoc admonui te ad intercessionem misericordissimi Dei. Et hæc dicens soluit chartam & inuenta est tota inscripta, man-

sit autem magni peccati scelestum opus non deletum. Videns autem mulier pusillanimitas effecta est, & percutiens pectus manibus cecidit ad pedes Episcopi clamans miserere mei serue Dei altissimi, & quod, quod modum pro omnibus iniquitatibus meis certasti, sic & pro ista postula, & omnino delebitur. Archiepiscopus autem lachrymatus est propter indulgentiam dicens. Surge mulier, quia & ego peccator sum, indigens indulgentia. Qui deleuit tua peccata quanta voluit potes est tollere & istud a te, qui tollit peccata mundi. Si custodieris a modo non peccare, & in vias Domini ambulaueris, non tantum indulget tibi, sed & gloria digna eris. Vade ergo ad Eremum, & inuenies virum sanctum & nominatum in omnibus nomine Effren. Isti da chartam & postulans placabit Deum pro te. Mulier autem concurrens ad sanctum Effren ad Eremum cucurrit & transiliens longitudinem viæ ad prædictum sibi locum magni Eremitæ peruenit. Et pulsans ostium clamabat dicens miserere mei sancte Dei. Qui præsciens propter quam causam astiterit, dixit ei, vade a me mulier, quia homo peccator sum, indigens & ipse auxiliij. Illa autem proiecit chartam dicens, Archiepiscopus Basilius misit me ad te, ut orans ad Deum deleas iniquitatem

meam

meam quæ in ipsa charta conscripta iacet. Ceteras omnes ipse sanctus orans deleuit, tu autem pro vna noli pigritari deprecari. Deum Ad te enim missa sum. Non filia non. Qui enim pro multis præualuit placare Deum, & pro vno poterit plus me, vade ergo & noli stare, ut comprehendas eum ante eius transitum. Mulier autem concurrens a sancto Effren reuersa est. Cefaream, & intrante ea in ciuitatem, obuiauit corpus portantibus sancti Basilij. Et videns cœpit clamare voluens se in humo, & cauebat cum sancto dicens, Heu mihi miseræ, heu mihi sancte Dei propter hoc misisti me ad Eremum ut immolestatus a me transires, & ecce in acta reuersa sum in vanum pertransiens pelagus viæ, videat Deus & iudicet inter me & te, quia placare potens Deum ad alterum me misisti. Et hæc clamans proiecit chartam super feretrum subtiliter enarrans de causa omni populo. Vnus autem de clero volens videre quale peccatum esset rulit chartam. Et absoluens inuenit eam super torum inscriptam, & clamauit voce magna dicens ad mulierem. Inscripserunt charta o mulier quid laboras nesciens inter factam clementiam. Multitudo ergo videns admirabile miraculum glorificauit Deum, qui dedit potestatem hominibus super terram dimittere peccata. Dans

etiam gratiam seruis suis, & post mortem sanare omnem infirmitatem & omnem languorem, sed & peccata fide accedentium dimittere. De Ioseph Hebreo interferitur historia. Hic Ioseph egregius in arte medicinalis disciplinae valde probatus, simul & illustis cum fuisset, in ipsa peritia summam scientiam habebat tactu eius venæ præscire caute antres vel quinque dies, si quis deberet de his transire tumultibus, ad meliorem stabilitatem. Inuidiosum autem multitudini medicorum deifex pater noster Basilius, ex diuino splendore præsciens, quod deberet dari ei diuini baptismi donum valde amabat eum & assidue ad colloquium vocabat illum, docens eum regiam viam salutis & veritatis ambulare, postulabarque illum discedere de polluta religione, & per baptismum induere Christum. Qui non acquiescebat dicens, quia in fide, qua natus sum in ipsa & finiam. Sanctus autem Dei dixit ei. Crede Ioseph, nec tu nec ego de istis transibimus tumultibus, donec renouet te dominus meus Iesus Christus, per aquam & spiritum, sine istis enim impossibile est introire in regnum cælorum. Nunquid & patres tui non baptizati fuerunt in nube & mari, & biberunt ex spiritualibus sequenti eos pertra-

Ec 5

Petra

Petra autē erat Christus. Qui in nouissimis diebus ex virgine incarnatus & propter nostram salutem humanatus, & mirabilia agēs passus ac pro patribus tuis crucifixus & sepultus, & tertia die resurgens in cælum ascendit & sedet ad dexteram patris, & veniet in multa gloria cum angelis suis iudicare viuos & mortuos & reddere vniouique secundum opera eius. Impossibile est ergo, sicut dictam est, omnem hominem in regnum Dei intrare nisi per aquā & spiritum, & participationem viuificorum & incontaminatorum mysteriorū corporis & sanguinis Iesu Christi. Et talibus orationibus probatus operarius Dei cultor colloquebatur cū eo ipse autem non audiebat eum. Quando vero prosperauit Deus qui se gregauit eū ex utero matris suæ, suscipere eū Sancti spiritus gratiam, debens sanctus de his transferri tumultibus duxit eum occasione ad se medicinalis disciplinæ, & dixit ei. Quomodo vides quæ erga me sunt ille à tactu venæ sentiens virtute eius mortem imminere, dixit ad domesticos ipsius, quæ ad sepulturam suam indumenta præparate, iste enim pene moritur. Dixit ei magnus Basilius. Nescis quid dicis. Dixit ad eum Ioseph Hebræus. Crede domine, sol cum sole occidet hodie. Et dixit sanctus. Et si

non morior vsque ad matutinā, quid. Dixit Hebræus. Non est possibile domine hoc fieri, vix enim vna hora erit anima tua in te. Sed dispone iam Ecclesiam tuam & res tuas, non enim obscurabitur dies hodie in te. Dicit ei sanctus. Et si vixero in crastinum vsque ad horam sextam, quid facies. Qui ait. Ego moriar. Dicit ei sanctus. Etiam vt moriaris peccato viuas autem in Christo tuo, dicit ei Hebræus. Scis quid dicis, & facio iussione tuam, si sicut dicis fit. Cum iuramentis horribilibus promittens, quia si vixerit Dei discipulus omnino accipere Sancti spiritus gratiam Dei cultor pater noster postulauit Deū additionem vitæ dari sibi, vt illum Hebræum saluaret, misit ergo sanctus mane, & vocat Hebræum. Qui diffidens aduenit parans omnino eum mortuum, & videns illum viuentem in stupore factus est, & proiciēs se ad pedes eius dixit, in vero corde dico, non est Deus magnus sicut Christianorum, & non est Deus amplius eo. Nego ergo Christe odibilem religionem Iudeorum, & accedo fideliter veritati Christianorum: iube ergo sine dilatione dari mihi in Christo signaculum & sanctum baptisma & terti domui meæ. Dicit ei sanctus Dei. Ego manibus meis baptizate, & omnem domum tuam. Procedens

cedens ergo iterum medicus, & tangens dexteram manum eius dixit ei, lassæ factæ sunt virtutes tuæ domine & natura valde defecit. Dicit ei sanctus. Habemus naturæ creatorem confortantem nos. Et surgens venit in sanctam Dei Ecclesiam, & coram omni populo baptizauit eum cum tota domo eius, vocans nomen illius Ioannes. Communicans autem eum viuificis mysterijs, assumpsit eum & duxit in dormitorium suum dans ei escam, & docebat eum quæ sunt æternæ vitæ adiiciens eum ouili suo cum mulieribus & filijs nouiter electam militem, medicus autem sequentibus diebus pertrāsibat benedictionales domos, & dabat donatam sibi de medicina pecuniam, & quod ei erat residuum. Et circa horam nonam stetit magnus pater noster Basilius ad ministerium Misæ in sancta Ecclesia simul cum electis clerici, & civitatis capitaneis, & iterum cum ipsis panem diuisit, eos instruens & osculans eos in osculo sancto, & nouum Christi militem commendans etiam & omnes domino atque dispositam sibi consepelire sumpsit tertiā partem, quæ a Domino data fuit ei cōmunionis & recumbens in lecto gratias egit extense domino & Deo nostro, in peregrinatione a corpore & fide medici, &

adhuc gratia cum essent in ore eius reddidit Domino spiritū, & additus est principibus sacerdotum prædicatoribus quoque magnis, magni verbi tonitruum. Videns autē ex Hebræis fidelis medicus, qui sicut dixit homo Dei & magnus princeps sacerdotum Basilius, sic requieuit, cadens superpectus eius cum lacrymis dicebat vere serue Dei Basili si non voluisses nec modo mortuus fuisses. Crastina autem cōgregata est multitudo & duxit honorificum corpus eius, qui vicit materialem in stationem in sanctam Ecclesiam, cum omni oblatione aromatum & thimiatarum sepelientium. Audiens autem Gregorius Nazanthenus episcopus currens & ipse aduenit, & videns honorificum corpus cecidit super illud. Et lamentans multum ad orationem hortabatur populū in hymnis & canticis spiritualibus, cum decenti honore gloriosam memoriā agni sacerdotis facere simulque concurrentibus duodecim Episcopis & multitudinē civitatis deposuerant eum in archarium marmoreū, in templo sancti & gloriosi martyris Isichi, vbi & Leonius ante eū Episcopus eū ceteris dormia Requieuit autem angelicā vitam in terra agens magnus Basilius mēse Ianuario die prima quinto anno imperij Valēntis & Valentiniani memoriā suæ vite relin-

linquens Ecclesie quæ est secundum operationem Sancti spiritus conscripta cum eo in celesti libro. in gloriam & laudem domini nostri Iesu Christi & gloriose virginis Mariæ, cui cum Patre est gloria simul & sancto ac viatico patri, nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

Incipit vita sancti patris Effren.

Factis enarrationem volo facere de Basilio memorabili & Effren Syro, qui sunt apud Deum, & patre nostro. Vi fore quæ etiam de sancto & non mentiente ore eius audiui. Est autem sic, Effren memorabilis cum esset in Eremo quadam splendore Spiritus sancti illustrante videns quendam de amatoribus eius & interrogatione discens, mirabilia opera patris nostri Basilij sine intermissione postulabat reuelari sibi qualis esset magnus Basilius. In extasi ergo factus vidit columnam ignis cuius caput pertingebat calum, & vocem de super dicentem audiuit Effren Effren quem admodum vidisti columnam istam ignis, talis & magnus est Basilius. Et continuo accipiens interpretem eo, & nesciebat loqui Græcam linguam venit ad magnam Ecclesiam magni nominis Casarea Cappadocia, perueniens in ipsa sancta festiuitate sanctæ Theophaniæ & intras clam vidit procedentem in Ecclesia magnam Basiliū & dicit sequen-

ti se, In vanū laborauimus ut suspicor frater. Iste enim in tali ordine cum sit non est quem admodum vidi, vidit enim eum indutum stola candida, & qui circa eum erant sacrum clerum candidiferū. Et procedente eo stans in loco occulto Ecclesie, desperabat pro huiusmodi materia dicens secum. Nos qui portauimus pondus diei & astus nihil consecuti sumus, & hic in tali cū sit stipatione & honore humano, columna ignis est. Miror valde. Ista igitur eo sic loquente, mittit sanctus Basilius Archidiaconum suum dicens. Vade circa portam occidentalem, & in angulo Ecclesie inuenies Abbatem Effren habentem cucullam cum altero quodam cum parua barba pusillū, & cetera de vultu eius, & dices ei. Iube intrare presbyteriū, vocat te pater tuus Archiepiscopus. Et discēs dñs Effren per interpretem quæ dicebantur respōdit dicens. Errasti frater, nos peregrini sumus. Et abiens Archidiaconus retulit beato Basilio ista. ¶ Magno autē Basilio sacros libros legere, vidēs sanctus Effren linguam igneam loquentē per os eius. Et dicit sanctus Archidiacono, vade & dic ei. Dñe Effren iube intrare sanctum presbyterium. Obstupuit ergo in istis sanctus Effren glorificans Deum & genascatens respōdit dicens, vere magnus Basilius vere columna ignis, vere Spiritus sanctus loqui-

tur

tur per os eius. Postulauit autē Archidiaconum excusare se ut & magis post ministerium in secretario saluaret eum. Intrans itaque post completionem ministerij Basilij magnus in secretarium vocauit sanctum Effren in dño salutationē reddidit ei dicens, Bene venisti, pater filiorum Eremi, bene venisti, qui multiplicasti discipulos Christi in ipsa Eremo, & demones eminasti in Christo. In quibus labor tuus pater venisti videre peccatorem hominem, det tibi Deus mercedem secundum laborem tuum. Et respōdens ei honorificentissimus Effren & predicans omnia quæ in corde eius erant colenda simul cum coessente suo Abbate comunicauit de sanctis manibus eius & faciente eo charitatem, dixit sanctus Effren. Pater honorificentissime, vnam postulo gratiam à te annue eam dare mihi. Qui ait ad eum Iube & dic quæ videtur tibi. Multa enim debes maxime pro labore tuo ad meam presentiam. Dicit ei honorificentissimus Effren. Scio pater sancte quia quæcumque postulaueris a Deo tribuet tibi, & volo ut depreceris Dñm quatenus loquar Græce. Qui ait, super virtutem meam postulasti. Sed quia fideliter petisti, veni pater honorificentissime & Eremi magister postulemus dñm, potest

enim facere voluntatem tuam. Scriptum est enim. Volūtatē mentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet, & saluos faciet eos. Et facientes orationē in multam horam, resurgētibz eis dixit magnus Basilius. Cur dñe Effren non accipis ordinationem presbyterij quia decet te. Dixit ei per interpretem sanctus Effren. Quia peccator sum. Respondit ei sanctus. Utinam peccata tua ego habuissem, & dixit ei. Flectamus genua. Et iacentibus eis in humo posuit manum suam in sanctum Effren magnus sacerdos, & dixit ei quæ sunt diaconi. Et dixit, iube furgere nos & fac. Aperta ergo lingua eius dicit sanctus Effren Græca lingua suscipe, salua, miserere & custodi nos Deus gratia tua. Tunc impletum est, quod scriptum est in propheta. Tunc saliet claudus sicut cernus, & aperta erit lingua mutorū. Et loquente eo. Græce in ipsa hora glorificauerunt Deum omnipotentem & ex audientem postulationem, deprecantium & timentum se. Et spiritualiter lætantes per tres dies, atque ordinans Sanctus sacerdos interpretem in diaconum, ipsum vero beatū Effren in presbyterū dimisit eos in pace, glorificantes Deum in omnibus quæ audierunt & viderūt, sicut locutus est ad eos.

FINIS PRIMAE PARTIS.

SECVN-

SECUNDA PARS.

Prologus in partem Secundā, de vita Sanctorum Patrum.



VEREMUNDVM Quis dubitet meritis stare Sanctorum; horum scilicet; quorum in hoc volumine vita prefulget, qui omnem luxuria notam tota mente suserunt, mundoque relicto. Eremi vasta secreta rimantur ibi que per terribiles rupes formidolosiss antris excubantes, nec esuriunt nec striunt, quia dextera Dei sustentat & pascit eos. Horum meritis subleueris. Horum supplicationibus peccatorum veniam merearis mi domine Fidose. Non ergo spernas simplicitatem & impolitos sermones, nec enim opus est diuina doctrina sophisticis, & eloquenter signare sermones, sed suadere mentes hominum in fide & operibus veritatis. Ex patribus namque Sanctorum Patriarcharum & Prophetarum, id est, Abraham, Isaac, & Iacob, Moysi, & Helia, & Ioannis, ideo descripta est fides & conuersatio; non tantum ut illos glorificaret, quos certe Deus glorificauerat, & in regno suo gloriosos habebat, sed ut legentibus posteris conferrent veritatis doctrinam & exempla salutis.

INCIPIVNT ADHORTA-

tiones Sanctorum Patrum professio-

nesque Monachorum, ceteri quoque subsequentes

libelli, quos de Greco in Latinum transtu-

lit Sanctus Hieronymus Cardina-

lis presbyter.



VIDAM Sanctorum seniorum Patrum interrogantibus se Monachis de causa abstinentie dixit. Oportet filiioli, ut odio habeamus omnem requiem presentis vite, siue de-

lectationes corporeas, ac ventris suauitatem & honorem ab hominibus non requiramus, & dabit nobis dominus Iesus celestes honores, & requiem in vita eterna, gloriosamque lxtitiam cum Angelis suis.

Idem

s. I.

Idem autem senior dixit, quia naturaliter inest homini esurire, oportet sumere cibum ad necessitatem corporis, sustinendam non tamen in passione seu fatuitate ventris. Nam & somnus naturaliter inest homini, sed non in fatuitate sine resolutione corporis quo possumus humiliare passionem ac vitia carnis. Satietas enim somni mentem, sensumque hominis stupidum pigrumque reddit, vigilie autem tantum, quae etiam mentem subtiliorem ac puriorem efficiunt. Ita enim & sancti patres dixerunt, quia vigilie sancta purificant, & illuminant mentem superflua autem vigilia inducunt frenesim & dolorem capitis & totius corporis. Sed etiam irasci naturaliter inest homini, non in commotione passionis, sed ut irascatur contra semetipsum, ac vitia sua, ut facile emendare & a se abscindere possit. Nec non etiam si quid prauum & contra precepta Dei videamus agere alios, oportet nos contra vitia eorum vehementer quidem irasci, ipsos vero diligenter corripere & increpare ac munnere ut emendati saluent, & ad vitam eternam perueniant.

s. II.

ERat quia senior in eremo interuenit, per multos annos in abstinentia & in omni studio spirituali nimis laborans. Adueniens

tesque ad eum quidam fratres, admirati sunt eius perseuerantiam dicens, Quomodo toleras istum tam aridum & squalidum locum patris? Quibus ille respondens ait. Omnis labor totius temporis quem hic dego, nondum unius horae tormentorum aeternorum gehennae spatium habet. Oportet inquit nos in paruo tempore vite illius sustinere laborem, & macerare passiones corporis nostri ut inueniamus in illo futuro ac aeterno seculo, quod nunquam deficit perpetuam reputationem.

s. III.

Referebant nobis sancti seniores de quodam fratre dicentes, quomodo quodam tempore ita impugnabatur a demonibus, ut statim hora diei prima, tantam famem & defectionem corpori eius facerent, ut penitus sustinere non posset. Veruntamen ille dicebat in corde suo. Quia qualitercunque esurio, oportet me vel usque ad horam tertiam expectare, & tunc cibum sumere. Cumque facta fuisset hora tertia, iterum dicebat cogitationibus suis. Huiusmodi & nunc violenter oportet me sustinere, usque ad horam sextam. Cumque aduenisset hora sexta, in fundebat panem & aquam, dicens, Dum hic panis infunditur, oportet me etiam horam nonam expectare, Cumque hora aduenisset nona secundum consuetudinem complebat omnes orationes suas, & psalmos dicitur.

secundū regulam & ponebat panem vt comederet. Hoc ergo per plurimos dies sustinuit. Quadam ergo die similiter ab hora prima vsque ad nonam fecit. Cumque hora nona sedisset vt cibum caperet vidit de sportula (vbi panis, id est Paximacia reposita erant) tur rexille fumum magnū, & egressum esse per fenestrellam cellule eius. Itaque ex illodie necesuries nec defectio corpori facta est, sed magis ita corroboratum est in fide & abstinencia cor eius, vt etiā nec post biduum delectāret eum cibum accipere. Ita gratia Dei auxiliāte certāmini eius, per patientiam suam frater extinxit castri-margis, id est gulę concupiscencia passionem.

§. IIII.

Egressi sunt aliquando de monasterio fratres ad visitandū eos, qui in Eremita commorabantur patres. Cum autem venissent ad quēdam Eremitam seniore, suscepit eos cum grandi gaudio, & sicut consueto est apposuit eis mensulā: videns enim eos fatigatos de itinere, ideo ante horā fecit eos reficere, & quicquid habebat in cella sua apposuit vt ederent, & repausauit eos. Facto autem vespere orationes & psalmos secundum cōsuetudinem cōpleuerunt. Similiter etiam & nocte fecerunt. Supradictus autem senior separate in alio loco quie-

scibat sibi, & audiebat loquentes inter se & dicentes, Quoniam isti Eremita magis & melius ad refectiōem cibantur, quam qui in monasterijs conuersantur. Hęc autem senior audiens tacuit. Et cū illuxisset dies arripuerūt iter, vt ad alium Eremitam pergerent qui in vicino eiusdem senis habitabat. Cum autem egredierentur dixit eis senior. Salutate eum ex me, & dicite ei. Obserua & noli irrigare olera. Ipse vero intellexit causam, & renuit eisdem fratres deditq; eis vt operarentur texentes sportas sedensq; cum eis ipse operabatur. Vespere autem ad luminaria addidit super cōsuetudinem alios psalmos, & post completas orationes, dixit eis. Nos quidē consuetudinem non habemus cibari quotidie, sed propter vestrum aduentum oportet nos hodie cōnare. Et apposuit eis panem & sal. dicens, Quia propter vos debemus amplius aliquid cōnare, misit autem modicum acetum & sal & modicū olei. Etcum surrexissent de mensula, cœpit iterum psallere vsque prope lucem. Et dixit eis. Non possumus propter vos omnem canonem psallere. Ideoque repausate modicum, quia de itinere fatigati estis. Cū autem factum fuisset mane hora prima, voluerunt recedere ab eo sed non permisit eos senior dicens, Magis iubeo vos facere nobiscum

biscum aliquātos dies. Non enim dimitto vos hodie, sed propter charitatem teneo vos, vel alios tres dies. Illi autem hęc audientes surrexerunt nocte & antequam luce sceret fugerunt ex eodem loco.

§. V.

Quidam de sanctis senioribus salutandi causa profectus est ad alium seniorerem Eremitā. Qui cum omnigaudio suscepit eum. Pro cuius aduentu parauit ad refectiōem lēticulum cibum coctum. Dixeruntque inter se vt prius (ex more) complerent orationes & psalmodiam, & postea cibum caperent. Cum autem ingressi fuissent psallebant totumque psalterium compleuerunt. Nam & de scripturis sanctis tanquam legentes duos prophetas absentes habētes recitauerūt. Iamque dies abierat, nox similiter recedebat. Dum ergo orarent & intente psallerent illuxit alia dies, extunc intellexerunt quod iam nox transisset. Iterum autem inter se de verbo Dei loquentes, & speciales ibi sensus exponentes factum est, vt circa horam nonam salutantes se inuicē, ita reuersus est, qui venerat senex ad cellulam suam. Nam refectiōem cibi qui paratus fuerat obliti sunt accipere, dum cibum spiritualem perciperunt, vespere autem facto inueit senior ollam plenam sicut parata fuerat, & contristatus

dixit, Heu quomodo oblitus sumus pulmentum istud.

§. VI.

Referebat nobis abbas Zenon, quia aliquando dum proficisceretur ad Palistinam fatigatus de labore itinervis, refedit sub arbore. Erat autem in proximo ager plenus cucumere. Cogitauit autem in corde suo vt surgeret & tolleret sibi ad refectiōem de ipsis cucumeribus. Nihil enim inquit grande est, quod habeo tollere. Respondēsq; ipse sibi in cogitationibus suis ait. Quia siures præcipientibus iudicibus, in tormenta mittuntur, oportet & ergo me ipsum probare si possum sustinere tormenta quæ latrones patiuntur. Surgens autem eadem hora stetit in actu quinq; dies fixitque corpus suum, & dixit cogitationibus suis. Quia non possum sustinere tormenta, ideo oportet me furtum nō facere: sed magis exercere secundum cōsuetudinem opera manuum, & de laboribus meis reficere, sicut sancta scriptura dicit in psalmis. Labores manuum tuarum quia manducaberis, beatus es & tibi bene erit. Quod certe quotidie in conspectu domini psallimus.

§. VII.

Discipulus cuiusdam sancti senioris impugnabatur à spiritu fornicationis, sed auxiliante gratia dñi resistebat vi-

F f riliter

riliter pessimis & immundis cogitationibus cordis sui ieiunijs & orationibus, & in opere manum affligebat se vehementer. Beatus autem senior videns eum ita laborantem dixit ei. Si vis, o fili deprecor dominum, ut auferat à te istam impugnationem. Ille vero respondens dixit. Video pater quia & si laborem sustineo, sentio tamen fructum in me proficere bonum, quia per occasionem impugnationis huius & amplius ieiunio, & amplius in vigilijs & orationibus tolero. Veruntamen de precor te, ut ores pro me misericordiam domini, ut det mihi virtutem quatenus possim sustinere & certare legitime. Tunc senior sanctus dixit ei. Ecce nunc cognoui fili, quia fideliter intelligis, quod hoc spirituale certamen per patientiam ad salutem æternam anime tuæ proficiat. Ita enim sanctus Apostolus dixit. Bonum certamen certavi cursum consummavi, fidem seruaui, de cætero repulsa est mihi corona iustitiæ, non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius.

§. VII.

E Talis etiam frater vehementer impugnabatur ab immundo spiritu fornicationis. Exurgens autem noctu abiit ad quandam sanctam & probatam in virtutibus seniore, & confessus est ei quia patiebatur impugnationem

à spiritu fornicationis. Hæc cum audisset senior consolabatur eum docens, spiritualibus verbis de virtute patientiæ dicens, sicut scriptum est viriliter age & confortetur cor tuum, & sustine dominum. Reuersus est frater ad cellulam suam, & ecce iterum impugnatione insistebat ei. Ipse autem festinauit denuo pergere ad supradictum seniore. Videns autem eum senior, iterum docebat eum ut patienter & indefesse sustineret, dicebatque, ei crede fili, quoniam mittet tibi dominus Iesus Christus auxilium de cælo sancto suo ut possis superare passionem hæc. Confortatus autem frater monente sancto seniore, remeavit ad cellulam suam, & iterum impugnatione valde conturbabat eum, & statim eadem hora noctis reuersus est ad seniore & deprecabatur eum ut interius pro eo dominum exoraret. Dixit ei senior. Ne pertimescas fili, neque resoluaris neque abscondas cogitationes tuas ita enim confusus spiritus immundus discedit à te. Nihil enim talis aliquid virtutem demonum quomodo si quis secreta immundarum cogitationum reuelauerit sanctis ac beatissimis patribus. Viriliter age fili, & confortetur cor tuum & sustine dominum. Vbi enim durior est pugna, ibi gloriosior erit & corona. Denique sanctus propheta Esaias dicit. Nunquid inua-

inualida est manus domini ad saluandum, aut aggrauata est auris eius, ut non exaudiat. Considera ergo filiole: quia certamen tuum expectat dominus, tibi que contra diabolum dimicanti parat æternitatis coronam. Ideo monet nos sancta scriptura dicens: quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cælorum. Hæc autem audiens frater confortatum est cor eius in domino & permansit apud seniore, noluit que ultra reuerti ad cellulam suam.

IX.

B Eato abbati Moyse qui habitabat in loco qui appellabatur Petra quodam tempore in tandiu imposuit durissimam impugnationem demoni fornicationis, ut non præualeret sedere in cellula sua, sed abiit ad sanctum abbatem Isidorum & retulit ei violentiam impugnationis suæ. Cumque de scripturis sanctis abbas Isidorus proferens testimonia consolaretur eum, & ut ad cellulam suam reuertetetur rogaret eum, noluit abbas Moyses pergere ad cellulam suam. Tunc abbas Isidorus pariter cum abbate Moyse ascenderunt in superiora cellula suæ. Et dixit ei Isidorus. Respice ad occidentem & vide. Cuique respiceret vidit multitudinem demonum vehementer cum furere perturbati & quasi ad prelium

preparatos festinantesque pugnare. Dixit autem ei abbas Isidorus. Respice iterum ad orientem & vide. Cumque respiceret vidit innumerabilem multitudinem sanctorum angelorum gloriosum & splendens super lumen solis celestium virtutum exercitum. Ait autem ei abbas Isidorus. Ecce quos in occidente vidisti, ipsi sunt qui etiam impugnant sanctos Dei. Nam quos ad orientem cõpexisti, ipsi sunt quos ad adiutorium sanctis suis mittit Deus. Cognosce ergo quia plures sunt nobiscum sicut dicit Heliæus propheta. Verunt etiam sanctus Ioannes dicit. Quia maior est qui in nobis est, quam qui in hoc mundo. Et his auditis confortatus in Domino sanctus abbas Moyses reuersus est in cellulam suam gratias agens & glorificans domini nostri Iesu Christi bonitatis patientiam.

§. X.

E Rat quidam frater in Eremo Scythiæ, promptus & alacer in opus Dei & spiritualis conuersatione. Huic autem inimicus generis humani diabolus immisit cogitationes ut recordaretur cuiusdam nocte sibi mulieris pulchritudinem & conturbaretur in cogitationibus suis vehementer. Contigit autem ex diffinitione domini Iesu ut alius quidam frater de Aegypto veniret ad visitandum eum in caritate Christi. Et dum iter se loquebatur

euēit sermo ut diceret ille frater de Aegypto, quia mortua est illa mulier. Ipsa autem erat in cuius amore impugnabat. Supradictus frater. Hęc enim audisset ille post paucos dies abiit ad locum illum ubi positum erat corpus illius de functi mulieris & aperuit noctu sepulchrū eius, & cum pallio suo terisit sanie putredinis eius & reuersus est ad cellulā suam. Ponebatque fetorem in cōspectu suo & dicebat cogitationibus suis & cordi. Ecce habes desiderū, quod querebas fatia te ex eo, & ira in illo fetore cruciabat semetipsum vsquequo cessaret ab eo sordidissima impugnatio.

§. X I.

Duo fratres monachi abierunt in proximam ciuitatem, ut distraherent quæ manibus suis per totum annum operati essent. Vnus autem ex eis egresus est, ut quædam sibi necessaria emeret, alius autem solus in hospicio remansit & instigante diabolo cecidit in fornicationem. Cum autem reuersus venisset frater dixit ei. Ecce distrahimus quæ necessaria erant, reuertamur nunc ad cellulam nostram. Respondens autem frater dixit ei. Non possum reuerti. Cumque deprecaretur eum frater suus dicens, quia propter non reuertis ad cellulam. Ille cōfessus est ei dicens. Quia ego cum discessi

isti a me cecidi in fornicationem ideo non reuerti. Volens autem lucrari & saluari animā eius frater suus cum sacramento dixit ei. Quia & ego cum separatus fuisset a te lapsus sum similiter in fornicationem, verum tamen reuertamur ad cellulā & ponamus nos in penitentia. Omnia enim possibilia sunt Deo, ut penitentibus nobis indulgentiam donare dignetur, ut in aeterno igne tormentis & pœnis inferni in tartaro non cruciemur ubi penitentia non est, sed ignis semper sine cessatione & dira tormenta. Ita ergo reuersi sunt ad cellulam suā. Abierunt autem ad sanctos Patres & prosternerunt se ad vestigia eorum cum multo ululatu & lachrymis gementes, & confessi sunt illis quæ euenisset eis ruinæ tentatio. Quicquid autem preceperunt sancti seniores, & docuerunt eos in causa penitentia ita omnia fecerunt. Ille ergo alius frater qui non peccauerat pro fratre qui peccauerat, penitentiam agebat quasi & ipse peccasset, eo quod multam charitatem circa eum haberet. Videns autem dominus laborem charitatis eius infra pauca tempora reuelauit Sanctis Patribus qualis esset causa, & quia propter charitatem illius, qui non peccauerat, & se assiderat pro salute fratris idcirco indulgentiam donauit ei dominus qui peccasset.

Ecce

Ecce hoc ita est sicut scriptū est, quia posuit animam suam pro salute fratris sui.

. X I I.

Alius etiam frater molestiam sustinebat a spiritu fornicationis. Abiit autem ad quendam probatissimum seniore & precabatur eum dicens, Pone tibi sollicitudinem beatissime pater, & ora pro me, quia grauer me impugnat passio fornicationis. Hęc cum audisset senior orabat inter diebus ac noctibus pro eo deprecans domini misericordiam. Iterum autem veniebat idem frater & rogabat seniore ut magis intentius pro eo oraret. Similiter autem cum omni sollicitudine beatus senior orabat interius pro eo: frequenter autem venientem ad se monachum, videns senior & deprecans se ut oraret valde contristatus mirabatur, quia non exaudiret dominus orationem eius. Eadem autem nocte reuelauit ei dominus quæ circa illum monachum erat negligentia & ignauia resolutio & delectationes corporeæ cordis eius. Ita autem ostensum est sancto seniori. Vidit sedentem illum monachum & spiritum fornicationis in diuersis mulierum formis ante illum ludentem & ipsum cum eis delectari. Videbat autem & angelum domini astantem & indignantem grauer contra eundem fratrem: quia non surgebat neque

prosternebat se in orationibus ad Deum. Sed magis delectabatur cogitationibus suis. Hęc autem ostensa sunt per reuelationem sancto seniori. Cognouit autem quia culpa & negligentia illius monachi erat, ut non exaudirentur orationes eius, & tunc dixit ei senior. Quia tua culpa est frater qui condelectaris cogitationibus malis, impossibile est enim discedere a te spiritum fornicationis immundum aliis orantibus, & Deum pro te deprecantibus, nisi & tu ipse laborem assumes, in ieiuniis & orationibus & vigiliis multis cum gemitu deprecans ut misericordiam suam, & adiutorium suæ gratiæ præbeat tibi dominus Iesus Christus, ut possis resistere cogitationibus malis. Nam & medici qui corporibus hominum medicamentis conficiunt & adhibent quantum omnia cum summa diligentia faciunt: verum tamen si ille qui infirmatur a noxijs cibis vel de alijs quæ solent lædere infirmitates abstinere noluerit, nihil ei proficit cura & diligentia & sollicitudo medicorum. Similiter etiam, & in animæ languoribus eueniet. Licet enim omni intentione & ex toto corde Sancti Patres qui sunt medici spirituales exorent misericordiam domini saluatoris nostri pro eis qui orationibus eorum se postulant adiuuari, nisi & ipsi cum omni intentione me-

Ff 3 tis

tis tam in orationibus quā in omni opere spiritali, quæ Deo placita sunt fecerint non eis proficient negligentiis & resolutis, & de salute anime minime cogitantibus orationes sanctorum. Et hæc audiens frater compunctus est corde & cum omni sollicitudine secundum doctrinam senioris tam in ieiunijs quam in orationibus & vigilijs semetipsum afflixit & meruit misericordiam domini. Et recessit eo spiritus immunda passionis.

§. X I I I.

ERat quidam monachus & habitabat in Eremito. Quorundam autem puella ex genera & cognatione eius post plurimos annos conperit in quo loco supradictus monachus habitaret & instigante diabolo abiit in desertum, requirens eum. Quo inuenta ingressa est cellulam eius, asserens ei, quia ex genere & parentela eius fuisset: mansitque ibi apud eum & cecidit in ruinam peccati eam. Erat autem alius monachus & ipse in Eremito degens. Qui cum ad refectiois horam venisset gello cum aqua quem ad portum sibi preparauerat vertebat se & tota illa aqua fundebatur in terra hoc autem per aliquot dies cum ad refectioem venisset ita fiebat, & effundebatur aqua in terram, ut non posset bibere. Cogitavit autem apud semetipsum ut abiiret ad illum alium monachum &

diceret ei de gellone qui vertebat se & tota aqua effundebatur. Iterum cum in itinere vespere facta in quodam antiquo & dirupto templo idolorum dormiret audiuit datones inter se loquentes, quia in ista nocte precipitauimus illum monachum in fornicationem. Et hæc audiens admirabatur. Cum autem illuxisset dies peruenit ad monachum, & inuenit eum grauissima tristitia oppressum, & dixit ei: Quid facias frater, quia qua hora reficere volueris statim gello quem ad usum aquæ habeo vertit se, & effunditur aqua & non habeo, quod possim bibere. Tunc respondit ei supradictus monachus dicens: Tu quid venisti ad me interrogare: quia gelunculus vertit se & effunditur aqua? Ego autem quid habeo facere, quia in hac nocte cecidi in fornicationem? Respondensque frater dicit ei, eum & hoc iam cognoui. Dixit autem ei ille: Et unde hoc potuisti cognoscere? Et ille ait: Dum in itinere noctu quiescerem audiui datones inter se loquentes & gloriantes de lapsu tuo & nimis contristatus sum. Tunc respondit ei ille monachus dicens: Ecce ego egredior & vado in seculum. Hæc ille audiens deprecabatur eum dicens: Noli hoc agere frater, sed magis patienter sustinens permane in hoc loco. Nam mulierem expellamus & reuertatur ad locum suum. Manifeste

festè enim ista exquisitio artis ligni diaboli est. Magis autem oportet, ut maneat in hoc loco in afflictione cordis & corporis, & cum intimi cordis gemitu ac lachrymis vsque in exitum vite deprecare Saluatoris nostri pietatem ut possit inuenire misericordiam in die illoterribili magni iudicii dei.

§. X I I I I.

ERat quidam frater in Eremito, habitabat autem in loco qui dicebatur Cellia & impugnant eum demones in passione fornicationis, cogitavit autem apud semetipsum dicens, Quia forsitan oportet me magis in opere manuum laborare ut extuetur carnalis sensus meus. Erat autem idem frater arte figulus, exurgens autem fecit in luto & plasmauit quasi figuram mulieris, & dixit cogitationibus suis: Ecce vxor tua, necessarium est ergo ut super consuetudinem addas in opere manuum tuarum, & post aliquantos dies iterum similiter fecit ex luto, & plasmauit quasi filiam sibi, & dixit cogitationibus suis: Ecce genuerunt vxor tua filiam, necessarium est ergo ut magis magisque amplius exerceas opera manuum ut possis pascere & vestire & te & vxorem & filiam tuam, & ita pre nimio labore maceravit corpus suum ut non preualeret iam supportare tantum laborem. Tunc dixit cogitationibus suis: Quia si non preuales nimium istum su-

stinere laborem neque mulierem requiras. Videns autem Deus feruens propositum mentis eius pro certamine castitatis abstulit ab eo molestiam impugnationis demonum. Et glorificauit Deum super magnitudinem gratiæ eius.

§. X V.

Quidam frater interrogauit beatum abbatem Poemen dicens: Quid facias pater, quia impugnat me passio fornicationis & rapior in passione furoris, Et respondens dixit ei sanctus senior: Ideo utique Dauid propheta dicebat, quia leonem quidem percutiebam, nam & vrasam frequenter suffocabam. Hoc autem ita intelligitur quia furor ab animo meo abscedebat, fornicationem autem in laboribus afflegebat.

De virtute patientiæ & humilitate.

§. X V I.

Dicebant sancti seniores patres de quodam monacho iam seniore in Scythie eremo commanere, quomodo ferus quorundam dæmonum erat, & per singulos annos descendebat de Eremito in Alexandriam, ubi commanebat domini eius deferens eis pensionem sicut solent serui dare dominis suis. Sed domini eius magis reuerentiam pro timore habentes circa eum, honorabant occurrentes & salutantes eum. Petentesque ut pro eis dominum exoraret ille autem mittebat aquam in peluicem

& se linabat lauare pedes dominorum suorum cum omni humilitate obsequium eis cupiens exhibere. Ipsi vero volebant acquiescere ut pedes eorum ablueret sed dicebat ei. Noli beatissime pater grauari animas nostras. At ille respondens dicebat, ego seruus vester sum. Nam vos esse dominos meos omnipotens Deus constituit & gratias ago Domino nostro: quia dignati estis risme permittere ut seruiam Deo vivo & vero creatori ac dominatori cali & terrae, & ideo detuli vobis pensionem seruitutis meae. Dominus autem eius concedebant nolentes accipere quam detulerat pensionem. Respondens autem monachus dixit eis. Si nolueritis accipere pensionem meam ita decreui, ut non reuertar in Aegyptum, sed hic in praesenti permaneo, & seruius vobis: haec autem audientes domini eius acquieuerunt suscipere pensionem ne contristaretur: sed magis reuerteretur ad loca Aegypti ad cellulam suam. Illud autem quod in pensionem suam etiam nolentibus dabat dominis suis, statim ut accipiebant pauperibus erogabat. Interrogantes autem eundem seniore fratres dixerunt ei. Obsecramus te pater, ut dicas nobis cur cum tanta intentione pro seruitio tuo pensionem etiam nolentibus, & nimis resistentibus tibi dominis ingessisti? Ad haec respondens senior di-

xit. Ego fratres ideo festino pro seruitio quod tanquam dominis meis debeo pensionem per singulos annos adimplere eis, ut quicquid iam cum adiutorio domini in ieiunijs, & orationibus seu in sanctis vigilijs vel in omni opere spirituali Christo domino adiuuante laborabero hoc mihi in aeterna vita & ad salutem animae meae proficiat, ut forsitan si pensionem pro seruitio meo minime intulerit iam totus spiritualis labor meus ad illorum mercedem proficiat, qui me permiserunt Christo domino seruire & spiritualiter conuersari.

§. XVII.

ERant duo fratres secundum carnem quidem germani verum tamen uterque in spirituali proposito monachi existentes, insidiabaturque eis malignus diabolus ut quomodocumque eos separaret ab inuicem. Quadam igitur die ad vesperam secundum consuetudinem ille iunior frater accendens lucernam posuit super candelabrum. Faciente autem malitia demonum ruit candelabrum & extincta est lucerna. Per hanc occasionem insidiabatur eis malignus diabolus, ut in litem eos incideret. Surgensque senior coepit percutere cum furore fratrem suum. Ille vero prostratus in terram deprecabatur germanum suum dicens. Magnanimus esto domine, & ego rursus accendo lucernam. Ergo quia non respondit ei

turbu-

turbulentum sermonem, statim malignus spiritus confessus recessit ab eis. Et pergens eadem nocte nunciauit principi demonum dicens. Quoniam propter humilitatem illius monachi, qui prostratus in terra veniam postulabat de fratre suo, non preualui in eis, vidensque Deus humilitatem eius effudit super eum gratiam suam, & ego sentio me valde torqueri, atque cruciari, quoniam non preualui separare eos ab inuicem. Haec autem omnia verba audiens sacerdos idolorum qui ibi commanebat, compunctus est in timore Domini & amore Iesu Christi, considerans enim quam magna seductio & perditio animarum est cultus idolorum relinquens omnia festinanter perrexit ad sanctos patres ad monasterium, & retulit eis omnia quae per malitiam daemones inter se loquebantur. Cumque monitis salutaribus instruxissent eum sancti patres de doctrina salutari baptizatus est & sancti propositi monachorum vitam arripuit, & adiuuante & cooperante gratia Dei, factus est probatissimus monachus tantumque veneratus est & tenuit virtutem humilitatis, ut omnes nimiam humilitatem eius admirarentur. Dicebat enim quoniam omnem virtutem aduerfariorum nostrorum daemones sluit humilitatis interitio. Denique & Dominus noster Iesus Christus per humilitatem

triumphauit diabolum & omnem eius virtutem contriuit. Addebat etiam dicens quoniam frequenter au discedentes inter se loquentes: quia quando ad iracundiam succendimus corda hominum si quis sustinerit patienter conuicia iniuriarum & conuersus magis rogauerit ea quae ad pacem sunt dicenda, quia ego peccavi statim scimus omnem nostram virtutem marcescere, quia approximatur eis gratia diuinae potentiae.

§. XVIII.

Referebat autem beatus senior Poemem fratribus dicens. Quoniam fuit quidam nuper monachus in Constantinopolitani temporibus Theodosij Imperatoris, habitabat autem in parua cella foris ciuitatis prope Praescium qui vocatur in septimo ubi solent Imperatores egressi de ciuitate liberiter degere. Audiens autem Imperator quod ibi esset quidam monachus solitarius, qui nunquam egrediebatur de cella, cepit deambulando pergere ad eum locum ubi erat supra dictus monachus precepitque sequentibus se eunuchis, ut nullus appropinquaret ad cellulam monachi illius. Ipse autem solus perrexit pulsauitque ostium. Surrexit autem monachus & aperuit ei & non cognouit eum quod esset Imperator. Tulerat enim sibi coronam de capite suo ut non cognosceretur. Post orationem au-

Ee 5 tem

tem sederunt pariter. Et interrogavit eum Imperator dicens. Quomodo facti patres degunt in Aegypto: Respondensque monachus ait Omnes exorant Deum pro salute sua. Aspiciebat autem Imperator in tenebris cellulam ipsam, & nihil in ea vidit, nisi paucos panes siccos in sporta pendentes & dixit ei. Da mihi benedictionem abbatum refectus. Statimque festinavit monachus, & misit aquam & sal, & misit buccellas, & comederunt pariter. Porrexitque ei calicem aquae & bibit. Tunc Theodosius Imperator dixit. Scis quis ego sum: Respondens monachus dixit. Nescio quis sis Domine. Dixit ei. Ego sum Theodosius Imperator, & ob devotionem veni huc. Hoc cum audisset monachus prostravit se ante illum. At ille dixit ei. Beati estis vos monachi qui securi ac liberi de negocijs seculi, tranquilla & quiete perfrimini vita, & solummodo de salute animarum vestrarum habetis sollicitudinem, quomodo ad vitam aeternam, & ad celestia nobis vobisque promissa praemia pervenire possitis. In veritate enim dico tibi quia certe in palatio natus sum & nunc in regno dego, & nunquam sine sollicitudine cibum capio. Post haec autem valde honorifice salutavit eum Imperator, & ita egressus est ab eo. Eadem autem nocte cepit intra se cogitare, famulus Dei di-

rens. Quoniam non oportet iam me in hoc loco esse. Multi enim non solum de populo, sed etiam de palatio & de senatoribus quam plurimi exemplum Imperatoris secuti ad videndum me venturi sunt & honorem mihi tanquam seruo Dei deferendo non cessabunt. Et illi quidem haec propter nomen Domini facturi sunt. Ego autem timeo ne forte diabolus malignus mihi meritum surripiat, & libenter incipiam eos suscipere & condelectetur cor meum laudes & honores eorum, & per haec iam incipiam virtutem humilitatis perdere & laudes atque honores hominum delectari. Haec igitur omnia homo Dei secum cogitans eadem nocte fugit inde, & perrexit in Aegyptum ad sanctos patres in Eremito. Itaque confidens dilectissimi fratres quanta sollicitudine virtutem humilitatis custodire famulus Dei studuit ut in caelesti regno aeternam gloriam pro labore sanctae vitae suae, quem propter nomen Domini exercuerat, percipere a Christo Domino mereretur.

§. XIX.

DE hoc autem ipso sancto Poemen, referebant alij sancti seniores dicentes. Quia quodam tempore cum advenisset iudex provinciae, audiensque sanctam opinionem beati Poemenis, desiderabat videre

edere eum, misitque nuncium ad deprecandum ut susciperet eum. Beatus autem Poemen contristatus est valde cogitans apud semetipsum, quia si caperint personae nobiles venire ad salutandum, & honorandum me manifestum est quia & alij multi etiam populares homines frequentabunt me & necesse est per hoc ut perturbetur secreta vitae meae bonae factis, & humilitatis gratiam quam cum labore tanto auxiliante Domino a juventute mea studui custodire forsitan, surripiente maligno diabolo perdam, & vanam gloriam incurram laqueos. Haec ergo apud semetipsum pertractans, definiuit quatenus excusaret & non susciperet iudicem. Contristatus autem iudex, quia non eum suscepisset, ait ad officium suum. Quoniam non merui videre hominem Dei peccatis meis imputo. Veruntamen nimis desideravit per quamcunque occasionem videre sanctum virum. Excogitavit ergo huiusmodi causam, quae occasionem ei praeberet videndi eum. Conprehendens enim filium sororis. Beati Poemenis, misit in carcerem ut per istam occasionem aut susciperet iudicem, aut certe ipse veniret ad rogandum iudicem. Dixitque ad officium suum ut non contristetur sanctus senior, mandate ei si voluerit venire ad me,

necesse est ut statim educamus eum de carcere. Talis enim est causa eius, quae non possit impune transire. Audiens autem haec mater iuvenis id est soror sancti Poemenis, abiit in Eremitum ubi erat frater suus, & stabatque ad ostium cellulae eius cum multo fletu & ululatu, rogans eum ut descenderet ad iudicem, & rogarer pro filio suo. Beatus autem Poemen non solum ad eam nihil dixit, sed nec ostium ei aperuit ut ingrederetur ad eum. Tunc cepit illam ledicere ei ac dicere. Durissime & impiissime & ferrea visceragegens, quomodo te tantus dolor fletus mei non flectit ad misericordiam, quoniam unicum ipsum filium habeo quem in periculo mortis video constitutum. Tunc senior mandavit ei per fratrem qui ei ministrabat dicens. Vade dic ei. Poemen filios non genuit, & ideo non dolet. Haec audiens iudex dixit amicis suis. Scribite ad eum ut vel epistolam precatoriam faciat ad me, quatenus possim eum dimittere. Tunc tanquam plurimis suadentibus, sanctus senior scripsit ad iudicem dicens. Iubeat nobilitas tua diligenter requirere causam illius, & si quid dignum morte admisit moriatur, quatenus in hoc praesenti seculo exsolvat crimen peccati sui ut evadat aeternas ac perpetuas gehennae penas. Sin autem nihil dignum morte

morte commisit, quod iustum videretur legibus, ita iube discernere.

§. X X.

F Vit etiam de magnis patribus quidam senior nomine Agathon, nominatissimus in virtute humilitatis & patientiæ. Quodam autem tempore perrexerunt ad visitandum eum fratres. Audientes enim de eo quod magnam humilitatem habuerit volentesque probare si vere humilitatis patientiam possideret, dixerunt ei. Multi scandalizantur in te pater, quia nimis vitio superbiæ tenearis, & ideo alios despicias & pro nihilo eos habeas, sed & detractiones aduersus fratres non cesses loqui. Affirmant etiam quod plurimi quod hæc ideo agas, quia fornicationis vicio tenearis & ne solus videaris errare, idcirco alijs non cesses detrahere. Ad hæc respondens senior ait. Hæc omnia quæ dixistis vitia in me esse cognosco, nec possum negare tantas iniquitates meas. Proci desq; pronus in terrâ adorabat eosdem fratres dicens. Deprecor vos fratres vt intentius pro me misero, & multis peccatis obnoxio Christum Dominum exorare non cessetis, vt indulgentiam tribuat iniquitatibus meis multis ac malis. Ad hæc supradicti fratres addentes dixerunt ei. Non te lateat etiâ hoc, quia hæreticum te esse quam plurimi affirmant. Hoc autem

cum audisset senior, dixit eis. Licet in alijs multis peccatis obnoxius sim absit hoc ab anima mea. Tunc omnes qui ad eum venerant prostrauerunt se in terram ad pedes eius, obsecrantes eum ac dicentes. Precamur te abba iudicas nobis cum tanta vitia, & peccata dicentibus nobis de te id nullo commotus es, de verbo autem hæretici valde te commouisti, & a bominarus es, nec sufferre potuisti auditum. Dixit eis senior. Illas priores culpas ac peccata propter humilitatem sustinui, vt peccatorem me esse crederetis. Nouimus enim si custodiatur humilitatis virtus, magnus fructus est animæ. Nam Dominus, & saluator noster Iesus Christus cum ei Iudæi multas contumelias & conuictia irrogassent patienter cuncta tolerauit, vt nobis humilitatis preberet exempla. Inimisi enim falsi testes multa aduersus eum falsa dixerunt, & vsque ad mortem cuncta sustinuit. Ita enim & Apostolis Petrus predicabat dicens. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. Oportet igitur vt patienter cum humilitate recûta aduersa sustineamus. Sermonem autem quem obiecistis de hæresi non potui sustinere, quia hæresis separatio est a Deo. Hæreticus enim separatur a Deo viuo & vero, & coniungitur diabo

lo &

lo & angelis eius. Alienatus enim a Christo non habet Deum quem exoret pro peccatis suis, quia ex omni parte perijt. Si autem conuersus fuerit ad veram catholicam sanctæ Ecclesiæ fidem, suscipitur a bono & pio saluatore nostro Christo, & reconiungitur Deo vero creatori, & saluatori nostro Christo.

§. X X I.

Consilium inter se habuerunt seniores patres & omnes monachi habitantes in Eremito Scythiæ, & cõsenserunt vt pater Isaac presbyter eis ordinaretur, in Ecclesiâ quæ in Eremito sita est, vbi conuenit die & hora statuta multitudo monachorum qui in illa Eremito conueriantur. Audiens autem supradictus abbas huiusce modi cõsiliu fugit in Aegyptum & abscondit se in quodam agro inter fructuosa arbitrans indignum se esse honore presbyterij, quam plurimi autem fratrum insequuntur vt comprehenderent eum. Cũ autem applicuissent ad vesperam in eodem agro, vt resicerentur fatigati de itinere (erat enim nox) dimiserunt a sellum qui eis sumptus portabat in itinere vt pasceretur. Cum autem pasceretur a sellus peruenit in locum vbi supradictus abbas Isaac iurabat. Cũque illuxisset dies requirerent monachi a sellum peruenierunt ad eundem locum vbi se senior occulta

uerat, & admirantes valde dispersionem tuam comprehendentes ligare & constringere eum voluerunt & ita perducere. Venerabilis autem senior non permisit dicens. Jam non possum contraddicere vobis, quia forsitan voluntas Dei est, vt licet indignus suscipiam ordinem presbyterij.

§. X X I I.

Erant autem duo fratres monachi pariter in cella commorantes quorum humilitatem & patientiam multi etiam de sanctis patribus collaudabat. Audiens vero quidam sanctus vir voluit probare si veram perfectamque humilitatem haberent, venit ergo ad visitandum eos. Cumque cum gaudio suscepissent eum & ex more complexissent orationes, egressus foris cellulam vidit paruum hortum, vbi sibi holera faciebant. Apprehensitque baculum cum toto imperu cepit omnia oleracea dendo constringere, ita vt nihil omnino remaneret. Videntes autem supradicti fratres nihil penitus dixerunt, sed nec vultum tristem aut turbatum habentes. Et rursus ingressi cellulam vespertinas orationes complentes adorantes eum dixerunt. Si præcipis pater ibimus vt eum qui remansit caulem coquentes gustemus, quia iam hora est vt cibum sumamus. Tunc senior adorauit eos dicens. Gratias ago Deo meo quia

video

video Spiritū sanctū requiescere in vobis, & ideo hortor vos ac moneo fratres charissimi vt vsq; in finem custodiatis sanctā humilitatis, & patientiæ virtutem, vt ipsa in regno celesti vos magnos & sublimes in conspectu Domini faciat apparere.

§. XXXIII.

ERat quidam in cœnobio iam senex, & probatissimus monachus, & incurrit grauissimam egritudinem, confectusque nimia & intolerabili infirmitate per longum tempus laborabat in doloribus multis nec inuenire poterant fratres, qualiter succurrerent egritudini eius, quoniam ea quę necessaria erant egritudini eius non habebantur in monasterio. Audiens autem quedam famula Dei de afflictione infirmitatis eius, deprecabatur patrem monasterij vt eum ad cellulā suā tolleret & ministraret ei, maxime autem quia facilius inuenire posset in ciuitate quę necessaria egritudini eius videbantur. Præcepit ergo pater monasterij vt portarent eum fratres ad cellulam famulæ Dei. Ipsa vero cum omni veneratione suscipiens eum propter nomen Domini ministrabat ei pro retributione mercedis æteruæ quam credebat a Christo saluatore nostro recipere. Cumque per tres, & amplius annos sedule obsequeretur famulo Dei

caperunt homines mente corrupti, secundum scabiem mentis suę suspicari quod non sinceram haberet senior conscientiam de virgine, quę ministrabat ei. Audiens autem hæc senior exorabat diuinitatem Christi dicens. Tu Domine Deus noster, qui solus nosti omnia, & vides quia multi sunt dolores egritudinis, & miseria meę, & afflictiones tantę infirmitatis quę me ita per tanta consumit tempora vt necessarium habeam obsequiū huius famulæ tuę, quę mihi propter nomen tuum ministrat, tribue ei Domine Deus meus condignam mercedem in vita æterna sicut dignatus es promittere propter bonitatem tuam his qui propter nomen tuū exhibent egenis & infirmis suam ministerium. Cū autem appropinquasset transitus eius conuenerunt ad eum quā plurimi sancti seniores fratres monasterio. Et dixit eis senior. Obsecro vos domini & patres & fratres vt cum defunctus fuero tollatis baculum meum & plātetis eū super sepulchrum meum, & cum radices fecerit miserique fructū tunc scietis quia munda est conscientia mea a famula Dei quę mihi ministrabat. Si autem nõ fronderit scitote quia non sum mūdus ab ea. Cum ergo vir Dei exisset de corpore secundū præceptū eius sancti patres plātauerunt baculum

culū eius super sepulchrū ipsius & fronduit accedenteque tempore protulit fructum. Et admirati sunt omnes glorificantes Deum. Ad tale enim miraculū etiā de vicinis regionibus multi conuenientes magnificabant gratiam saluatoris, nam & nos ipsam arbusculam vidimus & benediximus Dominum qui protegit in omnibus in sinceritate & veritate sibi seruientes.

§. XXXIII.

QUodam tempore ad beatum abbatem Apolo dixerunt quendam vexatū qui fortiter a demōnio torquebatur, cumque per triduum obseruaret qui cum eo venerant obsecrantes senem vt eum in nomine Christi suscipere ad Deum precibus curaret, respondens senior dixit eis non esse se huius meriti, vt demōnibus imperaret, cum autem persistenter, qui venerant rogantes eum & flentes nimis deprecātes tandem acquieuit, eum autem in nomine Domini saluatoris nostri imperaret demōni dicens. Exi in mundo spiritus de plasmate Dei, tunc respondens demōn dixit ei, Ego quidē imperante virtute Christi egredior, tamen interrogabo te sermonem vt dicas mihi. Quid est quod scriptū est in euāgelio, qui sunt hædi, & quę sunt oues? Respondens autē senior dixit ei, hædi quidē iniusti sunt in-

ter quos & ego sū peccator, qui in aliis peccatis obnoxius sum, oues autē Deus nouit quę sūt. Tūc exclamauit demō voce magnadicens propter humilitatē tuā stare omnino nõ possum, & statim egressus est de hoc homine, quem obsederat, videntes autē omnes qui astabāt dederūt gloriam Deo.

§. XXXV.

REferēbāt sancti seniores nobis dicentes, quia fuit quidā monachus in Eremo Scythiæ Venit autem ad visitandos sanctos patres in loco qui dicitur Cellia, vbi multitudo monachorū diuisis habitat cellulis. Cumque non inueniret ad præsens cellulā vbi posset manere, quidam de senioribus habens aliā vacantē cellulam dedit ei dicens. Interim repens in hac cellula donec inuenias vbi possis manere. Cūque ad visitandū eum conueniret quā plurimi fratres desiderantes ab eo audire verbū salutis æternæ habebat enim spirituale gratia in docendiverbū Dei, videns ille senior qui ei ad habitandum præstiterat cellā inuidia liuore cor eius vulneratum est & indignari cepit ac dicere. Quoniam ego tantis temporibus in hoc loco habitō & ad me non veniunt fratres nisi rarissime & hæc in diebus festis, & ecce ad istum impostorem pene quotidie fratres quim plurimi vadunt. Dixitque discipulo suo . Vade & dic

& dic ei, vt egrediatur de cellula illa, quoniam necessaria mihi est. Cum autē perrexisset discipulus eius ad illum fratrem dixit ei. Mandauit abbas meus sanctitati tuæ. Tibe mihi mandare qualiter habeas. Audiui enim te infirmari. Ipse vero mandauit ei dicēs. Ora pro me Domine pater, quia valde in brachium doleo. Reuersus autem discipulus dixit abbati suo. Nimis rogas sanctitatem tuam, vt veluos dtes inbeas ei inducias dare vt possit ei aliam cellam prouidere. Transactis autem tribus diebus iterum mihi discipulum suū dicēs. Vade dic ei vt egrediatur de cellula mea. Nā si rursus distulerit, dicēs ad eū. Quia continuo venio & cum baculo cadēdo expello eum de cella mea. Pergens autem discipulus ad supradictū fratrem dixit ei. Quoniam valde sollicitus est abbas meus de infirmitate tuā ideo misit me requirere si melius habeas. At ille hæc audiens dixit. Gratias ago Domine sancte charitati tuæ, quia sollicitus es de me, verum tamen precibus tuis melius habeo. Reuersus autem discipulus dixit abbati suo. Etiam & nunc deprecatur sanctitatem tuam dicens vsq; ad diē dominicum expectes & statim egredietur. Cum autem aduenisset dominicus dies & non egrediretur accipiens vestrū senior, in clamatus inuidiæ & iracundiæ spi-

ritu pergebat vt cadendo expelleret eum de cella sua. Accedēs autem discipulus eius dixit ei. Si iubes pater precedo te & video ne forsitan aliqui fratres ad salutandum eum venerint, & si viderint te scandalizentur. Præcessit ergo discipulus & ingressus ad eum dixit. Ecce abbas meo venit ad salutandum te, egredere ergo celerius & cum gratiarum actione occurre ei quia pro nimia charitate & dilectione venit ad te. Qui statim surgens cum nimia alacritate occurrit. Cumque vidisset eū antequam appropinquaret ad eum prostrauit se pronus in terram. Adorabatque senem cum gratiarum actione dicens. Retribuat tibi Domini charissime pater bona eterna pro cellula tua quā mihi propter nomen eius præstitisti, & in caelesti Hierusalem inter sanctos suos Christus Dominus præparet tibi mansionem. Hæc autem audiens senior, compunctus est corde, & proieciens baculum recurrit in amplexus eius & osculatus est eum, & inuitauit illum ad cellulam suam, vt pariter cū gratiarum actione, sumeret cibum. Vocauit autem senior supramemoratum discipulum suum, & interrogauit eum dicēs. Dic mihi fili si dixisti verba isti fratri, quæ propter cellulam mandauit diceres ei. Tunc discipulus eius confessus est ei dicens. Vere Domine dico, quia

quia propter humilitatem, quam tibi exhibere debeo tamquam patri & Domino ideo non audebā respondere tibi quando memittebas ad eum. Veruntamen nihilo eorum dixi ei quæ mandabas ad eū. Hæc audiens senior, statim prostrauit se ad pedes eius dicens. Ex hodierna die tu meus pater es, & ego discipulus tuus, quoniam te festinante & moderante, et cum timore Dei agente, & meam & illius fratris animam de peccati laqueo Christus dominus liberauit. Pro fide enim & sancta sollicitudine & intentione discipuli, qui perfecte in charitate Christi diligebat abbatem suum, & anxie timebar ne per inuidiæ & iracundiæ vitium aliquid tale ageret pater suus spiritualis & perderet omnes labores sanctos, quos ab infanti aetate in Christi seruitio pro vitæ æternæ præmijs laborauerat. Ideoque Dominus donauit gratiam suam vt in pace Christi pariter latereatur.

§. XXVI.

Dicebant sancti fratres de discipulo abbatis Pauli nomine Ioanne, quoniam magnam haberet humilitatem, & virtutem obedientiæ, vt etiam difficiles causas imperante ei abbare in nullo contradiceret, sed aliquone leuiter in murraret. Cum enim necessarius esset in monasterij vt sibi bus simus

boum, misit eum abbas in proximo vt requireret ibi simū bouū & cum celeritate afferret ad monasterium. Erat autē in loco illa mala bestia leuana. Statim ergo egressus discipulus eius Ioannes ibat secundum præceptum abbatis. Cūque pergeret, dixit abbati suo. Domine pater, audiui quā plurimos dicentes, quia in illo loco mala bestia leuana sit. Tunc senior quasi ioculariter dicit ei. Si venerit super te, tene & alliga eam & adduces eam tecum. Cum autem venisset ad locū iam vespere, statim egressa leuana irruit super eū. Et ille cōprehendens tenere eam voluit, illa vero excutiēs se de manibus eius au fugit. Sequebatur autē ille dicēs. Quia abbas meus præcepit, vt alligatam perducam te ad eum. Continuo autē stetit bestia & tenenseam reuertebatur ad monasterium. Dum autem retardaret in itinere, abbas nimis sollicitus pro eo tristabatur grauiter. Et ecce subito superuenit discipulus eius tenēs ligatam leuam. Quod cum vidisset senior admiratus valde, gratias agebat saluatori nostro Domino, dicit autem discipulus eius. Ecce Domine sicut præcepi si adduxi leuam ligatam. Volēs autem humiliare sensum eius senior, ne extolleret se in cogitationibus suis discipulus suus ait ei. Si cur tu insensibilis es, ita etiam & istam insensibilem bestiam addu-

xisti, solue ergo & dimitte eam ut pergat ad locum suum.

§. XXXVI.

Quidam de sanctis senioribus misit discipulum suum ad hauriendam aquam & longius erat puteus à cella senioris. Oblitus est autem secum tollere funem discipulus eius, quo hauriret aquam. Cumque petuisset ad puteum contristatus est valde quia longe erat cellula eorum. Quid ageret, quo se verteret nesciebat. Dubitabat enim ad cellulam sine aqua reuerti. Tunc anxius nimis prostravit se in orationem cum lachrymis dicens. Domine misere mei secundum magnam misericordiam tuam, qui fecisti celum & terram mare & omnia quae in eis sunt, qui fecisti mirabilia magna solus misere mei propter seruum tuum qui misit me. Et cum exurrexisset ab oratione exclamavit dicens. O putee serui Christi abbas meus misit me, ut hauriam aquam. Statim autem ascendit aqua sursum usque ad os putei. Et cum impleisset lagenam suam frater abscessit glorificans potentiam Domini saluatoris, aqua autem reuersa est in locum suum.

§. XXXVII.

Fuit quidam frater in monasterio nomine Eulalius nimis gratia humilitatis ornatus. Si quid igitur, ut solet, culpabile admisisset fratres negligentes,

excusantes semetipsos supra dictum fratrem asseriebant culpabilem. Cumque argueretur à senioribus fratribus non negabat, sed prosternebat se in terram, & adorans eos se dicebat peccasse & negligenter fecisse. Cum autem iterum ac frequenter accusarent eum & secundum regulam monasticam biduana ac triduana ei ieiunia indicerentur ille omnia patienter tolerabat. Ignorantes autem fratres, quia haec omnia pro humilitate patienter sustineret, conuenientes pariter & maxime seniores fratres ad patrem monasterij dixerunt. Considera pater quid faciedum sit. Quandiu enim possumus sustinere negligentias & damna quae frater ille Eulalius facit in monasterio, iam pene omnia vasa & utensilia monasterij contracta sunt & exterminata per negligentiam eius. Quomodo ergo iste talis tolerandus est? Respondens pater monasterij ait. Interim paucos dies sustineamus fratres & postea ordinabimus de eo quod competit fieri. Haec dicens dimisit fratres. Ingressus vero cellulam prostravit se in orationibus obsecrans misericordiam Domini, ut ei manifestare dignaretur, quid ordinare aut definire posset de saepe dicto fratre. Tunc reuelatum est ei quid ageret. Conuocauit ergo omnes fratres abbas, dixitque eis. Credite mihi fratres,

tres, quia magis opto mattulam fratris Eulalij cum humilitate & patientia eius, quam omnia opera eorum duntaxat, qui murmurantes in cordibus suis operantur in monasterio, ut autem ostendat vobis Dominus quale meritum habet ipse idem frater apud Deum precipio vobis ut deferantur mihi mattulae omnium fratrum. Quas cum detulissent iussit, ut accenderent ignem. Et misit in eum omnium fratrum mattulas. Quae statim combustae sunt, praeter mattulam fratris Eulalij, quae integra reperta est, & non est combusta. Cumque hoc vidissent fratres timuerunt valde & prostrauerunt se in terram veniam & indulgentiam à Christo Domino postulantes & collaudantes admirabantur nimiam patientiam fratris Eulalij. Denique ex eo honorabant & magnificabant eum tanquam unum de magnis patribus, istos autem honores & laudes non poterat sustinere frater Eulalius dicens. Veh mihi infelici, quia peridi humilitatem meam quam per tanta tempora Christo auxiliante acquisiui, & nocte egressus de monasterio fugit in Eremum. Vbi nullus eum agnouit, & ibi in spelunca habitauit. Noluit enim temporales hominum laudes, sed caelestem aeternamque gloriam à saluatore no-

stro in futuro seculo percipere.

§. XXXIX.

BEATI abbatis Anasthasij laudabilem virtutem patientiae oportet ut cognoscatis quatenus admirabilem magnanimitatem & tranquillitatem animae eius considerantes imitemur exemplum. Hic itaque Anasthasius habebat codicem in pergamenis valde optimis scriptum, qui decem & octo valebat solidis. Totum enim vetus, & nouum testamentum continebat. Cum autem quidam frater venisset ad eum visendi gratia, vidit in cellula eius codicem ipsum, & concupiuit, furatusque est eum & abiit. Supra memoratus autem abbas Anasthasius cum requisisset eadem die ad legendum codicem suum & non inuenisset intellexit quia frater ille furatus esset eum. Et noluit mittere post ipsum, nec requirere eum, ne post furtum etiam periuria adderentur. Descendens autem frater ille in eam quae in proximo erat ciuitatem voluit distrahere codicem illum. Percebat autem in pretio eius solidos sedecim. Dicit ei ille, qui eum emere volebat. Da mihi codicem ut possim probare, si valet solidos sedecim. Dedit ergo ei codicem. Statim autem frater ille cum ipso codice perrexit ad sanctum Anasthasium, & roga-

Gg 1 bat

bar eum dicens. Iube considerare pater codicem istum, & aestimare eum si valeat solidos decem, quoniam tanto pretio petit quid distrahit illum. Dixit autem abbas Anasthasius; quia bonus est codex & valet tanto pretio. Reuersus autem tempore qui eum emere volebat dixit distrahentis. Ecce accipe pretium, quia ostendi codicem abbati Anasthasio, & dixit mihi, quia bonus est codex, & valet tantum. Interrogauit autem frater ille si nihil beatus Anasthasius dixit aliud. Cui respondens ille ait. Crede mihi quia penitus nihil mihi aliud dixit. Hec cum audisset frater ille, dixit ei, quia iam recogitavi frater, & nolo distrahere codicem meum. Compunctus enim corde festinanter perrexit ad abbatem Anasthasium & prostravit se in terram ad pedes eius & precabatur cum lletu & lachrymis peccando, ut susciperet codicem suum. Sed non acquiescebat ei abbas dicens, vade cum pace frater. Ecce iam cum voluntate mea habe ipsum codicem. Ille autem persistebat cum lachrymis petendo eum dicens. Quia si non susceperis codicem pater, nullo modo requiescet anima mea, post hoc ille recepit codicem suum. Nam frater ille permansit apud beatum Anasthasium in cellula eius usque ad extremum vitam suam.

§. XXX.

Fuit quidam Eremita Pior nomine de antiquis patribus, quem beatus Antonius adulescentem in sancto proposito monachorum instruxit. Demoratus est autem apud beatum Antonium annos paucos. Cumque viginti & quinque annos aetatis haberet, abiit ad alium secretum Eremiti locum, ut solitarius habitaret, hoc etiam volente & consentiente beato Antonio. Dixitque ei sanctus Antonius. Vade Pior, & habita ubi volueris, & cum tibi per aliquam rationabilem occasionem reuelauerit Deus venies ad me. Cum autem peruenisset hic ipse Pior ad locum qui situs est inter Nitriam & Eremum Scythiae, effudit puteum cogitans apud semetipsum, quoniam qualicumque aquam inuenero oportet me contentum esse, quod & factum est ad augmentum meritorum eius talis occasio. Tantum enim falsa & amara inuenta est aqua, ut si quis ad eum visitandi gratia veniret in proprio vasculo sibi aquam deportaret. Remoratus est in eodem loco annis triginta. Dicebant ergo ei fratres, ut recederet de loco ipso propter amaritudinem aquae. Ipse autem dixit eis. Si amaritudinem & laborem fugimus abstinentiae, & volumus in hoc mundo requiem habere, post exitum vitae huius non percipiemus illam aeternam &

na & vere dulcia bona, nec fruimur illis perpetuis paradisi delictijs, dicebat ergo fratres, quia tantum unum parvum, & quinque oliuas in cibo accipiebat & hoc deambulando foris. Etiam & hoc affirmabant de eo multi sanctorum patrum, quia triginta & amplius annis, ex quo egressus est de domo patrum suorum, nunquam ei suatum fuisset, cum etiam defunctorum audisset parentes subsistere, ut pergeret ad requirendum seu ad visitandum propinquos. Verum tamen soror eius cum esset vidua habens duos filios iam adulescentulos misit eos in Eremum ad requirendum fratrem suum. Pior, qui cum diuersa monasteria circuisissent, requirentes eum vix tandem inuenientes dixerunt ei. Nos filij sororis tuae sumus quae nimio desiderio optat revidere ante exitum suum. Ipse vero non acquieuit petitioni eorum. Perrexerunt autem adulescentes ad hominem Dei, beatum Antonium, indicantes ei pro qua causa venerant. Misit autem beatus Antonius, & vocauit eum ad se, dixitque ei. Quare frater tanto tempore non venisti ad me. Qui respondens dixit ei. Praecipisti mihi beatissime pater, ut cum per aliquam occasionem reuelasset mihi Dominus venire ad te, & ecce usque hodie non mihi reuelatum est. Dixit ei beatus Antonius. Vade ut

videat te soror tua. Tunc assumpsit secum alium monachum, & perrexit ad domum sororis suae, & stans foris prope ianuam atque clausis oculis, ut non videret sororem suam stetit. Illa autem veniens proiecit se ad pedes eius, de nimio enim gaudio angustiata est. Dicit ei Pior. Ecce ego sum frater tuus. Vide ergo me quantum volueris. Et post hoc statim reuersus est in Eremum in cellulam eius. Hoc autem fecit ad erudiendum monachos, ut non darent eis licentiam cum libitum eis fuerit visitare parentes, vel propinquos suos.

§. XXXI.

Etiam abbas Ioannes qui comanebat in monte, qui vocatur Calamus, habebat sororem, quae ex infantia in sancto proposito conseruabatur. Ipsa enim erudiuit & docuit eundem abbatem Ioannem, ut relinqueret vanitates seculi huius, & ingrederetur monasterium. Per viginti quatuor annos non est egressus de monasterio nec visitauit sororem suam. Illa vero nimis desiderabat videre eum. Nam frequenter scribebat, & mittebat ad eum epistolas petebatque, ut ante exitum eius de hoc corpore veniret ad eam, ut in charitate Christi de praesentibus pararetur. Ille autem se recusabat, non visibatque de monasterio egredi.

Venerabilis autem fauula Dei,

& soror eius iram scripsit ad eum
dicens: Quia si inoleris venire ad
me, necesse habeo, ut lego ueniam
adire, ut post tanta tempora ad o-
re merear sanctam charitatem tuam.
Hæc tunc audisset supra dictus Ioan-
nes contristatus est nimis & cogi-
tabat apud semetipsum dicens.
Quonia si per miserum, ut ad te ve-
niat soror mea de cætero licentia
datur, ut & alij pariter & propria
qui nostri ueniunt ad uisitandum
nos: de quo quæstio facta est apud te, ut
magis ipse periret: & uisitare
sororem suam. Accipit etiam alios
duos secum fratres de monasterio
& cum uenisset ad ianuam mona-
sterij sororis suæ clamauit dicens.
Benedicite & audite peroginam.
Egressa est autem soror eius cum
alia famula Dei: Et aperuit ianuam
& penitus non cognouit fratrem
suum. Ipse autem cognouit soro-
rem suam, sed non est locutus uer-
bum, ne forte cognosceret in uo-
ce eum. Monachi uero qui cum
ipso erant dixerunt ad eam: Rega-
mus te domina mater ut iubeas
nobis aquam dare ad bibendum,
quia de itinere fatigati sumus, eum
autem accepissent & bibissent fa-
cientes orationem & gratias agen-
tes Deo, recesserunt & conuersi
sunt ad monasterium suum. Post
aliquantos autem dies iterum fori-
psit ad eum soror sua, ut ueniret
& uideret eum ante exitum suum &
orationem faceret in monasterio

eius: Tunc ille rescripsit ad eam
& misit epistolam per mona-
chum de monasterio suo dicens:
Quia prestante gratia Dei ego u-
ni ad te, & nullas me cognouit
ipsa uero egressa es ad nos & da-
disti nobis aquam, & accipi de
manibus tuis, & bibi & gratias
agens Deo reuersus sum in mona-
sterium. Sufficiat ergo tibi quia
uidisti me, & non sis ulterius mi-
hi molestus, sed ora pro me inces-
santer ad Dominum nostrum Je-
sum Christum, ut perueniam
subito ad te. **X X I I I**
Sed & alius quidam monachus
abiit ad sororem suam ut ui-
sitarer eam non audierat enim
eam agrotantem in monasterio.
Erant autem ipsa fabula Dei no-
minata in sancta conuersatione,
itaque non acquieuit illa susci-
pere, & uidere fratrem suum, ut
non per occasionem eius ingre-
deretur monasterium feminam
tam sed mandauit ei dicens: Vade
de Domine mater, & ora pro me,
pateat enim gratia Dei uide-
re in futuro seculo in regno da-
mini nostri Iesu Christi. **X X X I I I**
Tham de abbate Theodoro
episcopo inter multis exemplis uir-
tutum profertur. Hic itaque bea-
tus Theodorus discipulus fuit san-
cti Pachomij uir de sanctis Pa-
tribus, qui fuit pater infinite mul-
titudinis monachorum, multo-
rumque

namque monasteriorum pater in
partibus Thebaida. Cum enim in
omnibus sanctitatis fulgeret vir-
tutibus, etiam prophetia gra-
tiam a Deo promeruit. Multa enim
futura reuelabat ei Domi-
nus. Quodam autem tempore so-
ror eius germana uenit ad mona-
sterium in quo idem beatus Theo-
dorus conuersabatur, ut post mul-
ta tempora uideret germanum
suum. Cumque nuntiasent ei de
aduentu sororis eius misit conti-
nuo duos monachos qui obserua-
bant ad ianuam monasterij, man-
dauitque per eos sorori suæ dicens
ecce soror audisti & cognouisti,
quia uisus ne contristeris, quia mi-
nime me uidisti, sed conuerte cor-
tuum, & magis considera uani-
tatem & instabilitatem præsen-
tis mundi, & apprehende sanctæ
uite conuersationem, ut perueni-
re possis ad æternam uitam, & ad
caelestia bona que præparauit di-
ligentibus se Dominus & facien-
tibus mandata eius. Tracta ergo
apud te, quia hæc est sola & fir-
ma spes, ut spe faciat homo præ-
cepta Dei, ut mereatur homo per-
uenire ad gloriosa promissa Do-
mini saluatoris Christi. Hæc au-
tem cum audisset illa statim com-
puncta est corde, lacrymasque
fundebat in uoluptate Domini.
Et post paululum ingressa est in
monasterium uirginum famula-
rum Dei, quod in eodem uis-

construendum erat, & procedenti
tempore multiplicabatur in san-
cto proposito famula Christi. Hæc
itaque gesta cum audisset mater
eorum deprecata est Episcopos,
& dederunt ei epistolas ad supra
dictum sanctum Pachomium pa-
terem monasteriorum pro filia e-
ius. Cumque uenisset applicuit
in monasterio famularum Dei, &
direxit epistolam ad patrem mo-
nasterij obsecrans ut uideret fi-
lium suum. Beatus autem Pacho-
mius uocauit eius filium Theodo-
rum, & dixit ei. Audiui fili,
quia mater tua aduenit propter
te. Itaque propter epistolas Ep-
iscoporum, qui scripserunt ad me
uade & uideat te mater tua, dixit
ei Theodorus. Præcepisti mihi
Domine ut uideam matrem meam.
Si ergo abiero, uidere eam post
tantam scientiam spirituales uer-
eot ne culpabilis inueniar apud
Deum. Et enim oportebat me for-
titudinem animi mei ad exem-
plum aliorum fratrum demon-
strare. Audiens autem mater,
quia non acquieuit uidere eam
affectu feruens in filium noluit
remare ad domum suam sed perma-
nit in monasterio uirginum dicens.
Quonia si perierim, tunc hic, sæ-
pe etiam uidebo filium meum
cum inter alios fratres egredi-
tur ad monasterij causas, & mo-
nitis, & exhortatione eius profi-
tere potum in sancta conuersatio-

ne doctrinaque eius confirmabit cor meum, ut mecum peruenire ad eternam requiem quam promissit Dominus noster Iesus christus diligentibus se. Multa autem & magna per sanctum Pachomium fecit Dominus mirabilia. Nam & daemones obsessos frequenter in uocato christi nomine curauit multis etiam diuersas agitudines sustinentibus, & paralyticis orationibus eius miserius est Dominus, ut sopraparuit in eius gestis & uita.

§. XXXIII.

Multo tempore beatus abbas Pachomius contra immundissimas daemones impugnationes certamen bonum certauit, sicut athleta ueritatis tantquam, & beatus Antonius. Denique intensissimis precibus exorauit Dominum ut somnum non caperet per aliquod tempus quate nus diebus ac noctibus per uigil maneret contra aduersarios daemones dimicando, donec prester neret & superaret eos sicut dicitur in psalmo. Et non conuertar donec deficient. Præstitit ergo & concessit ei Dominus petitionem eius. Impossibiles enim & imbecilles sunt daemones, cum quis nostrum ex tota fide, & ex tota intentione cordis feruente factio desiderio, & adiuuante nos uirtute saluatoris nostri Iesu Christi contendimus contra eos. Refe-

rebant nobis fratres de eodem beatissimo patre Pachomio, qui fuit ut diximus monasteriorum multorum in regione Tabenneustorum præpositus, referebant ergo de eo quoniam frequenter dicebat fratribus, quia (sicut mihi testis est Deus) saepe audiui immundos spiritus demonum loquentes inter se diuersas ac varias artes suas quas contra seruientes Deo maximeque contra monachos habent, quidam enim dicebant. Quia ego certamen contra durissimum hominem habeo, & quoties ei immitto peruersas cogitationes, ille statim surgit & prosternit se in oratione cum gemitu orans ad se sibi diuinum auxilium. Ego autem illo exurgente tum grandi confusione egredior. Item alius daemon dicebat, ego ad illum quem obseruo cum ei cogitationes immifero, consentit & suscipit & facit eas. Saepe enim exardescere eum in iracundia facio, & in contentiones rixæ & pigritiam orationis, & dormitionem in psalmodia & non contradicit mihi. Ideoque fratres mei dilectissimi semper oportet ut custodiat sensum & animam uestram in uocantes nomen Domini nostri Iesu Christi & secundum præcepta Dei conuersamini tantum in orationibus quam psalmodia, sicut dicit apostolus, instantes orationi & vigilantes in ea. Ideoque cum compunctione & timore cordis vigilantibus non præuale-

bit

bit inimicus. Ipse autem beatus pater Pachomius docebat fratres, ut semper memores essent uerbi dei in salutem animarum suarum. Post modum uero discedebant unusquisque fratrum in cellulas suas operantes manibus suis, & meditantibus quæ de sanctis Scripturis didicerant. Impossibile est enim aliquem apud eos uerbum otiosum loqui, sed ea tantum quæ de sanctis Scripturis didicerant, erant inter se loquentes exponentes de capitulis scripturarum, quæ ad timorem domini confirmarent & illuminarent animas eorum.

§. XXXV.

Fuit quidam uir magnus de sanctis senioribus, cui talem gratiam donauerat Christus, scilicet reuelate ei Spiritu sancto, ut uideret quod alij non uidebant. Referunt ergo sancti seniores, quia aliqui quamplurimi sedebant fratres & simul loquebantur inter se, & loquebantur de sanctis Scripturis que ad salutem pertinent animarum. Stabant autem circa eos sancti angelilantes in hilari uultu considerantes delectabantur enim de eloquijs domini. Cum autem aliud quodcumque loquerentur, statim sancti angeli recedebant longius indignantes contra eos. Veniebant autem porci fordidissimi & uolutabant se inter eos. Daemones enim in specie porcorum delectabantur per superbia & uaniloquia eorum. Bea-

rus autem senior hæc uidens abiit in cellulam suam, & per totam noctem cum grandi fletu, & ululatu gemebat miserias nostras. Exhortabatur ergo Sanctos Patres per monasteria & commonebat fratres dicens. Cohibere à multiloquio, & ab otiosis sermonibus linguam: per quam malus interitus animæ generatur, & non intelligimus, quoniam per hæc & Deo & sanctis angelis odibiles sumus. Dicit enim scriptura diuina, per multiloquium non effugies peccatum. Hæc enim infirmam & uanam efficiunt mentem atque animam nostram.

§. XXXVI.

Fuit quidam uir in palatio sublimis sub Theodosio Imperatore, nomine Arsenius, cuius filios id est Archadium & Honorium Augustus de baptismo suscipit: hic itaque Arsenius desiderio uini timoris accensus relinquens omnem seculi gloriam temporalem perrexit ad Eremum Scythia, ut inter sanctos Patres secretam & quietam ab omni strepitu huius mundi ageret vitam separatus ab illecebris & delectationibus corporalibus ut cum tota mentis intentione adhereret domino saluatori sicut scriptum est. Adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua. Dicebant ergo de eo sancti seniores: quia sicut cum in seculi conuersatione esset nimis

Gg 5 pre-

pretiosis vestimentis præ omnibus utebatur, ita postmodum in Eremo Sycthie degens, studebat ut ab omnibus monachis viliora & despectiora vestimenta haberet. Dicebat etiã abbas Daniel quoniam sanctus Arsenius referebat fratribus dicens, quãside alio audisset, sed quantum datur intelligi ipse talem vidit visionem, sedebat, inquit, quidam de senioribus monachis in cellula sua, & subito venit ad eum vox dicens, Egredere foras & ostendã tibi opera hominum. Et surrexit inquit & egressus est foras, Duxit autem eum & ostendit ei Aethiopem nigrum cum securi cadentem ligna & facientem grandem sarcinã, & tentabat subleuare sarcinã illã, & præ magnitudine nõ poterat portare eam, sed redibat & cedebat iterum alia ligna, & addebat super sarcinã illã. Iterum autẽ ostendit ei aliam hominem stantem super lucum, & haurientem aquam & mittentem eam in collectaneum & de alia parte per foramina defluebat aqua subter in eodem loco. Iterum dixit ei, veni sequere me, & ostendam tibi aliud. Et vidit quasi quoddam edificium templi, & duos sedentes in equis, portantes super scapulas suas vterque lignum vnum, idest perticam longam volentes pariter ingredi portam templi illius, & non permittebat eis lignum (quod ex aduer-

so portabãt) ingredi per portam illam. Non enim humiliabat se alter alteri, se contendebant vtrique pariter ingredi volentes & non preualebant. Nec enim humiliabat se vnus eorum ut alteri locum daret. Exponit ergo ei has visiones dicens, Hi qui lignum portant, hi sunt qui habent iugum sanctum monachorum, sed iustificantes se ipsos in cordibus suis cum exaltatione superbie non humiliantur inuicem. Noluere enim ambulare in humilitate viam Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, qui dixit, discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuentis requiem animabus vestris. Ideo que propter superbiam cordis sui remanserunt foris, de regno Regis celorum exclusi. Qui autem cedebat ligna & super sarcinã addebat adhuc homo est qui oneratus est multis peccatis, & super sarcinã in peccatorum suorum addit semper alia peccata, quã oportebat ut magis penitentiam ageret de prioribus peccatis, sed negligens vitia emendare peccatorum priorum, magis alia addit supra priora peccata. Ille autem qui aquam de lacu hauriebat, homo est, qui aliqua bona operatur, sed quia mala etiam amplius peccatã operatur: & ideo pereant & delentur etiam bona opera quã facit. Oportet ergo hominem, sicut ait Apostolus cum timore & tre-

more

more salutem suam operari. Dicebat autem abbas Daniel de abbate Arsenio, qui cum operaretur sportas ex palmarum folijs, miscebat aquam in peluim ut infunderetur palma, & cum foret ret. Et in ista aqua odore, non permittebat ut aliam aquã mutarent sed super illam feridam aliam addebat aquam ut semper foret ret. Interrogabant autem fratres eum dicentes, Cur nõ permittis patet ut aqua mutetur, sed pessimo foret ret ista cellula tua repletur. Respondens autem beatus senior ait, Quoniam pro thimiamate & mufcra & alijs diuersis quibus in se colat conuersatione sine intermissione fruebar, oportet nunc me dimittere hoc tempore. sum sustinere istiusmodi fetorem, pro tanto, sustinere illo odore, vti iam dicitur de illo gehennã inenarrabiliter fore liberet me Dominus, & non cum illo diuite, qui epulabatur in isto mundo delictibile, & splendide, condeuerat animã meã. Quidam de fratribus dicit beatus Arsenio, Ecce beatus senior pariter meditari festino de Scripturis sanctis, quã didici, & non sentio cõpunctionem in corde, quoniam non intelligo virtutem diuinã scripturã. Vnde & valde contristatur anima mea. Respondens autem beatus Arsenius ait, Oportet te sibi incessanter meditari eloquia Domini: audiui enim quidã

xit beatus abbas Poemen, & alij multi Sanctorum Patrum, quoniam incantatores illi, qui serpentes solent incantare non intelligunt ipsi verba quã loquuntur, sed serpentes audientes intelligunt virtutem verborum illorum & conuiescunt & subdunt eis. Sic etiam & nos faciamus. Quoniam enim non valeamus intelligere diuinarum Scripturarum virtutem: tamen demones audientes diuini verbi virtutem terrentur, & effugari discedunt a nobis, nõ sustinentes eloquia Spiritus sancti quã per seruos suos Prophetas & Apostolos est locutus.

s. X X X V. I I.

Quodam tempore cum in vicino beati Macharij homicidium fuisset perpetratum, & quidam innocenti homini impingeretur crimen admissum surgens ille qui calumniã patebarat fugit ad cellula beati Macharij. Assuerant etiam & illi qui cum perurgebant, & alij habuerant eum dicentes periclitari se in istis comprehendere, & legibus traderent homicidã. Ille vero cui crimen impingebatur cum sacramentis assuebat, cõsciam se non esse sanguinis illius. Et cum ab vtraque parte certamen haberetur, interrogauit sanctus Macharius, vbi sepultus esset qui dicebatur occisus. Cumque designassent ei locum cum ipis pergit ad se-

ad sepulchrum, atque ibi fixis genibus inuocato Christi nomine ait ad eos, qui assistebant. Nunc dominus ostendet si vere reus est hic qui a vobis perurgeretur. Et eleuata voce ex nomine clamabat defunctam. Cumque ei de sepulchro vocatus respondisset ait ad eum sanctus Macharius. Per fidem Christi te obtestor, vt dicas nunc si ab isto homine qui propter te accufatur occisus est. Tunc ille elata voce de sepulchro respondit dicens, non esse ab eo interfectum & cum obitupescanti omnes decidissent ad terram ac pedibus eius voluerentur rogare cum ceperunt, vt interrogaret illum a quo esset occisus. Tunc sanctus vir ait Hoc ego non interrogo: Sufficit enim mihi vt liberetur innocens: nō est autem meum vt reus prodatur. Forsitan enim compungitur adhuc pro scelere quod commisit & ager poenitentiam vt saluetur anima eius.

§. XXXVIII.

ALio itidem tempore cum sancto Machario quidam frater vnam derulisset, ipse qui secundum charitatem nō qua sua sūt, sed que alterius cogitaret, ad alium fratrem infirmum eam detulit, qui infirmior praegritudine videbatur. Tunc infirmus gratias egit Deo pro fratris officio & suscepit eam & ipse nihilominus plus de proximo quam de semetipso cogitans ad alium de-

tulit eam infirmum fratrem, & iterum ille ad alium, & sic cum per omnes cellulas que longe a semetipsis erant per Eremum dispersa, vna illa circūlata esset ignorantibus, eis qui eam primus misisset, ad vltimum defertur ipsi qui eam miserat, gratulatus autem sanctus Macharius quod tantam videret in fratribus abstinenciam tantamque charitatem, ad actiora semetipsum spiritalis vitæ exercitia extendit.

§. XXXIX.

Illud etiam ad fidem confirmatum nobis de eo est ab his qui ex ore eius audierunt quoniam quodam tempore nocte in specie monachi demon ad ostium cellulae eius pulsauerit dicens, Surge abba Machari, & eamus ad collectam vbi fratres ad vigilias congregantur. Sed ille gratia Dei repletus falli non potuit. Intellexit enim diaboli esse fallaciam, & ait. O mendax & veritatis inimice quid enim tibi consorrij, quid societatis est cum collecta & congregatione sanctorum. At ille ait. Latet ergo te, o Machari, si ne nobis nulla collecta agitur, nulla ve congregatio monachorum: Veni denique & videbis ibi operam nostram. Dixit autem sanctus Machari. Imperet tibi dominus demon immunde, & conuersus ad orationem petijt a Domino, vt sibi ostenderet si hoc verum esset quod est gloriatus demon. Abijt ergo ad collectam, vbi iam vigilie a fra-

fratribus celebrabatur. Et iterum in oratione dominum deprecabatur, vt ei veritatem huius rei ostenderet. Ecce videt quasi paruulos quosdam pueros Aethiopes nigros per totam ecclesiam discurrete huc atque illuc & velut volitudo deferri. Discurretes autem illi Aethiopes pueri, singulis quibusque fratribus in oratione positus, atque psallentibus alludebant, & sicut de eis oculos duobus digitulis compressissent statim dormiebat. Si cui vero in os misissent digitum oscitare eum faciebant. Item post psalmum cum ad orandum se proieissent fratres percurrerant iterum singulos, & ante alium quidem iacentem in oratione quasi in mulieris speciem vertebantur, ante alium, quasi edificantes & portantes aliquid, aut diuersa queque agentes apparebant. Et quacunque demones quasi ludentes formassent, hæc orantes illi in corde sui cogitatione versabant.

¶ Ab aliquantibus tamen fratribus vbi aliquid horum agere cepissent, quasi violenter repulsi precipites deiiciebantur: ita vt nec ante eos stare aut transire auderent alij vero etiam supra ceruices & dorsa iudebant. Hæc cum vidisset sanctus Macharius in genua prostratus & lachrymas profundas ad Deum dixit. Respice domine & ne sileas neque mitigeris Deus, sed exurge & dispergantur inimi-

ci tui quoniam anima nostra repleta est illusionibus. Post orationem autem examinanda veritatis gratia seorsum vocatis singulis quibusque fratribus ante quorum faciem viderat demones diuerso habitu & varijs imaginibus ludentes requirit ab eis si in oratione vel edificandi cogitationes habuerint vel iter agendi vel alia diuersa que vnicique per demones imaginata viderat, & singulorum ita confitebantur in corde suo fuisse cogitationes sicut ille arguebat. Et tunc vere intellectum est quod omnes malæ & superflue & vanæ cogitationes que vel psallentibus vel somniorum aut orationum tempore vnusquisque in corde suo ceperit illusionem & instinctum demonum fiant. Nam ab his qui omni custodia seruant cor suum, in timore & amore domini illi renebrosi Aethiopes & hec quas emittunt cogitationes repelluntur: Christo enim mens coniuncta & precipue in tempore orationis intenta nihil malum nihil que superfluum recipit.

§. XL.

Quidam frater requisitum abbatem Sisoyum quem admodum in cella propria degere deberet. Cui ille respondens dixit, comede panem tuum cum sale & aqua & nō erit tibi necessitas aliquid coquendi, aut longius euagandi.

Requi-

§. X L I.

Requiritus Abbas Poemen quemadmodū oporteat ieiunare respondit. Ego volo monachum ita quotidie parum comedere, vt non fatietur. Nam biduana & triduana ieiunia vanę glorię vacant. Hęc enim omnia examinauerunt Sancti Patres & inuenerunt, quia bonum est quotidie ieiunare, & parū comedere, vt sitiāt quotidie & esuriant. Hęc enim viam regiam leuem nobis esse demonstrauerunt.

§. X L I I.

Abbas Sylluanus dum cum discipulo suo Zacharia ad quoddam monasteriū peruenissent antequam egredierentur fecerunt, eos monachi parum comedere. Post quā ergo egressi sunt inuenit discipulus eius aquā & volebat bibere. Cui abbas Sylluanus, Zacharia. Hodie ieiunium est. At ille dixit. Nunquid hodie comedimus pater, & dixit ei senex. Illa esca charitatis erat fili, nos aut nostrū ieiuniū teneamus.

§. X L I I I.

Quidam de fratribus in Pannepho ad abbatem Ioseph petrexerūt, vt requirerēt susceptiōne fratru, si liceret cū his illō tempore vel fiducia habere, vel letitia. At ille antequam requirerēt eū, dicit discipulo suo. Quid facturus sum hodie fili nemeris. Et posuit duo sedilia illis:

qui venerant, & dicit eis, sedete. Et posuit vnum a dextris suis & alterum a sinistris, & ingressus cellulam suam misit sibi vestimenta corrupta, & egressus transiit in medio eorū. Et iterum ingressus misit alia meliora quibus solebat die festo vti, & egressus est post ea ad eos. Iterum autē ingressus quotidiano vestimento suo vestitus venit & sedit inter eos. Illi autem mirati sunt & obstupuerunt propter hoc factum. Dicit eis senex. Vidistis quid feci? Cum autē illi annuisset dicit eis. Et quid feci? Et dicunt ei. Primum vestimento corrupto vsus es, & post ea alio meliori, & dicit eis. Nunquid mutatus sum, ex illo in honesto, aut ex illo meliore. Dicunt ei nō. Quibus senex ait, Si ergo idē ego sum in vtriusque & non sum mutatus, & sicut illud primū non me nocuit, ita nec secundum mutauit. Sic ergo debemus facere in occurrione fratrum, vt quando presentes sint cum fiducia & letitia suscipiamus eos. Quādo autem soli sumus, opus est vt luctus & abstinētia, permaneant in nobis. Illi vero audientes quę incordibus suis habebant antequam requirerent eum glorificauerunt Deum, & laeti discesserunt.

§. X L I I I I.

Dicebat vnus ex patribus, quia inuenitur homo multum comedens, & adhuc esu-

esuriens se continet ne fatietur. Alter autem parum comedit & fatiatur. Qui ergo multum comedit & adhuc esuriens se continet maiorem mercedem habet quam ille qui parū comedit & fatiatur.

§. X L V.

Dixit quidā senex. Ne quod desideraueris aliqñ maduces. Comedens autem quod tibi a domino trāmissum fuerit, gratias age sine intermissione.

§. X L V I.

De quodam senē referēbant fratres quia desiderasset cucumerem, quem cum attulisset suspendit ante oculos suos, & ne vinceretur a cupiditate non tetigit eum, sed magis agebat penitentiā puniens semetipsam ob hoc, quia ipsum desiderasset.

§. X L V I I.

Quidam ex senioribus factus est infirmus, & permultos dies non poterat escam illam percipere. Cōpuli autem eum discipulas suos dicens, Si iubes pater, facio tibi parum plantę. Et fecit ei. Erat autem ei vasculū paruū habens mel, & aliud vas simile habens oleum de lini semine expressum, & erat factidum, & in re nulla alta profuit nisi forte in lucerna. Et deceptus frater misit in escam senis de illo sperans quia mel misisset. Cum autē gustasset senex nihil locutus est, sed tacens comedit. Tertia vero

vice cum ei daret dixit ei. Non possum comedere fili, ille vero tanquā volens adhortari eum dixit. Ecce abba bona sunt & ego comedo ex ipsis, & postquam gustauit & sensit re quam fecerat cecidit in faciem dicens, Veh mihi abbas quoniā occidi te. Istud peccatum posuisti super me, quia locutus non es. Dicit ei senex. Non contristeris fili propter hoc. Si enim voluisses Deus, vt bonum comederem tu mel misisses non hoc quod misisti.

§. X L V I I I.

Dixit Abbas Poemen, nisi Nabuzardan princeps cocorum venisset in Hierusalem templū domini non a riserignis hoc autem est, quia nisi desiderium castri margie in anima venisset eius hominis non succenditur in pugnam diaboli.

§. X L I X.

Abbas Macharius quoties cūque cū fratribus facta charitate reficiebatur, hoc in proprio corde statuerat. Vt quantos vini calices oblatos hauisset tantis diebus nec & ipsam aquā gustaret omnino. Cum ergo eis fratres vinum porrigerent, cum gaudio sumebat, vt postea se siti maceraret, quod cū discipulus eius didicisset, patefacto senis consilio neci vinum porrigerent coniurabat, tormēta illiporius esse quā pocula manifestans.

Facta

§. L.

FActa congregatione in Ecclesia cum esset festiuitas, & ceteri monachi comederent vnus ministrantibus dicit, quiani hil coctum comedo, sal mihi deferri precipito. Quo verbo minister audito, cum clamore audientibus ceteris alij imperauit dices Quoniam coctum ille frater non comedit parum illi salis afferto. Tunc beatus Theodorus dixit ei. Oportuit te magis frater carnes in cella tua comedere quam huc presentibus fratribus audire sermonem.

§. L I.

Quidam peregrinus frater venit ad Abbatem Syluanum iu monte Syna, & vidit quod fratres operantur & dicit eis. Quare operamini escam qua perit. Maria autem bonam partem elegit. Tunc senex dicit discipulo suo Zacharia. Da illi coctum vt legat & mitte illum in cellulam qua nihil habet, hora autem nona circumspectiebar frater ille viam si forte vocaret eum senex ad comedendum. Postquam vero transijt hora nona venit ad senem dicens ei. Nunquid hodie non comederunt fratres abba. Cum que senex fateretur, ait ille. Quare me non vocasti. Tunc dixit ei abbas Syluanus. Tu homo spiritualis es & non habes necesse hanc escam nos autem tanquam carna-

les opushabemus comedere, ideo operamur, tu autem bonam partem elegisti. Legis enim omnidie, & non vis carnalem escam accipere. Quod cum audisset cepit poenitere ac dicere. Indulge mihi abba. Tunc respondit illi Syluanus. Ergo necessaria est Martha Mariae propter Martham enim & Maria laudatur.

§. L I I.

Dicebant de abbate Ioanne breuis staturæ, quia dixerit aliquando fratri suo, maior volebam esse securus sicut angeli sunt securi nihil operans, sed sine intermissione seruiens Deo. Et expolians se quo vestitus erat abiit in Eremitum & fecit ibi hebdomadam vnam, & reuersus est ad fratrem suum. Et dum pulsaret ostium respondit ei antequam aperiret dicens. Quis es tu? Et ille dixit. Ego sum Ioannes. Et respondens frater dixit ei. Ioannes angelus factus est, & ultra intra homines non est. Ille vero pulsabat dicens, Ego sum, & non aperuit ei, sed dimisit eum affligi vsque mane. Postea vero aperiens ei dixit. Si homo es, opus habes iterum operari, vt pascaris. Et ille poenitentiam agens dixit. Ignosce mihi frater quia peccaui.

§. L I I I.

Quidam frater impugnabatur a spiritu blasphemie & erubescere dice-

§. L V I.

Dixit quidam senex sicut venenata animalia fortiores herbarum vel pigmenta expellunt, ita cogitationes sordidas oratio cum ieiunio repellit.

§. L V I I.

Abbas Macharius dum in illa solitudine (in qua solus erat) maneret inferior autem plena esset fratribus sero per viam circumspectiebat & vidit demonem venientem in figura hominis, vestitum tunica linea perforata & per singula foramina vascula parua dependebant & dixit illi senex, quo vadis maligne? & respondit ei. Vado commouere fratres hos qui sunt inferius. Cui senex dixit. Et propter quid tot vascula fers tecum? At ille dixit. Gustum sero fratribus: & ideo tanta sero, vt si vnum displicuerit, ostendam aliud, & si illud non placet porrigam aliud, & fieri non potest nisi vnum ex ipsis aliquid placeat eis & hec dicens discessit. Permansit autem senex iterum viam circumspectiens vsque quo rediret & cum rediret dicit. Salueris Dicit & ille. Quomodo istud mihi verbum dicitis, quia omnes mihi contrarij facti sunt, & nullus meis consilijs acquiescit. Et dicit ei senex. Ergo nullum habes amicum? At ille respondit, vnum habeo amicum, vel ipse consentit mihi, & quotiens me videt conuer-

H h titur

tere, & quoscunque audisset magnos senes, pergebat ad eos vt illis declararet, sed mox cum peruenisset iterum verecundabatur illis dicere. Cum ergo frequenter ad abbatem Poemen veniret vidit eum senex habentem cogitationes & dicit ei. Ecce frequenter venis ad me habens cogitationes, & sic iterum remeas tecum illas reportans. Dic ergo mihi fili quid habes. At ille dixit, in blasphemia impugnat me diabolus, & erubescere dicebam dicere, & mox vt aperuit leuior fuit eius impugnatio. Et dicit ei senex. Non contristeris fili. Quando haec cogitatio ad te venit. Dic. Ego hac causa non indigeo, blasphemia tua super te sit Satanas. Hanc enim causam anima mea non vult. Quamcunque autem causam noluerit non diu permanebit, & ita sanus factus frater ille discessit.

§. L I I I I.

Dixit abbas Moyfes per has quatuor res passio gignitur, per abundantiam escæ & potus & per satietatem somni, & per otium, & ornatis vestibus incedendo.

§. L V.

Dixit abbas Poemen. quem admodum imperatoris spatarius semper illi assillit armatus, ita & animam aduersus demonem huiusmodi oportet esse semper paratam.

titur huc atque illuc. Cum queno-
mē eius ab eo requisisset ait. Quia
Theopentus dicitur. Discedente
illo mox surrexit abbas Macha-
rius & descendit ad inferiorē Ere-
mum. Quōd cū audissent fratres
egressi sunt illi obviam, & vnus
quisque sperās, quod apud se ma-
neret præparavit se. At ille requi-
rens cellam Thopenti, ad eū pro-
uectus est. Cumq; eum gaudio il-
lum suscepisset, & essent vterque
simul soli, dixit ei senex. Quē ad-
modum est recum fili? At ille re-
spondit. Orationibus tuis bene-
fuit. Et senex ait. Nō te impugnat
cogitationes. At ille respōdit itē
rū bene sū. Erubescēbat enim di-
cere. Et dixit ei senex, ecce quot
annos sum in solitudine, & ab om-
nibus honoror, & in hac ætate cū
sim senex, molestant me cogita-
nes nixæ. Respondit Theopentus
credemihī abba, quia similiter &
mihī faciunt. Tunc senex singu-
las cogitationes quasi se impugna-
tes fingebat vsquequo totum illi
Theopētus cōfiteretur. Post hæc
dicit ei. Quemadmodum ieiunas
at ille dicit ei, vsque ad nonā. Cui
senex ait. Vsque ad vesperam ieu-
na, & de Euāgelio vel de alijs scri-
pturis sine cessatione semper ali-
quid meditare, & quotiens sibi
aliqua immunda cogitatio super-
uenerit nunquam deorsum aspi-
cias, sed sursum, & mox dominus
tibi adiutor est. Et mox ita di-

scēdit abbas Macharius in pro-
prium solitudinem. Iterumq; viā
circumspiciens vidit dæmonem
redēntem, & requirit eum. Quo-
yadis. At ille respōdit. Simili mo-
do cōmouere fratres cum autem
reuerteretur, requisivit eum quē.
admodum agerent fratres. At ille
dixit. Male, quoniam omnes agre-
stes esse sibi sunt, & eum quem ha-
bui amicum & obedientem mihi
ipse nescio quomodo conuersus
est & iurari nō ibi accedere nisi
post multum tempus, & hæc di-
cens discessit.

§. LVIII.

Quidam frater requisivit
quendam senem. Quid
faciam pateri quia non
possum sufferre cogitationes. Cui
senex dixit. Ego in hac causa nun-
quam impugnatus sum. Scanda-
lizatus autem frater ipse venit ad
alterum senem, & dixit ei. Ecce
quid mihi dixit ille senex. Scan-
dalizatus sum in ipso, quoniam
super naturam humanam locu-
tus est. Dixit ei ille senex secun-
dus. Non simpliciter tibi dixit il-
le homo Dei hunc sermonem. Va-
de ergo & age poenitentiam apud
ipsum, vt dicat tibi virtutem
verbi illius. Reuersus ergo fra-
ter venit ad senem & cœpit ei di-
cere. Indulge mihi abba, quoniam
insipienter egi, vt tibi vale
non dicerem, & sic egredere.
Sed rogo te; explana mihi, quo
modo

modo non es impugnatus. Di-
xit ei senex, ex quo factus sum
monachus non sum fatiatus ne-
que pane, neque aqua, neque som-
no, & hæc causa non me permi-
sit habere pugnam quam tu di-
xisti, & egressus est ab eo frater
ille iuunatus ab eo.

§. LX.

Interroganti iterū cuidā super
cogitationes dixit abbas Poe-
men. Monachus si ventrē suū
& linguam tenuerit, & vocatio-
nem non fuerit sectatus confi-
dat, quia non moritur & viuit in
perpetuum.

§. LXI.

Duo fratres ad abbatem He-
liam venerunt impugnati
a cogitationibus suis & vi-
dens eos senex quod essent cor-
pulentī, tanquam ad discipulum
suum subridens ait. Vere frater,
ego erubescō pro te quia sic enu-
tristi corpus tuum, cum certe pro-
fitare monachum, Palor enim &
macies cum humilitate decus est
monachi. Item dixit, quia mona-
chus edens multum, non confi-
dat etiam operans multum, qui
autem parum edit, etiā si parum
operetur cōfidat & vniuersim agat.

§. LXII.

Abbas Arsenius dum sederet
in campo quædam mulier
virgo diues timēsq; Deum,
ac prepterea abbatis Arsenij fa-
ma comperata de Romana ciuitate

te, vt eum videre mereretur adue-
nit in Alexandriam. Quæ cum
honorifice à Theophilo fuisset su-
scepra, ipsius ciuitatis Archiepi-
scopo, rogauit eum quatenus per-
suaderet Beatum Arseniū, vt eam
suscipere dignaretur. Ipse igitur
ad eum profectus est dicens. Quæ-
dam mulier Romana & dignitate
& opibus & opinione carere-
ras antecellens, videre te ac bene-
dici desiderans de tam longin-
qua regione peruenit, cui occur-
ras expulso. Sed cum non acquie-
uisset occurrere ei Arsenius, illa
cognoscens hoc animalia sua ster-
nere præcepit, dicens. Confido
in Deo meo, quia videbo illum,
nec ab hac intentione fraudabor.
Non enim homines veni con-
spicere, quia & in nostra super-
sunt ciuitate, sed prophetam vi-
dere desideravi. Cum ergo ve-
nisset ad cellam beati Arsenij con-
tigit, vt foris illum de ambulante
conspiceret. Ac mox ante
pedes eius in faciem prosterni-
tur. Quam ille cum festinatione
sustentans, ita compellebat,
dicens. Si faciem meam tan-
tum videre desideras, ecce in-
tueri. Illa vero præ verecun-
dia oculos non audebat attolle-
re. Dicit senex. Siquid de meis
acribus comperisti, hoc debue-
ras intueri. Quomodo ergo & tan-
tum pelagus navigare præsumpsi-
sti. An ignoras te mulierem esse?
H h 2 qui-

quibus quocunque non licet exire: An vt Romanū rediens, alijs te foeminis gloriens vidisse Arsenium vt fiat peruium mare ad me venientium foeminarum. At illa respondens ait. Si vult Deus nullam huc peruenire permittit. Sed vt pro me ores & in memoria me habere digneris exoro. Cui Arsenius dixit. Oro Deum meum vt deleat tuam ex corde meo memoriā. Quo illa verbo percepto in ciuitatem regrediens, aegritudine praetribulatione correpta est. Ad quam cum visitationis causa venisset episcopus, & quid rei esset inquireret, illa sermonem senis quem vltimum de memoria sui dixerat enarrauit, ac propterea se velle mori praetristitia confitebatur, sed Episcopus tali eam consolatur alloquio. Nūquid nescis te esse mulierem. Et quia per foeminam solet inimicus hominem impugnare, ideo vultu tuum de corde suo delere dixit. Nā pro anima tua dñm deprecatur. Quibus verbis mulier recreata est.

§. L X I I.

Dicebat abbas Moyses. Si viderit Imperator inimicorum ciuitatem aliquam ex pugnare prius escam eorum & aquā interdicit, & ita inimici eius fame ac penuria cōpuli subiiciunt se regno eius. Et ita passiones carnales si in ieiunio & fame depressa fuerint decrescunt, & non

sunt sortes aduersus animā. Quis enim tam fortes vt leo. Et tamen propter vētrē suū intrat in caueā & omnis virtus eius humiliatur.

§. L X I I I.

Quidam iuuenis volebat renuntiare mudo & frequenter egressum reuocabat eum cogitationes, inuoluentes eū varijs negotijs. Erat enim diues. Vna ergo die egressum eum dæmones circumdederunt, & multimpuluerem ante eum excitauerunt. Ille vero confestim expolians se & iactans vestimenta sua cutrebat nudus ad monasterium. Declarauit autem Deus vni seni dicens, Surge & accipe athletam meū. Exurgens ergo senex, obuiauit illi nudo & cognoscens causam admiratus est, & dedit illi habitum monachalem. Quando autem veniebant aliqui fratres ad ipsum senem perquirere eum de conditionibus varijs, respōdebat eis, de renuntiatione autem sciscitantibus dicebat. Hunc requirite fratrem, quia ego ad renuntiationem ipsius nondum perueni.

§. L X I I I I.

Quidam frater renunciavit saeculo & cum dispersisset res suas pauperibus, quaedam sibi retinuit propria ratione & venit ad abbatem Antonium, Quod cum senex cōperisset dixit ei. Si vis vade in vico, & emē tibi carnes, & impone tibi corpori tuo

ri tuo nudo & veni ad me. Cū ergo hoc fecisset frater tam canes quam aues omne corpus suū propter carnem rapiendam, tam dentibus quam unguibus diruperūt. Cum ergo venisset ad Antonium requisitus est si fecisset quod praecerat. Illo autē demonstrāte corpus suū laceratū, dicit ei sātus Antonius. Quicūq; renūtiat saeculo & volunt adhuc habere pecunias, sic a dæmonibus lacerantur.

§. L X V.

Quidā frater requisit se nem dicens, vis vt teneā mihi duos solidos propter infirmitatē corporis. Evidens se nex cogitationes eius q̄ velle retinere eos dixit, retine. Reuersus ergo in cellā frater cōcepit cū cogitationibus p̄pris colluctari dicens putas bñdixit mihi senex an non. Exurgens ergo venit ad senem, rogans & dicens, p̄pter Deū dic mihi veritatē, quia cōturbor a cogitationibus meis, p̄pter illos duos solidos dicit illi senex. Qui auidi cogitationē tuam volentē retinere eos dixi tibi vt retineres, nā non est bonum vt plus teneas quā necesse est corpori, duo ergo solidi sunt spes tua & si contigerit, vt percant, nūquid Deus nō cogitat de nobis. Iacta ergo cogitationē tuā super Deū, quā ipsi curā est de nobis.

§. L X V I.

Quidam monachorū tantum angelium possidens ven-

didit illud & esurientibus dedit, dignum memoriā imitans sermo nem: ipsum inquit verbū venūdedi, quod mihi semper dicebat, vnde quā possides, & da pauperibē

§. L X V I I.

Cum quidam vir rogaret abbatem Agathonem vt pecuniā illius susciperet in propria ratione, nolebat ille dicens, Non est necesse mihi, quia opera manuum mearum me pascunt cum autem ille persistens diceret vel propter indigentes dignare suscipere. Respondit. Duplex verecundia est, quia non indigens suscipio & aliena praestans vanā gloriae subiacebo.

§. L X V I I I.

Dicebat abbas Paulus si aliquas res voluerit monachus in cella sua habere praeter eas sine quibus non potest viuere frequenter cogitur de cella sua egredi, & ita a dæmone decipitur. Hæc autem ipse Paulus obseruās in vna quadragesima cum sextario lenticule & paruo aquae vasculo perdurauit, & vnam mattam faciens eādem tētebat & retētebat ne tantummodo foris exiret.

§. L X I X.

Abbas Macharius cum esset in Aegypto & egressus fuisset de cella sua reuersus inuenit quendam furatē id quod in cella sua habebat. Stetit ergo & ipse tanquam peregrinus, &

Hh 3

cari

caricauit animal cum illo cum multa reuote & perduxit dicens, Nihil in hunc mundum inuulimus, Dominus de lit Dominus abtulit, sicut & ipse uoluit, ita factum est. Benedictus dominus in omnibus.

§. LXX.

Quidam frater ueniens ad cellam cuiusdam magni senis ingrediebatur & furabatur ei victum. Cum autem uideret senex, non arguebat illum, sed amplius operabatur dicens. Puto frater ille necesse habet. Habebat autem grandem tribulationem senex ex penuria panis. Cum autem idem senior moreretur, & circumdedit eum fratres. Ille uidens eum fratrem qui solebat furari eipannem suum dicit ei. Accede huc ad me frater, & apprehendit manum eius, & osculatus est dicens, Gratias ago manibus istius fratris, quia per eas arbitror me intrare in regnum celorum. Ille autem compunctus de hoc uerbo, & agens poenitentiam factus est ipse strenuus monachus ex actibus senis quos uidit.

§. LXXI.

Abbas Agathon dispensabat semetipsum, & in omnibus cum discretionem pollebat, tam in opere manum suarum, quam in uerbo. Talibus enim uerbis utebatur, ut

nec satis bona nec satis mala cuiquam apparet.

§. LXXII.

Dixit quidam senex: ira per has quatuor res exurgit, per cupiditatem, & auaritiam dandi & accipiendi, & si quisquam uelit suam defendere sententiam, & si quis uult se honoribus sublimari, & si quis se doctorem esse, & plus omnibus sapientem sperat. Ira etiam per hec quatuor humanos sensus obscurat. Si odio habuerit homo proximum suum, aut si illi inuideat, aut si pro nihilo duxerit, aut si detrauerit. Passionis autem huius retributio quatuor modos habet. Primum ex corde. Secundum ex facie. Tertium ex lingua. Quartum ex facto. Si ergo potuerit quisita portare malum, ut ne ingrediatur in cor, non peruenit usque ad faciem: si autem uenerit in faciem, custodiat ne loquatur illud. Quod si locutus fuerit, vel hoc custodiat ne reddat in facto, sed mox dimittat. Tres enim gradus sunt hominum in passione ira. Nam cui uoluntarie nocetur & iniuriatur & parcat proximo suo hic secundum naturam Christi est. Qui autem non laedit nec ledi uult hic secundum naturam Adam est. Qui uero nocet aut iniuriatur, aut calumniā ingerit, aut uisuras exigit, hic secundum diabolum est.

Qui-

§. LXXIII.

Quidam ex fratribus passus ab alio iniuriam uenit ad Abbatem Sisoyum, & contumeliae genus exponens addebat: cupio me uindicare pater. Senex autem rogare eum cepit, ut relinqueret Deo uindictam. At ille inquit. Non desistam nisi fortiter dimicauero. Cui senex ait, Quatenus semel hoc in animo statuisti, uel nunc oremus. Exurgens autem senex, his uerbis cepit orare. Deus iam nobis non est necessarius ut pro nobis sit sollicitus: quia nos ipsi, sicut frater iste dicit, & uolumus & possumus nos uindicare, quod cum ille frater a discessit ante pedes senis effusus ueniam postulabat, promittens se cum illo, cui irascebatur nunquam deinceps certaturum.

§. LXXIII.

Quidam frater dum ab altero iniuriaretur uenit & nuntiauit seni. Cui ille respondit. Satisfac cogitationi tuae quomodo uult te frater iniuriari, sed peccata tua. Nam in omni tentatione quae tibi contingit per hominem non arguas eum, sed tam modo dicit, quia propter peccata mea contingit mihi hec.

§. LXXV.

Dicebat frequenter Abbas Poemen malitia nunquam te exuperet. Si quis tibi malum fecerit tu illi bonum redde, ut per bonum uincas malum.

§. LXXVI.

Quidam frater quanto plus cum aliquis iniuriabatur, aut deridebatur, tanto plus ille gaudebat dicens. Isti sunt qui nobis occasionem praebent ad profectum nostrum, qui autem beatificant nos conturbant animas nostras. Scriptum est enim, quoniam hi qui beatificant uos, decipiunt uos.

§. LXXVII.

Alter senex si quis eide detraxisset, & ille festinabat (si uicinus ei erat) per seipsum bene illum remunerare. Quod si longius manebat transmittit ei munera.

§. LXXVIII.

Quidam frater rogabat abbatem Sisoyum dicens, Si latrones aut Barbari super me irruerint, occidere me uolentes, & ego si praualere potuero, iubes occidam eos? Cui ille respondit. Ne facias omnino, sed totum & Deo committe. Quicquid enim tibi aduersi contigerit, profiteri hoc tibi propter peccata tua uenire. Diuina enim dispensationi debes totum ascribere.

§. LXXIX.

Erat quidam eremita magnus in monte qui dicitur Adhilibeus, & uenerunt super eum latrones. Cum autem ille uocem fecisset de uicinis locis, frater

Hh 4 alij

alij confluentes, comprehenderunt eos. Quos transmisit in ciuitatem iudex misit in carcerem, fratres ergo illi mœsti facti sunt quia propter ipsos latrones traditi essent iudici, & venientes ad Abbatem Poemenem renuntiauerunt ei factum, qui scripsit ad Eremitam. Si recorderis primam prodicionem nunquam secundam perpetrasses. Quo ille sermone cum compunctus esset in omni illa regione nominatus & per multum tempus de cella sua exiens surrexit statim, & venit in ciuitatem & excutiens latrones publice de carcere liberauit eos à tormentis.

§. LXXX.

Cuiusdam philosophi discipulus peccauit & cum sibi indulgeri vellet dicit ei philosophus. Non tibi indulgeo nisi in his tribus annis portaueris onera aliorum. Cui reuerso post tres annos, cum iam peccato satisfecisset. Dicit ei philosophus. Nec nunc tibi adhuc indulgeo, nisi alijs tribus annis dederis his mercedem, qui te iniurijs & conuitijs affligunt. Quod etiam cum ille conpleset, dicit ei magister suus. Veni modo & in gredere Atheniensium ciuitatem, vt illic sapientiam possis discere. Erat autem ibi quidam senex sapientia studiosus, & sedebat ad portam omnesque ingredienti-
om-

uijs affligebat, qui cum idē inuenit illic ingredi se i faceret ille exortato cachinnosus. Cui senex ait. Quid est hoc quod agis tu tibi iniurijs & tu rides. Cui iuuenis ait. Et non vis vt rideam, cum tribus annis mercedem dederim, vt hoc paterer quod hodie à te gratis patior. Tunc senex dixit ei. In gredere ergo ciuitatem, quia dignus es. Hoc autem solebat abbas Ioannes referre & his ipse addebat dicens, Hæc est porta Dei per quam Patres nostri per multas tribulationes, & iniurias ingressi sunt ciuitatem Dei.

§. LXXXI.

Quidam frater requisit seipsum dicens, Da mihi pater vnam rem, quam custodiam & saluet per eam. Respondit ei senex, si perueris iniuriari & affici conuitijs, & prorare acta cere, magna est hæc res & super alia mandata.

§. LXXXII.

Inrogatibus quibusdam fratribus abbatem Moysen, vt de sermone quo horatus est discipulum suum Zachariam, eis aliquid diceret. Tunc ille pallium suum deposuit sub pedes suos & conculcauit illud & dixit. Nisi quis sic fuerit conculcatus, monachus esse non potest.

§. LXXXIII.

Dicebat abbas Macharius. Ille vere est monachus qui se in

omnibus vincit. Nam si quis alium arguens ad iracundiam mouetur propria passione implet. Nec enim vt alterum saluet, seipsum debet perdere.

§. LXXXIII.

Quidam frater sub presentia abbatis Antonij alij fratres collaudabant, sed cum tentasset eum senex, reperit quod non sufferret iniuriam. Et dixit ei senex. Tu quidem frater similis es edificio quod quantum habeat ingressum ornatum per postitiam tamen a latronibus expugnatur.

§. LXXXV.

Quidam frater requisit abbatem Isaac dicens. Abba, quare te ira demones riment. Respondit senex. Ex quo factus sum monachus, statui apud me, vt iracundia mea foris guttur meum non procederet, & ideo riment me demones.

§. LXXXVI.

Cum venisset quidam de patribus ad abbatem Achille vidit eum sanguinem expuerentem. Et requisit quid hoc esset. At ille respondit. Sermo erat fratris, qui me contristauerat & repugnauit vt non illum dicerem, sed perit Dominum vt tolleretur a me, & factus est ille sermo sanguis in ore meo, & postquam expui requieui. Sed & ipsam tristitiam, & sermonem istum oblitus sum.

§. LXXXVII.

Quidam frater venerunt ad quendam sanctum senem sedentem in solitudine & inuenerunt infantes pecorapascuentes & aliquotiens inter se loquentes verba turpia. Postquam autem de singulis cogitationibus requirentes a senē acceperunt responsum, dicunt ei. Quemadmodum potes sustinere abba voces infantium istorum. Vt quid non precipis eis vt non ita vociferent. Et dicit ei senex. In veritate fratres, plurimos dies habuit cogitatio mea volens illis aliquid dicere, sed redargui memetipsum, reputans mihi. Si parum hoc non porto, quomodo si maior mihi tentatio aduenerit portabo. Et ideo illis nihil dico, vt fiat mihi consuetudo portandi. Item dixit. Si quis linguam suam non tenuerit in tempore iræ, nec passionem carnis suæ aliquando poterit continere.

§. LXXXVIII.

Abbas Ioannes dum sederet inter fratres & singuli eum de proprijs cogitationibus inquirent, atque ille responsum omnibus daret. Quidam se ex inuidia dicit ei. Sic est hic Ioannes quomodo mulier meretrix ornans semetipsum vt congreget sibi amatores. Cui abbas Ioannes ait. Verum dicis abba, & non est aliter, nam & hoc ipsum Deus tibi reuelauit. Respondit illi iterum

Hh 5 ille

ille senex dicens, Nam, & vas tuū Ioannes veneno plenum est. At Ioannes ait illi, Sic est abba, vt dixisti, & hoc dicis, quia illa tantūmodo quæ deforis sunt vides, si ea que in trahæcus sunt videres quanto plus haberes quod diceres. Et post hoc quidam ex discipulis eius dixit ei, non es conturbatus abba, in verbo, senis huius. Cui ille respondit, non sed licet sum de foris ita sum de intus.

§. LXXXIX.

Erat quidam senex in Agypto, & antequam veniret illuc abbas Poemen, grandem venerationem habebat ab omnibus. Cum autem abbas Poemen de Scythia illuc subisset, multi reliqui illo sene veniebant ad hunc, & propterea cepit illi inuidere & detrahere. Quod audiens abbas Poemen contristatus est, & dixit fratribus suis, Quid facimus quia in tribulationem miserunt nos homines, vt illum senem tam sanctum relinquerent, & nos qui nihil sumus respicerent. Quomodo sanabimus hunc virum magnum, venite ergo faciamus paucas escas & portantes pergamus ad eum, & parum vini ac pariter cum eo gustemus, forsitam in hoc possumus animum eius placare. Profecti ergo pulsauerunt ostium eius, audiens vero discipulus illius senis dixit, Qui estis. At illi dixerunt, Dic abbati

tuo quoniam Poemē venit vt benedicatur ab eo. Quod cum ille per discipulum suum audisset, respondit ad eum. Vade hinc, non enim mihi vacat, illi tamen resistenterunt in isto dicentes, quia non hinc discedimus nisi digni fuerimus adorare eum. Quorum cum ille humilitate, & patientia perdidisset compunctus aperuit ostiū, & osculantes se inuicem gustauerunt pariter. Dixit ergo eis ipse senex. In veritate non sunt ea sola que audiui, sed & centupla opera vidi in vobis. Et ab illodie amicus charissimus factus est ei.

§. XC.

Abbas Mutues aliquādo edificauit sibi cellulam in loco qui dicitur Eracleona. Et dum ibi a multis molestaretur, alterum locum ingressus est, & similiter etiam ibi construxit habitaculum. Sed per iniurias diaboli quidam frater inuentus est ibi qui per inuidiam semper iram cū eo habuit, propter quod surrexit inde, & ad proprium reuersus est vicum, & fecit sibi illic quoque cellulam, & reclusit se in eam. Post tempus autem aliquātulum congregati sunt senes de illo loco vnde egressus est. Deducentes secum illum fratrem, cum quo habuit litem, quatenus rogarent eū vt rediret ad cellam suam. Postquam autem in vicinum locum venerunt, tam melotes suasquam illum

illum fratrem ibidem dereliquerunt. Ipsi vero profecti sunt ad senem. Et pulsantibus illis, aperta fenestra respexit eos, & cognouit & dixit eis, Vbi sunt melotes vestra. At illi responderunt, Ecce hic in vicino sunt vna cum fratre illo, qui tecum iram habebat. Hoc postquam senex audiuit & illos cognouit, præ gaudio ostium per quod ingressus fuerat, cum securi confregit, & egressus cucurrit vsque ad locum vbi erat ille frater, & cepit ipse prior penitentiam apud eum agere, & amplexatus est eum. Et introduxit illos in cellam suam, & per tres dies conuatus est cum eis, qui nunquam habebat consuetudinem vt ieiunium solueret. Et postea surrexit & profectus est cum illis.

§. XCI.

Abbas Agathon solebat dicere. Nunquam litem habens cum aliquo dormiuit, sed nec permisi aliquem me cum litem habentem dormire, quantum ad virtutem meam pertinuit, nisi prius cum illo in pace reuerterer.

§. XCII.

Erant duo senes in vna cella pariter sedentes, & nunquam inter se vel qualemcunque parum in contentione habuerunt. Dixit ergo vnus ad alterū, Faciamus vel nos vnam litem sicut & alij homines. At ille alter dixit ei, Nescio quemadmodum fit lis.

Dixit ei ille, Ecce ego pono latere in medio & dico quia me est, & tu dicis, qui non est tuus sed meus. Ex hoc fit contentio & rixa. Et cum possident latere in medio dicentem vno quia meus est, ille alter primo respondebat, ego meū esse spero. Quia alter iterum diceret non est tuus sed meus tunc ille respondit, tuus est tolle illum. Quo dicto non inuenerunt quemadmodum litigarent.

§. XCIII.

Quidam tempore orante beato Machario Abbate vox ad eum perfonuit dicens, Machari nō ad mensurā dūctam mulierū peruenisti, quæ in proxima habitat ciuitate. Quo audito, senex exurgens arcepro baculo in designatam peruenit ciuitatem. Cumque vniuersam quasi te domus atque inuenta pulsaret egressa vna ex illis cum magna exultatione eum suscepit. Quas virisque senex conuocatas ita est allocutus, propter vos tantum laborem veniens ex solitudine longinqua sustineo, vt opera vestra cognoscerē, qua mihi vos cōdederet narrare. Cui illa sic dixerūt, Crede nobis factissime pater quid nō presenti nocte a maritorū sculissimus separare. Qualia ergo opera a nobis exquiris. Sed senex in precibus persistebat vt ei vite sue ordinem declararent. Cui tunc illa compulsa dixerūt,

Nos

Nos nulla inter nos sumus consanguinitatis affinitate coniuncti. Contigit autem ut duobus fratribus iungeremur, & cum his quindecim annis in domo una pater permanentes neque rursus verbum altera dixit ad alteram, neque litteram aliquando commisimus, sed in pace haeremus, viximus & consentimur tractauimus, quatenus pariter reliquos maritis, in congregatione religiosarum virginum proficisceremur, & multis precibus haec coniugibus non valueris obtinere. Quo non a deo inter nos & Deum posuimus testamentum, ut usque ad mortem nostram seculare verbum non loqueremur omnino. Quae cum audisset beatus Macharius dixit. In veritate non est virgo neque maritata, neque monachus, neque secularis, sed Deus tantum propositum querit, & spiritum vite omnibus ministrat.

§. XCIIII.

Frater quidam erat in congregatione inquietus & frequenter mouebatur ad iram. Dicit in se ipso. Vado & solus habito in aliquo loco, & cum non habeo cum quo dicam vel audiam, ero quietus & quiescit a me passio ira. Egreffus ergo manebat in spelunca solus. Vna autem die implens sibi furscula aquae, posuit ibi in terram. Contigit autem ut subito versaretur, ille vero implebat secundum. Et iterum verba est. Dein

de tertio implens posuit. Et iterum versa est. Qui commotus furore tenuit vasculum & fregit. In se autem reuersus cognouit quia ab eodem demone iracundiae sit illusus & dixit. Ecce & solus sum & vincit me. Reuertar ergo in congregationem quia utique labore & patientia opus est maxime Dei adiutorium. Et exurgens reuersus est in locum suum.

§. XCV.

Beatus Macharius de semetipso referebat dicens. Dum essem iuuenis, & tamen in cella residerem, inuitum me tenentes clericum ordinauerunt in vicum. Cum autem ibi essem nolens, sed in solitudinem fugissem & quidam mihi secularis opere meo vendito ministraret, contigit quandam virginem per stuprum ventris onus accipere. Quae dum a parentibus a quo fuisset compressa requiritur. Dixit illa. Anachoreta ille noster hoc in me scelus perpetravit. Egreffi vero parentes puellam comprehendentes me, suspenderunt meo collo vasa fictilia, & per singulas semitas circunducebant me eadem mactantes, atque insuper his vocibus una cum cachinno insultantes, hic monachus filia nostrae vim intulit. Cumque me usque ad necem fustibus pene multatissent, quidam ex senioribus dixit. Usquequo hunc peregrinum monachum cadendo interficitis.

Sed

Sed & mihi ministranti & rubore perfuso iniurias irrogabant dicentes. Ecce quid fecit tuus sanctus, cui tu testimonium perhibebas parentes autem puellae dixerunt, nulla hunc ratione dimittimus nisi pro alimentis puellae praestatis aliquis pro ipso satisfactor accesserit. Quod dum ministranti mihi ut faceret inuissim, interposita me sua fide suscepit. Itaque regressus ad cellulam, quantascumque inueni sportellas ei contrebam, quibus venditis, victum mihi coniugique meae ministraret. Dicebam autem. Ecce Machari inuenisti tibi uxorem, necesse est ergo amplius operari, ut eam valeas enutrire. Et tam diebus quam noctibus operabar, ut ei victum ministrarem. Sciebam enim quia Deus iudex & testis est in omnibus. Sed quando illi tempus partendi aduenit, diebus plurimis magnis stridoribus cruciata parere non potuit. Quae quid rei esset, ab obstetricibus requiritur. Illa vero respondit. Quia anachoreta illic causa non habenti, crimen imposui. Nam me iuuenis vicinus noster ille compressit, quod eum ille qui mihi ministrabat audisset, gaudio repletus festinus aduenit dicens, infelicem illam puellam priusquam fateretur quod tibi calumniam frustra contexit: parere nullatenus potuisse vociferans, sed & omnes vicinos postulans venire, &

ad te me misit veniam a te postulare. Quae ego cognoscens ne me ipsi homines molestarent festinus abscedens in Scythiam perueni & haec est causa nostri ad ista loca aduentus.

§. XCVI.

Quidam frater requisivit abbatem Poemenem dicens. Quid faciam pater quoniam conturbor a tristitia. Dixit ei senex. Neminem pro nihilo despicias, nullum condempnes, nulli detrahas, & dabit tibi Dominus requiem.

§. CXVII.

Dicebat abbas Poemen de abbate Isidoro quia solus ipse se cognouisset. Nam quoties illi cogitatio suadicebat, quia magnus es, tunc & ipse respondebat ad se, nunquid talis sum qualis Antonius, aut certe abbas Pabo, vel reliqui patres qui Deo placuerunt: quotiens ergo haec cogitabat, quiescebat. Quando vero inimicus conturbans eum suggerbat ei desperationem, & poenas dicens quoniam post haec omnia iturus es in tormenta dicebat iterum ipse, quia quantumvis ego in tormenta mittar, tamen vos subtrus me inuenio.

§. XCVIII.

Abati Moyse frequenter apparuerunt spiritus mali dicentes. Praualuisti nobis Moyse, & nihil tibi possumus facere,

facere, & quotiens te in desperationem humiliare volumus exaltaris quotiens autem exaltaris, ita te humilias, vt nullus de nobis accedat ad te.

§. X C I X.

Cum quidam abbatem Sioyū frequenter talem sermonem requireret, quid faciam pater quoniam cecidi, respondit, surge. At ille respondit, Exurrexi. Et iterum se cecidisse confessus est. Ait senex. Et iterum surge. Cum autem frater frequenter se surrexisse, & frequenter se cecidisse narraret, eodem sermone senex utebatur exclamans. Non cesses exurgere fili. Cui frater. Vsq̄ quo possum surgere pater explana. Tunc senex ait. Quousque aut in bono opere aut in malo deprehensus occumbas. In quo enim opere homo deprehensus fuerit in eo iudicabitur.

§. C.

Quidam senex tentabatur a cogitationibus grauiter per annos decem, ita vt iam desperaret dicens. Perdidi iam animam meam, si quatenus semel perij, iam reuertar, ad seculum. Cum autem proficisceretur, venit ad eum vox dicens. Decem anni in quibus certasti coram te erant. Reuertere ergo in locum tuum, & ab omni mala cogitatione libero te. Et sta-

tim regressus permansit in incerto opere. Non est ergo bonum desperare se quenquam, propter cogitationes. Ille enim magis nobis coronam prouident, si vtiliter eas pertractantes transierimus.

§. C I.

Quidam tempore Abbatis Antonij dum resideret in Eremo spiritu tentatus accidia dicebat ad Deum. Domine saluari desidero, sed cogitationes varię non me permittunt. Quid faciam in tribulatione mea vel quomodo saluari valeam: Dignanter ostende. Et post paululum surgens quendam sibi similem conspicatur, sedentem torquentem funiculum, & surgentem ex opere & orantem. Erat autem ad emendationem angelus Antonij destinatus. A quo etiam hunc sermonem audiuit. Et tu ita faciens Antoni, saluaberis. At ille summo gaudio cumulatus, accepta confidentia, saluatus est.

§. C II.

Quidam frater requisit fenem dicens. Quid faciam pater, quoniam nulla opera facio monachi, sed in negligentia constitutus comedo, & bibo & dormio, & de hora in horam transgredior de cogitatione in cogitationem, & propterea contristor, & deficio.

Cui

Cui senex ait: Tu sede in cella tua, & fac quod potes sine perturbatione animi, & confide in Deum quia qui sedet in cella sua propter Deum inuenietur in loco illo vbi est abbas Antonius.

§. C III.

Alter frater requisit Abbatem Achilem dicens. Cur sedens in cella mea patior accidiam: Cui senex ait. Quia nec dum vidisti requiem filij, quam speramus, neque tormenta, quę timemus. Si enim eadiligenter inspiceres. Etiam si vermibus plena esset cella tua vsq̄, ad collum, tu tamē in ipsa iaceres sine accidia.

§. C IIII.

Quidam frater Abbatem Antonium requisit dicens. Quid obseruando Deo placebo, Respondit senex. Quod demando tibi custodi. Quocumque vadis Deū semper habeto prę oculis tuis. Et quodcunque opus exerces, sume ex diuinis scripturis exempla, & in quocunq; loco resederis, ne in dectius mouearis, sed patiēter in eodem loco consiste. Hęc enim tria custodiens saluus efficiaris.

§. C V.

Quidam frater cum expectasset sermonem ad abbatem Moysen dicit ei senex. Vade & sede in cella tua. Cella autem tua omnia te potest instruere, si tibi permanferis. Sicut

enim piscis ex aquaeductus statim moritur, ita & monach⁹ perit si foris cellam suam voluerit tardare.

§. C VI.

Quidam frater requisit Abbatem Poemenem. Si melius est remoueri an cum alijs manere. Respondit senex, homo si seipsum reprehēdit vbiq; potest persistere. Si autē se magnificat nusquam stat, sicut scriptum est. Qui se existimat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Quicquid enim boni fecerit homo, ne exultet in eo, quia mox perdet illud.

§. C VII.

Aliquando venit ad Abbatem Zenonem, in Syriam aliquis frater Aegyptius, & cepit cogitationes proprias accusa repręsentate senē. Ille autem admirās dixit. Aegyptij virtutes quas habent celant, & vitia quę non habent manifestant. Syri autem & Gręci virtutes quas nō habent predicant, & vitia, quę habent abscondunt.

§. C VII F.

Quidam senex dixit, qui ab hominibus amplius honoratur aut laudatur, non parum animę damnum patitur, qui autem penitus ab hominibus non honoratur, de super gloriam a Deo accipiet. Idē dixit fieri nō potes vt simul & herba nascatur & semē. Ita impossibile est vtriusque

dema

dem & gloriam secularium habētes simul etiam & fructum faciamus celestem. Idem dixit. Sicut thesaurus manifestus minuetur, ita & virtus deperit publicata. Nā sicut cera a facie ignis soluitur, ita & anima per laudem resoluta perit ab intentione sua. Idem dixit. Quando cogitatio vanæ glorie vel superbię te impugnat, perscrutare te ipsum si omnia Dei mandata seruasti, si inimicos tuos diligis si gaudes in gloria inimici tui, & contristaris in deiectione eius, si apud te habes, quoniā seruus inutilis sum & plus omnibus hominibus peccans, & neque tunc tamē aliquid grande sapias tanquam aliquid boni feceris. sciens quod elata cogitatio omnia illa bona dissoluit.

§. C I X .

Quidam senex cum venisset ad alium senem, dicit ei. Ego iam mortuus sum seculo huic. At ille alter respondit. Ne confidas in te ipsum, donec egrediaris de corpore hoc. Nam & si tu dicas, quoniā mortuus sum, diabolus tamē necdum est mortuus: cuius innumerabilia sunt artis mala.

§. C X .

Dicebant de quodam senere quia fuerit quinquaginta annos nec panem comedens nec facile aquam bibens. Et dicebat, quia extinxi fornicatio-

nem, & auaritiā & vanā gloriam. Et veniens ad eum abbas Abrahamā audiens quod hoc dixisset, dicit ei. Tu dixisti hūc sermonē. Et ille respondit. Etia, & dixit ei abbas Abrahamā. Ecce intra in cellam tuam & inuenies super matram tuam mulierē potes nō cogitare quia mulier est. Et ait, nō, sed repugno cogitationi meę vt non tangā illam. Dicit ei abbas Abraham. Ecce nō interfecisti fornicationē, quia viuit passio ipsa, sed alligata est. Iterum si ambulas in via & vides lapides & testas vasorum & inter ipsas iacens aurū potes mēte tua aurū quod vides velut lapides reputare: Et sic spōdit, nō. Sed resisto cogitationi meę ne colligam illud, & dicit ei Abraham. Ecce ergo viuit passio sed alligata est. Et dixit iterū abbas Abrahamā. Si audieris de duobus fratribus quia vnus diligit te & bona loquitur de te alius autē odit, & detrahit tibi & venerint ad te vterq; æqualiter suscipis: & dixit. Non, sed extorqueo animo meo vt similiter benefaciā ei qui me odit, sicut & illi qui diligit me. Et dixit ei Abraham. Viuūt ergo passiones, sed tantūmodo a sanctis viris quodam modo ligantur.

§. C X I .

Quidam senex habitabat in inferioribus partibus Eremitę, & sedebat quietus, vnus autem secularis religiosus ministrabat ei. Contingit autem

sem vt filius secularis istius infirmaretur. Multis ergo precibus postulabat senem, vt veniret in domum suam, & faceret orationem pro infante. Exurgens autē senex ambulabat cū eo. Ille autē præcessit & ingressus in domum suam dixit. Venite in occursum Anachoretę. Quos cum vidisset de longe egressos cum lampadibus sensit quod ad se venirent. Despolians, itaque se vestimenta sua misit in flumen, & cepit ea lauare stans nudus. Ille autem qui ministrabat ei erubuit & rogauit homines dicens. Reuertimini, senex enim noster sensum perdidit. Et veniens ad eum ait illi. Abba ad quid hoc fecisti. Omnes enim qui te viderunt dixerūt, quia demonem habet senex. Cui ille. Et ego hæc volebam audire.

§. C X I I .

Cum quidam iudex prouincię abbatem Moysen vellet adorare, audiens ille fugiebat de loco suo. Et cum obuiā forte illi fuisset, requisit iudex ab eo dicens. Dic nobis, vbi est cella abbatis Moysi. At ille respondit quid illum vultis videre hominem stultū & hæreticum. Quod cum audisset iudex veniens ad ecclesiam, retulit clericis dicens. Ego quidem diuersa audiens de abbate Moysi, volui ab eo benedici, sed quidā veniens mihi obuiam monachus retulit de eo quod ef-

set hereticus. Quod cum audisset clerici contristati sunt. Et ceperunt interrogare eum qualis esset monachus ille, qui hoc ei dixisset ille autem respondit. Senex erat & veterrimis indutus vestimentis, lōgus & niger. Et tunc cognoscens ex relatione eorum, quia ipse erat Moyses, satis miratus discessit.

§. C X I I I .

Abbas Sysochus cum habitaret in monte in quo erat beatus Antonius reclusus quidam secularis ad eum cum filio proprio percipiendę benedictionis gratia properabat. Contigit autem vt infans moreretur in via. Quem pater sine vlla perturbatione mentis sublatum cum fide portauit ad senem, ingressusq; cellulam, tam se quam infatē proiecit in terram, vt est moris postulantium benedictionem. Oratione autem expleta exurgens pater egressus est, filij corpusculo derelicto ante pedes abbatis: quem cū adhuc senex orandi causa iacere speraret, surge inquit fili & egredere defunctum enim esse nesciebat. Confestimque pater exurgens egressus est. Cumque vidisset patrem eius, obstupuit regressusque in cellulam adorato senere, tā causam filij quam luctū cum fide narrauit. Sed senex valde incertus esse aus est, non enim à se quicquam tale valebat audiri factum. Sed

per discipulum suum homini illi ne cuiquam vsque ad transitum suum hæc diceret imperauit.

§. CXLIII.

Cum quidam secularis in Ecclesiam veniens ab immanido spiritu teneretur, & cum omnes oratione fecissent, & nulatenus spiritus immundus ab eo egrederetur, dicunt ergo inter se fratres. Quid possumus huic spiritui facere? Nemo potest illū excutere nisi abbas Besarion. Sed si dixerimus hoc, ille nec ad Ecclesiam acquiescet venire. Sed faciamus taliter, quoniam ante omnes solet ad Ecclesiam venire, hunc qui paritur faciamus sedere, & postea dicamus abbati. Abba suscita hunc dormientem. Fecerunt ita. Et veniente abbate Besarione, steterunt omnes in oratione & dicunt ei. Abba suscita etiam istum dormientem. Ille autem excitauit eum dicens. Surge & egredere foras. Et mox ab eo egressus est spiritus immundus & sanus effectus est ex illa hora.

§. CXV.

Erat quidam habens filium paralyticum in Aegypto & attulit eum in cellam beati Besarionis abbatis, & reliquit eum super ostium plorantem & discessit longe. Cæpit ergo infans flere. Cum autem senex per fenestram vidisset eum dixit, quis te huc detulisti? Cui infans respondit. Pater meus detulit me, & ipse discessit.

Cum senex dixit. Surge & adiungere illi. Et mox sanus effectus surrexit, & peruenit ad patrem suum.

§. CXVI.

Dixit abbas Mutues. Quantum homo Deo appropinquauerit, tantum se peccatorem videbit. Etias enim propheta videns Dominum, miserum se & immundum vocauit. Nos ergo non sumus hic sine sollicitudine. Dicit enim scriptura. Qui stat videat ne cadat. Incerti ergo nauigamus in hoc mundo. Sed nos quidem quasi in tranquillo mari nauigare videmur, seculares vero quasi in periculosis locis. Nos quasi in die sole iustitiae illustrati, illi vero in ignorantia quasi per noctem. Sed frequenter contingit ut secularis in tenebris nocte nauigans propria nauim saluet, nos autem dum in tranquillo nauigamus, sepius ex ipsa securitate negligimus, & primum humilitatis gubernaculum relinquentes sepe periculosa naufragia patimur, sicut enim impossibile est nauim firmam fieri sine clavis, ita impossibile est hominem sine humilitate saluari. Idem dixit, humilitas nec ipsa irascitur, nec alios permittit irasci. Idem dixit. Humilitas est si quando peccauerit in te frater tuus antequam peccetate ille, indulgeris ei.

§. CXVII.

Abbas Macharius dum diluculo palmarum folia portans ad cellam

§. CXX.

Quidam tempore abbas Macharius dum ad montem Nitriam ascenderet, discipulo suo ut parum præcederet imperauit. Qui cum ante illum pergeret obviam habuit quendam sacerdotem idolorum cursu concito venientem & lignum grande portantem. Cui exclamans ait. Quo curris damo? At ille iratus tantis cum plagis affecit, ut exanimem pene relinqueret. Et relicto eo sacerdos idolorum iterum currebat, progressusque parum obviam beato Machario. Qui ait ad eum. Salueris liberator salueris. At ille admiratus respondit. Quid in me boni conspexisti, ut me ita saluares? Cui senex ait, quia vidi te laborantem & curris ignoranter. Cui sacerdos dixit. Et ego saluatione tua compunctus magnum seruum Dei te cognoui. Nam alter nescio quis miserabilis monachus occurrens mihi iniurias fecit, sed & ego plagas illi pro verbis imposui. Tunc apprehendens pedes beati Macharii clamabat dicens. Nisi me monachum feceris non desistam. Pergenteque pariter venerunt ad locum ubi cæsus frater iacebat. Quem utriusque tollentes quoniam gradi non poterat manibus in Ecclesiam pertulerunt. Cum autem fratres vidissent sacerdotem illum beatum Macharium comitantem stupefacti cum ad-

§. CXVIII.

Quidam ex senibus monacho quem Eremita fuit, quem quidam a spiritu malo correptus & spumans fortiter eum in maxillam percussit. Senex autem præbuit illi alteram maxillam ut feriret, diabolus autem non sufferens incendium humilitatis eius statim discessit.

§. CXIX.

Quidam ex patribus dicebat. Omnis labor monachi sine humilitate vanus est. Humilitas enim præcursor est charitatis, sicut Ioannes erat præcursor Iesu, omnes trahens ad eum, ita & humilitas attrahit deum, quia Deus charitas est.

miratione monachum illum per
ficiunt, & multi propter illum ex
paganis facti sunt christiani. Dice
bat ergo abbas Macharius, quia
sermo superbus & malus, etiam
bonos viros conuertit ad malum
sermo vero humilis & bonus, etiam
malos mutat in melius.

§. CXXI.

Sæpe dicebat beatus Anto
nius, nisi pistor mola oculos
operiret mercedem suam re
cipiens ipse consumeret. Ira &
nos per Dei dispensationem tegu
men accipimus, vt ea quæ opera
mur bona non valeamus attende
re, ne nos ipsos beatificantes possi
mus extolli, & mercedem propriam
amittamus. Nam & ob hoc quan
do relinquimur in sordidis cogita
tionibus, necesse est vt hoc tantū
modo prouideamus, vt nos ipsos
& nostram sententiam condēne
mus, ne ea quæ sunt in nobis for
dida illud paruum bonum opus
nostrum in nobis obscurent. Nun
quam enim homo bonus est, etiā
si bonus esse desideret, nisi Deus
habitauerit in ipso, quia nemo bo
nus nisi solus Deus. Oportet ergo
vt nos ipsos semper incusemus,
Quando enim sequis que reprehē
dit, mercedem propriam nō amit
tit. Item beatus Antonius retulit
vidisse omnes laqueos inimici su
per vniuersam terram extentos,
& cum suspirans dixisset, quis hos
poterit transire, vocem ad sedicō

re audiuit humilitas sola petra
Antoni, quā nullo modo valent
superbi coniungere. Itē beatus An
tonius dū in cella propria oraret
venit ad eum vox dicens. Antoni
mondū peruenisti ad mensurā ce
sarij, qui est in Alexandria. Quo
audito senex surgens mane arre
pto baculo in ciuitatē Alexandriā
festinus venit. Cumq; ad designa
tum hominem fuisset ingressus il
le viso tanto viro obstupuit. Cui
senex dixit. Refer mihi opera tua
quia propter te relicto deserto
huc veni. Qui respondens ait. Ne
scio me aliquando aliquid boni
perpetrasse. Vnde ex cubili pro
prio mane confurgens antequam
in opere meo resideam dico quod
omnis hæc ciuitas à minore vsq;
ad maiorem ingrediuntur regnū
Dei propter iustitias suas, ego au
tem solus propter peccata mea pe
nam hæredito sempiternā. Quod
verbum antequam quiescam scio
ex cordis mei recenseo veritate.
Quod audiens beatus Antonius
respondit. In veritate fili, sicut bo
nus artifex sedens in domo tua
cum requie regnum Dei adeptus
es, ego autem veluti sine discre
tione omne tempus meum in soli
tudine conuersatus, nec dum ver
bi tui assumpsi mensuram.

§. CXXII.

Quidam frater requisit
abbatem Poemenē dicens
Quid est pater quod ait

ape.

apostolus. Omnia munda mun
dis. At ille dixit ei. Si quis ad hūc
sermonem poterit peruenire vt
eum intelligat, videbit se minores
esse totius creature. Cui frater. Et
quomodo possum me minorem
videre eo qui homicida est? Res
pōdit senex. Si potuerit homo ad
hūc sermonē apostoli peruenire,
& viderit hominē qui forte occi
dit alium, dicit in semetipso. Iste
quidem hoc solum peccatum fe
cit, ego autem omni hora homici
diam committo me ipsum peccā
do interficiens. Et cum frater re
quireret, quomodo hoc possit fie
ri, respondit. Hæc sola iustitia est
hominis, vt semetipsum reprehen
dat. Tunc enim iustus est cum sua
peccata condemnat.

§. CXXIII.

Dum sederent quidam fra
tres prope abbatem Poeme
nem vnus alium quendam
fratrem laudauit dicens Bonus est
ille frater quoniam mala horret.
Cui senex ait. Et quid est mala hor
rere? At ille nesciens quid ei respō
deret petebat dicens. Dic mihi
quid est malum horrere? Cui se
nex ait. Ille horret mala qui sua
peccata horret, & omnem fratrem
suum beatificat & diligit.

§. CXXIII.

Quidam frater requisit
abbatem Poemenē dicens
quomodo poterit ho
mo vitare ne loquatur mala de pa
trimo suo? Respondit senex. Ego
& proximus meus duæ imaginēs
sumus, cum ergo meam imaginē
reprehendero, inuenitur imago
fratres mei apud me venerabilis.
Quando autem meā laudauero,
tunc fratris mei imaginem paruā
respicio, Tunc ergo de alio nō de
tre. Si semper me ipsum repre
hendō quia magnū virum de
spicit qui se ipsum nō cōsiderat.

§. CXXV.

Dicit abbas Xpericius, quia
sicut leo terribilis est cona
gris, sic monachus proba
tus cogitationibus concupiscen
tiæ. Dixit iterum qui supra. Iei
uniūm frenum est monacho aduer
sus peccatum. Qui autē abiicit ie
iuniūm, velat equus feruens desi
derio scaminæ rapitur. Dixit ite
rum qui supra. Siccatū ieiunio cor
pus monachi animam de profun
do eleuat exsiccat fistulas delecta
tionum. Dixit iterum qui supra.
Custus monachus in terra honora
bitur & in excelsis cor onabitur.
Dixit iterum qui supra. Monachus
qui non retinet linguam suam in
tempore furoris, nec corporaliū
passionum retentor erit aliquan
do. Dixit iterum qui supra. Ver
bum malum nō proficit ostium
quoniam vitis non affert spinas.
Dixit iterum qui supra. Bonum est
manducare carnem & bibere vi
nū quam māducare carnes fratris.
Dixit iterum qui supra. Si iustus
li 3 serpens

serpens. Eua eiecit de paradiso. Huic ergo similis est qui proximo suo obloquitur, quia audientis se anima perdit, & sua non saluat. Dixit idem qui supra. Acta est aliquando festiuitas in Scythia, & dederunt seni in calice vinum qui abiciens ait. Tollite a me mortem istam. Quod videntes alij qui cum ipso edebant nec ipsi biberunt. Alii uice allatum est vasculum vini de primitijs, ut daretur fratribus ad singulos calices. Introitis autem quidam senex & videns quia vinum acceperant fugit, in eripramque cecidit & cum audissent sonum currentes inuenerunt fratrem senianimum iacentem, & ceperunt eum obiurgare dicentes. Bene tibi contigit, quia uana gloria habuisti. Abbas autem refranans eum dixit. Dimitte filium meum, bonum opus fecit, & uiuit Dominus quia, non reudificabitur cripta. hęc temporibus meis uicognoſcat mundus, quia propter calicem uini cecidit cripta.

§. CXXVI.

Solebat dicere abbas Ioannes paruam sarcinam dimisimus id est nos ipsos reprehendere & grauem portare elegimus id est ut nos iustificemus & alios condēnemus, aliquando factus est conuentus in Scythia, & loquebantur patres de quodam fratre culpabili, abbas autem prior tacebat, postea autem surgens egressus est, & tollens faccum impleuit arena & porrauit

in humeris suis, & mittens in sportella modicum de hac arena portabat etiam ipsam in ate. Interrogatus a patribus quid esset ille respondit. Saccus iste qui mul tumba rene habet mea peccata sunt, quoniam multa sunt, & posui ea retro me ne doleam pro ipsis & plorē, ista autem modica arena peccata sunt fratris istius & sunt ante faciem meam, & ipsis excrucior in dicans fratrem. Quod non oportet fieri, sed peccata mea ante me magis esse. Et de ipsis cogitate serpe, & rogare Deum ut ignoscat mihi. Audientes autem patres dixerunt. Vere hęc est uia salutis.

§. CXXVII.

Uenit abbas Isaac de Thebaida in congregationem fratrum & uidit quendam de fratribus culpabilem & adiudicauit eum. Cum autem regrederetur ad Eremum uenit angelus Domini, & stetit ante ostium cellae dicens. Non te dimitto intrare. Ille autem rogabat ut eius culpa manifestaretur. Et respondens angelus dixit. Deus misit me ut dicerem tibi. Vbi iubet ut mittam illum fratrem quem adiudicasti. Et statim abbas Isaac poenitentiam egit dicens. Peccaui ignosce mihi. Et ait angelus. Surge ignouit tibi Deus, sed custodi de cetero ne ad iudices quenquam priusquam iudicet eum Deus.

Conti-

§. CXXVIII.

Contigit fratri cuidam culpa in cenobio & dum a ceteris increparetur ad abbatem profectus est Antonium. Et affecti sunt cum fratres uolentes eum reducere, ceperuntque ei culpas exprobare. Ille uero fecit culpam denegabat. Inuentus est ibi Abbas Paphuncius cui cognomen erat Cephalus, qui talem retulit in congregatione fratrum. inauditam parabolam. Vidi, inquit, in ripa fluminis hominem usque ad genua in limo demersum, uenientes autem ut eum porrecta manu extraherent usque ad collum demerserunt. Tunc beatus Antonius de beato Paphuncio ait. Ecce homo qui ex ueritate potest animas saluare. Quo fratres illius sermone compuncti agentes poenitentiam eum qui discesserat ad cenobium reuocauerunt.

§. CXXIX.

Dixit quidam de senioribus. Si uideris aliquem peccantem nemittas culpam in eum sed in illum qui impugnat eum apud temetipsum dicens. Veli mihi quia sicut iste uolens uicere est sic & ego hodie uel cras & plage & inquit Dei saluti. Nemo enim uult peccare, sed omnes decipimur.

§. CXXX.

Quidam Thimotheus Anachoreta negligentem fratrem aliquem audiens

interrogante ipsius abbate, quid illi fratri, faceret dedit consilium, eum expelleret. Cum ergo ille fuisset expulsus, tertio uenit ad Thimotheum. Et cum ploraret in conspectu Dei, & diceret miserere mei, uenit ad eum uox dicens, Thimothee ideo tibi hoc uenit quia fratrem tuum in tempore suę tentationis despexisti.

§. CXXXI.

Dicebant autem quia narrauerunt aliquis sanctorum patrum uidisse se quatuor ordines in callo quorum primus erat huminum infirmorum & gratias agentium Deo. Secundus ordo erat hospitalitatem sectantium & instanter ministrantium eis. Tertius ordo in Eremito commanentium & non uidentium homines. Quartus ordo erat qui ad obedientiam spiritualibus patribus se subiecit propter Deum. Utebatur ergo ordo obedientium torque aurea & maiorem gloriam quam alij habebat. Ego autem dixi ei, qui mihi hec omnia ostendebat. Quomodo iste ordo qui paruus est maiorem gloriam habet quam alij ordines, Et Respondens dixit mihi. Quia qui hospitalitatem sectantur secundum propria uoluntatem id ipsum faciunt. Similiter qui in Eremita se relegant arbitrio se de seculo recesserunt. Hic autem ordo qui se ad obediendum dedit omnes uoluntates suas abiciens pedet ad Deum & ad ius

li 4 nem

nem spiritualis patris propterea, & maiore gloriam habet. Quapropter, & fili bona est obedientia qua propter Deum fit. Intendite ergo filij virtutis huius, aliquid ex parte vestigium. Obedientia salus est omnium, obedientia genitrix ex est omnium virtutum, obedientia regni caelorum inuentrix est, obedientia caelos aperit & hominem de terra eleuat, obedientia cohabitatrix est angelorum, obedientia sanctorum omnium est. Ex hac enim ablati sunt & per hanc ad perfectionem perueniunt.

§. C X X X I I I.

Quidam senex dixit. Quia si quis fratri suo iniunctam causam cum timore Dei & cum humilitate sermo ille qui propter Deum fit, compellat fratrem suum obedire & facere quod iniunctum est ei. Si autem obedire, qui se cupiens non secundum timorem Dei, sed ex autoritate & propria voluntate fratri veluerit imperare, videt Deus abscessa cordis, & non illum permittit ut obediat, imperantur ne faciat quod illi preceptum est, quia manifestum est opus Dei quod fit propter Deum & manifesta est omnis autoritas qua per iactantiam ordinatur. Quaecumque enim ex Deo sunt a principio humilitate habent, quae autem ex autoritate & iracundia aut scurrilitate vel conturbatione ex diabolo sunt.

§. C X X X I I I.

Abbas Silvanus habebat discipulum nomine Marcum, cuius obedientia erat magna & propterea senior diligebat eum. Habebat autem & alios undecim discipulos qui contristabantur eo quod illi plus diligeret. Quod postquam alij senes audiverunt, mox venerunt ad eum ut ei renunciarerent quia fratres illi qui eum eo erant contristabantur. Sed antequam illi aliquid faterentur, ipse eum illis ad singulorum cellas profectus est. Et unum quocumque nomine proprio vocavit dicens. Egrede te foras frater, quia opus te habeo & nullus ex illis voluit egrede. Venerant autem post omnes ad cellam Marci, & cum pulsasset ostium, vocavit nomen eius, ille autem mox ut audivit vocem senis, foras egressus est. Et ingressus abbas in cellam Marci, quoniam scriptor erat, reperit quaternionem quem scribebat & invenit quod in qua hora vocatus est litteram quam faciebat in media dereliquit, tantum modo ut obedientiam adimpleret. Noluit autem post auditam vocem senis litteram, quam ceperat compleere. Vnde illi alij senes dixerunt ei. In veritate quem tu diligis, & nos iam diligimus, quia & Deus eum propter suam obedientiam diligit.

§. C X X X I I I.

Senex quidam solitarius habuit quendam ministrum manentem

rem in possessione. Contigit autem semel, ut tardante ministro deficerent necessaria seni. Et cum tempus intercessisset, & non veniret minister ille defecerunt quae necessaria habebat senex ad victum & quod operaretur manibus suis. Qui cum affligeretur non habendo quod laboraret, neque unde viveret, dicit discipulo suo. Vis ut vadas ad possessionem illam, ut voces nobis ministrum qui solet nobis afferre quae opus sunt nobis: Ille respondit. Quod iubes facio. Differat autem senex non presumens mittere fratrem. Et cum sustineret & tribularentur non venientem ministro illo dicit iterum senex ad discipulum suum. Vis ire ad possessionem & adducere eum. Et ille respondit. Quod vis facio. Timebat autem & discipulus eius descendere ad possessionem ne forte scandalizetur aliunde, sed ne inobediens esset patri suo, acquieuit ibi. Dicit autem ei senex. Vade & credo in Deum patrum meorum, quia proteget te ab omni tentatione. Et facta oratione direxit eum. Veniens autem frater in possessionem requisivit ubi maneret, inivisit ille. Et invenit hospitium eius. Contigerat autem eum cum suis omnibus ad memoriam parentum suorum extra possessionem inveniri, & non invenit ibi quemquam, excepta una filia eius quae ut pulcherrimum fratrem audivit venit ad

ostium & aperuit ei. Et cum interrogaret ea de patre suo, illa hortata est eum ut intraret hospitium, simul etiam & trahebat eum. Ille veronon acquiescebat intrare. Sed cum diu cogeret, prevaluit eum introducere ad se, & complexa est eum & cepit illicitare eum ad commixtionem corporis eius. Ille autem videns se trahi ad luxuriam, & cogitationibus confundi ingemiscens clamabat ad dominum dicens. Domine propter orationem patris mei libera me in ista hora, & dum dixisset subito inventus est ad flumen pergens ad monasterium & restitutus est illi sus ad abbatem suum.

§. C X X X V.

Duo fratres carnales venerunt habitare in quodam monasterio, ex quibus unus erat praecelso continentiae, alter obedientiae magna, cui dicebat pater. Fac hoc & faciebat, & fac illud & faciebat, manduca mane & manducabat. De qua re magna in monasterio opinio habebat, quia ita obediens existerat. Vetus est frater ille continens aduersus eum invidia, & utxit in semetipso. Ego probo istum habere obedientiam & accedes ad patrem monasterij dicit ei. Mitte me cum fratre meo ut eamus alicubi, & dimittit eos abire, & assumens eum frater ille abstinentis veluit eum tentare. Et cum veniret ad flumen ubi erat, multum

do crocodillorū dicit ei. Descende in flumen & transi, & mox ille descendit. Venerunt crocodilli & slingeant corpus eius, in pullo lādētes eū. Quod cū vidisset frater eius, dicit ei. Ascēde de flumine, & cū iter agerēt inuenerūt corpus humanū iacēs in via. Et dixit ille abstinens ad fratrem suū. Si habuissēmus aliquid vestitū, iactaremus super corpus illud. Et respōdens ille obediēs fratri dixit. Magis oremus forsītā surget. Et stantibus illis ad orationē, atq; orantibus intente, surrexit mortuus ille. Quo factogloriatus est abstinens frater & dixit. Pro cōtinētia mea suscitatus est mortuus hic. Omnia autem hęc reuelauit Deus abbati monasterij eorum, & qualiter tentauerit fratrem suum de crocodillis, & quomodo suscitatus fuerit mortuus, & cum venissent ad monasterium dicit abstinenti illi abbas. Quare ita fecisti fratri tuo. Ecce tantum per obedientiā eius surrexit mortuus ille.

§. C X X X V I.

Quidam ex senibus de Scythia discipulum suū transmisiit in Aegyptum, vt eū camelum deferret qui sportellas quas fecerat portaret in Aegyptum. Cum autem deduceret camelum alter senex obuius ei dicit ei. Si scissem frater quādo ibas in Aegyptū dixissem tibi, vt & mihi alterum camelum deduceres.

Quod cū ille frater proprio abbati dixisset prae multa charitate dicit ei. Vade fili & duc camelū ad illum dicens ei, quia necdum pariti sumus, cōple necessitatē tuā, & vade tu cū ipso camelo vsq; in Aegyptū, & iterū reduc nobis camelum, & nostra vasa portemus. Cū ergo fecisset frater sic & iuisset ad illū senem dicens, Abbas Pābo dicit quia nos necdū parati sumus, tolle & cōple necessitatē tuā. Caricauit autē senex camelū & iuit in Aegyptū. Cum autē dis-caricasset, iterum ille frater reducebat camelū, & dixit, ora pro me pater. Cūq; senex requisisset quo pergeret respondit. In Scythiam vado, vt etiam nostras sportellas huc afferā. Quod cum audisset senex compunctus cepit pœnitere dicens lachrymādo. Indulgetemihi dulcissimi, quia charitas vestra fructum meum abstulit.

§. C X X X V I I.

Alter senex cum perfecisset sportellas suas & iam retinacula misisset earum audiuit vicinū suum dicentē. Quid faciā qm̄ nundinæ prope sunt, & non habeo vnde mittam retinacula in sportellas meas & mox ingressus dissipauit propria retinacula, & attulit ad fratrem dicens, ecce ista superflua habeo, tolle & mitte in sportellas tuas, & ita prae nimia charitate fecit vt fratris opacōple rens sua autē imperfecta reliquit

Abbas

§. C X X X V I I I.

Abbas Ioannes gratia charitatis omnem malitiam est oblitus. Hic cum a quodam fratre mutauisset solidum vni & comparasset linum vnde operaretur venit vnus frater petens eum parum lini vt faceret sibi saccum at ille dedit ei cum gaudio. Itē aliter venit petens eum linum & dedit ei. Nec nō & alijs plurimis venientibus & petentibus dedit omnibus cum gaudio. Post hoc ille qui mutauerat solidum venit repetens eum. At ille dixit. Ego vado & afferam tibi & non habens vnde redderet surrexit & profectus est ad abbatem Iacobum vt peteret eum quatenus redderet illi a quo mutauerat. Et dum iret per viam inuenit solidum iacentem & non eum tetigit, sed facta oratione reuertus est in cellulam. Et cum iterum frater ille repeteret rationem suam dicit ei. Vnde cūque modo defero illum. Et iterum profectus inuenit solidū, vbi anteposit⁹ erat. Et facta oratione reuertus est, & ecce iterum venit frater ille molestās eum pro solido. Tunc senex dixit modis omnibus modo vado & afferō illum & dū proficisceretur inuenit eodē loco solidū iacentem & facta oratione tulit eum & venit ad abbatē Iacobum, & dicit ei abbas venias ad te inueni hunc solidū in via. Fac ergo charitatem & prēdi-

ca hoc in ciuitate ne forte aliquis perdidit illū & si inuentus fuerit dominus eius, redde illū. Profectus est ergo senex & per tres dies predicauit, & nemo inuentus est qui perdidisset solidum illum. Tunc ergo Ioannes dicit ad abbatem Iacobum. Si nemo illum perdidit reddo illum fratri illi quoniam debeo illi, & veniens ad te mutare, aut certe tollere in charitate reddere illi debitum meum inueni illum. Et miratus est senex quemadmodum debens & inueniens non statim tulit eum & reddiderit nisi bis, & tertio reuertus esset & predicasset. Hoc autem erat eius mirabile, quia si quis volebat ab illo aliquid mutuari, non dabat per manus suas, sed dicebat fratri. Vade & tolle tibi quod opus habes, & cum reportaret iterū dicebat vade & reporta in locovnde tuleras si autem nihil detulisset nihil ille penitus dicebat.

§. C X X X I X.

Abbas Poemen dicebat voluntatem tuam nunquam adimpleas, sed magis humilia te ipsum, vt facias voluntatem proximi tui. Item abbas Poemen quādo vocabatur, vt extra voluntatem suam comederet, ibat plorās ne inobediēs fratri suo cōtristaret eum. idem mastrans propriam voluntatem humiliatus voluntatem sequebatur alterius.

Qui-

§. C X L.

Quidam anachoreta sedebat in spelzoiuxta cœnobium multas virtutes faciens, & cum aliqui monachi venissent de cœnobia compulerunt eum hora non consueta comedere. Et post hoc dicunt ei fratres. Contristatus es abba, quia hodie extra consuetudinem fecisti, quibus ille respondit. Tunc mihi est tribulatio quando propriam fecerem voluntatem.

§. C X L I.

Abbas Paphuncius non gustabat vinum aliquando. Semel autem ambulans devenit super latrones. Et cum in via eos invenisset bibentes cognitus est a principe latronum, qui sciebat eum quod vinum non biberet sed videns quia ex labore itineris fatigatus esset implevit calicem grandem vino & gladium tenens in manu sua dixit seni. Nisi biberis hunc calicem occidam te. Cognoscens senex, quia ex mandato Dei vult facere, volens eum lucrari tulit & bibit. Princeps autem latronum cepit ei dicere. Indulge mihi abba quoniam contribulavi te. Cui teax ait. Confido in Deum meum, quia propter calicem vini faciat tecum misericordiam & in presenti seculo & in futuro. Dicit ei princeps latronum. Et ego confido in Deo, quia ab hodie nemini ma-

lesacio. Et lucratus est senex omnino collegium latronum.

§. C L X I I.

Erant duo fratres, unus ex illis senex erat qui rogabat iuniorum dicens, Rogo ut pariter habitemus frater. Ille autem respondit. Ego peccator sum, & non potes mecum habitare. Ille vero rogabat eum dicens, Possumus, esat autem ille senior mundus & nolebat audire, quia monachus habebat aliquando cogitationem pravam. Et dicit ei ille iunior, per mitte quietere hac una septimana, & iterum loquamur. Cum ergo post septimanam senex venisset ad eum ille volens experiri eum dixit ei, In grandem tentationem incidi in septimana hac abba. Profectus enim in vicum propter necessitatem peccavi. Et dixit ei senex, & vis poenitere, cum autem ille promississet ait senex. Ego tecum porto mediu peccati illius. Tunc ille frater dixit. Modo possumus ambo pariter manere. Et manserunt pariter usque ad tempus transitionis sue.

§. C X L I I I.

Quidam senem dicebat quicquid horret homo mali omnino ne faciat alteri. Horret enim si quis detrahit tibi tu ne detrahas alteri. Horret si quis tibi aliam fecerit, vel si quis tibi aliquid abstulerit, & tu siue hoc siue alia his similia ne facias alicui.

alicui. Qui enim hoc verbum servaverit potest illi sufficere ad salutem.

§. C X L I I I.

Abbas Poemen, & Abbas Nub postquam in desertum venerunt desiderabat mater eorum videre eos & sepe veniebat ad eorum cellam, nec tamen potuit illic contemplari eos. Captato itaque tempore, occurrit eis cum ad Ecclesiam festinarent. Qua visa reuersivelerociter ostium cellę clauserunt. Illa autem stans foris cum lacrymis querebat eos. Tunc abbas Nub egressus ad beatum Poemen ait. Quid faciemus de hac matre nostra quę plangit ad ostium. Tunc exurgens abbas Poemen vadit ad ostium. Quo non aperto audiens eam iugiter lamentari dixit ei. Cur tantos clamores cum iam etate defessa sis & planctus effudis. Illa autem voce filij cognita, amplius exclamavit dicens. Quoniam vos videre desidero filij. Quid est enim si vos videro. Nonne sum vestra genitrix. Nonne vos his meis lactavi uberi bus: iam omni morarum contractione repleta sum, & audita voce tua omnia viscera mea pro desiderio conturbata sunt. Cui Poemen ait. Hic nos magis an in futuro seculo videre desideras. At illa dixit. Quid ergo si vos hic non videro, quasi illic pro certo visurum. Senex autem respondente, quod se hic cohibere poteris, ne nos

videas, illic proculdubio nos videbis. Tunc illa discessit cum gaudio dicens si pro certo illic vos visurum sum hic vos videre iam nolo.

§. C X L V.

Ioannes minor Thebeus discipulus abbatis Ammonis, per duodecim annos cuidam seni infirmanti fecit obsequium. Senex tamen cum invenisset eum laborantem nunquam illi sermonem blandum, aut placitum locutus est. Cum autem transiret sedentibus alijs senibus tenuit manum eius & dixit ei tertio. Salueris, Salueris, Salueris. Et tradidit illum senibus dicens, Iste non homo, sed angelus est, qui tot annis mihi infirmanti, nec tamen bonum sermonem audiens fecit obsequium cum magna patientia.

§. C X L V I.

Abbas Agathon veniens in civitatem, ut opera sua venderet, invenit quendam peregrinum iacentem in Angipartu infirmum, nullum habentem, qui ei curam adhiberet & permansit ibi senex, & conduxit sibi cellam, & ex parte manuum suarum prestabat infirmo illi obsequium. permansit autem ibi mensibus quatuor donec sanaret infirmum. Et sic ad cellam suam regressus est.

§. C X L V I I.

Quidam magnus senex infirmanti discipulo suo dixit. Non contristeris filii

fili ex infirmitate vel plaga corporis tui. Summa enim religio est vt in infirmitate quis agat Deo gratias. Si ferrū es per ignem eruginem amittis. Si verò aurum es, der ignem probatus a magnis ad maiora venies; Ne anxieris ergo frater. Sic em̄ Deus te vult incorporate torqueri, tu quis es, vt eius potestati resistas, aut moleste feras. Sustine ergo & roga Deum, vt quæ ipse vult illa concedat.

§. CXLVIII.

Senex quidam cum frequenter infirmaretur corpore & langueret, contigit vt vno anno nulla eum egritudo contingeret. Et propterea flebat & grauius ferebat dicens; Reliquisti me domine, & noluisti me presenti hoc anno visitare.

§. CXLIX.

Dicebant de quodam sene, quia cū moreretur in Scythia, circumsteterunt fratres lectum eius, & vellerunt eū, & cœperunt flere, ille autem aperuit oculos suos & risit, & adiecit iterū fiderē. Hoc autem factum est tertio. Quod cum vidisset fratres, rogauerūt eū dicentes. Dic nobis abba, quare nobis flentibus tu ridebas; Et dicit eis Primo risi, quia vos timetis mortem. Secundo risi, quia non estis parati. Et tertio risi, quia à labore ad requiē vado. Hęc cum dixisset statim clausit oculos in mortem.

§. CL.

Abbas Pammon in ipsa hora quando transibat iā de corpore dixit alijs viris sanctis astantibus sibi. Quia ex quo veni in hunc locum solitudinis & fabricaui mihi cellulam, & habitauī in ea, extra manū meā ulaborem nō recolo me comedisse panem neq; me locutū fuisse sermonē quē me protulisse penitenter vsq; in hanc horam, & sic vado ad dominū, quomodo qui nec initium feruendi Deo adhuc fecerim.

§. CLI.

Abbas Agathon dum moreretur per tres dies oculos apertos tenuit non eos mouens. Fratres autem rāgētes eum dixerunt. Vbi nunc es abba? At ille dixit. In cōspectu iudicij Dei sto. Et dicunt ei fratres. Nunquid & tu times. Quibus ille respōdit. Interea quātum fuit ad virtutem meam semper considerauī, vt mandata Dei mei facerem. Sed homo sum & vnde scio, si opera mea placent Deo. Cui fratres dixerunt. Non confidis, quod opera tua secundum Deum sunt. At ille respondit non confido in cōspectu Dei, quia aliud est iudicij Dei & aliud hominum.

§. CLII.

Abbas Sisoyo cum tempus dormitionis eius aduenisset, & multi alij senes conuenissent. Viderunt faciem eius fulgore

gore quodam radiantem, & dicit eis ipse. Ecce abbas Antonius venit ad nos, Et post parū ait. Ecce & chorus prophetarū & iterum facies eius clariore luce aspersa est. Et dicit eis. Beati quoq; Apostoli assunt. Visusq; est cum quibusdam loqui. Cum ergo postularent ab eo patres, vt cum quibus loqueretur ediceret, ait ille. Angeli inquit venerunt auferre animam meam & supplico illis, vt paululum me pro pœnitentia agendi sustineant. Dicunt autem ei patres. Tu iam non indiges pœnitentiā agere abba. At ille respondit in veritate dico vobis, quia nec initium pœnitentiæ me reminiscor arripuisse. Ex quo dicto senserunt quod in timore domini esset perfectus. Tūc in splendore solis efügie relucente eius dicit ad eos ipse. Videte videte, quia dñs venit. In hoc sermone reddito spiritu omnis locus ille grati odore repletus est.

§. CLIII.

Beatus Arsenius dum tempus migraret de hoc seculo approximaret dicebat ad discipulos suos. Nemo super me sit. Iam charitatem nisi in sola oblatione, ego si feci charitatem inuenio illam. Turbatis autem discipulis eius quasi iam tempore propinquantē dicit eis. Necdum hora mea venit, cum autem venerit non tacebo. Sed tamen sta-

bitis mecum ante diuinum iudicium si al. cui de meo corpusculo aliquid velut reliquias dederitis illis autem respondentibus. Et quid faciemus pater, quia nescimus hominem sepelire. Respondit ille. Nanquid nescitis funem in pedibus meis mittere, & ita me ad montem trahere. Pili autem oculorum eius ex iugi fletu ceciderant. Nam per omne tempus vitæ suæ sedens, & operans pœnitentiā in sinu suo habebat propter lachrymas defluētes ex oculis eius. Dum ergo moreretur cœpit flere & cum fratres illius requirerent dicentes. Quid fles pater. Nunquid & tu times. Ille respondit. In veritate timeo, & iste timor qui nunc mecum est semper in me fuit ex quo factus sum monachus. Cum autem vidisset abbas Poemen, quia transijt dixit. Beatus es abba Arseni, quia te tantum in hoc seculo planxisti. Qui enim hic se non planxerit illic se lugebit. Aut ergo hic ex voluntate, aut illic pro tormentis ingossibile est hominem non plangere. Abbas Daniel narravit de eodem beato Arsenio: quia nūquam voluerit loqui de questionibus scripturarum, cum magnifice posset; si voluisset, sed neque epistolam cito scripsit ad aliquem. Quando autem ad conuentum veniebat post columnam sedebat ne quis videret faciem.

faciem eius, & ne ipse aliquem videret alium. Erat autē visio eius angelica sicut Iacob capillis canus, & ornatus elegans, corpore siccus tamē. Habebat autem barbam prolixam omnino attingentem vsque ad ventrem eius. Longus autem erat: sed senio longinquo curuatus, moritur annorum nonaginta quinque. Hic fuit in palatio diu memorix Theodosij maioris, qui fuit pater Archadij & Honorij annos quadraginta. Et decem annos in loco qui dicitur Troin, supra Babyloniam contra ciuitatem, que dicitur Memphis, & tres annos in campo Alexandria. Alios duos annos reuersus iterum in Troin, & ita dormiuit in pace consumens cursum suum vit bonus & Spiritu sancto plenus & fide.

§. CLIII.

Beatus Athanasius Episcopus rogauit aliquando abbatem Poemen, vt iret in Alexandriam. Qui descēdens cum fratribus cum vidisset quosdam seculares dicit eis. Surgite & salutate monachos, vt benedicamini ab eis. Frequenter enim isti loquuntur cum Deo & os eorū sanctū est. Et cum vidisset ibi mulierem theatricam lachrymans est. Et requiesierunt astantes cur plangeret. At senex respondens dixit. Dux me res ad has lachrymas cōpulerunt. Vna quidem perditio

illius mulieris. Secūda vero, quia ego tantam curam nō habeo placendi Deo quantā habet hęc mulier vt hominib⁹ turpib⁹ placeat.

§. CLV.

De quodam senē dicebatur, quia quotiens illi sua cogitatio dicebat, dimitte hodie & cras pœnitebis, ipse iterum respondebat. Non ita, sed hodie debemus pœnitere & cras voluntas Dei fiat in nobis.

§. CLVI.

Quidam ex patribus de aliquo referebat Episcopo, eo quod audisset duos de plebe sua viros nimis impunitatis adulteros. Rogauit ergo Deū vt si ita esset sibi ostenderet. Cum ergo post oblationem consecratam vnusquisque ad communionem accederet, singulorum facies intelligebat & animas. Peccatorū enim facies nigras inspiciebat vt carbonem, & oculos eorum sanguine repletos, alios vero vidit clara facie & vestibus albis indutos. Cum autem corpus Domini suscepissent in quorundam vultibus lumen in quorundam flamma videbatur. Vt autem agnosceret de illis quorū crimina audiebantur, communionem illis porrexit, & vidit vnum ex eis clara facie & honorabili, albisque vestibus circumdatum. Alterum vero nigrum, & horribili vultu. Et postquam diuini gratiam myste-

iti

rijs perceperunt illum vis luminis illustrabat: istum vero alium quasi flamma succedebat. Orauit autem Episcopus de singulis quæ ei ostensa fuerant se doceri. Astitit autem angelus Domini dicēse. Omnia quæ de ipsis audisti vera sunt, sed ille vnus in sordibus suis permanet, & in voluntate peccandi, ideo illum nigra facie & flamma succendi vidisti. Ille vero alter similis ei quidem erat sicut au dieras: sed ideo illū clara facie illustrari vidisti, quia recordatus de his quæ primum fecit abrenunciāns illis malis operibus cum lachrymis & gemitibus Dei misericordiam postulabat promittens, quod si prætērita ei fuissent remissa peccata, vltērius ad eādem non rediret. Et ideo prioribus delictis criminibus ad hanc gratiam quam vidisti peruenit. Cum autem Episcopus gratiam Dei miraretur, eo quod non solum de tormentis tam turpis vitæ hominem decorauerit. Respondens angelus dixit, Bene miraris, homo enim es. Nam dominus noster ac vester naturaliter bonus & humanus est cessantibus à peccatis, pœnitentibus enim se per confessionem non solum peccata dimittit, sed etiam honore efficit dignos. Sic enim dilexit Deus hominem vt vnigenitum suum filium pro peccatoribus destinaret, & pro

ipsis daret ad mortem. Qui ergo dum inimici eius essent mori pro ipsis elegit quanto magis quando illi proprij fiant. Hoc ergo scias quia nullum peccatum humanū bonitatem Dei vincit si tantum modo per pœnitentiā vnusquisque ea quæ prius fecerat aboleuerit mala, misericors enim Deus & infirmitatem generis vestri scit, & passionum fortitudinem & diaboli virtutem vel malitiam & cadentibus quidem hominibus in peccatum tanquam filijs indulgens expectat emēdationē, pœnitentibus vero tanquam languidis cōpatitur, & mox soluens peccata eorum iustis illis etiā pramiam tribuit. Audiēs vero hęc Episcopus miratus est nimis & gloriificabat Deū.

§. CLVII.

Abbas Paulus simplex habebat hanc gratiam, vt ingredientiēs in ecclesiam aspiceret & ex ipsa facie eorum vnus cuiusq; cogitationes seu mala essent seu bona sentiret. Cum ergo venissent ad Ecclesiam & ingredientiētur, senex vidit eos clara facie & lato animo ingredi, & angelos eorum pariter cum gaudio cum ipsis. Vnum autem nigrum vidit & nebulosum habētē corpus & demones hinc atque inde trahētes eū ad se misso frano in naribus, & angelum sanctū eius à longē sequentē tristē. Beatus ergo Paulus cœpit flere & pectus

kk suum

suum rondere, sedens ante Ecclesiam propter eum quem talem viderat. Omnes autem alij senes videntes eum sic flentem cœperunt rogare, vt si quid in ipsis vidisset manifestaret, aut cum eis in gredederetur in cōgregationem. Ille autem volebat ingredi, sed semper flebat propter eum quem sic viderat. Post paululum autem cum absoluta congregatione discederent iterum omnium vultus circumspiciebat si tales egredederentur quales ingressi sunt & vidit illum quem ante vidit nigrum & nebulosum, egressum de Ecclesia clara facie, & candido corpore & demones a longe sequentes eum: sanctus autem angelum eius prope eum hilarem, & gaudentem super eum nimis. Tunc Paulus exurgens cum gaudio vociferabatur benedicens Deum ac dicens. Quanta misericordia & benignitas Dei est. Quam misericordia eius est. Et ascendens in altiore locum magna voce dicebat. Venite & videte opera dei venite & videte quemadmodum vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire. Venite adoremus eum dicentes quia tu solus potes peccata tollere. Cum autem omnes conuenissent exposuit eis Paulus quid vidisset antequam ingredederetur in Ecclesiam, & quæ postea, & petebat illum fratrem quem sic viderat vt ei manifestaret cogitatio-

nes suas & actus, vel quemadmodum tantam commutationem illi Deus donasset. Ille autem ante omnes cœpit referre dicens, ego sum homo peccator, & in multis turpibus sum deditus. Ingressus autem nunc in Ecclesiam Dei, audiui verba Isaie prophete magis autem Dei per ipsum loquentis. Lauamini, mundi estote & tollite maculas de animabus vestris ante cōspectum meum. Discite benefacere, quærite iudicium. Et si fuerint peccata vestra tanquam cocinæ, velut nix dealbabitur, & si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Ego autem miser & fornicator cōpunctus in hoc sermone prophete & ingressus intra pedes meos dixi Deum. Domine tu es qui venisti saluare peccatores. Hæc ergo quæ nunc per prophetam promisisti opere cōple in me indigno peccatore. Ecce enim amodo pœniteor, tibi & extero corde pœniteor, quia hoc vltius non faciam malum, sed renūcio omni iniustitiæ & amodo seruiō tibi in cōsciētia mundā. Ab hodie ergo dñe & ab hac hora suscipe me pœnitentem & adorantem te & renūtiātem omnibus peccatis. Iuravi & statui apud me seruare oēs tuas iustificaciones. Sub hac ergo spōsione egressus sum de Ecclesia, statuens apud me nihil de prioribus peccatis vltius facere. Tunc omnes senes exclamauerunt dicentes ad domi-

dominum voce magna, quam magnificata sunt opera tua Domine omnia in sapientia fecisti.

§. CLV.III.

Abbas Ioseph dum cum alijs senibus ad abbatem Poemen venisset quidam ex parentibus prædicti senis attulit infatē cuius facies per corruptionem fuerat deprauata, & sedens pater eius cum eo foris monasterium plorabat. Cum autem vnus senex ad vocem flentis egressus esset & interrogaret eum cur ploraret, ille respōdit. Patens sum istius abbatis Poemenis & ob hoc veni vt hunc infantem, quem tentatione contemni vidisset, & timuimus illum huc afferre. Et nunc si cognouerit quia hic sum, adhuc expellet me hinc. Ego autem vidēs vos patres qui ad eum venistis præsumpsi venite huc. Quomodo vis ergo abba miserere mei, & tolle infantem hunc & defer intus tecum vt orer pro eo. Quem cum tenex attulisset in cellam sapientius consilio, non illum obtulit primo abbati Poemeni, sed a minoribus fratribus incipiens dicebat Signate hunc in fatē fratres facientes orationem rogans per singulos senes. Post omnes detulit illum ad abbatem Poemen. At ille nolēbat eum contingere. Cum autem rogaret eum, vt sicut omnes ita, & ille oraret exurgens senex ingemuit, & orauit dicens.

Deus sana facturam tuam ne dominetur illi inimicus. Et signauit infantem, moxque patri sanus est redditus.

§. CLIX.

Requiritus quidam ex patribus si perfectum bonum esset egestas respondit. Magna est penuria. Nam qui eam voluntarie sustinet tribulationem quidem carnis habet, animæ vero suæ inuenit requiem.

§. CLX.

Quidam frater requisuit senem dicens, Si paucos nummos mihi debet frater iubes vt repetam eos, cui senex ait. Semel tantummodo dic illi cum humilitate. At ille dixit quid si semel dixerō & nihil mihi dederit, quid faciam. Tunc senex ait. Vltius nihil ei dicas. At ille dixit. Et quid faciam quia non possum vincere cogitationē meā nisi fuero illi importunus, dixit ei senex, dimitte cogitationem tuā crepare tantummodo ne cōtristes fratrem tuum quia monachus es.

§. CLXI.

Quidam frater requisuit senem dicens. Quomodo potest anima humilitatem adipisci. Ille respōdit. Si uia tantummodo & non alterius mala cōsideret. Dicebat autem, quia perfectio hominis humilitas est, quantumcunq; eum deposuerit se homo in humilitate tantum placet in-

alrum Sicut enim superbia susce-
derit in celum vsque ad inferos
deducitur ira humilitas si descen-
derit vsq; ad infernum tunc exal-
tatur vsque ad celos.

§. CLXII.

ABbas Macharius dum am-
bularet in deserto caput cu-
iusdam hominis aridum in-
uenit in terra. Quod post quā ba-
culo suo conuertit, vocem visum
est emittere. Quod senex quis nā
esset interrogat, at ille respondit.
Ego quidem princeps eram sacer-
dotum idolorum qui in hoc loco
habitabat. Tu autem es abbas Ma-
charius spiritu diuino repletus.
Quacunque enim hora misertus
eorum feris, qui in pœna sunt, &
pro eis oraueris, consolationem ali-
quam sentiunt. Cui senex & quæ
est consolatio vestra vel pœna, re-
spōde. At ille altius in gemiscens
Quātū inquit cælum distat a ter-
ra: tantū ignis est altus in quo me-
dio sumus a pedib; vsq; ad caput
vndiq; perfusi nec cui quā licet fa-
cie alterius intueri, sed facies no-
stro deo cōiunctæ sunt. Cum er-
go omnes pro nobis ex parte vide-
mus alterutram & hoc nobis pro-
consolatione constat. His auditis la-
crymas fudit dicens. Veh dei il-
li in quo homo mādata Dei tras-
gressus est. Et iterum ab eo si esset
altera pœna maior inquit. Cui il-
le respōdit. Sunt nobis alij multo
inferius. Cūque qui essent illi in-

terrogaret dixit. Nos quidem qui
Deum nō cognouimus misericor-
diam quātulameūq; patimur: illi
vero qui cognitū negauerunt gra-
uioribus, & ineffabilibus pœnis
subtus nos cruciantur, quibus au-
ditis beatus Macharius capite al-
tius terræ defosso discessit.

§. CLXIII.

Quidam frater requisitū à
senedicens abba cur a de-
monibus grauitè im-
pugnatur, Respondens senex di-
xit, quia arma nostra proijcimus
à nobis, id est patientiam, humil-
tatē māluerunt atq; obediētiam.

§. CLXIII.

Quidam frater requisitū
abbatem Syfoium dicens,
Putas abba, si modo
persequitur nos diabolus sicut an-
tiquos patres? Respondit, magis
modò homines persequitur no-
stræ ætatis: quia appropinquant
pœnarum genera, vbi ille cum le-
gionibus suis angustiatur, dum
sit stagnum vbi cum igne & sul-
phure erit arsurus. Ideo homini-
bus infestatur, nec tarū infirmos
quosque appetere dignatur, quos
vbi voluerit cito subuerit, sed for-
tes magis & magnos supplantare
per diuersa præcipitia aggreditur.

§. CLXV.

Quidam fratres requisie-
runt abbatem Syluanum,
per quam viam adeptus
esset tantam prudentiam? respon-
dit

dit eis ille dicens, nūquam dimisi
morari cogitationes, malas in cor-
de meo, quæ Deum prouocarent
ad iram.

§. CLXVI.

Beatius Antonius dicebat, Si
potest fieri quantos passus
ambulet monachus vel quot
calices aquæ bibit incellatua ha-
bet declarare senioribus, vt non
debetur in ipsis.

§. CLXVII.

ABbas Poemem dixit, nul-
lo sic gaudet inimicus quo
modo in illo qui nō vult co-
gitationes suas manifestare.

§. CLXVIII.

Quidam frater dixit ad se-
nem: ecce abba frequen-
ter interrogo seniores
patres vt dicant mihi commoni-
tionem pro salute anime meæ &
quicquid dixerunt mihi, nihil reti-
neo. Erat autem seni duo vasa va-
cua & dixit ei senex. Vade & af-
fer vnū ex illis vasibus & mitte a-
quā & laua illud & effunde, & po-
ne nitidum in locum suum. fecit
ergo ita frater semel & bis. Et di-
xit ei senex. Vtraq; vasa simul af-
fer & cū attulisset dicit ei. Quale
est ex vtriusq; mundius respōdit
frater. Vbi aquā misi & laui. Tūc
senex dixit ei. Sic est & anima fi-
li, quæ frequenter audit verba Dei
quanuis nihil retineat ex his quæ
interrogat tamen plus mundatur
quam illa quæ non requirit.

§. CLXXI.

Quidam senex dixit. Quan-
do opera bona exercet mo-
nachus veniens diabo-
lus locum nō inuenit in eo, & sta-
tim discedit. Si autem malum o-
pus exercet veniens frequenter spi-
ritus Dei: videns malū opus nō
ad eum accedit, sed recedit. Si au-
tem ex toto corde iterum requisitū
fuerit cito reuertetur.

§. CLXX.

Quidam senex dixit dixit. Vt
quet unc debet laborare mo-
nachus vsque quo pos-
sideat Christum. Qui autē semel
illum adeptus fuerit iam nō labo-
rat. Permittit tamen Dominus la-
borare electos suos vt rememorē-
tur tribulationū labores: vnde
semetipfos custodiat, timētes ne
tantos labores amittant. Nam &
filios Israel ideo Deus per deser-
tum quadraginta annos circun-
duxit, vt rememoratus tribulatio-
nibus non redirent retrosum.

§. CLXXI.

Quidam frater interroga-
uit senem dicens. Dic mi-
hi pater quare nunc la-
borantes monachi non accipiunt
gratiam sicut antiqui patres? Cui
senex dixit. Tunc tanta charitas
erat, vt vnusquisq; proximū suum
sursum traheret, nunc vero post
quā charitas refrigescit totus mū-
dus in maligno positus est, & sin-
guli proximos suos ad infera

KK 3 deducunt

deducunt, & ideo sic gratia non fortimur.

§. CLXXII

Quidam frater requisivit senem dicens, Puras abba cognoscunt sancti viri quando venit in eos gratia? respondit senex dicens non semper cognoscunt. Nam cuiusdam magni senis, discipulus cum peccasset in aliqua re, iratus senex dixit ei cum clamore. Vade & morete, & statim ille cecidit & defunctus est. Cumque senex vidisset eum mortuum timor ingens irruit super eum: & cum magna humilitate oravit rogans Deum & dicens, Domine Iesu Christe resuscita illum & iam ulterius sine consideratione talem non loquar sermonem & cum haec dixisset statim surrexit discipulus eius.

§. CLXXIII.

Abbas Poemen dixit, homo qui alios docet & non facit ea quae docet similis est fonti alto qui omnium res lauat, & omnes sariat potu: seipsum autem lavare non potest, sed habet & immunditias & sordes limorū. Item dixit doce animam tuam servare, quae lingua tua alios docet.

§. CLXXIII I.

Quidam anachoreta cum venisset ad abbatem Poemenem suscepit eum senex cum laetitia. Et cum se alteri amplexi fuissent coepit ana-

choreta de scripturis sanctis & de rebus celestibus conferre. Tunc senex vertit faciem suam ad alium fratrem, & non dedit anachoretae responsum. Ille vero videns quod non loqueretur eum eo, egressus est tristis & dicit discipulo illius. Sine causa tanti itineris laborem assumpsi, ut venirem ad eum qui mihi loqui dignatur. Ingressus autem discipulus ad abbatem Poemenem dixit: propter re huc venit abba iste homo magnus tantam gloriam in locis suis habens, & tu non vis loqui cum ipso, respondens senex dixit. Iste homo de superioribus est, & caelestia loquitur, ego autem de inferioribus sum & terrena vix loqui possum, si mihi locutus fuisset aliquid de passionibus monachi forsitan & ego respondissem illi: Si autem de celestibus loquitur, ego me nescire confiteor: egressus ergo discipulus, dicit ad anachoretam: Senex iste noster non vult de altioribus questionibus loqui, sed si quis ei de passionibus locutus fuerit, respondet illi. At ille compunctus in hoc sermone ingressus ad senem dixit. Quid faciam abba, quia dominatur mihi passionibus cordis mei. Tunc senex respexit eum gaudens, & dixit ei. Modo bene pater venisti. Aperio ergo os meum & implebo illud bonis tuis. Et hoc sermone adiutus est anachoreta & dixit. In veritate bona est haec via quam tenet

& ve-

& vera, & agens seni gratias reuersus est in propria regionem.

§. CLXXV.

Quidam senex dixit. Si quis autem de scripturis, aut de quacunque causa locutus fuerit ne contendas cum eo. sed si quidem bene dicit consenti ei, si vero male, dic ei. Tunc scias quomodo loquaris. Ait apostolus. Non li contendere verbis, hoc observas & humilitatem possidebis, & odium evitabis. Nam si persistas contentens, & vis defendere sermonem tuum nascetur scandalum. Frequenter ergo dum laudas alterum fit etiam exiustificatione contentio. De quacunque autem regraviter contentenderis non parum noxieratē senties, & nullo modo quietē possidebis. Magis autem stude silentium & de nullo es solitus. Attende meditationi tuae, tam mane quam vespere & imperium inimicorum non timebis.

§. CLXXVI.

Quidam frater interrogavit senem dicens, Usquequo est observandum silentium patris? Respondit senex. Usquequo interrogeris. In omni enim loco si taciturnus fueris, quietē possidebis.

§. CLXXVII.

Abbas Poemen dicebat, sicut apis quocumque vadit mel operatur, ita & monachus quocumque pergat, si propter opus Dei perierit, dulcedinem bonorum actuum semper potest perficere

§. CLXXVIII.

Abbas Mutues venit aliquando de loco qui vocatur Raghtham in partibus Gebonionis. Erat autem cum eo etiam discipulus eius. Videns autem eum Episcopus loci illius tenens inuitum eum presbyterum fecit. Et dum pariter comederet, dicit ei Episcopus. Indulgem mihi abba: scio enim quia hunc honorem volebas, sed ego a te benedicti desiderans hoc praesumpti facere. Cui senex pro humilitate ait. Et me cogitatio parum volebat, sed in hoc laboro quia diuidi habeo a fratre qui mecum est, & solus non sufficio orationes meas implere. Dicit ei Episcopus. Si scis eum esse dignum ordino ego & illum. Respondit abbas Mutues. Si quidem dignus sit, nescio, vnum autem scio quia melior me est. Ordinavit autem & illum. Vtrique tamen ipsi ita permanserunt usque ad finem suum, ut non minus ad altare quantum ad oblationem sacrandam accederent. Unde dicebat senex. Confido in Deum meum, quia non habeo grande iudicium propter hanc ordinationem, quia oblationem non mihi praesumpti offerre. Nam ordinatio haec illorum est qui sine culpa sunt iusti & immaculati. Ego autem bene me cognosco.

§. CLXXIX.

Quidam frater beatum Marcharium postulabat, ut ei sermonem diceret per quem posset saluari. Cui senex ait.

kk 4 Opor

Oportet fugere homines & federe in cella & pro peccatis iugiter lamentari, & quod super omnes virtutes est, tam linguam coercere, quam ventrem.

§. CLXXX.

Abbas Arsenius dum adhuc secularis in palatio moraretur oravit dominum dicens, Domine ostende mihi viam, per quam possim saluari. Et audiuit vocem dicentem sibi. Arseni fuge homines & saluaris. Cum ergo recessisset in solitudinem, & eundem sermonem oraret rursus audiuit sibi vocem dicentem, Arseni fuge, tace, & quiesce. Hæc enim sunt principia salutaris. Cum ad eundem Arsenium Theophilus Archiepiscopus venisset aliquem ab eo audire sermonem edificationis: tunc sanctus Arsenius ait cunctis qui aderant. Si dixero vobis aliquid custodietis? Quod cum illi gratanter promississent addidit ille. Quocumque loco audieritis Arsenium, illuc ulterius ne accedatis. Item cum eum vellent archiepiscopus videre misit primo videre si aperiret ei. At ille remadavit ei dicens, Si solus veneris aperio tibi. Si autem cum pluribus intra hic non sedebit Arsenius. Quod cum audisset Episcopus ceptum iter distulit, ne propter se de loco illo eremita discederet. Venit aliquando idem abbas Arsenius in quendam locum, & erat harundinetum

& motum est vento. Et ait senex ad fratres. Quis est hic motus. Et dicunt ei. Harundines sunt. Dixit eis senex. Vere si quis sedet cum quiete & audierit vocem avis, non habebit cor eius eandem quietem: quanto magis vos habentes sonum harundinum harum? Dicebant autem de eo, quia erat cella eius longe millia trigintaduo & non exibat cito, sed alij ei faciebant ministerium. Quando autem in solitudine redactus est locus qui vocatur Scythi, exiit plorans & dicens, Perdidit mundus Romam, & monachi Scythiam.

§. CLXXXI.

Quidam fratres dum linum ex Thebaida pergerent conparare dixerunt, per occasionem beatum videamus Arsenium. Quod cum Daniel discipulus eius nunciasset præcepit, ut pro qua causa illuc advenissent de Alexandria ab eis inquireret. Cum ergo renunciasset quod propter linum pergerent comparandum. Respondit Arsenius. Ergo faciem meam non videbunt, quia non propter me, sed propter opus suum advenrunt. Vade itaque & susceptis eis fac obsequium & dimitte eos dicens. Quia senex non potest vobis occurrere. Cum quidam ad eundem beatum Arsenium ex fratribus advenisset volens videre eum pulsavit ostium. Abbas autem Arsenius speras suum esse discipulum

ape-

aperuit ei. Sed postquam alterum esse conspexerat, mox se in terram proiecit. Illo autem surgere eum postulante respondit. Non hinc exurgam donec discesseris. Per multas autem horas rogatus a fratre non acquieuit donec discederet ille qui venerat. Astiterunt aliquando abbati Arsenio demones in cella sedenti, & tribulabant eum. Super venerunt autem & fratres qui ei ministrare solebant, stantesque extra cellam audiebant eum clamantem ad Dominum & dicentem. Domine non me derelinquas, quia nihil boni feci coram te, sed præstita mihi secundum benignitatem tuam saltem modo assumere initia bene vivendi. Cum interrogaret aliquando abbas Arsenius quendam senem Aegyptium de cogitationibus suis, alius videns eum dixit ei. Abba Arseni quomodo tu qui tanta eruditione in Latina & Græca lingua edoctus es rusticum istum de cogitationibus interrogas? Et ille respondit dicens. Latinam quidem & Græcam linguam quantum ad seculum pertinet apprehendi, sed alphabetum rustici huius necdum discere potui. Sed hæc dicebant, quia dederunt aliquando quidam in Scythia fratribus paucas caricas, & quia paucæ erant non transmiserunt ex eis abbati Arsenio, ne velut iniuriam pareretur. Ille autem cum hoc audisset non est egressus iuxta moram ad

collectam cum fratribus dicens. Excommunicatis me ut non mihi daretis eulogiam quam transmisit Dominus fratribus, ex qua non fuignus accipere. Quod cum audisset omnes edificati sunt in humilitate senis. Et vadens præbyter portavit de caricis illis & adduxit eum in congregatione gaudentem. Dicebant autem de eo, quia nemo poterat comprehendere modum conversationis eius. Sed eodem abbate Arsenio aliquando in interioribus Aegypti, cum illic importunitatem pateretur, visum est ei derelinquere cellam, & nihil ex ea tollere secum. Et sic profectus est ad discipulos suos Parapitas, Alexandrum & Zoilum. Dixit ergo. Tu Alexander surgens nauiga. Et Zoilo dixit. Veni mecum usque ad flumen, & quare mihi nauiculam Alexandriam nauigantem & nauiga etiam tu ad fratrem tuum, Zoilus autem turbatus in verbo est & tacuit, & ita diuisi sunt ab invicem. Descendit autem senex circa partes Alexandriæ & ægrotavit agitudine magna. Discipuli autem eius dixerunt ad invicem. Putasne aliquis nostrum contristavit senem, & propterea diuisus est a nobis. Et non inueniebant inter se contristationis causam, neque quia aliquando ei inobedientes existerent. Cum vero sanctus fuisset senex dixit ad seipsum. Vadam ad fratres meos, Et ita nauigans ve-

kk 5 nie

nit ad locū qui dicitur Petra, vbi erant supradicti ministri eius. Cū vero iuxta flumen esset puella quādam Aethiopiā veniens terigit peram eius. Senex autem increpabat eam. Illa vero dixit. Si monachus es vade in mōtē. Compunctus autem in hoc verbo Arsenius dicebat ad seipsum. Arseni si monachus es vade in montem. Et inter hæc occurrerunt ei Alexander & Zoilus discipuli eius. Et cum cecidissent ad pedes eius proiecit se etiam senex in terram & flebant simul. Dixit autem senex. Non audistis, quia ægotauit & dixerunt ei. Etiam audiimus & ille dixit. Quare non venistis videre me: Et dixit ei Alexander, quia diuisio tua a nobis acceptabilis non fuit, quoniā & multi ex ea contritū sunt dicentes. Nisi inobedientes fuissent seni nequaquam se separasset ab eis, & dicit ei senex, & ego cognoui, quia hoc diceretur. Sed & iterū dictū sunt homines, quia non inueniens columba requiem pedibus suis reuerfa est ad Noe in arcam. In hoc igitur verbo curati sunt animi discipulorum eius, & permanserunt cum eo vsque ad vltimum vite ipsius tempus.

CLXXXII.

Abbas Besarion dum ambularet cum discipulo suo per Erenum, venerunt ad quādam speluncam & ingressi ibi in-

uenerunt fratrem sedentem, & siniculum operantem, qui neque respexit eos, neque salutauit, neque aliquid locutus est eis. Dixit ergo eis abbas Besarion, eamus hinc quia hic senex nō vult loqui nobiscū. Et profecti sunt ab abbate Ioānem. Cum autem reuerteretur ad eandem speluncam, & dicit abbas Besarion. Ingrediamur iterum ad hunc fratrem si forte vel modo persuadeat illi Deus, vt loquatur nobiscum. Et cum ingressi fuissent inueniunt corpus tantummodo mortuum, & dixit discipulo suo. Veni frater componamus illud, quia propter eum huc nos Dominus transiit. Cum autem sepelirent inueniunt, quia mulier esset, & admirati sunt & dixerunt quemadmodum, & mulieres colluctantur, & vincunt demonia. Et glorificantes Deum qui est omnium protector, recesserunt inde.

CLXXXIII.

Beatus Macharius aliquando narrabat dicens. Venerunt ad me quondam duo iuvenes, & vnus quidam iam pleno aliter adhuc incipiente barbitio. Qui cum ignorantes meipsum interrogarent, vbi esset abbas, cella Macharij, atque me scrutante, cur eum requirerēt, opera eius inueniunt magna, & vitam præconabilem cognoscentes, eū videre summo desiderio festinamus. Cūque ego meipsum esse quærerent profi-

profiterer, mox meis pedibus preuoluti, vt illos mecum habitare permitterem postulabāt. Quos cum viderem velut diuitiarum opulētia delicatōs, non posse mecum illic residere, respondi. Et si hic inueniunt tecum manere non possumus, alio tamen loco nos profecti denūta semel sententia mentis impellit. Quo ego audito cepi intra meipsum ita reputare. Si hinc illos abegero, scandalum patientur. Cum enim labor ipse compellat eos hinc fugere, cui demum murmurent voluntate, tunc dixi illis. Venite construite vobis cellas si potestis. At illi locum sibi tantummodo demonstrari poscebāt. Quibus ego alueolum cū securō & tacco pleno panibus cum modico sale contra didi, petram durissimam ostendi, quæ in scilla habitaculum sibi prepararent, quod lignis de palude allatis contegerent. Arbitrabar autem ego proinācto sibi hoc labore discedere. At illi interrogauerunt me quid illic alij fratres solerent operari. Respondi ego, funiculum. Et sublatis folijs palmarum principium illius texture ostendi, vel iportellas facere, quas ministratorius pro pane recipiendo dare commonui, & ita discessi. Illi vero cum summa patientia, quæ a me fuerunt imperata fecerunt, ac per tres annos ad me nullatenus accesserūt. Et quia alij fratres de-

longinquis regionibus veniebāt ad me, illi vero ne aliquid requirerent, nec ad illos accederem non leuiter admirabāt videns eos in ecclesia tantū oblationem cum silentio, & oratione percipere. Desiderans ergo scire conuersationem eorum hebdomada integra ieiunās, rogavi Dominum, vt mihi opera eorum dignaretur ostendere. Et post hoc profectus ad eos pulsavi ostium. Quo aperto tacētes adorauerunt me vterque. Et postquā facta ex more oratione confedi, ille maior annuit minori & egressus est foras. Sedebat autem ipse funiculum torquens nihil loquens omnino. Hora vero nona pulsat ostium, ad quē aperto minor ingressus est. Et mox reiterum annuente egressus cibum quo reficeremur excoxit, eodem quē nutu iussus mensam cum paximacijs tribus apposuit, tacēsq; stetit. Quibus ego dixi. Surgite comedamus quæ facta altarō vasculo que aquam solēbant portare potauimus. Ablata autē mensa cum vespersceret dicunt. Discedis: At ego illic me velle requiescere respondi. Mattam ergo mihi in vno angulo collocauerunt & ipsi in altero angulo quasi quieturi, & zonas suas & analabios posuerūt. Cum autem quasi ad dormiendum se prepararent, iterum ego rogavi Dominum, vt mihi eorum opera declara-

ret,

ret & ecce dissipato recto lux clara cellulam quasi medius dies impleuit, quam tamen illi non senserunt. Sed postquam arbitrati sunt me dormire surgentes ciuxerunt se, atque ad cælum manus extenderunt. Quos quidē ego quid facerem iatuebar. Illi vero me videre non poterant, & ecce vidi tāquā muscas dæmones venientes: & in illius minoris ore atque oculis refidere volētes, sed angelus Domini romphæa ignis armatus, tam illum circūdabat quam dæmones abigebat. Ad maiore autē prope accedere non audebāt. Diluculo vero se in eodē stratu proiecerūt & ego velut expergefactus exurgo. Quid cū & illi ira fecissēt. Ille maior hunc mihi sermonē locutus est. Vis pater duodecim psalmodicantemus. Ac me consentiente, ille minor frater quinque psalmodos cū sex versibus decāuit, & unū, Allelula, & per singulos versus fax ignis egressa ascēdebat ad cælū. Itē & maior cū decantaret quotiens labia deducebat ad psallendum, velut faniculū ignis de ore eius ad cælū tendebatur. Post quā vero ego aliquantulū decāuit, egrediens ut pro me dignarentur orare expeui. Illi vero tacentes meis sunt pedibus prouoluti, & cognoui quoniam quidē maior esset perfectus in timore Dei, minorem vero adhuc dæmones impugnant. Post paucos vero

dies maior frater est in pace receptus, tertio die etiam minor est cum assecutus.

§. CLXXXIII.

Abbas Moyses commonebat fratres dicens. Quatuor sunt monacho principalia obseruanda, id est tacendi, seruandi mandata Dei, humiliādi semetipsum & angustia paupertatis. Oportet ergo monachū, ut semper luceat, semper suorum sit memor peccatorum, & omni hora ponat sibi, mortem ante oculos suos.

§. CXLXXXV.

Sancti patres congregati prophetauerunt de vltima generatione ex quibus vnus precipuus nominellquirio dixit. Nos quidem adhuc mandata Dei implemus. Interrogauerūt cum alij patres dicentes. Quid hi, qui post nos futuri sunt. At ille respondēs dixit. Media forte complebunt mandata Dei, & æternum requirunt Deum. Dixeruntque sancti patres. Post hos autem qui veniūt quid facturi sunt. Respondens dixit. Homines generationis illius mandatorū Dei opera non habebunt, & præcepta Dei obliuiscuntur. Superabundabit autē tūc iniquitas & refrigescet charitas multorum. Veniet vero super eos tentatio. Et qui inuēri fuerint an illatē tatione probati & nobis & patribus nostris meliores existunt & feliciores & probabiliores.

Qui.

§. CLXXXVI.

Quissuit Agathanem dicens. Volo pater manere in congregatione cum fratribus dic mihi quomodo habitem cum eis respondit ei senex, obserua hoc præ omnibus, ut qualis primo die ingrediaris apud ipsos talis etiā reliquos dies pergas cum humilitate.

§. CLXXXVII.

Quodam tempore Mazines cum superuenissent in Scythia, & multos ex partibus interfecissent abbas Poemen cum alio abbate seniore sibi nomine Nub, & cum alijs quinque patribus fugiens inde, venit in locum tenerrimum & inuenit tibi templum quoddam desertum, manserunt ibi septem dies, donec cognoscerent vbi mansurus esset vnusquisque in Aegypto. Dicit ergo eis abbas Nub qui erat senior. Septimana hac vnusquisque maneat apud se & cū altero non loquatur. Cum autē sic facerent erat in templo illo statua cuiusdam idoli. Abbas ergo Nub exurgens mane lapidabat eam, & vesperē veniens dicebat ad eam, Peccavi indulge mihi, & per totā septimanā similiter fecit, die autē sabbati cū pariter conuenissent dicit ei abbas Poemen. Quid voluisti hac tota facere septimana ut homo fidelis idolo diceret in-

dulge mihi, Dicit ei senex. Hæc ego propter vos feci, dicite mihi, nūquid hoc idolum quando lapidabam locutum est aliquid aut iratum. Et iterum quando indulgentiam petebam, nunquid exalauit se, aut gloriatū est. Cui abbas Poemen respondit, non utique. Tunc senex dixit, fratres ecce sumus septem, si vultis ergo ut pariter maneamus, sit idolum istud nobis exemplum ne quando iniuriatū aliquis irascatur nec quando ab eo venia petitur gloriatur vel extollatur. Si autem non ita vultis vnusquisque vbi vult pergar. At illi proiecentes se in terrā sponderunt se ita facturos, & sic permanserunt per multos annos cum multa humilitate & patientia. Quatuor horis dormiebāt in nocte, & quatuor psallebant & quatuor operabantur, deinde vero vsque ad nonam legebant scindentes folia palmarū, & post hoc victum sibi preparabant, colligentes quasdam herbas terre.

§. CLXXXVIII.

Ferunt & alij septem similiterr probatissimi viri qui in ea Eremita que Sarraconis contigua est habitabant, cellulis quidem haud longe a se diuisis, sed ipsi vinculo charitatis connextorum vnus vocabatur Petrus alius Stephanus, tertius Ioannes, quartus Georgius, quintus Theodorus, sextus Felix, septimus La-

rus. Hi ergo in sterili ac vastissi-
ma solitudine & pene hominib⁹
inhabitabili commorantes semel
sibi in septimana videndos se præ-
bebant. Sabbatorum namque die
hora diei nona conueniebant sin-
guli de locis suis ad locum sibi cō-
ditum deferetes vnusquisque si
quid inuenire poterat. Et vnus
quidem defererebat nūces, alius la-
ctuones, alius dactylos, alii ficos
alios herbas vsibiles, id est, lapsā
nū pastinacas, caricas & petrosi-
liū. Iste quippe erat præcipuus eo-
rum victus panem namque & o-
leum vel potum extra vsum ha-
bebant. Tantummodo supradic-
tis herbis, & pomis sustentaban-
tur. Vestimentum eis palma so-
lummodo præbebat, aqua in lo-
cis illis minime inueniebatur. Ne-
que enim aliter portabatur quam
exeuntes mane ac discurrentes
per diuersas herbas colligentes
rorem qui affluentissime ibi ca-
dit, & inde tantummodo bibe-
bant. Cumque (vt diximus) in v-
num conuenient locum agentes
Deo gratias sumebat cibum. Post
refectionem vero vsque ad vespe-
ram sedentes meditabantur de
scripturis sanctis. Non enim dis-
currebat inter eos secularis fa-
bula, non cura seculi, non actio
terrenarum rerum, sed solummo-
do collatio spiritualis regni cele-
stis desiderabilis commemoratio,
futura beatitudo, gloria ius-

torum, pœna peccatorum sancto-
rumque omnium requies, que
iam inter beatas paradisi sedes læ-
tantur. Hæc commemorantes sus-
spirabant ex imo pectore & fle-
bant vberime. Cumque per to-
tam noctem vigiles permanerent
celebrantes Domino laudes, die
dominico hora nona loquendi se-
cum, & videndi se terminum ca-
piebant. Redibat enim vnusquis-
que ad cellam suam, in qua so-
lus soli Deo diebus ac noctibus
vacabat. In his igitur studijs eos
positos Sarraceni late per Ere-
mum discurrentes repererunt, &
irruentes super eos de Eremito eie-
cerunt, atque ligantes eos pedi-
bus suspenderunt multisque in-
iurijs affectos ad extremum fo-
cum subtraxerunt eos de herbis amarif-
simis congesserunt vbi incredibili-
ter cruciati lumen oculorū ex
amaritudine sumi amiserunt. Et
postquā multis tormētis eos affli-
xerunt semiuivos eos dimiserunt
ex quibus vnū noquimus in quodā
loco plurimo. postea superuixisse
tēpore, ceteri vero vbi nā fuerint
deuoluti, penitus ignoramus.

§. C L X X X I X.

Interrogauit quidam frater ab-
batem Pœmenem dicens. Quid
est quod Dominus in euange-
lio ait. Nemo hac dilectione
maiores habet quam vt quis ani-
mam suam ponat pro amico suo
quomodo hoc fiet: respondit se-

nex,

§. C X C I I I.

Abbas yluanus sedens ali-
quando cum fratribus in
spelæa factus est in excessu
mentis, & cecidit in faciem suam
& post multum surgens plorabat
Et interrogauerunt fratres eum
dicentes, quid habes pater. Ille ve-
ro tacebat & flebat. Compellenti-
bus autem illis dixit, ego ad iudi-
cium raptus sum & vidi multos
de habitu nostro euntes in tormē-
ta, & multos seculares ad regnū.
Et legebat senex, & volebat dein-
ceps exire de cella sua. Sed si exi-
re cogebatur operiebat caput iocum
faciem suam dicens, quid necesse
est videre lumen istud temporale
in quo nihil est vile.

§. C X C I I I.

Requitus abbas Moyses di-
xit. Si non concordat, actus
& oratio in vanum laborat
homo. Cum enim orat quis pro-
seipso, vt indulgentia illi peccato-
rū detur obseruetne faciat illa ite-
rū, quando enim voluntatem pec-
candi quis dimiserit & ambulat
permanens in timore Dei, istum
mox cum gaudijs suscipit Deus.

§. C X C I I I.

Santum senem requisit frater
dicens. Quid faciet homo
in omni tentatione veniente
super se, & omni cogitatione ini-
mici ab inimico. Respondit, plāge-
re debet in conspectu beatitudinis
Dei succurrere auxiliator ei Scri-
ptū est enim Dñs mihi adiutor est
& ego despiciam inimicos meos.

§. C X C I I.

Quidam senex dixit. Sicut
ad succensam ollam inuisi-
biliter ca non appropinquat
si vero tepida fuerit, insident in
eam, & faciunt vermes ita & mo-
nachum succensum igne diuini
amoris fugiunt demones, tepidū
vero illudant & insequuntur.

§. C X C I I I.

Abbas yluanus sedens ali-
quando cum fratribus in
spelæa factus est in excessu
mentis, & cecidit in faciem suam
& post multum surgens plorabat
Et interrogauerunt fratres eum
dicentes, quid habes pater. Ille ve-
ro tacebat & flebat. Compellenti-
bus autem illis dixit, ego ad iudi-
cium raptus sum & vidi multos
de habitu nostro euntes in tormē-
ta, & multos seculares ad regnū.
Et legebat senex, & volebat dein-
ceps exire de cella sua. Sed si exi-
re cogebatur operiebat caput iocum
faciem suam dicens, quid necesse
est videre lumen istud temporale
in quo nihil est vile.

§. C X C I I I.

Quidam senex dixit fratri
omni die vicinam tibi
mortē esse cogita, qua-
si iam clausus in monumento, ni-
hil de hoc seculo cures. Timor
Dei permaneat in te in omni ho-
ra. Crede te hominibus omnibus
inferiore esse. Nō detrahas alicui
quia Deus cognoscit omnia, sed
esto pacificus cum omnibus & da-
bit tibi Dominus requiem.

Cum quidā fratres quemad-
modum? Erant beatum
Macharium requisissent, res-
pondit illis dicens. Non sunt ne-
cessaria nobis superflua verba,
sed extendere manus ac dicere.

Deu.

Deus quomodo vis, & sicut tibi placet, ita fiat. Si autem ratio irruerit, aut impugnatio dicendum est. Domino Deus clementissime auxiliari dignare nobis, tu enim scis quid nobis expediat, fac nobiscum secundum misericordiam tuam.

§. CXCVI.

Abbas Ioannes dicebat: Similis debet esse monachus homini sedenti sub arbore grandi, qui respiciens feras diuersas & serpentes venientes ad se cum non potuerit eis resistere subit in arborem & saluatur. Ita & monachus sedeat in cella sua, & respiciens prauas cogitationes, iaculationesque venientes super se cum non potuerit eis resistere, con fugiat per orationem ad Dominum, cui omnia possibilia sunt & saluabitur. Item dixit, similis debet esse monachus homini habenti a sinistra ignem, & a dextra aquam ut quotiens successus fuerit ignis tollat de aqua & extinguat illum. Sic oportet & monachum facere omni hora, ut quando cogitatio turpis successa fuerit ab inimico tunc aquam, id est, orationes continuas effundat & extinguat illam.

§. CXCVII.

Abbas Zenon dum esset in Scythia, egressus est nocte de cella sua ambulare per Eremum. Et factum est dum lon-

gius processisset errauit, tres noctes diesque ambulans & cecidit fatigatus usque ad mortem. Et ecce stetit ante eum infans habens in manu sua panem, & dixit ei exurge & comede. At ille exurgens orauit, timuit enim phantasmam esse. Cui infans dixit, benefecisti quod orasti, modo ergo surge & comede, cui abbas Zenon non acquieuit nisi secundo ac tercio orasset. Et cum ille laudaret, quia orabat, iam tunc surrexit & comedit post haec dixit ei infans quantum tempus ambulasti, tantum longes a cella tua. Sed surge sequere me, & mox inuentus est ante cellam suam. Dixit ergo ei senex. Ingredere in cellam meam, & fac orationem. Et ingressus senex in cellam suam ille non comparuit.

§. CXCVIII.

Abbas Daniel referebat de beato Arsenio, eo quod sabbatorum die vesperis solem relucentem post dorsum suum dimittebat in oratione persistens extendensque ad caelum manus non desistebat orare nisi iterum sequenti die sol surgens oculos eius impleffet. Ceteras autem noctes peragiles ducebat & prope diluculo cum vellet parum pronatura fragilitate quiescere, dicebat somno, veni male serue, & mox claudens oculos quiescere parum somni sedendo surripiebat & statim exurgebat.

Vene-

§. CXCIX.

Venerunt aliquando ad abbatem Lucium in Ennatum monachi, qui dicebantur Cochiti, hoc est orates. Et interrogabat eos senex dicens, Quod est opus manuum vestrarum. Et illi dixerunt, non contingimus aliquod opus manuum sed sicut dixit apostolus sine intermissione oramus, dixit eis senex, & non manducatis: Illi autem dixerunt, etiam manducamus, & dixit eis senex. Quando ergo comedetis quis orauit vobis: & iterum interrogauit eos dicens, Non dormitis: Et dixerunt, Dormimus, & dixit senex. Et cum dormitis quis pro vobis orat: & non inuenerunt ad haec quid responderet illi. Et dixit senex, Ignoscite mihi fratres, quia non facitis sicut dixistis. Ego autem ostendo vobis, quia operas manibus meis sine intermissione oro. Sedeo enim iuuante Deo infundens mihi paucas palmulas, & facio ex eis plectas & dico, Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Et dixit eis, oratio est an non: Et dixerunt etiam. Et dixit iterum. Quando permaneo tota die laborans & orans facio plus minus quindecim numos, & pono ex eis ad ostium duos, & residuum manduco, & qui acceperit illos duos denarios, orat pro me

in tempore quo ego manduco vel dormio. Atque ita per gratiam Dei impletur mihi quod scriptum est Sine intermissione orate.

§. CC.

Abbas Macharius dum semel de Scythia portans sportellas quas texerat gradere tur, vi laboris defessus refedit & dixit Deus tuis, quia amplius non valeo ambulare, & mox inuenerit est ad fluuium, unde adhuc per multum aberat interuallum itineris.

§. CCI.

Abbas Ammon veniens in deserto ad quendam locum haurire aquam vidit basiliscum, & iactans se in faciem suam dixit. Domine aut ego morturus sum aut ista bestia. Mox basiliscus per virtutem Dei dissipatus est.

§. CCI I.

Abbatis Befarionis discipulus nomine Dulus cum quadam die cum ipso pariter iuxta litus maris ambularet, comisit eum multum sitire, & dixit seni. Sitis me macerat pater. At Befarion facta oratione iussit eum aquam de mari tollere, & bibere. Quod cum fecisset & dulcissimam aquam reperisset, vasculum quod secum portauit, impleuit. Quod cum vidisset abbas Befarion dixit ad eum. Quare impleisti vas aqua filii. At ille dixit. Indulge mihi pater, timeo ne forte in

Ll ante

ante sitiam. Cui senex dixit. Indulgeat tibi Dominus fili, quia & ubique Deus est & potest tibi dulcem aquam prestare.

§. CCII.

Senex quidam narrauit quod aliquis frater cum conuerti uoluisset, & prohiberetur à matre sua ipse non acquiescebat ab intentione sua dicens. Saluare uolo animam meam. Illa uero multum retinens, cum desiderium eius impedire non posset, postea promisit. Abiens autem factus est monachus sub negligentia uitam suam expendens. Contigit autem ut mater ipsius moreretur & post tempus aliquot & ipse infirmatus est in firmitate magna. Et cum factus fuisset in excessu mentis uenit ad iudicium & inuenit matrem suam cum his qui in penitentiis dicebantur, illa autem ut uidit eum ostupuit & dixit. Quid est hoc fili. Et tu in hunc locum deductus es condemnandus, ubi sunt sermones tui quos loquebaris dicendo. Saluare uolo animam meam. Confusus autem in his que audierat ipse dolore stupidus factus est & stabat non habens quid matri sue responderet. Iuxta dispensationem autem misericordie Dei postea quam hæc uidit contigit ut repararet, & euaderet ab infirmitate, & cogitans apud se diuinitus factam esse huiusmodi uisionem, includens se de cetero

sedebat & cogitabat de salute sua penitens & plorans de his que egerat sub negligentia prius. Tanta autem erat ei intentio ut multi eum rogarent indulgere sibi paululum ne forte lesionem aliquam pateretur de fletu, quem supra modum sibi inducebat. Ille tunc nullomodo consolari uolebat dicens. Si improprium matris mee sustinere non potui quomodo Christi & sanctorum angelorum eis aduersum me confusionem potero in die iudicii sustinere.

§. CC III.

Quidam frater sedebat in Aegypto, in magna humilitate præcipuus, & habebat sororem in ciuitate meretricem, quæ multis animabus perditio fuerat. Freqüenter enim insultabant sones fratri illi, & uix potuerunt ei persuadere ut ueniret ad eam, quatenus per admonitionem eius posset peccatum quod per eam fiebat euincere. Cum autem ueniret ad locum, quidam ex notis eum uidens præcessit & nuntiabit illi dicens. Ecce frater tuus uenit ad te. Illa autem præ gaudio relicta amatoribus suis quibus ministrare consueuerat capite discoperito ad occurrendum fratri egressa est. Dum ergo tentaret eam complecti dixit ei. Soror mea charissima parce anime tue quonia multi propter te pereunt & quemadmodum poteris sufferre amara

illa

illa & æterna tormenta. Illa autem contremiscens dixit ad eum. Scis frater quia mihi est salus uilla annonæ? Cui ille dixit. Si uolueris est tibi adhuc salus. Illa autem iactans se ad pedes fratris sui petebat ut eam secum deduceret in desertum. Cui frater dixit uade operi caput tuum & sequere me. Cui illa. Eamus oportet enim me inter homines deformari nudo capite ambulante quæ in officinam peccati mei iterum ingredi. Dum autem pariter ambularet monebat eam ad penitentiam. Videns autem quia quidam obuia rent sibi dixit ei. Quonia nec dum omnes sciunt & soror mea es, secede parum de uia donec transiant. Et post transgressos illos uocat eam. Eamus soror uiam nostram. Illa autem non respondente, perquirens inuenit eam mortuam, & uestigia pedum eius plena sanguine. Erat enim discalciata. Cum autem senibus renunciasset factum contendebant inter se de saluatione eius. Manifestauit autem Deus uni seni de ipsa, eo quod nulla illi cura fuit in itinere de corporali usu, sed uulnus proprium contemnes, & in tam grandi perditione sua suspirans ideo pro deuotione cordis eius suscepit Deus penitentiam eius.

§. CCV.

Quidam tempore cum beatus Antonius à sancto Athanasio, Alexandrie Episcopo propter confutationem

hereticorum in urbe esset adductus perrexit ad eum Didimus uir eruditissimus captus oculis. Cumque multa de scripturis sanctis loquerentur inter ceteras sermocinationes, quas de sanctis voluminibus habebant cum Antonius miraretur ingenium eius, & acumen animi eius collaudaret, sciscitans ait ad eum. Non tristis es quod oculis carnis careas. Et cum ille pudore reticeret, secundo tertioque eum interrogans Antonius tandem elicuit ut merorem animi simpliciter fateretur. Cui Antonius ait. Miror prudentem uirum eius rei dolere damnum quam fornicæ & muscæ & culices habent, & non potius tæxari illius possessione, quam sancti & apostoli meruerunt. Melius enim multo est spiritu uidere quam carne & illos oculos possidere in quos peccati festuca non possit incidere, quam illos qui solo uisu per concupiscentiam possunt hominem in interitum gehenne mittere.

§. CCVI.

Quidam frater ex Nitria paucior magis quam auarior & nesciens triginta argenteis dum iustum uenditum, ceterum solidos quos lina texendo collegerat momentis dereliquit. Inuitum est autem consilium inter monachos. (Nam eodem in loco tunc erant quinque milia diuitis cellulis habitabant) quid factum opus esset. Alii pauperibus distribuendos esse et uidebant

Li 2 ali

alij dandos Ecclesie, nonnulli parentibus eius remittendos. Macharius vero & Pambo, & Isidorus, & ceteri seniores patres sancto in eis loquente spiritu decreuerunt infodiendos esse cum Domino suo dicentes. Pecunia tua tecum sit in perditionem. Ne hoc crudeliter quisquam putet factum tantus terror, & pavor per totam Aegyptum cunctos monachos inuasit, ut unum solidum dimisisse grandis apud eos sit criminis.

§ CCVII.

ERat quidam adolescens Græcus in Aegypto constitutus in cœnobio, qui nulla continentia, nulla operis magnitudine flammam poterat carnis extinguere. Cumq; ad patrem monasterij hæc eius tentatio fuisset perlata hæc ille eum arte seruauit. Imperauit cuidam viro graui & aspero, ut iurgijs atque conuictijs insectaretur adolescentem, & post irrogatam iniuriam primus veniret ad querimoniam. Cumque imperata sibi perficeret iasuper vocati testes pro eo loquebantur, qui cõtumeliam adolescenti fecerat. At ille cepit flere cõtra mœdaciũ quotidie gemens, quotidie lachrymas fundens sedebat solus, quia amaritudine repletus erat, omni-que auxilio destitutus ad Iesu pedes iacebat. Quid multa? Ita totus annus deductus est. Quo expleto interrogatus adolescens super co-

gitationibus pristinis, an si adhuc molestie aliqui distineret, respondens dixit, Pater, viuere mihi non licet, quemadmodum fornicari liber. Ita ergo hac arte spiritali patre procurante adolescens superarsa libine saluatus est.

INCIPIT LIBELLVS
de profectu Patrum.



Interrogauit quidam frater abbatẽ Antoniuũ dicẽs. Quomodo placebo Domino. Respondens fenex. Quæ mando tibi custodi. Quicũq; vadis Deum semper habere præ oculis, & in his quæ agisterificationẽ sanctarũ scripturarũ adhibe, & in quocunq; loco sederis non cito inde mouearis. Hæc tria custodi & saluus eris. Interrogauit abbas Pãbo abbatẽ Antoniuũ dicens. Quid faciã. Respondit ei fenex. Noli esse iniustitia tua confidens, neq; pœnitearis de re transita & cõtinens esto. lingue tuæ & vētris. Dixit sanctus Gregorius, q̃ tria exigit Deus ab omni homine qui est baptismũ consecutus, videlicet fidẽ rectã, ex tota animæ veritatẽ linguæ, continentiã & castitatẽ corporis. Dixit abbas Euiagrius quia dicebant quidam patrũ sic cior & non inequalis victus charitati cõiunctus, cõtinus intro ducat monachũ in portũ impassibilitatis, Iterum dixit. Nunciata est cuidã monacho mors patris sui. Er ille ait

ait ad eũ qui nũciat. Desine inquit blasphemare. Meus enim pater immortalis est. Dixit abbas Macharius abbatẽ Zachariã. Dixit mihi quod est opus monachi. Dixit ei. Me interrogas pater. Et dixit ei abbas Macharius. Certus sum de te fili Zacharia, est enim quod me pullat ut interrogẽ te. Dixit ei Zacharias. Quãtũ est ad me pater hoc puto, quoniam quicũque semetipsum necessitatibus subiecerit atque coegerit ipse est monachus. Dicebat de abbate Theodoro cui prænomẽ est Firmẽ, quia hæc tria capitula haberet supra multa, id est, nihil possidendi, abstinendi, homines fugiendi. Dixit abbas Ioannes nauus. Ego uol hominẽ ex omnibus virtutibus percipere. Itaq; per singulos dies surgens mane de omni virtute sume principium & mandata custodi in magna paciẽtia cũ timore & löganimitate, in charitate Dei cũ bono proposito, animæ & corporis & humilitate multa, in patientia & tribulatione cordis & obseruatione in oratiõẽ multa & supplicationibus cũ gemitibus in puritate & munditia linguæ, & custodia oculorũ, in iniuria patiens & non irascens, pacificus & nõ reddens malum pro malo, non attendens ad inuidiam aliorum atque temetipsum exaltes, sed esto subditus & humilior omni creaturẽ, renuntiando omni marteis cor-

porali, & his quæ secundum carnem sunt in cruciata in certamine, in humilitate spiritus, in bona voluntate & abstinencia spiritali, in ieiunio, in poenitentia, in fletu, in certamine pugnae, in discretionẽ iudicij, in charitate animæ in perceptiõẽ boni cum quiete, in opere manuum tuarum, in nocturnis uigilijs, in fame & siti, in frigore & nuditate, in laboribus includens te in sepulchro tanquã iam mortuus ut videatur tibi esse proxima mors omni die. Dixit abbas Ioseph Thebeus. Quia tres ordinẽs sunt honorabiles in conspectu Domini. Primus quando homo infirmatur, & adijciuntur ei tentationes, & cum gratiarum actione suscepit eas. Secundus autem est quando aliquis omnia sua opera facit munda coram Domino nil habens humanum. Tertius uero est quando aliquis sedet in subiectiones præcepti & patris spiritalis, & omnibus proprijs renunciat voluptatibus. Narrauit abbas Casianus de quodã Ioanne abbate, qui erat primus cõgregationis quod magnus fuerit in vita sua. Hic cum mortuus esset & discessurus eum hilaritate & proposito mentis ad Dominum circudederunt eum fratres rogantes uerbum aliquod cõpendiosum & salutare loco hæreditatis sibi ab eodem relinqui, per quod possent ascendere ad perfe-

tionem qua est in Christo. Ille autem ingemiscens ait. Nūquam feci propriam voluntatem, nec aliquem docui quicquam, quod ego primus ipse non fecerim.

¶ Frater interrogavit senem dicens. Quare res sic bona est quam faciam ut vivam in ea. Et dixit senex. Deus solus scit quod bonum est, sed tamē audiui, quia interrogavit vnus patrum abbatem Nesteronem magnum, qui erat amicus abbatis Antonij. Et dixit ei. Quid est opus ut faciam. Et respondit ei. Non sunt omnia opera equalia. Scriptura dixit. Quia Abraham hospitalis fuit & Deus erat cum eo. Et Helias diligebat quietem, & erat cum eo Deus. Et David humilis erat, & Deus erat cum ipso. Quod ergo vides animam tuam secundum Deum velle hoc fac & custodi cor tuum. ¶ Dixit abbas Pastor. Quia se custodire & semetipsum considerare, & discretionem habere, hæc tria operationes monachi sūt. ¶ Frater quidam interrogavit eū dicens. Quomodo debet homo conuersari. Respondit ei senex. Vidimus Danielelem quia non est inuenta in eo accusatio, nisi de seruitio quod exhibebat Deo suo. Dixit iterum. Quia paupertas & tribulatio hæc sunt operationes solitarie vitæ. Scriptum est enim. Quia sic fuerunt hi tres viri Noe, Iob, & Daniel. Nec personam habet nihil possi-

dentiam. Iob autem personam tribulatum. Daniel vero discernentium. Si ergo fuerint hæc tres actiones in homine Deus habitat in eo. ¶ Dixit abbas Pastor Or, si duas res oderit monachus, potest liber esse ab hoc mundo. Et dixit frater. Quæ sunt istæ. Et dixit senex. Carnalem repaulationem & vanam gloriam. ¶ Dicebant de abbate Rambo, quia in ipsa hora qua decedebat ex hac vita, dixit assistentibus sibi sanctis viris, quia ex quo veni in hunc locum solitudinis, & habitavi mihi cellam & habitavi hic extra laborem manuum mearum non recolo me comedisse panem aliquo modo, neque comedere volui, nec penituisse de sermone, quem locutus sum vsque ad hanc horam, & sic vado ad Dominum, quasi qui nec initium fecerim ferendi Domino. Dixit abbas Sifoy, esto contemptibilis, & voluntates tuas post tergum tuum projice, & esto liber & securus à secularibus curis, & habebis quietem. Abbas Comes cum esset moriturus dixit filiis suis. Nolite habitare cum hereticis, nec habeatis notitiam iudicum, neque sint manus vestre aperte ad aliquid congregandum sed sint magis extense ad tribuendum. ¶ Frater interrogavit senem dicens. Quomodo venit timor Dei in hominem, & dixit senex. Si habet homo humilitatem, & pauper-

paupertatē, & non iudicat alterū sic venit in eū timor Dei. Dixit senex. Timor, & humilitas, & egestas virtualiū, & placatus inter sint. ¶ Dicebat ergo quidā senū. Quare quid odio habes, alij ne facias. Si odis qui tibi male loquuntur, neque tu male loquaris de aliquo si odio habes qui tibi calumniā facit, neque tu facias alicui caluniā. Si odio habes qui tibi calumniā dicit aut iniurijs afficit, aut aufert quod tuum est, aut aliquid tale facit, tu nihil horum facias cuiquam, qui ergo hoc verbum custodire potest, sufficit ei ad salutem. Dixit quidam senex. Vita boni monachi, & opera est obedientiæ meditatio, & ut non iudicet, aut nō loquatur, aut non murmuret. Scriptum est enim. Qui diligitis Dominum odite malum. Monachi igitur vita hæc est. Non ingredi curi inuito, nec videre oculis suis malāque curiose agere aut audire alicui, neque manibus rapere, sed manibus tribuere, neque superbire corde, neque cogitatione malignari neque ventrem implete, sed cum discretionē, omnia agere, ecce in his est monachus. Dixit quidam senex. Roga Deum ut delectum in corde tuo & humilitatem & respice semper in peccatis tuis, & non iudices alios sed esto subditus omnibus, & ne habeas amicitias cum muliere, neque cum puero, neque cum hereticis. Abscin-

de à te fiducia & retine linguam tuam, & ventrem, & abstine à vino, & si aliquis loquitur de quacunque causa, noli contendere cum eo, sed si bene dicit dic sic esse, si autem male, dic ei, tu scis quod loqueris. Et ne contendas cum eo de his quæ locutus est, & tunc erit mens tua pacifica.

Incipit liber de Quietē.

Dixit abas Antonius sicut pisces si tardauerint, in sicco moriuntur, ita & monachi tardantes extra cellam, aut cum viris secularibus immorantes à quietis proposito resoluuntur. Oportet ergo sicut piscem ad mare, ita & nos ad cellam reuerti, ne forte foris tardantes obliuiscamur interioris custodiam. Dixit iterum. Qui sedet in solitudine, & quiescit à tribus bellis eripitur, id est, à tribus locutionis, & visus, & contra vnum tantum modo habebit pugnam, id est, cordis. Abbas Arsenius cum adhuc esset in palatio orauit ad Dominum dicens domine dirige me ad salutem. Et venit ei vox dicens. Arseni, fuge homines & saluus eris. Idem ipse descendens ad monachalem vitam rursū orauit eundem sermone dicens. Domine dirige me ad salutem. Audiuitque vocē dicentem sibi. Arseni, fuge, tace, quiesce, hæc erit tunc ratio non peccandi. Venit aliquando beatæ memoriæ Theophilus

Archiepiscopus ad abbatē Arsenium cum quodam iudice & interrogabat senem Archiepiscopus volens ab eo audire sermonem Paulisper autem tacens senex postea respondit ad eum dicens, & si dixerō vobis custodieris illi autem promiserunt se custodire, & dixit eis senex. Vbi cunque audieritis Arsenium appropinquare nolite. ¶ Alia iterum vice volens Archiepiscopus videre eum, misit primo videre si aperit senex & remandavit senex ei dicens. Si venis aperio tibi, sed si tibi aperio omnibus aperio, & tunc ultra hic iam non sedebō. Hęc ergo audiens Archiepiscopus dixit. Si eum persecuturus vado, nequam vadam ad hominem tantum. Venit aliquando abbas Arsenius in quodam locum, & erat ibi arundinetum, & motum est a vento, & dixit senex ad fratres. Quis est motus hic. Dicunt ei arundines sunt. Dixit eis senex. Vere si quis sederet cum quiete & audierit vocem avis, non habebit cor eius eandem quietem, quanto magis vos habentes sonum harundinum harum. Dicebant autem de eo, quia erat cella eius lōge in millia triginta duo, & non exibat cito, sed faciebat alij ei ministeria. Quando vero in solitudine redactus est locum qui vocatur Scythia exiit ploras, & dicens, perdidit vias Romam, & mona-

chi Scythia. Sedente eodem abbate Arsenio aliquando in Canopo venit una matrona virgo de Roma valde dives, & timens Deum ut videret eum, & suscepit eam Theophilus Archiepiscopus. Illa autem rogavit eum ut ageret cum senex ut videret eum. Qui abiens ad eum rogavit dicens. Aliqua matrona venit de Roma, & vult te videre, senex autem non acquieuit ei. Supradicta autem matrona audiens hęc iussit sterni animalia dicens. Credo in Deum, quia video eum. Sunt enim in civitate nostra multi homines, sed ego veni solum prophetam hunc videre. Et cum venisset ad cellam eiusdem senis, iuxta Dei ordinationem inuēsus est opportune foras cellam senex, & videns eum supradicta matrona, prostravit se ad pedes eius. Ille autem leuavit eam cum indignatione, & intuens eam dixit. Si faciem meam videre vis, ecce vide, illa autem præ verecundia non consideravit faciem eius, & dixit ei senex. Non audisti opera mea? Me enim videre quid necesse est. Quomodo autem presumpsisti tantam navigationem assumere. Nescis quia mulier es, & nō debes exire quoquā. An ideo venisti ut vadas Romam & dicas alijs mulieribus, quia vidi Arsenium, & faciant mare viam mulierum venientium ad me. At illa dixit. Si voluerit me Deus reuerti Romam non

per-

permitto aliquā venire huc. Sed ora pro me & memor esto mei semper. Ille autem respondens dixit ei. Oro Deum ut deleat memoriā tuā de corde meo. Quæ audiens hęc egressa est turbata, & cum venisset in civitatem, præ tristitia febricitare cœpit. Et nunciatum est Archiepiscopo quia infirmaretur, & veniens ad eam consolantem interrogans quid haberet. Illa autem dixit ei. Vt unam non venissem huc. ¶ Dixit enim seni, memor mei esto, & dixit illi. Oro Deum ut deleat memoriā tuā de corde meo, & ecce præ tristitia moriatur & dixit ei Archiepiscopus. Nescis quia mulier es, & inimicus per mulieres factus viros impugnat. Propterea hoc dixit senex, nam pro anima tua semper oras, & ita curata est mens eius & discessit cum gaudio ad propria. ¶ Dixit abbas Euagrius, abscindere a te affectiones multorum, nemens tua in turbatione fiat & quietis dissipet modum. Frater quidam applicuit in Scythia ad abbatem Moysen petens ab eo sermonem & dixit ei senex. Vade & sede in cella tua, & cella docebit te universa. Dixit abbas Moyses hominifugiens hominem similis est yuematuro, qui autem cum hominibus conuersatur sicut vna acerba erit. ¶ Dixit abbas Nylus. Imperforabilis manet a sagittis inimici qui amat quietem, qui autē mi-

scet multitudini, crebra suscipit vulnera. ¶ Dixit abbas Pastor. Initium malorum est distendere mentem. Dicebat iterum. Quia bonum est fugere temporalia. Quando enim homo est iuxta corporale bellum, assimilabitur viro stanti supra lacum profundissimum, ut qua hora visum fuerit inimico eius, facile eū deorsum impugnet. Si autem a corporalibus lōge fuerit, assimilabitur viro lōgeposito a puteo, & volens eum inimicus projicere deorsum, dum eum violenter trahit. Deus ei auxilium dirigit. ¶ Dicebat aliquando Abraham discipulus abbatis Sisoy ad eum. Pater scnuisti, eamus parum per iuxta mundum. Dicit ei abbas Sisoy. Vbi non est mulier ibi eamus. Dicit ei discipulus ei. Es ubi est locus non habens mulierem nisi forte in solitudine. Dixit ei senex, ergo in solitudine me colpe. ¶ Dixit ei Abbatissa matrona multi in morte positi ea quæ sunt popularia agentes petierunt. Melius est enim ut cum multis sit & solam vitam agat voluntate, quā cum solus sit esse cum multitudine propositio mentis. Dixit senex se nuper debet monachus esse ne quærent tibi ut contemnat eam si corporale contingat euenire distipulatu. ¶ Narravit quidam senex quia tres studiosi diligentes se facti sunt monachi. Et unus quidem ex eis elegit litigantes in pacē redu-

Ll 5 cere

stra corpora nostra comburant. Et fleuerunt omnes & ceciderunt prout in facies suas dicentes. Pater ora pro nobis. ¶ Praeteris aliquando abbas Pastor in Aegypto, vidit mulierem in monumento sedentem & flentem amare & dixit. Si veniat omnia delectabilia mundi huius, non transferant animum istius a luctu, ita & monachus semper debet luctum habere in semetipso. ¶ Alia vice transibat cum abbate Anub. in partibus Dyolchi, & venientes circa monumenta mortuorum viderit mulierem nimis excedentem se, & flentem amare. Qui stantes intem debant in eam. Paululum autem procedentes occurserunt quidam, & interrogavit eum abbas Pastor dicens. Quid habet mulier ista, quod sic plorat amare. Dixit ei, Mortuus est maritus eius & filius & frater. Et respondens abbas Pastor dixit abbati Anub. Dico tibi quia nisi homo omnes voluptates carnis suae mortificaverit & possiderit luctum hunc non potest monachus fieri. Tota enim vita mulieris istius & mens in luctu est. Dixit iterum abbas Pastor. Luctus duplex est qui operatur, & qui custodit. Frater quidam interrogavit eum dicens, quid facis. Dixit ei. Quando venit Abraham in terram promissionis, monumentum sibi comparavit, & per sepulchrum terram in hereditatem accepit. Di-

xit ei frater. Quid est sepulchrum. Et dixit ei senex. Locus fleudi & lugendi. ¶ Sancta memoria Athanasius rogavit abbatem Pabonem ut descenderet de Eremo in Alexandriam. Qui cum descendisset vidit ibi mulierem rheniticam, & lachrymans est. Interrogatus autem ab his qui aderant quare fuerit lachrymans, duxit inquit res me muerunt. Una de illius perditione. Alia quia ego non habeo tale studium placendi Deo quale habet ista, ut hominibus turpibus placeat. ¶ Abbas Sylvanus sedens aliquando cum fratribus factus est in excessu mentis, & cecidit in faciem suam, & post multum temporis surgens plorabat, & rogaverunt eum fratres dicentes. Qui habes pater. Ille autem tacebat & flebat. Compellentibus autem eum dixit illis, ego ad iudicium raptus sum, & vidi multos de habitu nostro euntes ad tormenta, & multos seculares ad regnum caelorum, & lugebat senex, & volebat deinceps exire de cella sua, sed & si exire cogebatur operiebat caput in faciem suam dicens, Quid necesse est videre lumen istud temporale in quo nihil est utile. ¶ Dixit sanctae memoriae Syncretice. Labor est & certamen magnum in primis qui convertuntur ad Dominum, nam postea in enarrabile gaudium. Sicut enim qui ignem accendere volunt prius fu-

man-

manur, & ex fumi molestia lachrymantur, sic qui obtinet quod volunt, etenim scriptum est, quia Deus noster ignis consumens est. Itaque oportet nos diuinum ignem cum lachrymis, atque laboribus in nobis ipsis accendere. ¶ Dixit abbas Hipericius. Nocte & die laborat monachus vigilas & in orationibus permansens pungens autem cor suum producit lachrymas & celitus producat misericordiam. Applicuerunt fratres ad abbatem Felicem, & rogauerunt eum ut diceret eis sermonem. Illis autem diutius rogantibus, dixit ad eos. Sermonem vultis audire. Qui dixerunt. Etiam pater. Dixit ergo senex. Modo non est sermo. Quondam autem interrogabatur seniores & faciebant fratres quae dicebantur ab eis, & tribuebat Deus quomodo loquerentur. Nunc autem quoniam interrogant quidem, non autem faciunt quae audiunt, abstulit Deus gratiam a senibus, ut non inueniant quid loquantur, quoniam qui operetur non est. Quodcumque audissent fratres ingemuerunt dicentes. Ora pro nobis pater. ¶ Narrauerunt de abbate Oris, & de abbate Theodoro, quia misissent capitulum pellem in cellam suam, & dixerunt sibi inuicem. Si nos visitauerit Deus modo, quid faciemus & flentes reliquerunt locum ex lateribus, &

sic recesserunt in cellas suas. Narrauit quidam senex, quod aliquis frater cum conuerti vellet, prohiberetur a matre sua. Ille autem non quiescebat ab intentione sua dicens. Saluare volo animam meam. Mater vero eius multum resistens, & cum desiderium eius impedire non posset postea permisit. Abiens autem filius eius factus est monachus, & sub negligentia vitam suam expendit. Contigit autem ut mater ipsius moreretur, & post aliquantum tempus etiam & ipse infirmus est infirmitate magna. Et cum factus fuisset in excessu mentis raptus est ad iudicium, & inuenit matrem suam cum his qui iudicabantur. Illa autem ut vidit eum obstupuit & dixit. Quid est hoc fili, & tu in loco hoc condemnatus es. Vbi sunt sermones tui, quos loquebaris dicendo. Saluare volo animam meam. Confusus autem in his quae audierat ipso dolore stupefactus est, & stabat non habens quid matri suae respondere posset. Iuxta dispensationem autem misericordiae Dei. ¶ Postquam haec vidit contigit ut repararetur, & euaderet de instanti infirmitate, & cogitans apud se diuinitus factam esse huiusmodi visitationem, includens se de cetero sedebat & cogitabat de salute sua penitus, & plorans de his quae egerat sub negligentia prius. Tanta autem ei intentio erat, ut multi-

eum

eum rogarent indulgere sibi paululum, ne forte lesionem aliquam pareretur de fletu, quæ supra modum sibi met indicebat. Ille autem nullo modo consolari volebat dicens, Si improprium matris meę sustinere non potui, quomodo Christi & sanctorum angelorum eius aduersum me contusionem potero in die iudicij sustinere.

¶ Dixit quidam senex, Si possibile esset in aduentu Dei post resurrectionem præ timore exire animas hominum, omnis mūdus moreretur a terrore atque formidine. Quale est enim videre cælos scissos & Deum reuelatum cū ira & indignatione & militias innumerales angelorum, & totum simul hominum genus intendere. Propter quod sic debemus viuere, vt pote qui de singulis motibus nostris rationem exigendi sumus a Deo. ¶ Frater interrogauit senem dicens: vnde est abba cor meum durum, & non timet Deū: Dixit ei senex: Puto si homo teneat in corde suo increpationem possideat timorem. Dicit ei frater. Quid est increpatione. Dixit ei senex. Vt in omni re increpet homo animam suam. Dicendo ei. Memor esto, quia oportet te occurrere Deo. Dicit autem & hoc. Quid volo ego cum homine. Existimo autem quia si quis in his permanserit veniat ei timor Dei. ¶ Vidit senex quendam ridentem & di-

cit ei. Corā calo & terra ratione totius vitæ nostræ reddituri sumus & turides. Quemadmodum vmbra corporum nostrorum vbicunque nobiscum circumferētes sic debemus fletum & compunctionem nobiscū habere vbicūq; sumus. ¶ Frater quidam interrogauit senem dicens. Abba dic mihi aliquod verbum. Dixit ei senex. Quando percussit Deus Aegyptū non erat domus non habens luctum. Frater interrogauit illū senem dicens, Quid facio. Dixit ei senex. Flete debemus semper. Cōtigit enim quendam senem mori aliquā, & post multā horā iterū in semetipsum reuerti, & interrogauit eū dicētes. Quid vidisti ibi abba. Et enarrauit nobis ploras & dicēs, audiui ibi vocē lugubrē sine cessatione dicētē. Vt mihi, vt mihi, vt mihi. Sic & nos semper dicere debem. ¶ Interrogauit frater quendam senem dicens, Quidē siderat anima mea lachrymas sicut audis senes lachrymātes & nō inuenio, & tribulatur anima mea & cæxit ei senex. Filij Israel post quadraginta annos intrauerūt in terrā p̄missionis. Lachrymę ergo sūt terra p̄missionis ad quam si perueneris iam nō timebis bellū. Ita eū vult deus affligi animā, vt sepe desideret ingredi terrā illam.

¶ Incipit liber de Continentiā.

¶ Rares aliqui volentes venire ad abbatem Antonium de lo-

eo Scythiæ ingressi sunt nauem vt irent ad eū. Et inuenerūt in ipsa nauē senē qui & ipse ad Anthoniū ire volebat. Ignorabāt autē eū fratres, & sedētes in nauē loquebātur sermones. Patrū, & de scripturis, & rursus de opere manū suarum. Ille autem senex, per omnia tacebat. Cum autem venissent ad portum agnouerunt & ipsum senem proficisci velle ad abbatem Antonium. Cum autem venissent ad eum, dixit eis abbas Antonius Bonum comitem itineris inuenistis senem hūc. Dixit autem & seni. Bonos fratres inuenisti tecum abba. Dixit ei senex. Boni sunt quidem, sed habitatio eorum nō habet ianuam. Quicumque intrat in stabulum, soluit asinum. Hoc autē dicebat, quia quodcūque eis ascendebat in os loquebantur.

¶ Dicebat abbas Daniel de abbate Arsenio, quia totam noctem vigilans pertransierit, tota enim nocte vigilabat. Et quando volebat circa mane propter istam naturam dormire dicebat somno. Veni serue male. Et surripiebat parum somni sedendo, & statim surgebat. ¶ Dicebat abbas Arsenius. Sufficit monacho si dormit vnā horam, si tamen est pugnator. Dicebat de eo abbas Daniel. Quia tantos annos mansit nobiscum, & mensuram panem victus dabamus ei in anno, & quotiens veniebamus exinde

comedebamus & nos. ¶ Dixit iterum. Quia nisi semel in anno nō mutabat aquam palmarum, sed tantum adiciebat, faciebatq; sic tam de ipsis palmis & coluebat vsque ad sextam horam. Interrogauerunt ergo eū seniores cur nō mutaret aquā palmarū, quæ forte bat, & dixit eis. Pro thymiamate & vnguentorū odoribus quibus in seculo usus sum, opus est vtime forte isto. Iterum quando audiuit, quod maturasset omne genus pomorum, dixit. Asserte mihi & gustauit, sed tantum parum ex omnibus gratias agens Deo.

¶ Dicebant de abbate Agathone. Quia per triennium lapidem in ore suo tenebat, donec taciturnitate disceret. ¶ Aliquando iter agebat abbas Agathon cū discipulis suis, & inueniens vnus ex eis parvissimum fasciculum cicerculæ viridis in via dicit seni. Pater si iubes tollo illud. Intendit vero senex & admirās dixit. Tu illud ibi posuisti. Respondit ei ille frater. Non. Et dixit senex, quomodo vis tollere quod non posuisti. ¶ Venit aliquando quidā senem ad abbatem Artillem & vidit eum iacentem, sanguinem de ore suo, & interrogauit eū dicēs. Quid est hoc pater. Et dixit senex. Sermo est fratris cuiusdā qui me cōtristauit & omnino conatus sū cōseruare illud apud me. Et deprecatus sum Deū vt auferretur a me, & factus est sermo.

sermo ille sanguis in ore meo, & expuo illum, & requiem inueni, & dolorem illum oblitus sum. ¶ Venit aliquando abbas Achilles in cellam abbatis Isaie in locum Scythie & inuenit eum comedentem. Miserat enim in cathinulo salem & aquam, videns autem quia abscondit illum post fleetas de palmis dicit illi: Quid manducabas: ille respondit, Ignosce mihi abba, quia palmas incidebam & ascendi in cauma, & propterea intinxi modo bucellam in sal, & misi in ore meo & exaruerunt fauces mea. Et quia non descendebat bucella quam in ore meo miseram, propterea copulsus sum superfundere modicum aque in sal, ut vel sic possem glutire, sed ignosce mihi. Et dicebat abbas Achilles, venite, & videte Isaiam in scellum comedentem in Scythia, Si vis manducare ius vade in Aegyptum. Dicebant de abbate Amoy, quia cum egrotaret, & in lecto pluribus annis decumbens nunquam relaxauit animum suum ut intenderet interiora cellae suae & videret quid haberet: Multa enim deferebantur ei velut infirmo, sed introeunte discipulo suo Ioanne, & exeunte claudebat oculos suos ne videret quid faciebat, sciebat enim quia fidelis monachus esset. ¶ Dixit abbas Benjamin qui erat presbyter in cellis, quia applicuissent fra-

tres in Scythia ad quendam senem & voluissent ei dare modicum olei & ille eis dicit, Ecce ibi facer paruum vasculum, quod attulit mihi ante tres annos, & quomodo posuistis illud sic remansit. Audientes autem fratres admirati sunt continentiam senis. ¶ Narrauerunt de abbate Dioscoro de Nafias, quia panis eius erat ordeaceus, & de farina lenticulae, & per singulos annos ponebat sibi legem cuiuscunque vnus obseruaret, id est non occurrere vno anno alicui, aut non loqui: aut non gustare aliquid coctum, aut non comedere aliquid pomorum, aut olerum, & in omni opere suo ita faciebat & hoc per annos singulos faciebat. Dixit abbas Euagrius quia dixerit senex, propterea amputo a me delectationes carnales ut etiam iracundia occasiones abscondam: scio enim eam aduersum me semper pugnare pro delectationibus, & conturbare mentem meam & intellectum meum expellere. Misit aliquando sanctus Epiphanius Episcopus Cyprius ad abbatem Hilarionem rogans eum & dicens, Veni ut nos te videamus antequam de corpore exeas. Qui cum venisset ad inuicem manducantibus eis allatum est de auibis quiddam. Quod tenes Episcopus dedit abbati Hilarioni. Et dixit ei senex, Ignosce mihi pater, quia ex quo accepi habitum

meum istum non manducaui quicquam occisum & dixit ei sanctus Epiphanius, Ego autem ex quo accepi habitum istum non dimisi aliquem dormire qui habebat aliquid aduersum me, neque ego dormiui habens aliquid aduersum aliquem, & dixit ei senex, Ignosce mihi pater, quia tua conuersatio melior est mea. Dicebant de beato Palladio, quia fuerat viginti annos in cella, & non leuauit oculos suos sursum, ut videret testem eius. Abbas Zenon ambulans aliquando in Palestina eum laborasset rediit ut manducaret iuxta cucumerarium, suadebat autem ei animus suus dicens, Tolle tibi vnum cucumerem & manduca. Quantum autem est. Qui respondens cogitationi suae dixit, Fures ad tormenta vadunt. Proba ergo te ipsum in hoc si potest ferre tormenta. Qui confurgens ite in caumate quinq; diebus deficiens seipsum in sole dicebat autem quasi animus eius apud ipsum, Non possum portare tormenta, Dicit ergo ad animum suum, si non potes portare tormenta, ergo non rapias ut manduces. ¶ Dixit abbas Theodorus, Inopia panis tabefacit monachi corpus. Alter autem quidam seniorum dicebat, quia vigilia plus tabefaciunt corpus. ¶ Dixit abbas Ioannes beatus staturus. Qui si voluerit Res habitus ciuitatem inimicorum tene

re, prius aquam tenet, & elcas eorum, qui sunt in ciuitate, & fame periclitantes: tunc subiiciuntur ei, ita est, & passio ventris. Si in ciuitate, & fame conuerferur homo, inimici eius qui sollicitant animam eius infirmitur.

¶ Dixit iterum, quia ascendens aliquando per viam quae ducit ad Scythiam, ut distraherem plebas de palmis vidi camelarium loquentem, & commouentem me ad furorem, ego vero dimisi quod portabam & fugi. ¶ Dixit abbas Isaac presbyter cellarum. Scio fratrem metentem in agro qui voluit manducare spicam tritici, & dixit Domino agri, Vis manduco vnam spicam. Ille autem audiens miratus est, & dixit ei, Tuus est ager pater, & me interrogas: In tantum ergo scrupulosus erat memoratus frater. Interrogauit quidam frater abbatem Isidorum seniore Scythiae dicens, quid sit te ferriter timenda uox, dixit ei senex, Quia ex quo lectus sum monachus studeo ne permittam iracundiam usque ad fauces meas ascendere. Dixit iterum, quod supra quadraginta annos ieiasset, ex quo sentiret quidem motum peccati in mente sua nunquam tamen commisit neque concupiscentia neque ira quidquam. ¶ Narrauit abbas Calianus de quodam abbate Ioanne, quia fuerat apud abbatem Cli-

nam) summitate Eremiti habitatem per annos quadraginta, & quia habebat circa ipsum multam charitatem, & per hanc charitatis fiduciam interrogavit eum dicens, Tanto tempore sic remousus, & a nullo hominum facile molestiam patiens dic mihi quid profecisti. At ille dixit. Ex quo cepi solitarius esse numquam me sol vidit manducantem. Dixit autem ei & abbas Ioannes, sed nec me itascentem. Dixit iterum, quia narravit nobis abbas Moyses, quod ei abbas Serapion dixit Quia dum essem iuuenis & sedentem cum abbate meo Theone, & manducarem surgens a refectio ne secundum opera diaboli rapui unum panem paximatem & manducaui eum occulto nesciente abbate meo. Cum ergo perseverarem aliquanto tempore hac faciens cepit mihi ipsum vitium dominari & non preualebam me ipsum retundere, sed solummodo adiudicabar a propria conscientia, & seni dicere confundebar. Contigit autem secundum dispensationem divinam, ut quidam venirent ad senem utilitatis animae suae causa, & interrogabant eum de propriis cogitationibus. Respondens autem senex dixit. Quia nihil sic nocivum est monachis, & latificat demones: quomodo si celent cogitationes suas spiritualibus patribus. Locutus est au-

tem eis de continentia. Et cum hac dicerentur, cogitans ego, quia Deus revelavit seni de me compunctus cepi flere, & eieci paximatem de sinu meo, quem male confucueram rapere, & prosternens me in pavimento postulabam de praeiis veniam & orationem pro cautela in futurum. Tunc dixit senex. O fili liberavit te de captivitate ista etiam me tacente confessio tua, & demones tenebant cor tuum per taciurnitatem, nunc aduersum te ipsum confitendo interfecisti quem hactenus tibi dominari per miseris neque contradicens, neque alio modo increpans cum amodo autem nequaquam locum habebit in te, quippe qui in corde tuo in aperto excullus est. Nec dum autem finito sermone senis, & ecce opere quod dixit apparuit, quia velut lampada ignis egressa est de sinu meo, & impleuit rotam domum foetido odore, ita ut putarent qui aderant, quia sulphuris plurimum fuisset incensum. Et dixit senex. O fili. Ecce verborum meorum liberationis tuae per signum quod factum est praestitit dominus documentum. ¶ Dicebat de abbate Machario. Quia si vacavit inter fratres ponebat sibi terminum & quando inueniebatur vinum propter fratres bibebar: sed pro uno calice vini die in tegra aquam non bibebar, & fratres

res quidam volentes cum recreare dabant ei vinum: sed & senex cum gaudio famebat ut seipsum postea cruciaret. Discipulus autem eius sciens causam dicebat fratribus. Propter Deum rogo ne detis ei vinum, quia in cella postea se cruciatu domat. Quod cognoscentes fratres ultra ei vinum non dederunt. Abbas Macharius maior in siti dicebat fratribus, post missas Ecclesiae, fugite fratres. Et dixit ei vnus fratrum. Pater vbi habemus fugere amplius a solitudine ista? Et ponebat digitum super os suum dicens, Istud est quod fugiendum dico. Et sic intrabat in cellam suam, & claudens ostium sedebat solus. Dixit idem abbas Macharius. Si aliquem increpare volens ad iracundiam commoueris, propriam passionem imple: non enim alium sic siluare debes ut te ipsum perdas. Dixit abbas Pastor. Nisi Nabuzardan Archimagrus venisset non crematum fuisset templum domini. ¶ Ita & nisi quies gulae & ventris veniret in animam nequaquam mens corruet pugnans contra inimicum. Dicebant de abbate Pastore. Quia dum vocatus fuisset ad comedendum contra voluntatem suam ibat lachrymando ne inobediens esset fratribus suis & contristaret eos. Narrauerunt quidam abbati Pastori de quodam monacho, quia non bibe-

bar vinum. Et dixit eis, quia omnino potus monachorum non est. Dixi iterum abbas Pastor. Quia sicut fumo expelluntur apes ut tolleretur dulcedo operis eorum, ita & corporalis quies timorem expellit ab anima, & auferet ab ea omne opus bonum. ¶ Narravit quidam senex de abbate Pastore & fratribus eius, qui habitarent in Aegypto, & cum desideraret mater eorum videre eos & non posset obseruauit vna die, & euntibus illis ad Ecclesiam obtulit se eis. Illi autem videntes eam conuerterunt se ad cellam, & intrantes clausurunt ostium in faciem eius. Illa autem ad ostium stans clamabat plorans cum nimia miseratione. Audiens autem eam Abbas Anub intrauit ad abbatem Pastorem dicens, Quid faciemus vetulae istae, ita ante ostium flenti. Surgens autem abbas Pastor venit ad ostium, & intro stans audiuit eam plorantem miserabiliter nimis, & dixit. Quid sic clamas vetula. Illa autem cum vocem eius audisset multo magis clamauit, plorans & dicens, Volo vos videre filij mei: quid est enim si videro vos. Nunquid non sum mater vestra? Aut non ego lactaui vos? En tota sum iam canis plena: sed & audiens vocem tuam turbata sum. Dixit ei senex. Hic nos vis videre an in illo seculo? Dixit ei. Et si non videro vos hic videro. Mm 2 debo.

debo vos illis filij in. Dixit ei: Si potes aquam in ferre ut hic nobis non videas, videbis nos illic, & ita discessit maliter gaudens, & dicens, Si omnino visura vos ero illic, nolo vos hic videre, o filij mei. Dicebant de abbate Piot. Quia ambulando comederet & interrogate eum quodam quare sic manducaret: respondit. Non hoc, ut velut opus aliquod ageret, sed velut quodam superfluo vitij. Alij autem de hoc ipso interroganti respondit. Ut non vel in comedendo corporalem delectationem habeat anima. Dicebant de abbate Petro cognomento Pyanio qui erat in celis, quia vinum non bibebar. Quando autem senitt rogabat eum ut modicum vini sumeret. Quicum non acqutesceret, tepesciebant aquam & ita offerebant. Et dicebat. Credite mihi filij, quia velut conditum illud accipio. Et ad iudicavit se tepida aqua esse contentum. Facta est aliquando celebratio missarum in monte abbatis Antonij, & inuentum est ibi vasculum vini. Et tollens vnus de senibus paruum vas, id est calicem portauit abbati Syfoy & dedit ei & bibit semel, & secundo accepit & bibit. Oblit etiam ei tertio, sed non accepit, dicens quiesce frater an nescis, quia Satanas est? Frater quidam interrogauit abbatem Syfoy dicens,

Quid facio quia occurro ad Ecclesiam, & frequenter fratres pro charitate ad cibum retinent me. Dicit ei senex. Onerosa res est. Dicit ergo Abraham discipulus eius. Si occurrerit in Sabbato & Dominica ad Ecclesiam, & biberit frater tres calices multum ne est? & dicit senex. Si non esset Satanas non esset multum. Frequenter dicebat abbati Syfoy discipulus suus. Surge abba & manducemus. Ille autem dicebat. Ad huc non manducauimus filij. Et ille respondit. Non pater. Dicebat autem senex. Si nec adhuc manducauimus affer & manducemus. Dixit aliquando cum fiducia abbas Syfoy. Crede quia ecce triginta annos habeo, quod non deprecor Deum pro peccato, sed orans hoc dico. Domine Iesu Christo protege me a lingua mea, & vsque nunc per singulos dies curro in ipsa opera & delinquo. Venerunt aliquando abbas Sylyuanus & discipulus eius Zacharias ad quodam monasterium & fecerunt eos gustare modicum antequam ambularent. Et exeuntibus eis inuenit discipulus eius aquam in via & volebat bibere. Dixit ei abbas Sylyuanus. Zacharia ieiunium est hodie. Cui ille dixit. Nonne hodie manducauimus, pater? Dicit ei senex. Illud manducare charitatis fuit, nos autem teneamus ieiunium.

ieiunium nostrum filij mi. Dixit sancta Synclerica. Quia oportet nos, qui huiusmodi propositum simpliciter castitatem, quae summa est tenere, Etenim apud seculares videtur castitas obseruari, sed adest eis stultitia, propter quod alijs sensibus peccant, nam & aspiciunt indecenter & rident inordinatè. Dixit iterum quae supra, quia sicut venenosa animalia acriora medicamenta se expellunt: ita cogitationem sordidam ieiunium cum oratione depellit ab anima. Dixit iterum. Non te seducant diuitum huius seculi deliciae tanquam aliquid vtile habentes in se. Etenim illi delectationis causa arte diuerso modo conditi cibos onerant. Tu autem ieiunio & abiectione ciborum, abundantiam deliciarum illorum supergredere. sed ne fatieris pane neque desideres vinum. Dixit abbas Syfoy, quia peregrinatio nostra est, ut teneat homo os suum.

Dixit abbas Hiperitius, quia sicut leo terribilis est onagris, sic monachus probatus cogitationibus concupiscentiae. Dixit iterum ieiunium fratrum est monacho aduersus peccatum, qui autem abiicit ieiunium velut equus feruens desiderio feminae rapitur. Dixit iterum. Siccatum ieiunio corpus monachi animam de profundo eleuat & siccat fistulas delectationum ieiunium mo-

nachi. Dixit iterum. Castus monachus in terra honorabitur, & in caelis ab excelsis coronabitur. Idem ipse dixit. Monachus qui non retinet linguam suam intempore furoris, neque passionum corporalium retentor erit aliqua do. Dixit iterum. Verbum malum non proferat os tuum, quoniam vitis non affert spinas. Dixit iterum. Bonum est manducare carnem & bibere vinum, quam manducare in obrectatione carnes fratrum. Dixit iterum. Sufurrans serpens Euam de paradiso eam erexit: hinc ergo similis est, qui proximo suo obloquitur quoniam & audientis se animam perdit & suam non saluat.

Facta est aliquando festiuitas in Scithi, & dederunt seni vinum bibere in calice, qui abiiciens dixit, Tolle a me mortem istam. Quod videntes alij qui cum ipso edebant nec ipsi biberunt. Alia vice allatum est ibi vasculum vini de primitijs, ut daretur fratribus ad singulos calices, & introeunte quodam fratre & vidente, quia acciperent fugit in criptam quae cripta mox cecidit, & cum audissent sonum, currentes inueniunt fratrem semianimum iacentem & coeperunt obiurgare eum dicentes, Benefici contigit, quia vanam gloriam habuisti. Abbas autem resouens eum dixit, dimittite filium meum, bonum opus

fecit, & viuit Dominus, quia nō recedificabitur cripta hęc temporibus meis, vt cognoscat mundus quia propter calicem vini cecidit cripta in Scyti. ¶ Ascendit aliquando presbyter de Scyti ad Episcopum Alexandrinū, & quādo reuersus est in Scythi interrogauerūt eum fratres quomodo est ciuitas. Ille autē dixit eis. Credite mihi fratres: ego ibi faciem hominis nullius vidi, nisi tantū Episcopi. Illi autē audientes mirati sunt & dixerunt, quid putastis facta est in illa omnis multitudo? Presbyter vero refouit hęsitantes dicens, Extorsi animo meo ne intraret faciem hominis: ex qua relatione profecerunt fratres, vt custodiant se ab extollentia oculorum suorum. Venit aliquādo quidam senex ad alium senem. Ille autem dixit discipulo suo, fac nobis modicum lenticulę, & fecit. Et infunde nobis panes & infudit, & manserūt sic vsque ad alterius diei horam sextam, loquentes de rebus spiritualibus. Iterum dixit senex discipulo suo. Fac nobis modicum lenticulę fili mi. Ille respondit. Ab hesternō die feci pater. Et ita surgentes sumpserūt cibum. ¶ Alter quidam senex venit ad quendam patrum. Ille autem eoxit modicum lenticulę, & dixit ei. Faciamus opus Dei & gustemus, & vnus quidem eorum cōpleuit totum psalterium: alter

vero ex corde, duos prophetas maiores lectōris ordine recitauit, & factō mane, discessit senex ille qui venerat, & obliui sunt sumere cibum. Esuriit quidam frater a mane, & pugnabat cum animo suo ne māducarer, donec fieret hora tertia: Et facta hora tertia, exigit a se vt fieret hora sexta & facta sexta, infudit panem & sedit vt manducaret. Postea vero surrexit dicens manebo sic vsq; ad horam nonam: hora autem nona fecit orationem, & vidit opus diaboli sicut fumum exeuntem a se, & ita cessauit esuries eius. Infirmatus est quidam senem, & cum non posset sumere cibum multis diebus rogabatur a discipulo suo vt faceret aliquid ei & reficeretur. Abijt autē & fecit de farinula lenticulas & zippulas. Erat autem ibi vasculum pendens in quo erat modicum mellis, & aliud in quo erat rafenealeon, id est, lini oleum & ferebat: ita quod tantū ad lucernam proficeret. Errauit autem frater, & promelle de lini oleo misit in pulmentum: Senex vero cum gustasset nihil locutus est, sed tacitus manducauit. Compelebat autem eum iterum manducare & extorquens sibi manducauit, & dabat ei tertio: ille autem noluit manducare dicens. Vere non possum fili mi. Discipulus autē hortabatur eum dicens, Bonum est abba, ecce & ego manduco

duco tecum. Qui cum gustasset & cognouisset quod fecerat, cecidit pronus in faciem dicens. Vch mihi pater, quoniam occidi te. Et tu peccatū hoc posuisti super me quia non es locutus. Et dixit ei senex. Non contristeris fili, si voluisset Deus vt mel manducarem mel habuisti mittere in zippulas istas. Narrauerunt de sene quodā quia desiderauit aliquando manducare cucumerem, quem cum accepisset, appendit eum prius ante oculos suos. Et cum esset victus desiderio, domans seipsum penitentiam agebat, quia vel omnino desiderasset. ¶ Frater quidam aliquādo abiit visitare sororem suā, in monasterio ægrotantem. Erat autem fidelissima & non acquieuit aliquando videre virum, neque occasionem dare fratri suo, vt propter illam veniret in medium fœminarum, & mandauit fratri suo. Vade frater ora pro me quia cum gratia Christi, videbo te in regnum cœlorum. Monachus quidā occurrit ancillis Dei in itinere quodam, quibus visis diuertit extra viam. Cui dixit abbatissa. Tuli perfectus es? Monachus non respiceres nos sic, vt agnosceres quod fœminę eram? Intrauerunt aliquādo fratres in Alexandriam, inuitati a Theophilo Archiepiscopo, vt præsensentibus his facta oratione destrueret templum paganorum. Et mandu-

cantibus eis cum Archiepiscopo ministratę sunt eis carnes vitulinę, & manducabant nihil discernentes. Et accipens Archiepiscopus vnum capadium, dedit iuxta se recumbenti seni dicens, Ecce istud capadium, id est, stucklein, bonum est, manduca abba. Ille autem respondens dixit. Vsque modo credebam, quod olera manducarem. Nam si carnes sunt non māduco. Et vltra nemo acquieuit gustare. Frater quidam in cellam attulit panes recentes: & inuitauit ad mensam seniores. Et cū manducassent singulos paximates paupauerūt. Frater vero sciens laborem abstinentię eorum, cœpit cum humilitate supplicare dicens. Propter Deum manducate hodie, donec satiemini. Et māducauerunt alios denos paximates. Ecce igitur quantum supra quādam positus erat, manducaberunt propter deum veri monachi, & simpliciter abstinentes. ¶ Aegrotauit quidam senem aliquando magna infirmitate: ita vt ex eius vitceribus multus sanguis efflueret. Et attulit quidam frater nixas siccas, & fecit pultes. Et misit eas ibi, & obtulit seni, & rogabat eum, dicens: Comede quoniam forte expedit tibi. Inruens autem eum senex diutius dixit. Vere dico tibi frater, quia volebam, vt me dimitteret Deus in hac infirmitate esse alios xi

ginta annos. Et nullo modo acquieuit senex in tali ægreditudine vel modicū fumere cibi ita ut tolleret frater quod portauerat, & rediret ad cellam suam. Alter senex sedebat longe in eremo & contigit fratrem venite ad eum, & inuenire eum infirmantē. Qui lauans ei faciem, fecit ei refectio nem, ex his quæ attulerat. Quod cum vidisset senex dixit. Vere frater oblitus eram, quod haberent homines de cibo solatum. Obrulit ei etiam & calicem vini. Quod cum vidisset, plorauit dicens, Nō sperauam me vsque ad mortem bibere vinum. Statuit quidam senex, vt quadraginta diebus nō biberet. Et si quando fieret cauma, lauabat surifculam & implebat eam aqua & appendebat eam ante oculos suos. Qui cum interrogaretur à fratribus, quare hoc faceret, respondit dicens, Vt cum videns quod desiderabam non gustauero, maiorem ardorem sustineam, & propter hoc maiorem mercedem à domino consequar. Frater quidam iter agens, habebat secum matrē suam, iam senem. Qui cum venissent ad quendam fluuium, non poterat illa vetula transire. Et tulit filius suus pallium suum, & inuoluit exinde demanus suas, ne aliquo modo contingeret corpus eius, Et ita portans eam transfuit fluuium. Dixit autem ei

mater sua. Vt quit sic operuisti manus tuas fili mi. Ille autem dixit, Quia corpus mulieris ignis est, & ex eo ipso quod contingebam te, veniebat mihi commemoratio aliarum fœminarum in animo. Dicebat quidam patrum. Quia sciret fratrem in cella ieiunantem tota Hebdomada pascha. Et cum Sabbato sero venisset ad missam, communicans mox fugiebat ne cogere tur à fratribus in Ecclesia manducare apud se tantum modicas betas elixas cum sale manducabat sine pane. Fratres conuocati sunt in Scythi, vt manducarent palmas, & erat ibi aliquis infirmus præ nimia abstinentia, qui tussiens excreauit flema. Quo vomente, de sputo eius venit super aliū fratrem. Qui cum à cogitatione sua compelleretur dicere ei, quiesce iam & non excrees super me, vt superaret cogitationes suas tulit quod excreauerat, & mittens in ore suo, statim comedit illud. Et tunc cœpit ad seipsum dicere. Aut non dicas fratri quod est contrister, aut manduca quod horres.

Incipit liber contra Fornicationem.

Dixit abbas Antonius. Existimo, quod habet corpus motum naturalem cōspersum in se, qui nolentē animo non operatur, sed tantum modo significatur

ficatur in corpore quasi impassibilis morus. Est autē & alius motus ex eo quod nutritur corpus, & fouetur cibus, & potibus ex quibus calor sanguinis excitatur ad operandum corpus. Propter quod dixit Apostolus. Nolite inebriari vino in quo est luxuria, Et rursum Dominus in euangelio discipulis mandans dixit. Videte ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Est autem adhuc & alius quidam motus certantibus in conuersatione, ex insidiis, & inuidia demonum veniens. Itaque scire conuenit quia tres sunt motus corporales, vnus quidem naturalis, alius autem ex plenitudine ciborum, tertius vero ex demonibus. Dixit abbas Geroncius Petrensis. Quia multi tentati sunt à corporalibus delectationibus, & cum non approximerent corporibus, mente fornicati sunt, & qui corporaliter virginitatem seruant secundum animum fornicantur. Bonum est ergo dilectissimi facere quod scriptum est omni custodia vnumque cor suum seruare. Dixit abbas Casianus, qui adixerat abbas Moyses, bonum est non abscondere cogitationes, sed feni bus spiritualibus, & discretionem habentibus manifestare eas non his qui tantum tempore senes sunt, quoniam multi ad iracundiam respicientes, & cogitationes

dicentes eis, quia experimentum non habebant, pro consolatione ad desperationem vltimam perueniunt. Erat quidam frater omnino in conuersatione sollicitus, & cum valde à fornicationis demone turbaretur venit ad quendam senem, & retulit ei cogitationes suas. Ille autem audiens quia expertus erat indignatus est, & miserabilem dicebat esse fratrem illum, & indignum monachi habitu, quia huiusmodi cogitationes reciperet. Et hæc audiens frater desperans seipsum, reliquit propriam cellam, & ad seculum redibat. Secundum autem dispositionem Dei occurrit ei abbas Apollo, & videns eum perturbatum, & nimium tristem, interrogauit eum dicens, Fili quæ est causa tantæ tristitiæ tuæ? Ille autem prius ex multâ confusione animi sui, non respondit quidquam. Postea autem cum multum rogaretur a sene, quæ circa se agerentur, confessus est dicens. Quia cogitationes fornicationū inquietant me, quod confessus sum seni illi, & secundum verba eius iam mihi spes salutis nō est, desperans ergo me ipsum ad seculum red eo. Hæc autem pater Apollo audiens velut sapiens medicus multū eum rogabat, & monebat dicens. Noli mirari fili, neque desperes de te ipso, ego enim in hac ætate atque conuersatione

valde ab huiusmodi cogitationibus inquietor. Ne ergo deficias in huiusmodi occasione, quæ non tantum humana sollicitudine, quantum Dei miseratione curatur, tantum hodie dona mihi quod peto & reuertere in cellam tuam. Fecit autem frater ille sic. Abbas autem Apollo discedens ab eo, perrexit ad cellam illius senis qui ei desperationem fecerat, & stans foris deprecatus est Dominum cum lachrymis dicens. Deus qui tentationes utiliter infers, cõuertere bellum quod patitur frater ille in hunc senem, ut per experientiam in senectute suadiscat, quod tempore longe non didicit, quatenus compatiatus his qui huiusmodi tentationibus perturbantur. Qui cum orationem complectetur, vidit a throno pennis stantem iuxta cellam, & sagittas dirigentem contra illum senem quibus quasi perforatus, statim tanquam ebrius a vino hac atque illuc ferebatur. Et cum non posset tolerare, egressus est de cella eadem via, qua & ille iuuenis ad seculum redibat. Abbas autem Apollo intelligens quod factum erat, occurrit ei, & accedens ad eum dixit. Vbi vadis, & quæ causa perturbationis tuæ quæ obtinuit te? Ille autem sentiens quia intellexisset sanctus vir quæ ei euenerant, præ verecundia nihil dicebat. Dixit autem ei abbas Apollo. Reuer-

tere in cellam tuam & de cetero agnosce infirmitatem tuam, & cogita apud te ipsum, quia ignotus sis à diabolo, usque modo autem contentus, propter quod nec meruisti secundum vires virtutum habere contra diabolum luctamenta. Quid autem dico luctamenta qui nec vna digressione ipsius portare potuisti. Hoc autem tibi contigit, quia iuuenem illum à communi aduersario impugnatum suscipiens cum debuisses eum contra diabolicum certamen consolatoris verbis monere, etiam in desperationem misisti, non cogitans illud sapientissimum præceptum, quod iubemur eripere eos qui ducuntur ad mortem, & iterum non negligas redimere occidendos, sed neque parabolam saluatoris nostri dicentis harundinem cassitam non debere confringi, & lignum fumigans non extinguere. Nemo enim ferre posset insidias aduersarij, neque ebullientis nature ignem extinguere, vel retinere nisi Dei gratia conseruaret infirmitatem humanam, qui in nobis salutari dispensatione curata disponit. Omnes ergo Dominum deprecemur, ut & aduersum te dimissum flagellum aduertat, quoniam ipse, & dolere facit, & iterum saluti restituit, percutit, & manus ipsius sanat, humiliat, & exaltat, mortificat, & viuificat,

uificat, deducit ad inferos, & reuertitur. Hæc dicens orationem impleuit, & statim ab illato sibi bello senex liberatus est. Quem commouit abbas Apollo ut peteret sibi dari linguam eruditam ut sciret rebus quo oporteret loqui sermone. ¶ De cogitatione fornicationis interrogatus abbas Syrus Alexandrinus ita respondit. Sicut cogitationes non habes spem non habes. Quoniam si cogitationes non habes, opera non habes, hoc est. Qui cogitatione aduersus peccatum non pugnat neque contradicit corporaliter peccat. Qui enim corporaliter peccat cogitationum molestias nullas habet. ¶ Interrogauit autem quidam senex fratrem dicens. Ne consuetudinem habes colloqui mulieri? Et dixit frater. Non, & ille dixit. Vereres & noui pictores sunt cogitationes meæ, & commemorationes quædam inquietantes me ex similitudine mulierum. Senex autem dixit. Mortuos non timeas sed viuentes fuge, hoc est consensum, & in opere ipso peccatum, & extende magis orationem tuam. ¶ Dixit abbas Mathois. Quod quidam frater veniens dixerit deteriorem esse qui obloquitur quam qui fornicatur, & respondit ei senex. Durus est sermo. Dixit ergo ei frater. Et quomodo vis esse hunc rem? Dixit ei senex. Oblocutio quidam mala est;

celerem tamen inuenit curam, & plerumque poenitentiam agit qui oblocutus est dicens. Male locutus sum & rranfit, fornicatio autem naturaliter mors est. Dixit abbas Pastor. Sicut spatarius principis assisit ei cõtinue semper paratus ita oportet, & animam semper paratam esse aduersus demones fornicationum. Venit aliquando quidam frater ad abbatem Pastorem, & dixit ei. Quid facio pater quia affligor à fornicatione, & perrexi ad abbatem Ibsitionem, & dixit mihi. Non debes tam longo tempore permittere habitare in te. Dixit abbas Pastor. Abbatem Ibsitionis actus sursum in celo sunt cum angelis & lateret eum, ego autem, & tu in fornicatione sumus. Si ergo tenear monachus ventrem, & linguam, & manserit in solitudine confidat quia non moritur. Narrauerunt de abbatissa Sara, quia manserit tredecim annos fortiter a fornicationis demone impugnata, & nunquam orauit, ut recederet ab ea huiusmodi pugna, sed hoc solum dicebat. Da mihi fortitudinem Deus. Dixerunt iterum de ea. Quia infelix inuenit ei aliquando imminens fortius idem fornicationis demon, mittens in cogitationem eius seculi vanitates. Illa autem non relaxans animum à timore Dei, & à proposito abstinentiæ ascendit semel super lectum suum orare & apparuit ei cor-

ei corporaliter spiritus fornicationis, & dixit ei. Tu me vicisti Sara. Illa autem respondit. Ego non te vici, sed dominus meus Iesus Christus. ¶ Frater quidam stimulabatur à fornicatione, & erat stimulus velut ignis ardēs. in corde eius nocte ac die. Frater autē de certabat, non condescendens neque consentiens cogitationi suæ. Post multum autem tempus discessit stimulus ab eo nihil præualēs propter perseverantiā eius, & statim lux apparuit in corde eius. ¶ Alius frater stimulatus à fornicatione, & surgens nocte perrexit ad quendam senem, & dixit ei cogitationes suas & consolatus est eum senex. Ex qua consolatione proficiens frater reuersus est in cellam suam. Et ecce iterum spiritus fornicationis, tentauit eum. Ille autem frater iterum abiit ad senem. Factum est autem hoc sepius. Senex vero non contristauit eum sed loquebatur ei quæ ad utilitatem eius pertinerent dicens. Non concedas diabolo ut relaxes animum tuum, sed potius quotiens molestus est tibi demon, dic veni ad me, & increparus discedet. Nihil enim sic extēdiat demonem fornicationis quomodo si reuelentur stimulationes eius, & nihil eum sic lætificat, quomodo si abscondantur cogitationes eius. Venit ergo frater undecies ad senem, accusans cogitationes

suas, postea autem dixit frater seni. Ostende charitatem abba, & dic mihi verbum. Et dixit ei senex. Crede fili, quia si permitteret Deus cogitationes meas, quibus stimularur animus meus in te transferri non eas portares sed omnino corrueres deorsum, hæc autem dicente senex propter nimiam humilitatem eius, quietuit stimulus fornicationis à fratre. Item alius stimulatus à fornicatione cepit decertare, & extendere abstinentiam suam per quatuordecim annos cogitationem suam custodiens ne consentiret concupiscentiæ suæ. Postea autem veniens ad Ecclesiam manifestauit vniuersæ multitudinī quod patiebatur. Et datum est mandatum, & omnes afflixerunt se pro eo, hebdomada iugiter orantes Dominum, & quietuit stimulus eius. De cogitatione fornicationis dixit quidam senex Eremita. Dormiens vis saluari. Vade labora, vade affligere, vade quære, & inuenies, vigila, pulsa, & aperietur tibi. Sunt enim in seculo Pancratiarij, qui cum nimis edunt, & stant, & fortes apparuerunt, coronas accipiunt. Aliquoties autem, & vnus à duobus cæditur, & confortatus plagis cædentes se vincit. Vidisti quātam virtutem per carnis exercitium acquisiuit. Et tu sta & confortare, & Dominus expugnabit

gnabit pro te inimicum. ¶ De eadem ipsa cogitatione fornicationis dixit alter senex. Esto velut qui transit in platea, aut per tabernam, & capit cuiuscunque capture odorem, aut alicuius assaturæ, & qui vult ingreditur, & manducat, qui autem non vult odoratur tantum, & præterit ira & tunc excute à te factorem, surge, & ora dicens. Domine fili Dei adiuuame. Hoc autem fac etiam aduersus alias cogitationes. Neque enim eradicatores sumus cogitationū, sed luctatores aduersus easdē cogitationes. ¶ Alter senex dixit. Hæc de negligentia patimur. Nam si consideremus, quia Deus habitat in nobis non alienum vas in se feremus intra nos. Dominus enim Christus habitans in nobis atque cohabitans nobis, respicit vitam nostram. Unde & nos portantes eum & contemplantes negligere non debemus, sed sanctificare nosmetipsos, sicut & ille sanctus est. Stemus super petram, & rumperatur malignus, non formides. & commiliter aduersus te, psalle cū virtute dicens. Qui confidunt in Domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum qui habitat in Hierusalem. ¶ frater quidam interrogauit senem dicens. Si incurrit monachus in peccatum effligitur, velut qui de profectu in deteriore statum peruenit, & laborat donec resurgat,

qui autē à seculo venit velut qui initium fecit, & proficit. Et respondens senex dixit, Monachus tentationem incurrens sicut est tanquā domus quæ cadit, & si sobrius fuerit in cogitatione reedificat eam quæ corruerat domum inueniens materias ad ædificiū profuturas habens posita fundamenta, lapides, arenam, & cetera quæ huiusmodi sunt ædificiō necessaria atque ita velociter pro fabrica proficit. Ille autem qui nec effodit nec fundamentum misit nec habet aliquid eorum quæ sunt necessaria, sed in spe dimittēs si quomodo aliquando perficiatur, ita est & monachus si in tentationem ceciderit, & conuersus fuerit ad Dominum habet plurimum apparatus, videlicet meditationē diuinæ legis psalmodiam, opus manuum, orationem, & cetera quæ sunt sanctæ religionis fundamenta. Qui autem recens est & nouus in conuersatione donec cistadicit ille primum ordinem inueniet. ¶ frater quidam cum à fornicationis spiritu teneretur, perrexit ad quendam senem magnum, & rogabat eum dicens. Ostende pater charitatem, & ora pro me, quia à fornicatione sollicitor. Senex autem deprecatus est Dominum pro eo, & iterum secundo veniens ad senem dixit eundem sermonem. Similiter & senex non neglexit rogare pro ipso dicens.

Domine

Domine reuela mihi vnde in hoc fratre operatio fit ista diaboli, quoniam deprecarus sum te, & requiem nondum inuenit. Et reuelauit ei Dominus quæ agebatur circa fratrem illum, & vidit eum senex sedentem, & spiritum fornicationis circa eum, & quasi ludentem cum ipso, & angelus Domini stabat missus in adiutorium eius, & indignabatur aduersus fratrem illum quia non se prosterneret Deo, sed quasi delectabatur in cogitationibus suis totam mentem suam ad hoc inclinans, Et agnouit senex quia causa magis ab eodem fratre esset, & annunciauit dicens, tu consentis cogitationi tuæ frater. Et docuit eum quomodo talibus cogitationibus deberet resistere, & respirans frater per doctrinam senis illius & orationem inuenit requiem à tentatione sua. Tentatus est aliquando discipulus alicuius senis magni à fornicatione. Senex vero cum videret eum laborantem dixit ei. Vis rogo Deum vt subleuet à te molestiam istam. Ille autem dixit. Video abba quia & si laboro, tamen expondere laboris huius fructificari me sentio, sed hoc rogo Deum in cogitationibus tuis vt det mihi tolerantiam per quam sustineam. Dixit ei abbas suus. Modo agnouit, quia in magno profectu es fili, & supergredieris me. ¶ Dicebant de quo-

dam senex quia descendit de Scythi, & habebat filium adhuc fugentem lac, qui quoniam in monasterio nutritus est, nesciebat quid essent mulieres. Qui cum factus esset vir ostendebant ei nocte damones formas, & habitus mulierum & hoc nunciauit patri suo & mirabatur. Aliquando ergo ascendit cum patre suo in Aegyptum, & videns mulieres, dixit patri suo. Ecce istæ sunt quæ veniebant ad me nocte in Scythi. Et pater dixit ei. Isti sunt monachi de seculo, fili, alio autem habitu vtuntur isti & Eremitæ alio. Et miratus est senex quomodo in Scythi ostenderant ei damones imagines mulierum, & statim reuersi sunt in cellam suam. ¶ Frater quidam erat probatus tentationibus in Scythi, & immirrebat ei aduersarius memoriâ mulieris cuiusdam pulchræ in animo, & affligebat eum valde. Et contigit secundum Dei dispensationem vt alter frater descendens de Aegypto applicaret in Scythi & cum loquerentur nunciauit ei dicens. Vxor illius mortua est. Erat autem ipsa mulier de qua inquierebatur frater ille. Quod cum audisset tulit vestimentum suum nocte, & ascendit vbi eam sepultam audierat, & fodit locum & extersit fanem putredinis eius in vestimento suo, & reuersus habebat illud in cella sua. Et cum nī-

mis

mis frateret, ponebat illos fautores ante se, & improperans cogitationi suæ dicebat. Ecce desiderium quod quærebas habe illud & fatiare ex eo, & ita ex huiusmodi fautore castigabat seipsum, donec emorerentur concupiscentiæ eius. ¶ Venit quidam in Scythi aliquando vt fieret monachus qui etiam accepit filium suum secum nuper ablactatum. Qui cum factus fuisset iuuenis ceperunt impugnare damones & sollicitare eum. Et dixit patri suo. Vado ad seculum, quia non valeo carnales concupiscentias sustinere. Pater autem eius consolabatur eum, dixit ergo illi iuuenis. Iam sustinere non valeo pater, dimitte mere dire ad seculum. Dixit ergo ei pater suus. Audi me fili adhuc semel, & tolle tibi quadraginta panes, & fœlia palmarum dierum quadraginta & vade in Eremum interiorem, & esto ibi quadraginta diebus, & voluntas Domini fiet. Qui obediens patri suo surrexit, & abiit in Eremum, & mansit ibi laborans, & faciens plectas de palmis siccis, & panem siccum comedens. Et cum ibi dies viginti quiescisset. ecce vidit ibi opus diabolicum quoddam venire super se, & stetit coram ipso velut mulier Aethiopsa fœtida & turpis aspectu, ita vt fetore eius ferre non posset. Et abijciebat eam à se, & illa dicebat ei, ego sum quæ

in cordibus hominum dulcis appareo, sed propter obedientiam tuam & laborem quem sustines, non permittit me Deus seducere te, sed ostēdi tibi fautorem meum, ille autē surrexit & gratias agens Deo venit ad patrem suum & dixit ei. Iam nullo ire ad seculum pater, vidi enim operationem diaboli & fautorum eius. Cognouerat autem & pater eius de hoc ipso, & dixit ei. Si mansisses quadraginta dies, & custodisses vsque in finem mandatum meum, maiora habuisses videre. ¶ Senex quidam sedebat in longinqua Eremita, qui habebat vnam parētem & desiderabat eum videre post multos annos, & quæsiuit in quo loco habitaret. Et surrexit, & venit in viam Eremiti illius, & inueniens camelarios adiunxit se illis, & ingressa est cum illis Eremum. Hæc enim trahebatur à diabolo. Quæ cum venisset ad ianuam senis cepit signis indicare seipsam dicens. Ego sum patens tua, & mansit apud eum. Erat autem alius monachus sedens in inferioribus partibus Eremiti, qui implebat sibi furisculam aquæ, & hora qua mādudare voluisset, subito versabatur furiscula & effūdebatur aqua qui inspirante Deo dixit in semetipso. Ingrediar in Eremum, & dico hoc quod mihi inuenit de aqua senioribus, Et surgens abiit & cum sero factum esset dormiuit in templo

plo quodam idolorum iuxta viam,
 & audiuit nocte daemones dicen-
 tes. Ita nocte precipitauimus il-
 lum monachum in fornicatione,
 quod cum audisset contristatus
 est, & perueniens ad senem inue-
 nit eum tristem, & dixit ei. Quid
 facio abba, quia impleo mihi va-
 sculum aquae, & in hora mandu-
 cadi effunditur? Et dixit ei senex.
 Tu venisti ad me interrogare me
 quia luriscula tua verfarua, ego
 aure quid facio, quia hac nocte ce-
 cidisti in fornicationem, qui respo-
 dit, & ego cognoui, & dixit ei, tu
 vnde scis? Qui dixit. Dormiebam
 in templo, & audiui daemones lo-
 quentes de te. Et dixit senex. Ec-
 ce ego vado ad seculum. Ille au-
 tem rogabat eum dicens. Noli pa-
 teri, sed permane in loco hoc, mu-
 llieris vero dimittamus hinc. Hoc
 enim ex occurso inimici contig-
 it. Quo audito, senex sustinuit
 extendens & aggrauans conuer-
 sationem suam cum lachrymis,
 donec rediret in priorem ordinem
 suum. ¶ Dixit senex quidam. Quia
 securitas & taciturnitas, & occul-
 ta meditatio, pariunt castitatem.
 ¶ Frater quidam interrogauit se-
 nem dicens. Si contigit hominem
 in tentationem cadere, quid fit
 propter eos, qui scandalizantur
 in eo? Et narrauit senex dicens.
 Diaconus quidam erat nomina-
 tus in monasterio Aegypti. Dum
 autem quidam curialis infecutio

nem iudicis pareretur, venit enim
 omni domo sua ad monasterium
 & operante iniquo, incurrit dia-
 conus ille in mulierem eius & fa-
 cta est omnibus fratribus confu-
 sio. Ille autem abiit ad quendam
 senem, & indicauit ei rem, senex
 vero habebat occultam cellam in-
 teriorem quam eum vidisset dia-
 conus ille, dixit. Sepeli me hic sic
 viuum, & non indices cuiquam.
 Et intrauit in obscuritatem celle
 illius, & egit poenitentiam illic
 ex veritate. Contigit autem ex
 post multum temporis non ascen-
 deret aqua de flumine Nili. Et cum
 omnes letantes facerent, reuelatum
 est cuidam sanctorum, quia
 nisi veniret diaconus qui abscon-
 ditus esset apud illum, talem fe-
 ne, non ascenderet fluminis aqua.
 Quod cum audissent mirati sunt
 & venientes eiecerunt eum de lo-
 co in quo erat. Et orauit, & ascen-
 dit aqua, & qui aliquando in ipso
 scandalizati fuerant & deficati sunt
 postea in poenitentia eius & glo-
 rificauerunt Deum. ¶ Duo fratres
 perrexerunt ad ciuitatem, ut ven-
 derent quod fuerant operati. Et
 cum a se inuicem in ciuitate fuisset
 diuisi incurrit vnus in forni-
 cationem. Veniens autem postea
 frater eius, dixit ei. Reuertamur
 ad cellam nostram frater, ille au-
 tem respondit dicens. Non veniam
 Et interrogauit eum ille dicens.
 Quare frater? Et ille respondit,
 Quia

Quia cum discessisses a me incur-
 risti in tentationem, & fornicatus
 sum. Ille autem alter frater vo-
 lens lucrari eum cepit dicere.
 Quia, & mihi sic contigit, &
 quando separatus sum a te incur-
 risti, & ego in fornicationem. Sed
 eamus & simul poenitentiam aga-
 mus cum omni labore, & Deus
 ignoscat nobis peccatum. Qui cum
 venissent ad cellam retulerunt se-
 nibus quod eis contigerat, & de-
 derunt eis illi mandatū qualiter
 poenitentiam agerent. Ille tamen
 vnus non pro se, sed pro alio fra-
 tre poenitentiam agebat, tanquam
 si & ipse peccasset. Videns autem
 Deus laborem, & charitatem e-
 ius intra paucos dies manifesta-
 uit vni de senibus, quod pro mul-
 ta charitate fratris qui non pecca-
 uerat, indulserat illi qui fornicatus
 est, & vere hoc est ponere ani-
 mam suam pro fratre suo. ¶ Venit
 aliquando frater ad quendam
 senem, & dixit ei. Frater meus sol-
 uit me egrediens huc atque il-
 luc, & pro hoc ego affligor. Et
 rogabat eum senex dicens. Aequi-
 vanimiter potra frater, & Deus
 videns laborem sustentationis
 tuae reuocet eum ad te. Neque enim
 possibile est ut cum durtia,
 & austeritate, facile ab intentione
 sua aliquis reuocetur quia nec
 daemone expellit daemone, sed
 magis benignitate eum reuocat
 ad te. Quoniam, & Dominus

Deus noster, consolando ad se ho-
 miu strahit. Et narrauit ei dicens.
 Quia fuerunt duo fratres in The-
 baida, & cum vnus ex his in for-
 nicationem cecidisset, dicebat ad
 alium. Reuertar ad seculum. Al-
 ter vero plorabat dicens. Non te
 dimitto frater discedere & perde-
 re laborem tuum, & virginita-
 tem tuam. Ille vero non acquiescebat,
 dicendo. Non hic sedeo
 sed vado, aut veni mecum, & ite-
 rum redibo tecum aut certe dimitte
 me, & permanebo in seculo.
 Vadens autem frater, nunciavit
 hoc cuidam seni magno. Dixit
 autem ei senex. Vade cum ipso,
 & Deus illum per labores tuos
 non dimittet corruere. Qui con-
 surgens abiit cum eo ad seculum.
 Et cum peruenisset ad quendam
 vicum, videns Deus laborem il-
 lius, qui ex charitate & necessi-
 tate fratrem suum sequebatur, &
 astulit concupiscentiam a fratre e-
 ius, & dixit fratri suo. Eamus ite-
 rum ad Ere autem frater. Ecce i ma-
 puto quia peccavi cum muliere,
 quid lucratus sum ex hoc. Et re-
 uersi sunt illi in cellam suam.
 ¶ Frater quidam tentatus a dae-
 mone, profectus est ad quendam
 senem dicens. Qui illi duo fra-
 tres simul sunt, & male viuunt,
 Cognouit autem senex, quia a
 daemone illuderetur, & mittens
 vocauit eos ad se. Et cum factum
 esset vespere, posuit mattam illis

duobus fratribus, & cooperuit eos in vno lecto, dicens. Filij Dei magni, & sancti sunt. Dixit vero discipulo suo, Hunc fratrem claude in cella seorsum, ipse enim passionem quam illis obiecit habet in se. ¶ Frater quidam dixit seni, quid facio quia occidit me sordida cogitatio: Dixit ei senex. Mulier quando vult ablatcare filium suum, amarum aliquid superungit vberibus suis, & cum venerit infans ex consuetudine fuggeret lac, sentiens amaritudinem refugit. Mitte ergo, & tu in cogitationem tuam amaritudinem. Dixit ei frater. Quae est amaritudo quam de uero mittere? Dixit ei senex. Cogitationem mortis, & tormentorum, quae in seculo futuro peccatoribus preparantur. ¶ Frater quidam interrogauit senem de huiusmodi cogitatione, & dixit ei senex. Ego nunquam stimularus sum de hac re. Et scandalizatus est in eo frater ille. Et abiit ad alium senem dicens. Ecce hoc mihi dixit ille senex, & scandalizatus sum in eo, quia supra naturam est quod dixit. Dixit ei senex, non simpliciter tibi dixit hoc ille homo Dei, sed surge, & vade, & poenitentiam age apud eum, ut aperiat tibi virtutem sermonum suorum. Surrexit ergo ille frater, & venit ad senem agens in conspectu eius poenitentiam, & dixit. Ignosce mi-

hi pater, quia stulte feci, non dicens tibi, vale discedens a te, sed obsecro te ut interpretaris mihi quemodo nunquam sollicitatus sis a fornicatione. Dixit ei senex. Quia ex quo factus sum monachus non sum satiatus pane neque a qua neque somno, & appetitueorum quibus pascuntur alij, & crucians me non permittebar sentire fornicationis stimulos, & exiit frater ille proficiens ex relatione senis. ¶ Frater quidam interrogauit quendam senem dicens. Quid facio, quia cogitatio mea semper in fornicatione intenta est, & non me quiet, esse sit vna hora, & affligunt ex hoc anima mea. Ille autem dixit ei, quando daemones cogitationes in corde tuo seminant, & sentis hoc non colloquaris cum animo tuo, quoniam daemones est tibi suggerere, & licet non negligant hac immittere, tamen non extorqueant, in te est ergo, & suscipere, & non suscipere. Scis autem quid fecerint Madianitae, quoniam ornauerunt filias suas, & strauerunt eas in conspectu Israelitarum, non tamen alicui extorqueant ut commiserentur cum eis, sed qui voluerunt incutrerunt in eas. Alij autem comminati sunt indignantes, & cum interitu eorum qui praesumerant vtri sunt fornicationem, ita agendum est, de fornicatione. Respondens au-

tem

tem frater dixit, & quid faciam quia fragilis sum, & superat me passio haec: ille autem dixit ei. Intentus est ad huiusmodi. Demones quando faciunt initiu loqui in corde tuo, non respondeas eis, sed surgens ora, & age poenitentiam dicens. Fili Dei miserere mei. Dixit autem ei frater. Ecce meditor abba, & non est commotio in corde meo, quia nescio virtutem verbi, & ille dixit. Et tu ratum meditare, audias enim, quia dixit abbas Pastor sed & alij patres hoc verbum, quoniam in cantor virtutem verbo nam quae dicit nescit, sed serpens audit, & scit virtutem eorum quae incantatur, & serpens subijcitur incantanti, & humiliatur. Sic & nos quoniam ignoremus virtute illorum verborum, quae loquimur, daemones tamen audientes terrentur atque discedunt. ¶ Dicebant quidam senes, quia cogitatio fornicationis fragilis est velut Papyrus. Si ergo iactatur in nobis & non acquiescentes proijciamus illam a nobis facile rumpitur. Necessarium igitur est, ut sit discretio in cogitatione qua agnoscamus, quia his qui consentiant eis non sit spes salutis. Illis autem quoniam non sentiunt reposita ut corona. ¶ Duo fratres impugnat fornicatione abierunt & acceperunt vxores, postea autem dixerunt adinvicem, Quid lucra-

ti sumus, quia deseruimus, angelicum ordinem, & venimus in immunditiam hanc, & post haec in ignem, & tormenta venturi sumus: Redeamus igitur iterum ad Eremum & agamus poenitentiam de his quae praesumpimus. Et venientes ad Eremum rogauerunt patres ut susciperent eos poenitentes, & confitentes ea quae gesserant, & clauerunt eos annum integrum senes, & ambo aequaliter ad pensum dabantur panes, & ad mensuram aequa similiter, erant autem visione conformes, & dum completum fuisset tempus poenitentiae exierunt, & viderunt patres vnum pallidum & tristem nimis, alium vero robustum & clarum, & mirati sunt, quoniam cibum & potum aequaliter acciperent, & interrogauerunt eum qui tristis & afflictus erat dicens. Quid exercitabaris cum cogitationibus tuis in cella tua: Et ille dixit. Pro malis quae feci poenas in quibus venturus es in animo meo reuoluebam, & praetimore adhererunt ossa mea carni meae. Interrogauerunt autem & alium dicens. Tu quid cogitabas in cella tua: At ille respondit. Me de inquinamento mundi huius, & de futuro seculi poenis, & reuocauit me adhuc conuersatione angelicam, & reminiscens assidue Dei mei letabar, & dixerunt senes

Nn 2 AEqua-

AEqualis est amborum poenitentia apud Deum. Senex quidam erat in Scythi, qui cum incurrisset in egritudinem magnam feruebant ei fratres, & videns senex quia laboraret dixit. Vado in Aegyptum vt non solam fratres istos à laboribus suis, & dixit ei abbas Moyses, non vadas quoniam fornicationem incurfurus es. Ille autem contritatus dicebat. Meritum est corpus meum, & tu mihi ista dicis. Surgens ergo abiit in Aegyptum. Quod cum audissent homines circumquaque habitantes offerebant ei multa. Venit etiam ad eum quaedam virgo fidelis, volens obsequium suum seni illi infirmanti impendere, & post aliquantulum temporis cum paululum de egritudine qua tenebatur melius habuisset. incurrit in eam. At illa concepit. Interrogata autem à vicinis loci vnde concepisset, illa respondit. De senex illo. Illi autem non credebant ei. Senex vero dicebat, ego hoc feci. Sed custodite infantem quem peperit, quæ cum genuisset puerum & ablatus fuisset, tulit senex infantem in humeris suis, & die qua erat festiuitas magna in Scythi occurrit ibi, & intrauit Ecclesiam coram multitudine fratrum. Illi autem videntes eum, fleuerunt, qui dixit fratribus. Videris infantem hunc. Filius est inobediens. Cauere ergo vos fratres,

eo quòd in senectute hoc feci, & orate pro me. Et pergens ad cellam suam ad initium primæ conuersationis suæ reuersus est. ¶ Frater quidam tentatus est pessime à dæmone in specie pulchrum mulierum. Transformati namque dæmones ingiter per quadraginta dierum spaciū perseuerauerunt pugnantes aduersus eum vt traherent eum ad turpem commixtionem. Illo autem viriliter reluctante & minime superato, Deus aspiciens bonum eius certamen, donauit ei vt nullum vltra calorem carnalis concupiscentiæ pateretur. Solitarius quidam erat in inferioribus partibus Aegypti, & hic erat nominatissimus, quia solus in ecclesia sedebat in deserto loco. Ecce iuxta operariam Sathanæ mulier quaedam honesta audiens de eo dicebat iuuenibus Quid mihi vultis dare & decipio istum solitarium vestrum; Illi autem constituerunt certum quid vt darent ei. Quæ egressa vespere venit in cellam eius velut errans, & cum pulsasset ad cellam eius egressus est ille, & videns eam turbatus est dicens. Quomodo huc venisti? Illa autem velut plorans dicebat, errando huc veni. Quicum miseratione viscerum pulsaretur introduxit eam in atrium cellæ suæ, & ipse intrauit in terius in cellam suam, & clausit eam. Et ecce infelix

infelix illa clamabat dicens; Abba, bestia comedunt me hic. Ille autem iterum turbatus est timens etiam iudicium Dei dicebat. Vnde mihi venit ira hæc. Et aperiens ostium introduxit eam intro. Cæpit autem diabolus velut sagittis stimulare cor eius in eam. Qui cum intellexisset diaboli esse stimulos, dicebat in se metipso. Vix inimici tenebræ sunt. Filius autem Dei lux est. Surgens ergo incendit lucernam. Et cum inflammaretur desiderio dicebat. Quoniam qui talia agunt in tormenta vadunt. Proba ergo te ipsam ex hoc si potes sustinere æternum ignem. Et mittebat digitum suum in lucernam. Quem cum incendiasset ardorem non sentiebat propter nimiam flammam concupiscentiæ carnalis, & ita vsque mane faciens incendit omnes digitos. Illa autem infelix videns quid faciebat senex ille, præ timore velut lapidea facta est, & venientes mane iuuenes ad senem illum dicebant. Venitne huc mulier serua? Ille autem dixit. Etiam. Ecce vbi dormit, & intrantes inuenerunt eam mortuam, & dicunt. Abba mortua est mulier. Tunc ille excutens pallium suum quo utebatur, ostendit eis manus suas dicens, ecce quid fecit mihi filia ista diaboli per diditque omnes digitos meos, & narrans eis quoque factum fuerat

dicebat. Scriptum est, ne reddas malam pro malo, & facies orationem super eam, suscipiuit eam. Quæ conuersa caste egit residuum tempus vitæ suæ. ¶ Frater quidam impugnabatur a fornicatione. Contingit autem eum venire in quemdam vicum Aegypti, & videns filiam sacerdotis pagano rum, ad amauit eam, dixitque patri eius. Da mihi eam vxorem. Ille autem respondens, dixit ei. Non possum eam tibi dare nisi interrogauero Deum meum. Et abiens ad dæmonem quem colebat, dixit ei. Ecce monachus quidam venit volens accipere filiam meam. Do eam illi? Et respondens dæmon dixit. Si negat Deum suum, & baptismum & propositum monachi, da eam ei, & veniens sacerdos dixit, nega Deum tuum, & baptismum, & propositum monachi, & do tibi filiam meam vxorem. Ille vero consentit, & statim vidit velut columbam exire de ore suo, & volare in caelum. Pergens autem sacerdos ad dæmonem dixit. Ecce pro misistria ista se facturum. Tunc respondens diabolus, dixit ei. Non des ei filiam tuam in vxorem, quia Deus eius non integre recessit ab eo, sed adhuc adiuuat eum. Et veniens sacerdos dixit. Non possum eam tibi dare vxorem, quia adhuc Deus tuus adiuuat te, & nõ recessit à te

Hec audiens frater dixit in semet ipso. Si tantam bonitatem ostendit in me Deus, cum ego infelix negauerim ipsum, & baptismum & propositum monachi, bonus autem Deus etiam si cum tam gra de secllus commisi, nunc usque adiuuat me, cur ego recedam ab eo: Et in se septimum reuersus incepit sobrietatem mentis, & venit in Eremum ad magnum quendam senem, & narrauit ei res quae fuerat facta. Et respondens senex dixit ei. Sede mecum in spelunca, & ieiuna tres hebdomadas continuas, & ego Deum deprecor pro te, & laborauit senex pro fratre illo, & deprecatus est Deum dicens. Obsecro Domine dona mihi animam hanc & suscipe patientiam eius, & exaudiuit orationem eius Deus, & cum completa fuisset prima hebdomada. Venit senex ad illum fratrem, & interrogauit eum dicens, Aliquid ne vidisti: Et respondens frater dixit. Etiam. Vidi columbam sursum in altitudine caeli, contra caput meum stantem. Et dixit ei senex. Attende tibi met ipsi & deprecare Deum attente. Secunda vero hebdomada venit senex iterum ad fratrem, & interrogauit eum dicens. Vidisti ne aliquid: Et respondit. Vidi columbam venientem iuxta caput meum. Et praecipit ei senex dicens. Sobrius esto mente & ora, & completa

tertia hebdomada. Venit iterum senex, & interrogauit eum dicens ne aliquid plus vidisti: At ille respondit dicens. Vidi columbam quae venit, & stetit super caput meum, & extendi manum meam ut tenerem illam, illa autem surgens intrauit in os meum & gratias agens Deo senex dixit fratri. Ecce suscepit Deus penitentiam tuam, Decetero attende te metipsum & esto sollicitus. Et respondens frater dixit. Ecce amodo tecum ero donec moriar. ¶ Dicebat quidam de Thebais senibus, quod ipse esset filius sacerdotis iudaeorum, & cum paruulus sederet in templo, & vidisset patrem suum frequenter ingredi, & sacrificia offerre idolo, & qui semel occulte post ipsum intrauerit & viderit Sathanaam sedentem & omnem militiam eius astantem ei, & ecce vnus de principibus veniens adorauit eum. Cui diabolus ait. Vnde venis tu: Et ille respondit. In illa prouincia eras, & suscitauit illic bella, & perturbationes plurimas, & effusionem sanguinis faciens, & veni nunciare tibi. Et Sathanas interrogauit eum. In quanto tempore hoc fecisti: Et ille respondit, in triginta diebus. Et Sathanas iussit eum flagellari dicens. Tanto tempore hoc fecisti: Ecce alius veniens adorauit eum, & ille dixit. Vnde venis tu: & respon-

dit

dit demon. In mari eram & suscitauit commotiones, & dimersiones, & multos homines occidens, veni nunciare tibi. Et dixit ei Sathanas. Quanto tempore hoc fecisti: At ille respondit. Sunt dies viginti, & hunc similiter iussit flagellari dicens, quare in tantis diebus hoc solum fecisti: Et tertius venit, & adorauit eum dicens. Dixit autem huic. Tu vnde venis. Et respondit. In illa ciuitate fui, & dum ibi fierent nuptiae excitauit lites, & multas effusiones sanguinis feci, insuper, & ipsam sponsam occidi, & veni nunciare tibi, & dixit, in quantis diebus hoc fecisti: Et respondit, decem. Iussit autem, & hunc flagellari tanquam moras fecerit. Venit autem, & quartus demon adorare eum, & dixit ei. Vnde venis: Qui respondit in Eremo eram, ecce quadraginta anni sunt quod inspu gnauit monachum quendam, & vix nocte illa praualui, ut facerem eum fornicari. Quod diabolus audiens surrexit, & oscularus est eum, & tollens coronam quam ipse habebat posuit in capite illius, & fecit eum in vna sede condere secum dicens. Magnam rem fortiter egisti. Hoc ego cum audissem, & vidissem, dixi intra me ipsum. Vere magnus est ordo monachorum, & egressus sum, & factus sum monachus.

¶ Dicebant de quodam patre, quia secularis fuisset, & postea conuersus de concupiscentia uxoris suae frequenter stimularetur, & narrabat hoc patribus. Qui cum vidissent quod operarius esset, & maiora faceret quam ei dicebant imponebant ei tam multa, ut debilitaretur corpus eius, ita ut nec fugere posset. Deo autem dispensante venit quidam pater ut applicaret in Scythi. Et cum venisset ad cellam eius vidit eum apertam & petransiuit admittans quomodo nemo egressus esset in occursum eius, & reuersus stabat dicens. Ne forte frater qui in ea habitat infirmetur. Et cum pulsasset intrauit, & inuenit eum nimium infirmum, & dixit ei. Quid habes pater: Et narrauit ei dicens. Ego de seculari vita sum, & sollicitat me modo inimicus in vxore mea, & narraui patribus, & imposuerunt mihi conuersationis onera diuersa, & cum obedienter implere vellem ecce defeci, & tam en stimulus creuit. Audiens hoc senex contristatus est & dixit ei. Equidē patris vpotētes viri, bene tibi imposuerunt onera quibus graueis sed si me paruulū audis iacta haec ante & sume parūm cibi in tempore suo, & recolligēs vires tuas fac aliquantū operis Dei, & iacta in Domino cogitatum tuum, quoniam tuo labore hanc rem non pot-

ris superare. Corpus enim nostrū velut vestimentum est. Si illud diligenter tractaueris stat. Si autem neglexeris illud putrescit. Quonia audiisset eum fecit ita, & intra paucos dies recessit stimulus ab eo. ¶ Monachus quidam solitarius antiquus, & in conuersatione proficiens sedebat in monte in partibus Antioch, sicut audiuius a nepotis monachis, cuius verbis, & actu multi proficiebant. Et cum talis esset, excitatus est diabolus ad inuidiā contra eū sicut & contra omnes viros virtutum, immisitque in animam eius cogitationem talem vt ei qui in tali conuersatione esset, non deberet seruire ab alio aut mini-steriū exhiberi, sed magis ipsam debere alijs ministrare. Quod si alijs non exhiberet ministerium, saltem sibi ipsi seruiret dicens, Vende ergo in ciuitate sportellas quas facis, & eme tibi quæ opus sunt, & reuerte ad locum tuum & nulli sis onerosus. Hoc autem suggerebat ei diabolus inuidens quieti eius, & opportune vacatio- ni eius ad Dominum, & utilitati multorum. Undique enim inimicus venari eum, & capere festinabat, ille vero tanquam bonæ cogitationi acquiescens descendit de monasterio suo. Et quia erat omnibus admirandus, ignorans tamen huiusmodi insidias astutiæ, notus vero, & famosus

omnibus a quibus videbatur existens, cum post longum tempus mulierem vidisset pro incautella sua supplantatus est, & incurrit in eam. Et veniens in desertum sequente diabolo vestigia eius, cecidit iuxta flumen, & cogitans quia inimicus gauisus est de ruina eius voluit se ipsum desperare maxime quia spiritum Domini contristauerit, & sanctos angelos, & venerabiles patres, quorum multi etiam inciuitaribus habitates superauerunt diabolum: & cum nulli horum se similem facere posset, contristabatur valde, & non recordabatur, quia Deus est qui virtutem tribuit his, qui ad eum deuotissime conuertuntur. Cæcatus vero, & non videns peccati sui curam, voluit se in flumen illud iactare, vt perfectum gaudium faceret inimico, & ex multo animi dolore infirmatus est corpore, & nisi postea misericors Deus auxilium prestasset ei, ad perfectum gaudium inimici sine pœnitentia mereretur. Nouissime autem in se reuersus cogitauit maiorem laborem in afflictione pœnitentiæ demonstrare, & supplicare Deo in fletu & luru, & ita rediit iterū ad monasteriū suū. Et claudens ostiū cellulæ suæ, sicut solet super mortuū ita flebat supplicās Deo. Ieiunās autē & vigilans cum omni anxietate extenuauit corpus suum, & nec

& nec sic satisfactum putabat in animo suo, quod congrue pœnituerit. ¶ Fratribus autem ad eum sæpius venientibus vilitatis causa & pulsantibus ostium ipse dicebat non posse se aperire, dicendo sacramento me cōstrinxi, vnum annum deuote me pœnitentiam agere, sed orate pro me. Nec enim inueniebat quomodo eis se excusaret quoniam illi scandalizabantur, hæc audientes de eo, quia erat apud illos honorabilis & magnus valde monachus: sed fecit totum annum intente ieiunans, & deuote pœnitentiam agens. Die autem Paschæ ipsa nocte resurrectionis Dominiæ tollens lucernam nouam & reficiens eam posuit in cacabo nouo, & cooperiens cooperculo surrexit ad orationē dicens, Misericors & miserator Deus, qui & barbaros saluare vis & ad veritatis tuæ agnitionem venire ad te confugi fidelium salutarem miserere mihi, quia te plurimum exacerbavi, & inimicum gaudere feci, & ecce mortuus sum obediens ei. Tu domine & impijs & his qui sunt sine misericordia misereris, sed & proximis misericordiam impendi præcipis, miserere humilitati meæ apud te enim nihil impossibile est. quonia secus infernum dissipata est sicut puluis anima mea. Fac misericordiā, quia benignus es & misericors signemto tuo, qui

& corpora quæ non sunt, in die resurrectionis es. Exaudi me domine, quia defecit spiritus meus, & infelix anima mea tabefacta est, etiam & corpus meum quod coiuiquauit, & iam viuere non valeo pro eo, quod non credidi. Ignosce peccatum per pœnitentiam duplex habens peccatum ex desperatione. Viuifica me contritam & igne tuo præcipe hanc lucernam accendi, vt ego accipiens fiduciam misericordiæ & indulgentiæ tuæ residuo tempore vitæ meæ, quod mihi donaueris mandata tua custodiam, & timore non recedam, sed deuote seruam tibi omnibus diebus vitæ meæ. Et hæc in nocte ipsa resurrectionis cum multis lachrymis dicens: surrexit vt videret si accensa esset lucerna. Et detecto cacabo, vidit quod non esset accensa, & cecidit iterum in faciem suam rogans Deum & dicens, Scio domine, quia certamen factum est, vt coronarer & nō in pedibus sterti, eligens propter carnis delectationem tormētis impiorū addici parce mihi dñe, ecce enim iterum confiteor tuæ bonitati turpitudinem meam corā angelis tuis & corā iustis omnibus & nisi quia scādalizari possent omnibus etiā hominibus cōfiterer. Deus meus miserere mei, vt & alios erudiā dñe viuifica me, & ita tribus vicibus orans exauditus est, & surgens in

Na 5 uen i

uenit lucernam ardentem clare, & exultans confortatus est in spe admittabaturq; de Dei gratia, qui ita de peccatis eius indulgit & satisfecit iuxta petitionem eius, & animam ipsius & dicebat. Gratiarum tibi ago Domine quia etiam vite seculi huius mihi indigno miseratus es in magno & in nouo signo hoc peccatoribus fiducia tribuēs. Pars enim & miseris animabus quas creasti. Ita autem & perfeuerante eo in confessione illuxit dies & letabatur in Dño oblitus cibi corporalis. Iguem autem lucerna illius toto tempore vite suae seruaui oleum subinde infundens, & faciens desuper quominus extingueretur. Et ita rursum diuinus spiritus habitauit in eo & factus est apud omnes insignis humilitatem exhibens in confessione & actione gratiarum domino cum letitia. Cui etiam ante aliquot dies mortis suae reuelatum est de transitu suo.

Incipit liber, quod monachus nihil debet possidere.

FRATER quidam renuntians seculo & dans quae habebat pauperibus, retinens autem pauca in sua ratione venit ad beatum Antonium, quodcumque agnouisset senex dixit ei. Si vis monachus fieri, uade in illum vicum, & eme carnes & impone

corpori tuo nudo & sic ueni huc. Et cum sic fecisset frater ille ueniebant aues & canes & corpus eius lacerabant. Cum autem peruenisset ad senem interrogabat si fecisset quod ei dixerat. Illo autem ostendente corpus suum laceratum. Dixit sanctus Antonius. Qui renuntiant seculo & uolunt habere pecunias, ecce ita impugnantur a demonibus discernuntur. ¶ Narrauit abbas Daniel de beato Arsenio, quia uenit aliquando Magistrarianus deferens ei testamentum cuiusdam senatoris patris eius, qui reliquerat ei hereditatem magnam ualde & accipiens testamentum uoluit illud scindere. Magistrarianus autem cecidit ad pedes eius dicens, Deprecor ut non scindas illud, quia amputabitur mihi caput. Et dicit ei Arsenius. Ego prius mortuus sum quam ille: ipse autem qui modo mortuus est quomodo fecit me heredem: & remissit testamentum nihil accipiens. Aegrotauit aliquando memoratus abbas Arsenius in Scythia, & opus habuit in necessitate sua usque ad unam siliquam nummos, & cum non inueniret accepit a quodam uelut eleemosynam & dixit. Gratiarum tibi ago Domine quia me dignum fecisti pro nomine tuo ad hoc peruenire, ut egeus eleemosynam postularē. ¶ Narrauerunt de abbate Agathone, quia longo tempore cellam sibi cum suis discipulis

discipulis fabricaret. Quam cum perfecissent & coepissent illic habitare uidit in ipsa prima Hebdomada quodam non uile sibi, & dixit discipulis suis illud quod dominus dixerat discipulis suis. Surgite, eamus hinc. Discipuli autem eius contristati sunt ualde dicentes, Si omnino uoluntatem habebas migrandi hinc, ut quid tanto labore sustinuerimus adificantes longo tempore cellam. Incipient autem homines scandalizari in nobis & dicere. Ecce iterum migrant nusquam sedentes. Ille autem cum eos uideret pusillanimes effectos dixit eis, & sic scandalizantur aliqui, sed iterum sunt alij qui adificentur, & dicat. Beati sunt isti qui propter Deum migrauerunt & sua omnia contempserunt. Veruntamen dico uobis qui uult uenire mecum ueniat, quia ego interim uado. Illi autem prostrauerunt se in terram, rogantes ut concederet eis secum abire. ¶ Dixit abbas Euagrius fuisse quendam fratrem qui nihil habuit de substantia sua, nisi tantum Euangelium & ipsum uendit in pauperum nutrimentum dicens quoddam uerbum, quod memorie dignum est commendari. Ipsum uerbum, inquit, uendi di quod iubet, uende omnia quae habes & da pauperibus. ¶ Abbas Theodorus cognomento firmus, habebat tres codices bo-

nos, & cum uenisset ad abbatem Macharium dixit ei. Quia habeo tres codices, & proficio ex lectione eorum: sed & patres petunt eos ad legendum, ut & ipsi proficiant. Dic ergo mihi quid debeo facere. Respondit senex dicens, Boni sunt quidem actus, sed maius est omnibus nihil possidere. Quod cum audisset, abiit & uendit memoratos codices, & dedit indigentibus pretium eorum. ¶ Narrauit quidam patrum, de abbate Ioanne Persa, quia ex multis uirtutibus suis ad profundam simplicitatem, atque innocentiam uenerit. Hic autem habitabat in Arabia uicina Aegypti, & mutuauit aliquando a fratre quoddam solidum unum, & emit linum ut operiretur, & uenit alius frater rogans eum & dicens, Dona mihi abba aliquantulum lini ut faciam mihi uestimentum quod uerit. Et dedit ei cum gaudio. Similiter alter ueniens rogauit eum ut daret ei aliquantulum lini, ut faceret sibi regumentum, & dedit ei, & multis alijs petentibus, dabat similiter cum gaudio. Post ea uero uenit dominus solidique mutuo acceperat uolens accipere quod mutuauerat & dixit ei senex. Ego affero tibi eum: & cum non haberet unde redderet, abiit ad abbatem Iacobum dispensatorem ut rogaret eum, ut daret ei solidum & dum iret inuenit in terra iacentem solidum

solidum & non tetigit eum, & fecit orationē & reuersus est in celam suā, & venit iterū frater ille & coepit ei molestus esse pro solido, & dixit ei, ego reddam tibi. Et abiit iterum senex & inuenit solidum in terra vbi erat prius & rursus facta oratione reuersus est in cellam suā: & ecce frater iterum coepit molestus esse ei, & dixit senex. Adhuc semel exspecta me & affero tibi solidum tuum, & surgens venit ad illum locū & inuenit ipsum solidum ibi & facta oratione tulit eum & venit ad abbatem Iacobū & dixit ei, Abba cum venirem ad te, inueni hūc solidū in via, ostende ergo charitatem & prædica illum, ne quis perdidisset eum, & prædicaui abbas & nemo est inueniens qui perdidisset solidum illum. Tunc ergo dixit senex abbati Iacobo. Si ergo eum nemo perdidit da eum illi fratri, quia ipsi debeo solidū, & cum venirem ad te, vt tu mihi solidū præstares, & redderē debitum, inueni eum in via & miratus est abbas Iacobus quomodo cōpulsus de debito inuenisset, & nō statim tulisset eum, & reddidit solidū illi fratri, & hoc mirabile erat de ipso, quia si veniebat quis mutuū petere aliquid ab eo, non per seipsum dabat, sed dicebat fratri mutuū postulanti vade tolle tibi ipsi quod opus habes, & quando referebat ei, quod mutuū accepisset, di-

cebat ei. Repone illud iterum in locum vnde tulisti. Si autē nihil referebat ille qui mutuū acceperat, senex nihil dicebat ei. ¶ Narrauerunt quidam patrum, quia venerat aliquādo frater aliquis in conuētum cellarum corā abbate Isaac vestitus modico cucullo, & dixit ei abbas Isaac: hic monachorum est habitatio: tu autem secularis es, & nō poteris hic esse. Dicebat autem fratribus abbas Isaac. Patres nostri & abbas Pambo vetustis & de multis partibus vtebantur resarcitis vestibus: nunc autem pretiosis vestibus vtimini. Discedit hinc, desertastis enim locum hunc. Quando autem profecturi erant ad messem dicebat eis. Iam vobis nulla mandata dabo, quoniam non obseruatis. ¶ Dixit abbas Casianus Quia Syncretius aliquis nomine, cum renuntiasset seculo, & facultates suas pauperibus diuidēs aliqua sibi retinisset ad proprium vsu, nolens perfectē ex omnibus renuntiantium humilitatem & communis monasteriorum vitæ suscipere regulam ad quē sanctæ memoriæ pater Basilus hoc dixit. Et senator esse desisti, & monachum te non fecisti. ¶ Dixit quidam frater abbati Pistamodi. Quid faciam, quia durum mihi est vendere quod manibus meis laboro: Et respondens senex dixit. Quia abbas Syfoys & ceteri

teri vendebāt opus manuum suarum Hoc enim non dedit sed quādo vendis semel dic pretium ipseciemque quam tradis, & si vis relaxare modicum pretij in te est, sic enim requiem inuenies. Iterū dixit ei frater. Si habeo quod sufficiat necessitatibus meis aliunde, videtur tibi, vt non cogitem de labore manuū. Respondens senex dixit. Quantum vis habēas tamē non negligas operari, & quantum poteris, sic tantum, non conturbetis animo. ¶ Frater interrogauit abbatem Serapionem dicens. Dic mihi vnum verbum. Dixit ei senex. Quid tibi habeo dicere. Tulisti ea quę erant viduarum, & orphanorum & posuisti in fenestra, viderat enim eam codicibus plena. Interrogata est, beata memoriæ Syncretice, si perfectum bonum esset nihil habere. At illa dixit, & valde bonum est his qui possunt: etenim hi qui tolerare possunt tribulationē quidem carnis habent, sed animæ requiē possident: quā sicut fortia vestimenta dum calcantur & pedibus sapius reuersantur, lauantur atque cādiantur: ita anima per voluntariam paupertatem amplius confirmatur. ¶ Dixit abbas Hiperinius. Thesaurus monachi est voluntaria paupertas. Thesauriza ergo tibi frater in celo, quia ad requiescendum ibi sine fine sunt secula. ¶ Erat quidam sanctorum

Phylagrus nomine. Hic habitabat in Hierosolymis & laborabat operando vt pane tantum nō egeret, & dum staret in platea, volēs vendere quod manibus suis fuerat operatus, contigit vt caderet cuidam sacculus cum solidis mille, & inueniens eum senex stetit in eodem loco dicēs, Necessē est modo eum qui perdidit huc venire, & ecce veniebat qui perdiderrat plorans, & tulit eum seorsum & dedit illi sacculum suū. Quem ille rogabat, vt acciperet aliquā partem ex eo, sed senex nullatenus acquieuit. Tunc ille cepit clamare & dicere, Venite & videte hominem Dei, & quid fecit. Senex autem occulte fugiens exiit de ciuitate, agnosceretur de eo quod fecerat & honorarent eum. Interrogatus est senex quidam a fratre quid faceret vt saluus esset. Ille autem, expoliatus se vestimento suo cinxit lumbos suos, atque extendens manus suas dixit. Sic debet nudus esse monachus ab omni materia seculari, & crucifigerē se aduersus tentationem, atque certamina mundi. ¶ Quidam frater rogauit senem quendam, vt acciperet pecunias suas necessitatibus profuturas. Ille autem nolēbat, vt pote qui opere manuum suarum esset sibi sufficiens. Sed dum ille persisteret, obsecrando, vt salutem pro indigentium necessitate susciperet. Respondit senex

senex & dixit ei. Duplex mihi opprobrium est, quia cum non indigeam, accipio & aliena tribuens vanam gloriam colligo. ¶ Veniunt aliquando quidam Graecorum, ut darēt eleemosynam in civitate Ostracen, & assumpserunt sibi economos Ecclesie, ut ostenderēt eis qui necessitatem maiorem haberent. Illi autem duxerūt eos ad quendam leprosum & dederunt ei. Ille autem volebat accipere dicens, Ecce modicus palmis habeo quas operor, & facio plectas & ex eis mādūco panem. Iterum duxerunt eos ad cellam vnius viduę quę erat cum filiis suis. Et cum pulsarent ad ostium cucurrit filia eius ad ostium nuda. Mater autem eius abierat ad quoddam opus. Erat enim candidatrix. Et dabant filie eius vestimentum & nummos. Illa autem volebat accipere dicens venisse matrem suam & dixisse sibi confide, quia voluit Deus & inueni opus quod faciam hodie, vnde sumamus victum nostram. Et cum venisset mater eius rogabāt eam, ut acciperet & noluit dicēs. Ego habeo curatore meum Deum & vos eum vultis tollere a me hodie. Illi autem cognoscentes fidem eius glorificauerunt Deum. ¶ Venit quidam vir magnus ignotus portans aurum in Scythia & rogabat presbyterum Eremi, ut aurum illud erogaretur fratribus. Di-

xit autē presbyter. Nō opus habent fratres. Et cum nimis vehemens esset & non acquiesceret, posuit sportam cum solidis in ingressu Ecclesie, & dixit presbyter, qui opus habet tollat illud sibi & nemo tetigit: quidam etiam nec aspererunt. Et dixit ei senex. Suscepit Deus oblationem tuam, vade & da illud pauperibus & vade edificatus discessit. ¶ Obtulit quidam frater seni pecuniam dicens ei. Habe hanc pecuniam & ad expensas tuas, quia seniuisti & infirmus es. Erat enim leprosus. Hic autem respondens dixit: tu post sexaginta annos venisti auferre a me nutritorem meum. Ecce tantum tempus habes in infirmitate mea, nihil indigni Deo tribuere & pascente me, & non acquite uis accipere. ¶ Narrauerunt senes de quodā hortulano quā laboraret, & omnem laborem suum expenderet in eleemosynam, & tantum sibi retineret quantum ad vitam eius sufficeret. Postea vero Satanas inmisit in cor eius dicēs. Collige tibi aliquantulam pecuniam ne cum tenueris rur agroru ueris opus habeas ad expensas. Et collegit, & impleuit lagenam de nummis. Contigit autem eam infirmari & putrescere pedem eius & expendit quod collectum fuerat in medicos & nihil ei prodesse potuit. Postea uero uenit quidam de expertis medicis & dixit ei.

Nisi

Nisi incideris pedem tuum putrefiet. Et constituerunt ut incidere ei pedem. Illa autem nocte rediens in semetipsum, & penitentiam agens de his quę gessit ingemuit & fleuit dicēs. Memor esto domine operum meorum priorum quę faciebā eum laborarem in horto meo, ex quō pauperibus ministrabam. Et cum hoc dixisset sicut angelus domini & dixit ei. Vbi sunt nummi quos collegisti, & ubi est spes tua de qua traclastis? Tunc intelligens dixit. Peccavi domine, ignosce mihi, & a modo vltimus hoc non faciam. Tunc angelus Domini tetigit pedem eius & sanatus est statim; exurgens abiit in agrum operari. Venit ergo medicus secundum tempus constitutum cum ferramentis ut secaret pedem eius, & dicunt ei. Exiit mane operari in agrum. Tunc admirans medicus perrexit in agrum ubi operabatur frater ille, & videns eum operari terram glorificabat Deum, qui reddiderat ei tantam sanitatem. ¶ Frater interrogauit senem quendam dicens. Vis teneam mihi duos solidos propter infirmitatem corporis? Videns autem senex, cogitationem eius, qui uellet tenere dixit ei etiam. Et vadens frater in cellam suam cōterebaratur in cogitationibus suis dicens. Putas uerum mihi dixit senex a quo? Et surgens iterum uenit ad senem agens pœ-

nitentiam & rogans eum dicens. Propter Deum dic mihi ueritatem, quia affligor cogitationibus meis, propter duos solidos, & dixit ei senex. Quia uidi te uoluntatem habere retinendi eos, dixi tibi ut teneres: ueruntamen nō est hominum tenere plus quam opus est corpori. Si ergo duos solidos retinueris, in ipsis inueniet spes tua, & si contigerit ut pereant Deus iam non cogitat de nobis. Cogitationem ergo nostram faciemus in domino, quoniam ipsa cura est de nobis.

¶ Incipit liber de Patientia, siue Fortitudine.

SANCTUS abbas Antonius cum sederet aliquando in Eremo animus eius ex diuino, & confusionem cogitationum incurrit, & dicebat ad dominum. Domine uolo saluus fieri, sed non permitteat me cogitationes meas. Quid facio in hac tribulatione, aut quomodo saluus ero? Et modicum assurgens cepit foras exire & uidit quendam tanquā seipsum sedentem, atque operantem deum de surgentem ab operibus & orantem, & iterum surgentem & plectam de palmis facientem: inde rursus ad orationem surgentem. Erat autem angelus Domini missus ad correptionem; & caute lam dandam Antoni. & auditis uocem angeli dicentis, Sic fac & saluus eris. Ille autem hoc audito

ma-

magnum sumpsit gaudium atque fiduciam, & ira faciens, salutem quam querebat inuenit. ¶ Frater interrogauit abbatem Agathonē dicens mandatum mihi venit & est mihi pugna grauis in loco in quo est ipsum mandatum. Volo ergo propter ipsum mandatum pergere illuc, & pavesco bellum. Dixit abbas Ammonas. Quia quatuordecim annos fecerat in Scythi deprecans Deū die ac nocte ut daret ei virtutē superandī iara. Dixit abbas Bisacion. Quia quadraginta noctes maierit inter spinas stans & nō dormierit. Frater quidam sedens singularis turbabatur & pergens ad abbatem Theodorū de firme, dixit ei. Quia turbaretur, Senex autem dixit ei. Vade humiliā mentem tuā & subderte & habita cum alijs. Abijt autem in montem, & mansit cum alijs, & reuertus post ea ad senem dixit ei. Nec cū alijs hominibus habitans quietem inuenio, Et dixit ei senex. Si solitarius nō quiescis neque cum alijs cur voluisti te monachum facere. Nonne vt iustineas tribulationes. Dic autē mihi quot annos habes in isto habitu, Et dixit ei. Octo. Et dixit ei senex. Crede mihi. Ego habeo in isto habitu septuaginta annos, & nec vna die potui requiem inuenire, & in octo annis vis requiem habere. ¶ Interrogauit autem eum iterum frater quidam di-

gens, Si fiat subito sonitus ruinae alicuius siue timor tibi abba. Et dixit ei senex. Si calum terræ adhaereas Theodorus nō formidat. Poposcerat enim precibus a domino, vt auferretur ab eo formido. Propterea interrogauit eum frater. Dicebant de abbate Theodoro & beato Lutio de Nonno Alexandriæ, qui fecerunt quinquaginta annos seducētes animas suos & dicentes transita hyeme ista, migrabimus hinc, & iterum quando fiebat æstas dicebāt. Quia transacta æstiuo, discedimus hinc, & sic faciebant toto tempore conuersationis suæ, semper reminiscendo patres. ¶ Dicebat abbas Pastor de abbate Ioāne breui statura, quia rogauerat Deū, vt tolleretur ab eo omnes passionēs & fieret securus, & veniens dixerit cui dam. Video me quietum & nullam habentem pugnam. Et dixit ei senex. Vade & roga Deum, vt iubeat in te moueri pugnam: quoniam pugnano proficit anima. Et cum redisset pugna ulterius nō orauit, vt auferretur ab eo sed dicebat, Domine da mihi tolerantiam sustinendi has pugnas. ¶ Venit abbas Macharius maior ad abbatem Anronium in montem, Et cum pulsasset ad ostiū exiuit ad eum & dixit ei. Tu quis es. Et ait illi. Ego sum Macharius. Et claudens ostiū intrauit & dimisit eū foris. Et cum vidisset postea pa-

ticia-

tentiam eius aperuit ei, & cōgau dens ei dicebat, multum tempus est ex quo videre te desiderabam audiens de te. Et exhibens ei hospitalitatem refecit eum. Erat enim de multo labore fatigatus. Vespere autem facto infudit sibi abbas Antonius modicas palmas. Et dixit ei abbas Macharius. Da mihi vt & ego infundam quod operer. Ille autem dixit. Non habeo plus & faciens fasciculum maiore infudit eum, & sedentes sero & colloquētes de vtilitate animarum faciebāt flectam & ipsa flecta descendebat per fenestram in speluncam & ingrediens mane sanctus Antonius vidit collectionē flectarum abbatis Macharij, & admiratus est. Et osculans manus eius dicebat, multa virtus de istis manibus egreditur. ¶ Descendit aliquando ipse Macharius de Scythi ad locum quid dicitur Therenthin, & intrauit dormire in monumentum vbi erant antiquitus sepulta corpora Paganorum, & traxit vnum corpus sub caput suū tanquam plamaciū de scirpo: demones autem videntes fiduciam eius torquebantur, & volentes tertere eum vocabant quandam mulierem dicentes, Nonna veni nobiscum ad balneum, & alter demō de sub ipso tanquam ex mētuus illis respondit dicens, Peregrinum quendam habeo super me, non possum venire: se-

nex autem non expauit, sed confidens tundeat corpus illud dicens, Surge & vade si potes. Quod cum audissent demones clamauerunt magna voce dicentes, Viciisti nos, & fugerunt confusi.

¶ Dicebat abbas Marhois. Volo aliquod leue opus, & cōtinuo cogito quam graue & quam cito finitur. Narrauerunt de abbate Mylero, quia cum habitaret aliquando cum duobus discipulis suis in finibus Persarum exierunt duo filij Imperatoris secundum consuetudinem in venatione & miserunt retia per longum, per milliaria quadraginta, vt quodcunque intra retia inueniretur occiderent. Inuentus autem est senex. cū duobus discipulis suis iuxta retia, & cum vidissent eum pilosum & terribilem aspectu, admirati sunt & dixerunt ei. Homo es an spiritus aliquis: Dic nobis, & dixit eis. Homo sum peccator, & exiui flere peccata mea, & adoro filiam Dei vini. Illi autem dixerunt ei, non est alius Deus nisi Sol, ignis & aqua, ipsos adora & sacrificia eis. Et ille respondens ait. Iste res creaturæ sunt, & erratis: sed obsecro vos conuertimini, & agnoscite Deum verum, quia & ista creauit & cetera omnia. Illi autem deridentes dixerunt. Condemnatum, & crucifixum dicis esse verum Deum: ille respondit. Etiam ipsum qui crucifixus

Oo pec-

peccatum, & qui occidit mortem hunc dico esse verum Deum. Illi autem tam ipsi quam fratribus, qui cum eo erant inferebant tormenta & cogebant eos sacrificare. Et duos quidem fratres post plurima tormenta decapitauerunt, senem autem diebus multis torquebant. Postea vero statuerunt eum in quodam loco, & sagittabat in eum quasi in lignū, vnus à dorso, & alius à pectore. Et dixit eis senex. Quoniam facti estis ad consensum in vnum, vt effundatis sanguinem innocentem crastina in momento hac hora que modo est: sine filijs remanebit mater vestra: & priuabitur aspectu vestro, & proprijs sagittis sanguinem vestrum inuicem effundetis. Illi autem subfannantes verba eius exierunt in crastinum, vt venarentur. Et contigit vt euaderet de retibus eorum vnusceruus & ascenderunt equos & currebant, vt comprehenderent ceruum. Qui cum iam assent sagittas post ipsum inuicem se peremerunt & mortui sunt iuxta verbum quod prædixerat senex.

¶ Dixit abbas pastor, quia signū monachi in tentationibus apparet. Dixit iterum qui supra, quia Isidorus presbyter in Scithi allocutus sit aliquando plebem fratrum, dicens. Fratres, nunquid nō ad laborandum uenimus in hunc locum, & nunc video quia nullus

hic labor est: Ego igitur collecta plebe mea vado vbi est labor, & ibi inueniā requiem. ¶ Dixit sancta Syncretice. Si in monasterio cum alijs conuersaris non mutes locum, lederis enim omnino si facias hoc, etenim si gallina dereliquit oua sua fora sine pullis ea exire faciet: ita monachus vel virgo si gescit, & mortificatur in fide de loco ad locum trāscundo. ¶ Dixit iterum aliud quia diabolus cum per stimulos paupertatis non nouerit diuitias adhibet ad seducendum & dum per contumelias & opprobria non proualet laudes & gloriam adhibet. Si autem satietatem corporis immitterit: & cum delectationibus seducere non potest per molestias que contra uoluntatem eueniunt animam conatur euertere. Infirmi tamen quasdam graues immittendo aduersus eum qui tentatus est adhibet & per eas pusillanimes facies monachos, conturbat charitatem eorum quam habent ad Deū. Sed quantum concidatur corpus & febribus validis inflammetur insuper etiam si intolerabili sibi affligatur, siquidem peccator es qui hæc sustines, recordare futuri seculi pœnas & æternum ignem, & indicibilia tormenta, & ita non deficies ad ea que in præfenti contingunt, insuper & gaude, quia uisitauit te Deus, & id est famosissimum illud dictum in lingua habe-

habeto, castigans castigauit me Dominus & morti non tradidit me. Si ferrum es, per adhibitū tibi ignem amittis æruginē. Quod si iustus es & hæc pateris de magno ad maiora promoueris. Aurum es, sed per ignem probator eris: datus est tibi angelus Satanæ stimulus carnis tuæ, exulta, vidēs cui similis factus es. Pauli enim apostoli simile donum accipere meruisti. Si febribus si rigore frigoris castigaris, memor esto quod scriptura dicit. Transiuimus per ignem & aquam residuum est, quod sequitur, vt introducāmur in refrigerium. Obtinuisti primam expecta secundam, agens que virtutum sunt, clama uerbis Prophete dicentis, pauper & inops & dolens ego sum. Perfectus enim eris, per huiusmodi tribulationem trituratus. Ait enim in tribulatione dilatasti me. In his ergo maxime exercitijs animas nostras probemus ante oculos enim habemus aduersarium nostrum. ¶ Dixit iterum, si infirmitas molesta nobis fuerit, non contristemur tanquam qui pro infirmitate, ac uulnere corporis non possumus stare ad orandum, aut ad psallendum. Hæc enim nobis omnia pro destruendis corporeis desiderijs necessaria sunt: quoniam ieiunia & labores propter turpes delectationes nobis constituta sunt. Si ergo ægritudo

ista retundit superflua de his obseruandis oratio est. Sicut enim magno & forti medicamine ægritudo ita ægritudine corporis uirtutes reciduntur. Hæc est magna uirtus quando in firmitatibus tolerantia fuerit & per gratiarum actionem mittitur ad Deum. Si amittamus oculos, nō feramus grauius, extollentiæ enim instrumentum amissimus, sed interioribus oculis gloriam Domini speculemur. Surdi si fuerimus non curemus, quia auditum uanum amissimus, Manus nostræ ex aliqua passione debilitatæ sunt, sed interiores paratas habemus. Aduersus tentationes inimici, infirmitas totum corpus nostrum tenet, sed in terriori homini nostro sanitas creascit. ¶ Dixit iterum qui supra. Qui in seculo isto aliqua crimina commiserunt etiam nolentes mittuntur in carcerē, & nos pro peccatis nostris redigamus nosmet ipsos in custodiam, vt uoluntaria mentis nostræ uindicta futuris a nobis pœnas amoueat. Si ieiunias nō tibi inuenias occasionē dicendi: quia exheredatus ægritudinem incurristi: quoniam & qui non ieiunant, similes ægritudines incurunt. In his autem aliquid boni non reuocetis per impedimenta inimici, quoniam ipse inuicem patientia ipsa destruet te: in qui nō iurare ceperint primo penitente reuera prosperum

venetum inueniunt, postea autē si contrarius eis ventus occurrerit non mox incurfu contrarij venti aut exonerant, aut deserunt nauem: sed paululum sustinētes, aut pugnātes aduersus procellam iterum rectum cursum inueniūt. Ita ergo & nos contrarium spiritum incurrentes, crucem pro velo erigamus, & sine periculo seculi istius nauigium explicabimus.

¶ Dicebant de (beata memoris) virgine Sara, quod supra aluē fluminis sexaginta annos habitauerit, & nunquam inclinata fuit, vt flumen ipsum aspiceret.

¶ Dixit abas Hipercius: hymni spiritalis sint in ore tuo & meditatijs assidua subieuer p. ndus tentati. nam superuenientium tibi. Hinc quippe et exemplum manitestum est. Nam facina alicuius oneris vicijs. praeuatus, flando & respirando oneris & vic paulatim laborem imminuit.

¶ Dixit iterum qui supra oportet aduersus tentationes armari: quoniam modis omnibus perueniūt, sic enim superuenientibus probati apparebimus. Dixit quidam senex. Si venerit homini tentatio, vndiq; ei multiplicantur tentationes vt pusillanimitas fiat, & murmuraret. Et narravit senex ita. Frater, quidam erat in cella & venit super eum tentatio & si quis eum videbat, nec eum salutare volebat, neque in cellam recipere.

Et si opus habebat panem ei nemo moruauit, & si de messe veniebant nemo eum sicut erat consuetudo reficeret inuitabat. Venit autem semel in messe per cauma, & nec panes habuit in cella sua, & in omnibus his gratias agebat Deo: videns autem Deus patientiam eius ab illius bellum tentationis ab eo. Et ecce quidam statim ostium eius pulsauit, trahens camelum onustum pane ab Aegyptio. Quod cum videret frater ille coepit flere dicens, Domine non sum dignus vel modice tribulari. Et cum transisset tribulationis eius, tenebant eum fratres in cellis suis, & in ecclesia & repauebant eum. ¶ Dicebat senex propterea non promouemur quia nescimus mensuras nostras. Neque patientiam habemus in opere quod coepimus: sed sine aliquo labore, virtutem volumus possidere. ¶ Quidam frater interrogauit senem dicens, Quid facio quia cogitatio mea non dimittit me, vel vna hora sedere in cella mea & dixit ei senex. Filie uertere & sede in cella tua & labora manibus tuis, & ora Deum incessanter, & facta cogitatum tuum in Domino, & ne quis te seducat exire inde, & dicebat, Quia erat quidam adolescens secularis habens patrem & desiderabat fieri monachus, & dum multum supplicaret patri suo, vt

dimitt-

dimitteret eum conuerti non ei acquiescebat. Postmodum autem rogatus a fidelibus amicis, pater vix acquieuit. Et egressus frater ille adolescens introiuit monasterium. Et factus monachus coepit omne opus monasterij perfecte agere, & ieiunare quotidie. Coepit etiam & biduanas abstinere si militer autem & semel in hebdomada reficere, videbat autem abbas suus & mirabatur & benedicebat Dominum in abstinentia & labore ipsius. Contigit ergo post aliquod tempus & coepit frater ille supplicare abbati suo dicens, Rogo te abba, vt dimittas me, & vadam in Eremum. Dixit ei abbas, Fili, noli hoc cogitare, quia non potes sufferre talem laborem & ignotas tentationes diaboli & virtutias eius, & si contigerit tibi tentatio, non inuenies ibi qui te consoletur a perturbatione inimici, quae tibi illata fuerit. Ille autem coepit amplius insistere & rogare vt eum permitteret abire. Videns autem abbas eius, quia eum retinere non posset facta oratione dimisit eum. Postmodum autem dixit abbati suo. Rogo te abbat concedes qui ostendat mihi viam & iter quo pergere debeam. Et ordinauit eum ad duos monachos monasterij, & abiierunt cum eo. Ambulantibus autem eis per Eremum vna die & altera defecerunt praeruptu, &

proiicientes se in terram iacebant & soporati modico somno dormierunt, & ecce aquila venit percutiens eos alis suis, praecessit procul & sedit in terra, & euigilantes viderunt aquilam, & dixerunt ei. Ecce angelus tuus surge sequere eum, & surgens & vale dicens fratribus sequebatur aquilam, & venit vsq; dum staret. Quae mox surgens volauit vsque ad vnum stadium, & iterum resedit. Similiter frater sequebatur eam, & iterum volauit & sedit non longe, & factum est hoc per horas tres, post modum autem dum sequebatur eam diuertit se aquila in dexteram partem sequentis se, & non comparuit. Frater ergo ille nihilominus sequebatur & respiciens vidit tres arbores palmarum, & fontem aquae & speluncam modicam, & dixit, ecce locus quem mihi praeparauit Dominum, & ingressus speluncam coepit in ea sedere sumens cibum dactylorum, & de fonte aquae bibens, & stetit ibidem sex annos, neminem videns, & ecce vna die venit ad eum diabolus in similitudine abbatis cuiusdam senioris habens vultum terribilem. Videns autem eum frater ille timuit & procidens in orationem surrexit, & dixit ei diabolus. Oremus iterum frater & surgentibus eis dixit diabolus, quantum temporis habes hic? Et frater respondit, habeo annos sex. Dixit

ei dæmon. Ecce vicinum meum nesciebam, & non potui cognoscere nisi ante dies quatuor, quod hic habitares & cogitavi mecum dicens, Vadam ad hominem Dei istum, & conferam cum eo quod potest saluti esse animæ meæ. Et hoc dico frater, quia nihil proficimus sedentes in cellis nostris, quia corpus & sanguinem Christi non percipimus, & timeo ne efficiamur externi ab eo si nos ab hoc mysterio elōgauerimus. Sed dico tibi frater. Ecce hic per tria miliaria sunt monasteria habentia presbyteros, eamus illuc omni domino die, aut post duas hebdomadas, & accipiamus corpus & sanguinē Christi, & reuertamur ad cellas nostras. Placuit autem fratri illi suasio diabolica, & veniente Dominico die, ecce diabolus venit & dixit ei. Veni eamus. quia hora est & exeuntes perrexerunt ad prædictum monasterium in quo presbyter erat & ingressi Ecclesiam miserunt se in orationem, surgens autem ab oratione frater ille respiciens nō inuenit eum quem adduxerat secum, & dixit. Vbi putas perrexit, an ad communem necessitatem ambulauit. Et cum diu sustineret & non inueniret exiens foras requirebat eum, & cum non reperisset, dixit ad fratres loci illius interrogans eos. Vbi est abbas ille senex qui mecum Ecclesiam in-

gressus est, & dicunt ei. Nos neminem alium, vidimus nisi tentatum. Tunc cognouit frater ille quia dæmon fuisset & dixit. Videte eū qua arguita diabolus meiecit de cella mea. Sed tamē nō multum inde anxior, quia ad bonum opus veni. Percipiam ergo corpus & sanguinem Christi, & sic reuertar ad cellam meam, & post factas missas in Ecclesia, volenti reuerti fratre illo ad cellam suam tenuit eum abbas monasterij ipsius dicens. Nisi resicias nobiscum non te dimittemus reuerti, & cum percepisset cibum, & reuerteteretur ad cellam suam, ecce iterum diabolus venit in similitudinem cuiusdam iuuenis secularis & cœpit eum respicere a summo capites vsque ad pedes, & dicere. ¶ Ipse est iste an non est hic. Et cœpit eum considerare, & dixit ei frater. Quid me sic respicias. At ille ait. Puto non me cognoscis. Nam post tantū tempus quo modo habes me cognoscere. Ego enim sum vicinus patris tui. Filius illius. Quid autem. Nonne est dictus pater tuus, sic & mater tua tale nomen non habuit, & soror tua sic non est dicta, & tu sic non vocaris, & mancipia illa & illa sic nō sūt dicta. Mater vero tua & soror ante tres annos mortuæ sunt, pater vero tuus modo defunctus est, & te fecit heredem dicens, Cui habeo dimittere substantiā meā,

nisi

nisi filio meo viro sancto qui reliquit seculum & abiit post Deum. Ipsi ergo dimittam omnia bona mea. Modo vadat aliqui qui eum requirant, vt veniens distrahat omnem substantiam meam, & erogat eam pauperibus p̄ anima sua & mea. Et perrexerunt multi requirentes te & minime inueniunt, ego autem veniens ex occasione pro causā quadā huc cognouit te. Vnde non facias moras, sed veni & vende omnia, & fac secundum voluntatē patris tui. Respondens frater ille dixit. Non necesse habeo reuerti ad seculū. Et dixit ei diabolus. Si non veneris & perierit substantia illa, in cōspectu Dei tu exinde reddes rationem. Quid em̄ tibi mali dico vt venias & eroges ea pauperibus & egenis quemadmodum bonus dispensator vt non a meretricibus & male viuentibus extricetur quod pauperibus dimissum est. Aut quid onerosum est vt venias & facias eleemōsynā secundū voluntatem patris tui pro anima tua & sua, & reuertaris in cellā tuam, quid multa? Suades fratrem deposuit in seculum & veniens eū ad ciuitatem reliquit eū. Voluit autē frater ille ingredi domum patris sui tanquā iam defuncti, & ecce ipse pater eius viuus egrediebatur & videns eum non cognouit & ait ad eum. Qui est tu ille vero turbatus nihil potuit respondere & cœpit

eum iterato pater eius interrogare vnde esset. Tunc confusus dixit ei. Ego sū filius tuus. Et ait ei. Vt quid reuersus es. Erubescibat autem ei dicere quod verum erat sed dixit. Charitas tua fecit me reuerti quia desiderabā te videre. Et remāsit ibi. Post aliquantū autem tēporis incurrit in fornicationē, & multis supplicijs afflictus a patre suo, infelix ipse nō egit penitentiā, sed remāsit in seculo. Ideoq; dico fratres, quia monachus nunquā quolibet modo suafusus ab aliquo egredi de cella sua debet.

¶ Venerunt quidam in Eremum ad quendam senem magnum & dixerunt ei, quomodo contentus es hic abba & sustines laborē hunc & dixit. Tetus labor temporis mei quem hic sustinēo non est idoneus cōparari ad vnum diem tormentorum quæ peccatoribus in futuro seculo præparantur.

¶ Dicebat senex quia antiqui nō cito migrabant de loco ad locum nisi forte pro tribus rebus, id est si quis erat qui cōtristaretur aduersus alium & satisfaciens per omnia nō potuisset eum placare, aut iterum si contigisset, vt a pluribus laudaretur, aut si in contumaciam fornicationis incidisset.

¶ Frater quidā dixit abbati Arsenio, quid facio abba quia affligit me cogitatio mea dicens. Nō potes ieiunare, quia & hæc merces est. Videns autē senex diabolica semi-

na esse dicit ei. Vade manduca & bibe & dormi tantum modo de cella non exeat: quia perseverantia cella perducit monachum in ordinem suum qui cum fecisset tres dies extridatus est, & inueniens paucas palmas scidit eas & iterum in crastinum coepit plectam facere ex eis qui cum esuriret dixit intra se. Ecce aliae paucae sunt palmulae, explicio eas & manduco. Et cum expendisset eas iterum dixit. Lego parum & sic manduco. Et cum legisset dixit, dico aliquantos plasmos & iam securus manduco / & ita paulatim proficiebat Deo cooperante donec veniret ad ordinem suum, & cum accepisset fiduciam aduersus cogitationes malas vincebat eas.

¶ Interrogatus senex quare frater sedens in cella radium pateretur dixit. Quia adhuc non vidisti neque resurrectionem neque tormenta. Nam si haec vidisses, etiam si ita esset cella tua plena vermicibus: & usque ad collum tuum mergereris in ipsis, sustineres utique & non extra diures. ¶ Quendam senem rogabant fratres ut quiesceret a graui labore. Ille autem respondit eis. Credite mihi, o filij, quia Abraham poenitebit cum viderit magna, & praeciosa dona Dei, cur non amplius fuerit in laboribus decurratus. ¶ Frater interrogauit senem dicens. Tribulationes meae nutant & tribulor. Et ille di-

xit ei. Tu sede in cella tua, & cogitationes iterum veniunt. Sicut enim si asina ligata sit, & pullus eius non stringatur, licet currat huc atque illic, semper tamen ad marem suam reuertitur ubicumque illa fuerit, ita erunt cogitationes eius, qui propter Deum tolerabiliter in cella sua sederit, quia & si ad modicum auerit, sed iterum reuertuntur ad eum. ¶ Senex quidam sedebat in Eremito quod longe habebat aquam a cella sua ultra duodecim millia. Vbi dum semel iterum haurire aquam defecit & dixit. Quid necesse est ut hunc laborem patiar? Venio & habito circa aquam hanc. Et cum hoc dixisset vidit quendam sequentem se, numerantem vestigia sua. Interrogauit autem eum senex dicens. Quis es tu? Et ille dixit. Angelus domini sum, & missus sum numerare vestigia tua & dare tibi mercedem. Quod cum audisset senex, fortissimo factus est & proptior & adhuc longius posuit cellam suam ab aqua illa. ¶ Dicebant patres, Si tibi contigerit tentatio in loco quo habitas non deseras locum in tempore tentationis, quia si deserueris quocumque perrexeris, ante te inuenies quod fugiebas: sed patiens esto donec tentatio transeat, ne discessio tua alijs scandalum fiat ne forte alijs qui circa locum ipsum habitant tribulationem ingerat discessio tua. ¶ Frater quidam erat in congregatione inquietus,

&

& frequenter mouebatur ad iram. Dixit ergo ad semetipsum. Vado ego, & solus alicubi habito, & cum non habueris cum quo dicam vel audiam, ero quietus, & quiescet a me passio irae. Egre diens ergo manebat in se, et unca solus. Vna autem die implens sibi fusculam aquae posuit illam in terra, contigit autem ut subito verfareretur. Ille vero impleuit secundo, & iterum versata est, deinde tertio implens posuit eam, & iterum versata est. Qui commotus furore, tenuit vasculum illud & fregit. In se autem reuersus cognouit, quia ab eodem dante iracundia sit illusus, & dixit. Ecce solus sum, & vicit me passio haec. Reuertit ergo in congregationem: quia ubique labore, & patientia opus est, & maxime adiutorio Dei. ¶ Frater interrogauit senem dicens. Quid facio pater, quia nihil operor monachale, sed in negligentia quadam sum manducans, & bibens, & dormiens, in super, & in cogitationibus rursibus & multa perturbatione transiens ab opere ad opus, & a cogitatione in cogitationem. Dixit autem ei senex. Tu sede in cella tua, & fac quod potes sine perturbatione, ita est enim parum illud quod modo facis sicut quando abbas Antonius magna & plurima in Eremito faciebat. Credo enim in Deo quia quicumque sedet in cella pro-

pter nomen eius & custodit conscientiam suam, inuenitur & ipse in Antoni loco. ¶ Interrogatus garus nesciens, quomodo oporteat vigilanter monachum non scandalizari quando videt aliquos ad seculum reuertentes, respondit. Intucibus bet monachus canes qui veniunt lepores, & sicut vnus ex eis videt leporem, insequitur, ceteri autem tantum modo canes videntes currentem, aliquando cum ipso current, postea vero laxantes post se reuertuntur, solus autem ille qui videt leporem sequitur, donec comprehendat, nec impeditur ab intentione cursus sui, per illos qui post se reuertuntur, sed neque de praecipitijs neque de siluis neque de vepribus curans, sed, & spinas aliquotiens incutens graditur & pungitur, & non quiescit donec comprehendat, ita & monachus vel qui Dominum nostrum Iesum Christum querit, cruci indefinenter intendit, & quae occurrant scandala, omnia praeterit donec ad crucifixum perueniat. ¶ Dixit senex. Sicut arbor non potest fructificare nisi sapius transferatur, sic nec monachus frequenter migras de loco ad locum potest fructificare. ¶ Frater quidam dum sollicitaretur a cogitationibus suis ut exiret a monasterio indicauit e ipsum abbati. Abbas autem dixit. Vade in cella tua & da patribus cellae tuae in pignore corpus tuum,

Oo 5 vt

ut non exeat inde, cogitationem autem tuam dimitte dicens. Cogitet qui vult tantum ne eicias de cella corpus tuum. Dixit senex. Cella monachi est caminus ille Babylonis, ubi tres pueri Dei filium inuenerunt, sed & columna nabis ex qua Deus locutus est Moyse. ¶ Frater quidam nouem annis mansit impugnatus a cogitationibus suis, ut exiret de congregatione fratrum, & quotidie tollebat pelliculam suam in qua iacere solitus erat ut exiret & quando fiebat vespere, dicebat ad semetipsum. Crastina die hinc discedam & mane dicebat in cogitatione sua, extorquebo mihi hic stare & hodie propter Dominum. Qui cum impleisset nouem annos de die in diem ita faciens abstulit ab eo Dominus omnem tentationem eius. ¶ Frater quidam incidens in tentationem tribulando perdidit regulam monachalem, & cum vellet iterum obseruationi regulari dare principia a tribulatione impediebatur, & dicebat in semetipso. Quando habeo me iterum inuenire sicut aliquando eram? & deficiens animo non preualebat vel inchoare opus monachi. Veniens autem ad quendam senem narrauit ei quae agebantur circa ipsum. Senex autem audiens ea de quibus affligebatur adhibuit ei tale exemplum dicens. Homo quidam habuit possessionem &

de negligentia eius in sentes redacta est, & repleta est tribulis & spinis. Visum est autem ei postea ut excoleret eam dixitque filio suo. Vade & purga agrum possessionis illius, & venit filius eius ut purgaret. Qui cum respexisset, vidit multitudinem tribulorum & spinarum increuisse ei, & deficiens animo dixit in semetipso. Quando habeo haec omnia eradicare & purgare, & proieciens se in terram cepit dormire. Hoc autem fecit multis diebus. Post haec venit pater eius volens videre quod fecerat, & inuenit eum nihil operatum & dixit ei. Quare usque modo nihil fecisti, & dixit iuuenis ille patri suo. Mox ut veniebam operari pater, cum vidissem hanc multitudinem tribulorum & spinarum, reuocabar ab assumptione laboris, & praeter tribulationem proieci me in terram & dormiebam. Tunc dixit pater suus. Fili ad mensuram latitudinis quam iacens in terra occupas per singulos dies operare, & ita paulatim proficiet opus tuum & tu pusillanimis non efficiaris. Quod cum audisset iuuenis fecit sic, & in paruo tempore purgata est, & exulta possessio, & ita itaque frater paulatim operare & non deficiet, & Deus per gratiam suam restituet te iterum in prioris ordinis tuum. Hoc audito, frater ille abiit & cum omni patientia sedens, faciebat sicut edoctus fuerat

fuerat a senex & sic inueniens requiem promouebatur per Dominum Christum. ¶ Senex quidam erat qui frequenter egrotabat, cogitavit autem eum vno anno non egrotare. Qui grauiter affligebatur & plorabat dicens. Dereliquit me Deus, & non visitauit me. ¶ Dixit quidam senex quia frater aliquando stimulabatur a cogitationibus suis per annos nouem, ita ut metu ipse desperaret de salute sua & ad iudicandum semetipsum dixit. Perdidit iam animam meam, & iam quia perij, vadam ad seculum qui cum abiret facta est ei in via vox dicens. Tentationes quas nouem annis sustinuisi, coronam tuam erunt reuerrere ergo in locum tuum & subleuabo te a cogitationibus malis. Unde agnoscitur quia non est bonum desperare se aliquem pro his quae in cogitatione eueniunt. Haec etenim cogitationes magis coronam nobis prouident si bene eas exegerimus. ¶ Senex quidam erat in Thebayda sedens in spelunca, & habuit quendam discipulum probatum. Consuetudo autem erat ut senex vespere doceret discipulum, & commoneret eum, quae erant animae profutura post admonitionem vero faciebat orationem, & dimittebat eum dormire. Contigit autem laicos quosdam scientes multam abstinentiam senis vivere ad eum, & cum consolatus eos fuisset

recesserunt. Post quorum decessum sedit iterum senex vespere post missas secundum consuetudinem admonens illum fratrem, & instruens eum, & cum loqueretur, grauatus est somno. Frater autem sustinebat donec excitaretur senex, & faceret ei iuxta consuetudinem orationem. Cum ergo non euigilante illo senex diu sederet discipulus compulsus est cogitationum suarum molestiis ut recederet, & dormiret. Qui extorquens sibi restitit cogitationi & refedit. Iterum autem compellebatur somno, & non abiit. Similiter factum est usque septies, & restitit animo suo. Post haec iam media nocte transacta euigilauit senex, & inuenit eum assidentem sibi & dixit ei. Usque modo non discessisti, & ille ait non, quia non dimiferas me pater, & dixit ei senex & quare me non excitasti, & ille respondit non te praesumpsisti pulsare ne te contibularer. Surgentes autem ceperunt facere matutinos, & post matutinorum finem dimisit senex discipulum. Qui cum sederet solus factus est in excessu mentis & ecce quidam ostendebat ei locum gloriosum & sedem in eo, & super sedem septem coronas. Interrogabat autem illum qui ei haec ostendebat dicens. Cuius sunt haec coronae. Et ille dixit Discipulitui & locum quidem & sedem pro conuersatione sua donauit ei Deus, has autem septem

septem coronas nocte ista promeruit. Hæc audiens senex miratus est, & tremefactus vocauit discipulum, & dixit ei. Dic mihi quid feceris nocte hac? Et ille dixit ignosce mihi pater, quia nihil feci. Senex autem existimans, quia humiliando se non confiteretur, dixit ei, Crede non quiesco nisi dixeris mihi quid fecisti, vel quid cogitasti nocte hac, frater autem nihil tibi conscius, quid egisset non inueniebat quid diceret, dicebat seni. Ignosce mihi pater, quia nihil feci nisi tantum hoc, quod compulsus sum motu cogitationum mearum, ut discerem, & dormire septies sed quia a te dimissus secundum consuetudinem non fueram, non recessi. Audiens hoc senex statim intellexit quia quotiens cogitationi suæ recessit, torrens coronabatur a Deo. Et fratri quidem nihil horum dixit causa utilitatis eius sed alijs narrauit hæc spiritualibus patribus, ut discamus quia pro paruis cogitationibus Deus nobis coronam tribuit. Bonum ergo est ut extorqueat ab ipsi homo in omni re propter Deum. Etenim sicut scriptum est, regnum celorum vim patitur, & violenti diripiunt illud. ¶ A Egrotavit aliquando senex quidam qui solitariis habitabat, & qui non habebat qui ei seruiret, surgebat, & quodcumque inuenisset in cella sua manducabat, & cum per ali-

quot dies ita faceret, nemo ueniebat ad uisitationem eius. Transactis uero triginta diebus & nullo ueniente ad eum misit Dominus angelum suum qui ministraret ei. Et cum sic fieret per septem dies recordati sunt fratres & dixerunt, eamus, & uideamus ne forte insirueret ille senex. Cum ergo uenissent & pulsassent discelsit angelus ab eis. Senex deintro clamauit, discedite hinc fratres. Illi autem leuantes a cardine ostium intrauerunt, & interrogauerunt eum quare clamauerit, & ille dixit, quia triginta dies habui laborans in infirmitate, & nemo uisitauit me, & ecce iam septem dies sunt quod Dominus Angelum suum misit ministrare mihi, qui cum uenisset recessit a me. Et hæc dicens dormiuit in pace. Fratres autem mirati sunt, & glorificauerunt Deum, dicentes, quia non derelinquet Dominus sperantes in se. ¶ Dixit quidam senex si te occupauerit infirmitas corporis, noli pusillanimitas fieri, quia si te Dominus Deus uult corpore debile fieri, quis es qui sic moleste suscipias. Nonne ipse pro te cogitat de omnibus. Nāquid sine ipso uiuis? Patiēter ergo fer, & roga eum ut donec tibi quæ expendant, hoc est ut quod uoluntas ipsius est, facias, & sede cum paciētia manducans quod habes in charitate. ¶ Narrauit quidam

quidam patrum dicens, quia cum essem in Oxirinco, uenerunt ibi pauperes uespere sabbati, ut acciperent agapen, & dormientibus eis erat ibi quidam habens tantummodo mattam cuius medietatem sibi subter mittebat, & medietate cooperiebatur. Erat autem ibi ualidum frigus, & cum exisset ad uicinam audiui eum murmurantem, & gementem præ frigore, & consolabatur seipsum dicens. Gratiæ tibi ago Domine, quantum sunt modo in custodia diuites, qui etiam in ferro sedent, atque pedes habent in ligno constrictos qui uicinas suam hibernare faciunt, ego autem uidisset quosdam senes iter agentem uelut Imperator sum, extendens pedes suos, & ubi uolens ambularet eos donec uenirent ad se. audiens uerba eius. Ingressus autem narraui ea fratribus, & audierunt multum edificati sunt. ¶ Frater interrogauit senem dicens. Si fueris in aliquo loco, & nata tibi fuerit tribulatio, & non habueris cui me committam, & iudicem illi passionem animi mei, quid faciam? Dixit ei senex. Crede in Deum quia ipse mittet angelum, & gratiam suam, & ipse tibi est consolatio si in charitate rogaueris eum. Et addidit dicens. Audiui enim quia in Scythia tale aliquid factum est, erat ibi quidam qui sinebat tentationes, & non habens fiduciam in aliquo, cui confiteretur, parabat a sero melotam

sum ut discederet, & ecce nocte apparuit ei gratia Dei in specie uirginis, & rogabat eum dicens. Numquam uadas sed sede hic mecum, nihil enim ex his male fit quæ audisti. Qui credens uerbis eius sedit, & statim sanatum est cor eius.

¶ Incipit liber quod per ostentationem nihil fieri debeat.

¶ Udiuit aliquando abbas Antonius de quodam iuuenem monacho, quia signum quoddam huiusmodi fecerit in uia cum uidisset quosdam senes iter agentes, & laborantes in ambulando, ausus in agris ut uenirent, & pararent eos donec uenirent ad se. Illi autem senes indicantes hoc abbati Antonio dixit abbas Antonius. Videtur mihi monachus iste similis esse nauonerata omnibus bonis, de qua incertum est utrum peruenire possit ad portum. Et post aliquantum temporis subito cepit abbas Antonius flere, & trahere sibi capillos, & lugere. Quod cum uidissent discipuli eius dicitur ei. Quid ploras abbas? & respondit senex. Magna columna ecclesie cecidit modo. Dicebat autem de monacho illo iuuenem, & adiecit. Venite & ambulate ad eum, & uide quod factum est. Perrexerunt igitur discipuli eius & inuenerunt monachum illum

lum super matram sedentem, & flentem peccatum quod fecerat. Videns autem discipulos senis dicit eis. Dicit seni vt obsecret Deum decem tantum dierum dare michi iudicias, & spero me iustificaturum sibi. Qui tamē infra quinque dies mortuus est. ¶ Laudatus est quidam a monachis frater apud abbatem Antonium. Ille autem cum venisset ad eum tētauit si portaret iniuriam. Et cū cognouisset quia non posset ferre dicit ei. Similis es domui quae a facie quidem ornata est, de retro vero a lateribus expoliata. ¶ Dicebant de abbate Arsenio, & de abbate Theodoro de firme, qui super omnia humanam gloriam odio haberent. Abbas ergo Arsenius non cito occurrebat alicui, abbas vero Theodorus occurrebat quidem, sed velut gladius. ¶ Eulogius quidam nomine, discipulus fuit Ioannis Archiepiscopi, qui Eulogius presbyter erat, & abstinentis atque ieiunans biduanas leuando, aliquando etiam & vsq; ad hebdomadam trahebat ieiunium vpanem tantum modo comedens & sal, & per hoc laudabatur ab hominibus. Qui venit ad abbatem Ioseph in loco qui vocatur Panes, credens se aliquam diuorsam continentiam inuenire apud eum, & suscipiens eum senex cum gaudio, quod habuit fecit ei pro charita-

te parari, dixerunt autem discipuli Eulogij. Non comedit presbyter nisi panem, & sal. Abbas autem Ioseph cautus manducabat. Qui cum fecissent tres dies non audierunt eos aut psallentes aut orantes. Occultum enim erat opus eorum, & exierunt nihil edificari. Deo autem dispensante facta est caligo, & errantes in via reuersi sunt ad senem & prius quam pulsarent ostium audierunt eos psallentes. Et cum ante ostium expectassent diu audita voce psallentium postea pulsauerunt. Et suscepit eos iterum senex gaudens. Hi autem qui cum Eulogio erant propter cruma tulerunt furisculam, & dederunt ei vt biberet, erat autem permixta de mari, & flamine, & non potuit bibere, qui cum hæc in animo suo cogitaret, coepit rogare senem vt diceret institutum eius dicens. Quid est hoc abba quod a principio non psallebatis, sed nunc coepistis postquam nos sumus egressi, & qui aquam velui bibere, & inueni eam salinam? Dixit ei senex. Frater aliquis motus est, & per terrorem miscuit aquam mariam. Eulogius vero rogauit senem, volens agnoscere veritatem, & dixit ei senex. Paruus iste calix pro vino est quod charitas prouidit, hæc autem aqua est quæ fratres assidue bibunt. Et in his verbis docuit eum habere discretio-

nem

nem cogitationum, & abscidit ab eo omnem humanitatis mouentiam mentis eius, & factus est communis, manducans de cetero omnia quæ apposita sunt ei. Dilicet etiam ipse in secreto operari & dixit se nisi pro certo in charitate sunt operatua. ¶ Dixit abbas Zenon discipulus abbatis Siluani. Nunquam maneat in loco nominato, neque sedeat cum homine habente magnam nomen, neque mittas fundamentum vt edifices tibi cellam aliquando. ¶ Venit aliquando frater quidam ad abbatem Theodorum de firme, & fecit tres dies rogare eum vt audiret ab eo sermonem. Ille autem non respondit ei, & egressus est tristis. Dixit ergo discipulus suus. Abba quare ei non es locurus? Ecce egressus est tristis. Et dixit ei senex. Crede mihi propterea non dicebam ei sermonem quia negotiator est, & in alienis verbis vult gloriari. ¶ Alius frater interrogauit eundem senem, videlicet abbatem Theodorum, & cepit loqui & exquirere de rebus, quæ necdum fuerat operatus. Et dixit ei senex. Adhuc tibi nec nauem inuenisti, nec vasa tua in ea posuisti, nec nauigare cepisti, & iam in illa ciuitate vbidi ponebas peruenisti: Cum ergo prius operatus fueris rem de qua loqueris, tunc ex ipsa re loquere. ¶ Dixit abbas Calsianus. Quod venit fra-

ter quidam ad abbatem Serapionem, & habitabat cum senex, vt secundum morem orationem faceret. Ille autem dicens se peccatorem, & ipso habitu monachi indignum, non acquiescebat. Voluit autem etiam pedes eius lauare, & eisdem verbis iterum vsu nullatenus acquiruit. Fecit autem illum gustare, & coepit senex in charitate monere eum dicens. Fili si vis proficere permane in cella tua, & attende tibi ipse & operi manuum tuarum, non enim tantum procedere expedit, quantum sedere. Ille autem hæc audiens exacerbatus est, & vultu mutauit, ita vt nec latere posset senem. Dixit ergo ei abbas Serapion. Vsq; modo dicebas peccator sum, & accusabas te ipsum tanquam indignum iam viuere, & nunc quia te cura charitate admonui, ita exacerbari debuisti. Si enim vis revera humilis esse, quæ tibi ab alio imponuntur, discite portare viriliter, & non odiosa verba effundere tibi ipsi in malum. Hæc audiens frater penitentiam gessit coram senex, & multum proficiens discessit. ¶ Audiuit aliquando iudex prouinciae de abbate Moyse, & perrexit in Scythi vt videret eum. Et nūciauerunt quidam seni de aduentu iudicis, & surrexit vt fugeret in paludē. Et occurrit ei ille iudex cum suis, & interrogauit eundem. Dic nobis senex vbi

est

cit cella abbatis Moyſi, & dixit ei. Quid vultis eum querere? Hic mo fatuus est, & hareticus, & veniens iudex ad Ecclesiam dixit clericis. Ego audiens de abbate Moyſe, veni ut viderem eum & ecce occurrit nobis senex perges in Aegyptum, & interrogauimus eum vbi eſſet cella abbatis Moyſi & dixit nobis. Quid eum queritis, fatuus est, & hareticus. Audientes autem clerici contriſtati ſunt dicentes. Qualis erat senex ille, qui hæc de fatuo homine locutus eſt ad vos. At illi dixerunt Senex veſtimento vetuſtiſſimo vtens, longus, & niger, Et illi dixerunt, Ipſe eſt abbas Moyſes, & quia noluit videri a vobis, ideo vobis hoc de ſe dixit. Et multum edificatus iudex diſceſſit. ¶ Frater interrogauit abbatem Mathoë dicens. Si abieromanere in aliquo loco, quomodo vis vt agam ibi: Dixit ei senex. Si habitaueris in loco, ne velis tibi illic nomen facere de aliqua re dicendo, aut nõ venio in conuentu fratrum aut non manducabo hoc vel illud. Hæc enim nomen vnum tibi faciunt, poſtea importunitatem parientis, quoniam homines vbi hæc audierint tibi eurrent. ¶ Abbas Neſteron maior ambulabat in Eremum cum aliquo fratre, & videntes draconem, fugerunt. Et dixit ei frater, & tu times pater. Et reſpondit senex non timeo fili, ſed expedit quia draconem vident fugi quoniam non habui effugere ſpiritum vanæ gloriæ. ¶ Venit aliquando iudex prouincie videre abbatem Paſtorem, & non acquieſcebat senex, iudex autem tenuit filium ſororis eius velut maſſaſtorem & redegit eum in carcerem dicens. Si venerit senex & rogauerit pro eo dimittam eum, & venit mater pueri ad fratrem ſuum abbatem Paſtorem, & cepit plorare ad oſtium eius. Ille autem omnino non dedit ei reſponſum. Illa autem compulſa dolore increpabat eum dicens. Et ſi viſcera ferrea habes, & nulla te compaſſio mouet, fleat te ſaltem miſeratio ſanguinis tui. Ille veromã dauit ei. Paſtor filios non genuit ideo non dõlet, audiens autem hæc iudex promiſit dicens. Vel verbo iubeat, & ego eum dimittam. Senex autem remandauit dicens. Examina cauſam ſecundum legem, & ſi dignus eſt morte, moriatur, ſi autem non eſt fac quomodo vis. Dixit iterum abbas Paſtor, doce cor tuum ſeruare quod doceat alios lingua tua. Dixit iterum. Quia homines ad loquendum perfecti videri volunt & in operando id quod loquuntur minores ſunt. ¶ Venit aliquando abbas Adelius qui fuit Epicoſus Nykopolis ad abbatem Syfoy in montem. Diſceſſurus vero erat & fecit eum guſtare a mane, erat autem

autem ieiunium, & cum ponerent menſam ecce fratres pulſauerunt. Dixit autem ſenex diſcipulo ſuo. Da eis modicas pulres quia de labore ſunt fatigati. Et dixit ei abbas Adelius. Dimitte interim ne dicant, abbas Syfoys a mane comedit, & intendit eum ſenex, & dixit fratri, vade tu & da eis. Cum ergo vidiffent pulres, dixerunt ne peregrinos, aliquos habetis putas, & ſenex vobiscum comedet? Et dicit frater. Etiam, ceperunt ergo contriſtari, & dicere. Ignoscat vobis Deus quia ſenem iſta hora permiſiſtis manducare. An nescitis, quia plurimos dies laboratus non eſt? Audiens hæc Epicoſus cepit coram ſene poenitentiam agere dicens. Ignosce mihi abba, quia ego quidem humanum aliquid cogitavi, tu autem quod Dei eſt faciſti, & dixit ei abbas Syfoys, niſi Deus gloriſicauerit hominem, gloria hominum nunquam ſtat. ¶ Interrogabat abbas Ammonas de loco qui dicitur Raythu abbatem Soyloy dicens. Quando lego ſcripturas tunc vult cogitatio mea ornare ſermonem, vt paratus ſim ad interrogata reſpondere, & dicit ei ſenex. Non eſt opus, ſed magis de puritate mentis provide non ſecuritate, & dicendi ſermonem. Venit aliquando iudex prouincie videre abbatem Simeonẽ, & ille tulit lorum quo

cingebatur, & aſcendit in arborem palmæ vt purgaret eam, illi autem venientes, dixerunt ei. Vbi eſt ſenex, qui hic in ſolitudine habitat. Et ille reſpondit. Non eſt hic ſolitarius aliquis, & cum hoc dixiſſet iudex diſceſſit. ¶ Alia iterum vice alter iudex venit videre eum, & præcedentes clerici dixerunt. Abba paratus eſto, quia iudex audiens de te, venit vt benedicatur a te, & ille dixit, etiam ego præparabo me, & cooperiens ſe ſacco & tollens in manu ſua panem, & caſcum, ſedit in egreſſu cellæ ſuæ, & cepit manducare, venit ergo iudex cum officio ſuo, & videntes eum ſpreuerunt eum dicentes. Hic eſt monachus ſolitarius de quo talia audiebamus? Et ſtatim diſceſſerunt, & reuerſi ſunt ad ſe. ¶ Dixit ſancta Syncretice. Sicut theſaurus manifeſtus cito expanditur, ira & virtus quælibet cum innotuerit vel publicata fuerit, ex terminabitur. Sicut ergo cera ex ſoluitur a facie ignis, ira & anima laudibus inanitur, & amittit virtutis rigorem ſeu fulgorem. ¶ Dixit iterum. Sicut impoſſibile eſt vno eodemque tempore, & herbam eſſe, & ſemen, ita impoſſibile eſt, vt ſecularem gloriam habentes celeſtem faciant fructum. Aliquando in cellis feſtiuitate celebrata, edebant fratres in eccleſia, erat autem ibi frater quidam

qui dixit ministris, ego non manduco coctum aliquid, sed tantum sal, & vocavit minister alium fratrem coram multitudine dicens. Ille frater non comedit coctum, affer ei sal. Tunc surrexit quidam senex, & dixit ei. Expedierat tibi hodie in cella tua potius comedere carnes, quam audia hanc vocem coram centis fratribus. ¶ Frater quidam abstinens a cibis, & non manducans panem venit ad quendam senem. Opportune autem illic etiam alij superuenerant peregrini, & fecit senex modicum pelmentum propter eos, & cum sedissent manducare frater ille abstinens posuit sibi solicite infusum, & manducabat. Et cum surrexissent a mensa tulit eum senex secrete, & dixit ei. Frater si venis ad aliquem non ostendas illi conuersationem tuam. Si autem conuersationem tuam tenere vis, sede in cella tua, & nusquam exeat. Ille autem acquiescens verbis senis, factus est communis vitæ, in eo quodcunque apud fratres inuenisset. ¶ Dixit quidam senex, humana providentia omnem pinguedinem hominis amputat, & reddit eum siccum. Dixit senex. Aut fugient fuger homines, aut irridens mundum, & homines qui in mundo sunt stultum te metipsum in pluribus facito.

Incipit liber de eo quod non oportet iudicare quenquam.

Contigit aliquando fratri in congregatione abbatis Helia tentatio, & expulsus inde abiit in montem ad abbatem Antonium, & cum mansisset aliquanto tempore apud eum remisit eum in congregationem unde exierat. Illi autem videntes eum iterum expulerunt. Qui similiter perrexit ad abbatem Antonium dicens. Noluere me suscipere pater, misit ergo senex ad eos dicens. Nauis naufragium pertulit in pelago, & perdidit onus quod portabat, & cum labore vacua nauis perducta est ad terram. Vos ergo liberatam nauim in terra vultis submergere. Illi autem cognoscentes, quia abbas Antonius eum remisisset, statim receperunt eum. Quidam frater peccauerat, & iussit eum presbyter exire de ecclesia. Surrexit autem abbas Byfarió & exiit cum eo dicens, & ego peccator sum. ¶ Venit abbas Isaac de Thebaida in congregatione fratrum, & vidit quendam culpabilem de fratribus & adiudicauit eum. Cum autem exisset ad Eremitum, venit angelus Domini & stetit ante ostium cellæ eius dicens non te dimitto intrare. Ille autem rogauit dicens. Quæ est causa? Et respondit angelus Domini dicens. Deus me misit vt dicerem tibi vbi iubes, vt mittam fratrem illum culpabilem.

pabilem, quæ adduxisti. Et statim abbas Isaac penitentiam egit dicens, peccavi, ignosce mihi, & dixit ei angelus. Surge ignosce tibi Deus sed custodi de cetero ne ad iudices quenquam priusquam Deus adiudicet eum. ¶ Frater quidam aliquando in Scythi inuentus est culpabilis, & fecerunt seniores conuentum & miserunt ad abbatem Moysen vt veniret. Ille autem noluit venire. Misit autem ad eum presbyter dicens. Veni quia plebs fratrum te expectat, & ille surgens venit. Tollens autem secum sportam vetustissimam, impleuit eam arena & portauit. Illi autem exierunt obviam ei dicentes, quid hoc est pater? Dixit autem eis. Peccata mea sunt post me currentia, & non video ea, & veni ego hodie aliena iudicare peccata. Illi autem audientes nihil locuti sunt fratri, sed ignouerunt ei. Interrogauit abbas Ioseph abbatem Pastorem dicens, dic mihi abba, quomodo monachus sum? Et dixit ei senex. Si vis requiem inuenire in hoc seculo, & in futuro, in omni causa dic, quis sum ego, & ne iudices quemquam. ¶ Frater quidam interrogauit eum iterum dicens. Si videro culpam fratris mei, bonum est celare eum. Et dixit ei senex quacunque hora tegimus culpam fratris nostri, tegit etiam Deus nostram & quacunque hora prodiderimus culpas fratrum, & Deus si-

militer nostras proder. ¶ Offendit aliquando frater in congregatione. Erat autem in ipsis locis solitarius quidam, qui iam longo tempore foras non exibat. Veniens autem abbas de congregatione illa ad eum indicauit ei de fratre illo qui offenderat, & ille dixit. Expellite eum. Expulsus autem frater de congregatione, misit se in fossatum, & flebat ibi. Contigit autem vt alij fratres euntes ad abbatem Pastorem, audirent eum in fossato plorantem, qui descendentes ad eum inuenerunt eum in magno dolore constitutum, & rogauerunt eum, vt iret ad senem illum solitarium, & non acquieuit dicens, in loco hoc moriar ego. Venientes autem fratres ad abbatem Pastorem narrauerunt ei de eo, & rogauit eos, vt irent ad eum dicentes. Abbas Pastor vocat te ad se, quod cum dixissent, perrexit ad eum, & videns eum senex afflictum surrexit, & osculatus est eum & aggau dens ei, rogabat vt superet cibum. Misit autem abbas Pastor vnum de fratribus suis ad illum solitariu dicens. Audiens de te multi anni sunt quod te videre desidero, & propignitia nostra amborum non potuimus nos inuicem videre. Modo enim Deo volente, & occasi ne facta, fatigate vsq; huc vt nos mutuo videre possimus, erat

enim non egrediens de cella sua, qui cum audisset dicebat. Nisi Deus misisset seni illi de me, non misisset ad me, & surgens venit ad eam, & saluantes te inuicem cum gaudio federunt. Dixit autem ei abbas Pastor, duo homines erant in loco vno, &ambo habebat mortuos suos. Reliquit autem vnus mortuū suum, & abiit plorare mortuum alterius. Audiens autem senex compunctus in sermone eius recordatus est quod fecerat, & dixit ei. Pastor sursum in celo ego autem deorsum in terra. Frater quidam interrogauit abbatem Pastorem dicēs. Quid facio quia pusillanimitas dum sedeo in cella? Dixit ei senex. Nullum spernas neque condemnes, & nulli obloquaris, & Deus prestabit tibi requiem, & erit celsior tua sine perturbacione. ¶ Factus est aliquando conuentus in Scythi, & loquebantur fratres de quodam fratre culpabili. Abbas autem Prior tacebat. Postea autem surgens egressus est, & tollens saccum impleuit illum arena, & portauit in humeris suis, & mittēs in sportella modicūquid de eadem arena, portabat etiam ipsam in ante. Interrogatus autem a patribus quid hoc esset, respondit. Saccus iste qui multam arenam habet, mea peccata sunt & quoniam multa sunt posui ea supra dorsum meum, ne doleam

pro ipsis & plorem. Ista autem arena modica peccata sūt istius fratris, & sunt ante faciem meam & in ipsis exerceor iudicans fratrem meum. Quod non oportet ita fieri, sed magis mea peccata ante me esse, & de ipsis cogitare, & rogare Deum vt ignoscat mihi. Audientes autē patres dixerūt. Vere hæc est via salutis. ¶ Dixit senex. Non iudices fornicatorem si tu castus es, quoniam similiter legem prauaricaris. Et enim qui dixit, non forniceris, dixit, non iudices. ¶ Ad quendam solitariū venit presbyter cuiusdam basilicę, vt consecraret ei oblationem ad communicandum. Veniens autem quidam ad illum solitariū, accusauit apud ipsum eundem presbyterum. Qui cum ex consuetudine iterum venisset ad eum, vt consecraret oblationem scandalizatus ille solitarius non aperuit ei Presbyter hoc viso discessit. Et ecce vox facta est ad solitariū dicens. Tulerunt sibi homines iudicium meum. Et factus est velut in excessu mentis, & videbat quasi puerum aureum, & aquam bonam velde. Videbat autem & quendam leprosum haurientem & refundentem in vas, & cupiebat bibere, & non bibebat, propter quod leprosus esset ille qui hauriebat, & ecce iterum vox facta est ad eum dicens. Cur non bibis ex aqua hac? Quam cau-

sam

sum habet qui implet. Haurit enim solummodo, & refundit in vas, & nō inquinatur ab eo aqua. In se autem reuersus solitarius, & considerans virtutem visionis, vocauit presbyterum, & fecit eum sicut & prius sanctificare sibi oblationem. ¶ Fuerunt duo fratres magna vitę in congregatione, & meruerunt singuli videre gratiam Dei in alterutro. Factum est autē vt aliquando vnus ex eius egrediretur in sexta feria extra congregationem, & videret quendam manducatē mane, dixit ei. Hac hora manducas in sexta feria. Die autem sequenti facta est celebratio missarum secundum cōsuetudinem. Intuens vero frater eius vidit gratiam quę ei data fuerat discessisse ab eo, & contristatus est. Qui cum venisset in cellam dixit ei. Quid fecisti frater, quia non vidi sicut pridem gratiam Dei in te? Ille autem respondens dixit, ego neque in actu neque in cogitationibus mihi conscius sum alicuius mali. Dixit ei frater eius. Ne aliquid verbum aut sermonē otiosum locutus es? & recordatus dixit. Etiam. Hesternā enim die vidi quendam manducantem, & dixit ei. Hac hora manducas in sexta feria, hoc est peccatū meum, sed labora mecum duas hebdomadas & rogemus Deum vt mihi indulgeat, & fecerunt ita, & post duas hebdomadas vidit frater gratiam

Dei iterum venientem super fratrem illum & consolari sunt, Deo qui solus bonus est gratias referentes.

Incipit liber de discretione.

Dixit abbas Antonius. Quia sunt quidam conterentes corpora sua in abstinentia & quia non habent discretionem longe facti sunt a Deo. Fratres quidam venerūt ad abbatem Antonium, & nunciauerunt ei phantasias quas viderant, vt cognoscerent ab eo vtum vera essent an a dæmonibus illuderentur. Habebant autem asinum secum, & mortuus est eis in via. Cum ergo venissent ad senem, prauenit eos dicens. Quomodo mortuus est asinus ille in via? Dicunt ei, vnde scis pater? Et ille dixit. Dæmones mihi ostenderunt. Dicunt ei, & nos propterea venimus. Interrogate te, quia vidimus phantasias, & plerunque fiunt in veritate, ne forte erremus. Et satisfecit eis senex sumpto exemplo de asino, ostendens quia a dæmonibus sunt ista. Superuenit autem quidam venationem faciens in silua agrestium animalium, & viderat abbatem Antonium gaudentem, cum fratribus, & displicuerat ei. Volens autem senex ostendere quia oportet aliquando condescendere fratribus dixit ei. Pone sagittam in arcu tuo, & trahere, & fecit sic. Et dixit ei. Iterum trahere, & traxit.

P p 3 Et

Et rursus dixit. Trahe adhuc dicit ei venator. Si supra modum traxeris, fragitur arcus. Dicit ei abbas Antonius. Ita est & in opere Dei, si plus a mensura redimus, fratres cito deficient. Expedit ergo in vna & eadem relaxare rigorem eorum. Hec audiens venator compunctus est, & multum proficiens in sermone senis discessit, & fratres confirmati reuersi sunt ad locum suum. ¶ Frater quidam dixit abbati Antonio. Ora pro me, & respondit ei senex. Nec ego tui misereor, nec Deus nisi tu pro te ipso sollicitus fueris, & poposceris a Deo. Dixit iterum abbas Antonius. Quia non permittit Deus bella excitari in generatione hac quoniam scit quia infirmi sunt, & portare non possunt. ¶ Dixit aliquando abbas Euagrius abbati Arsenio. Quomodo nas ex tanta eruditione & scientia nullas virtutes habemus. Hi aurea rustici in Aegypto conuersantes tantas virtutes possident? Respondit ei abbas Arsenius. Nas quia mundana eruditione discipulis intenti sumus nihil habemus. Hi autem rustici Aegyptij ex proprijs laboribus acquisierant virtutes. ¶ Dicebat (beatae memoriae) beatus Arsenius. Peregrinus monachus in aliena prouincia habitans nullis rebus se medium faciat, & quietus erit. ¶ Interrogauit abbas Marcus abbatem Arsenium dicens.

Bonum est non habere aliquam in cella consolationem. Vidi enim quendam fratrem habentem paruum olus in cella, & eradicabat illud. Et dixit abbas Arsenius. Bonum quidem est, sed secundum exercitationem hominis cuiusque agendum est. Etenim si non habuerit virtutem huiusmodi tolerare, iterum plantaturus est ea. ¶ Narrabit abbas Petrus qui fuit discipulus abbatis Lothi dicens. Eram aliquando in cella abbatis Agathonis, & venit quidam frater ad eum dicens v. l. habitare cum fratribus, sed dic mihi quomodo habitem cum eis? Dixit ei abbas. Sicut in prima die quando ingressus fueris ad eos, ita custodi peregrinationem tuam omnibus diebus: vita tua nec assumas fiduciam. Dixit ei abbas Macharius. Quid enim fiducia facit? Dixit ei senex. Sic est sicut arbus grandis qui quando exarserit omnes fugiunt a facie eius, quia arbus etiam arborum fructus corrumpit. Dixit eis abbas Macharius. Sic mala est fiducia. Respondit abbas Agathon. Non est peior altera passio quam fiducia, genitrix enim est omnium passionum. Conuenit ergo operatio monacho non sumere fiduciam vel si solus in cella sit. Dicebat abbas Daniel. Quia cum moriturus esset abbas Arsenius delegauit nobis dicens. Videte

Videte ne velitis pro me agapem facere, quoniam si feci ego pro me ipso, id inuenio. ¶ Dicebant de abbate Agathone quia abiierunt quidam ad eum audientes, quia magna discretionis vir esset, & volentes eum probare si irasceretur dicunt ei. Tu es abbas Agathon? Audiuimus de te quia fornicator es, & superbus. Et ille respondit. Etiam sic est. Et dicunt ei. Tu es Agathon verbosus, & detractor? Et respondit, ego sum. Dicant ei iterum. Tu es Agathon haereticus? Et respondit. Non sum haereticus. Et interrogauerunt eum dicentes. Dic nobis cur tantas dicentibus nobis iniurias tu patienter tuliisti? Hunc autem sermonem quia diximus haereticus es non sustinuit? Et respondens dixit eis. Illa prima mihi ascribo. Vtilitas enim animae mea est, quod autem dixistis haereticum me esse non acceperim quia separatio est a Deo & non oportet separari a Deo. Illi autem audientes admirati sunt discretionem eius, & edificati discesserunt. ¶ Interrogatus idem abbas Agathon, an esset maior labor corporis, an custodia interioris hominis dixit. Homo similis est arbori, corporalis igitur labor velut folia arboris custoditur, interioris autem custodia hominis fructus est, quoniam ergo secundum quod scriptum

est, omnis arbor non faciens fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur, oportet propter fructum nostrum omnem in nobis sollicitudinem esse, hoc est mentis habere custodiam. Opus tamen habemus etiam tegumento & ornatu foliorum qui est corporalis labor. Erat autem abbas Agathon sapiens ad intelligendum & impiger ad laborandum, & sufficiens in omnibus. Intentus etiam & assiduus ad laborem manuum, parcus in cibo atque vestimentis. Idem abbas Agathon cum factus fuisset conuentus pro quadam causa in Scythi & fuisset ipsa causa ordinata, postea venit & dicit eis. Non bene ordinastis causam. Illi autem dixerunt ei. Tu quis es qui ista loqueris? Et ille respondit filius hominis. Scriptum est enim si vere utique iustitiam loquimini, iuste iudicate filij hominum. Dixit abbas Agathon. Iracundus si mortuos suscitaret non placet Deo propter iracundiam suam. Veniunt aliquando tres senes ad abbatem Achillem, & vnus ex eis habebat opinionem malam. Dicit autem ei vnus de senibus. Abba fac mihi vnam sagenem ad piscandum. Et ille dixit ei. Non faciam. Et alius dixit ei. Fac nobis vt habeamus memoriam tui in monasterio nostro, & ille respondit. Non mihi vacat. Dixit ei tertius ille qui habebat malam opinionem.

Mihi fac sagenam, vt habeam de manibus tuis benedictionem abba & ille statim respondit ei. Ego tibi faciam. Dixerunt autem ei secrete duo priores senes, quibus nō acquieuit. Quomodo sic, quia nobis rogantibus noluiti facere, & huic dixisti, ego tibi faciam? Respondit eis senex. Vobis ideo dixi non faciam, quia nec mihi vacat & vos non contristabimini. Huic autem si non fecero dicturus est, quia de opinione mea que mala est audiuit senex, & ideo noluit facere sagenam, & statim incidebamus funem ad sedam animam eius, ne tristitia abforderet huiusmodi. Dicebant de quodam senex, quia fecerat quinquaginta annos, neque panem comedens neque facile aquā bibens. Et dicebat, quia extinxi fornicationem, & auaritiam, & vanam gloriam. Audiens autem abbas Abraham quod hæc dixisset, venit ad eum & dixit ei. Tu dixisti hunc sermonem? Et ille respondit, etiam. Et dixit ei abbas Abraham. Ecce intras in cellam tuam, & inuenis super mattam tuam mulierem, putas te non cogitare, quia mulier est? Et dixit nō sed expugno cogitationem meā, vt non tangam illam mulierem. Dixit iterum abbas Abraham. Ecce igitur non interfecisti fornicationem, quia viuit passio ipsa, sed alligata est, iterū si ambulat in via

& vides lapides & testas vasorum & in ipsis iacens aurum putas te illud velut lapides reputare? Et respondit non, sed resisto cogitationi meæ, ne colligam illud. Iterum dixit ei abbas Abraham. Si audieris de duobus fratribus quia vnus diligit te, & bona de te loquitur. Alius autem odit te, & detrahit tibi, & venerint ambo ad te, nunquid vtroque equaliter suscipis? Et dixit. Non, sed extorqueo mihi vt similiter bene faciam ei qui me odit, sicut & illi qui me diligit. Et dixit ei abbas Abraham. Viuunt ergo passiones, sed tantummodo a sanctis viris quodammodo reliquantur. ¶ Narrauit quidam patrum, quia senex aliqui erat in cella studiose laborans, & vellebatur matta. Qui cū perrexisset ad abbatem Ammonem vidit eū abbas Ammonas vtentem matta, & dixit ei. Hoc tibi nihil prodest. Et dixit ille senex. Tres cogitationes mihi molestæ sunt, vna que me compellit vt alicubi in Eremo recedam, alia vt peregrinam, vbi me nemo cognoscat, tertia vt includam me in cella, vt nullum videam, & post biduum comedam. Dixit ei abbas Ammonas nihil tibi ex his tribus expediri facere, sed magis sede in cella tua, & comede parum quotidie, habens semper in corde tuo publicani illius, qui in euangelio legitur sermonē & ita poteris

ris salus esse. ¶ Dicebat abbas Daniel, quia quantum corpus viruerit, tantum anima siccatur, & quantum corpus fuerit siccatum, tantum anima virefcit. Dixit iterum abbas Daniel, quia quantum corpus fouetur, tantum anima siccatur. Et quantum corpus siccatum fuerit tantum anima fouetur. ¶ Narrauit iterum abbas Daniel, quia quando erat in Scythia abbas Arsenius erat ibi monachus qui dam rapiens ea quæ habebant senes. Abbas autem Arsenius volens eum lucrari, & senibus quietem prestare tulit eum in cellam suam, & dixit ei. Quicquid opus habes ego tibi dabo, tantum non rapias. Et dedit ei aurum & nummos & recellas, & omne quod in expensu suo habebat dedit ei. Ille autem iterū rapiebat, senes vero videntes, qui non quiesceret exulerunt eum dicentes: quia si inuenitur frater habens infirmitatē corporis aliquā oportet sustinere eum. Si autem furatur & admonitus nō quiescit: expellite eum quā animæ suæ detrimentum facit, & omnes in eo loco habitantes turbantur. Venit in initio cōuersationis suæ abbas Euagrius ad quendam senem & dixit ei. Dic mihi abba sermonē quomodo saluus fuit. Ille autem dixit ei. Si vis saluari quādo ad aliquē vadis nō prius loquaris antequā ille de te inquirat. Euagrius autem compū

ctus in hoc sermone pœnitentiā egit in conspectu senis & satisfecit ei dicens. Crede mihi codices multos legi, & talem eruditionē nunquā inueni: & multam proficiēs exiuit. Dixit abbas Euagrius mentem errantē & nutantem solidat lectio & vigilia & oratio, concupiscentiam vero feruentem madefacit esuriēs & labor & sollicitudo: iracundiā autem perturbatam reprimit psalmodia & lōganimitas & misericordia, sed hæc opportunis temporibus & mēturis adhibita. Si autem importune & sine mensura fiunt, ad paruum tempus proficiunt: quæ autem parui temporis sunt, noxiæ magis quā vtilia erunt. Transente aliquādo abbate Effren, vna prostituta ex inmissione cuiusdam cepit ei blandiri, cupiens eum si posset ad turpem commixtionem illicere vel si hoc non posset saltem ad iracundiam provocaret, quoniam nunquam vidit eum quisquā irascentem vel litigantem. Ipse autem dixit ad eam. Sequere me. Cum venisset autem in locum populorū dicit ei. Veni huc, & sicut voluisti commisceor tecum. Illa autem videns multitudinem dixit ei. Quomodo possumus hoc hic facere tanta multitudine astāte, confundimur enim. Ille autē dixit ei. Si homines erubescis quanto magis erubescere debes Deum qui reuelat occulta tenebrarum. Illa au-

tem confusa & confutata, recessit absque opere voluntatis suae. ¶ Venērunt aliquando ad abbatem Zenonem quidam fratres & interrogauerunt eum dicentes. Quid est quod scriptum est in libro Iob nec calum mundum esse in conspectu Dei? Respondit autem senex dicens, Reliquerūt fratres peccata sua & caelestia scrutantur. Hęc est autem interpretatio sermonis quem requisistis, ut quoniam solus Deus est mundus. Dicitur sit neq; calum mundum esse in conspectu eius. ¶ Dixit abbas Theodorus de Firme. Si habes amicitias cum aliquo, & contingit eum tentationem fornicationis incurtere si potes da ei manum & trahere illum sursum: si autem errorem aliquem fidei incurrit & non tibi acquiescit reverti, cito incide amicitias eius abs te, ne forte remoras traharis cum eo in profundum. ¶ Venit aliquando memoratus abbas Theodorus ad abbatem Ioannem, qui erat Eunuchus ex natiuitate & cum loqueretur dixit abbas Theodorus. Quando eram in Scythi opus animae erat opus nostrum: opus autem manuum tanquam in transitu habebamus nunc autem factum est opus animae velut in transitu opus. Venit aliquando quidam pater ad eundem patrem Theodorum, & dixit ei: ecce quidam frater reuersus est ad seculum, & dixit ei ab-

bas Theodorus. In hoc non mireris si autem audieris quoniam praualuit quis fugere de ore inimici, hoc admirare. Dixit memoratus abbas Theodorus. Multi elegerunt in hoc seculo temporalem quietem, antequam dominus praestaret eis requiem. ¶ Dicebant de abbate Ioane breuis statura, quia dixerit aliquando fratri suo maiori. Volo esse securus sicut angeli sunt securi nihil operantes: sed si ne intermissione seruientes Deo. Et spoliatus se eo quo erat indutus abiit in Eremitum, & facta ibi hebdomada una reuersus est ad fratrem suum, & dum pulsasset ostium respondit ei antequam aperiret dicens. Quis es tu? Et ille dixit. Ego sum Ioannes. Et respondens frater eius, dixit ei, Ioannes angelus factus est, & ultra inter homines non est. Ille autem pulsabat dicens, Ego sum. Et non aperuit ei, sed dimisit eum affligi. Post ea vero aperiens dixit ei. Si homines, opus habes iterum operari ut viuas, si autem Angelus es quid quaeris intrare cellam? & ille poenitentiam agens dixit ei, Ignosce mihi frater quia peccaui.

¶ Venērunt aliquando senes quidam in Scythi, eratque cum eis abbas Ioannes Gaanus. Et dum comederent surrexit quidam presbyter vir magnus, ut daret persingulos vasculum paruum aquae ad bibendum & nemo acquieuit accipere

cipere ab eo nisi solus Ioannes breuis. Admirati sunt autem ceteri, & dixerunt ei. Quomodo tu cum sis omnium minor praesumpisti ministerio ut viri senis & magni, & dixit eis. Ego quando surgo dare aquam gaudeo si omnes biberint, ut mercedem acquiram. Nunc igitur propterea ego suscepi, ut faciam eum qui surrexit inuenire mercedem ne forte etiam contristetur nullo suscipiente ab eo. Hęc cum dixisset admirati sunt omnes de discretione eius. ¶ Interrogauit aliquando abbas Pastor abbatem Ioseph dicens. Quid faciam quando appropinquant mihi aliquae tentationes, resistam illis an permittam intrare. Dixit ei senex. Dimitte intrare, & pugna cum eis. Reuertens ergo in Scythi sedebat: & contigit ut veniens quidam a Thebaida in Scythi, narret fratribus interrogasse se abbatem Ioseph: quando appropinquat mihi tentatio resistam ei an permittam intrare, & dixit ei, omnino non permittas tentationem intrare: sed statim abscinde eam. Audiens autem abbas Pastor, quia sic dixerit huic qui venerat a Thebaida abbas Ioseph. Surgens iterum abiit in Panefo ad abbatem Ioseph, & dixit ei. Abba ego tibi commisi cogitationes meas, & tu aliter dixisti mihi aliter autem fratri de Thebaida. Et

dixit ei senex. Scis quia diligote, & respondit etiam, & ait. Nonne tu dixisti mihi: ut sicut mihi ipsi, ita tibi dicerem quid sentirententim si intrauerint tentationes & dederis eis locum, atque acceperis eas probatiorem te faciunt: ego autem velat mihi ipsi, sic & tibi locutus sum, sunt autem alij quibus nec appropinquare expedit passiones, sed statim debet abscindere eas. ¶ Item dixit abbas Pastor. Veni aliquando in Eracleos inferiorem ad abbatem Ioseph, & habebat in monasterio suo arborem sicomorum pulchram nimis & dicebat mihi a mane, vade collige tibi & maduca: erat autem sexta feria: ego autem non comedi propter ieiunium, & interrogauit eum dicens. Dic mihi propter dominum Deum rationem huius rei qua dicebas mihi, vade & manduca, ego quidem propter ieiunium non abij, sed erabesceram, quia mandatum tuum non fecerā, cogitans quia sine ratione mihi haec non praeceperas. Ille autem respondit. Patres seniores non loquuntur ab initio fratribus recta: sed magis distorta, & si viderint, quia ea quae distorta sunt faciunt: iam eis non loquuntur, nisi quod expedit agnoscere quoniam in omnibus obediunt sunt.

¶ Frater interrogauit abbatem Ioseph dicens. Quid faciam, quia nec molestiam ferre possum nec labo-

laborare, & dare elemosynā, & dixit ei senex. Si non potes horū aliquid facere, vel serua conscientiam puram ab omni malo proximi tui: & ita saluus eris, Deus enim animam sine peccato querit.

¶ Dixit abbas Isaac Thebeus fratribus suis. Pueros non adducatis huc, quia propter pueros in Scythi quatuor Ecclesia, Eremus factus sunt. ¶ Interrogauit aliquando abbas Longinus abbatem Lucium dicens, Habeo tres cogitationes, vnam vt ad peregrina vadam, & respondit ei senex. Si non tenueris linguam tuam vbiūque perrexeris non eris peregrinus: sed refrena linguam tuam, & eris hic peregrinus, & dixit abbas Longinus. Alia cogitatio mea est, vt iunem biduanas leuando: & respondit abbas Lucius: Isaias propheta dixit, Si curaueris velut circulum ceruicem tuā, nec sic erit acceptum ieiunium tuum, sed magis contine mentem tuam a cogitationibus malis. Et dixit abbas Longinus. Tertium est depositum meum vt declinem hominū aspectus. Et respondit ei abbas Lucius. Nisi prius correxeris vitam tuam inter alios conuersando neque solus habitas, corrigere te praualebis. ¶ Dixit abbas Macharius, si recedamur malorumque nobis inferuntur ab hominibus amputamus menti nostrę virtutem recordandi dominum: si autem recor-

damur malorum que demones excitant erimus imperforabiles.

¶ Dicebat abbas Mathois, nec satanas scit qua passione anima seducatur: & ideo seminat quidem in ea zizania sua, sed metere nescit. Seminat interdū semina fornicationum, aliquando detractionum & ceterarum similiter passionum, & in quam passione animam viderit declinare, hęc ei ministrat. Nam si sciret ad quod procliuis est anima, non eidiuersa ac varia seminaret. ¶ Narrauerunt de abbate Natherio qui fuit discipulus abbatis Syluani, quia cum sederet in cella sua in monte Syna, mediocriter gubernabat vitam suam in his que erant necessaria corpori, quando autem factus est Episcopus in Pharna: multum coartabat animum suum in duritia continentię. Et dixit ei discipulus suus Abba quando eramus in Eremito, non te ita cruciabas: & dixit ei senex. Fili illic solitudo erat & quies & paupertas propter ea volebam gubernare corpusculū meum ne infirmaret, & quærerem quod non deberem: nunc autem hic seculum est, & occasiones sunt excidendi plurimę, & si infirmitatem incurrero, sunt hic qui succurrant, ne perdam propositum monachi. ¶ Frater interrogauit abbatem Pastorem dicens, Perturbatio mihi fit, & volo derelinquere locum istum. Et dixit ei senex.

Pro

Pro qua causa: Et ille dixit. Quia audio verba de quodam fratre, quæ me non edificant. ¶ Dixit ei tenex. Non sunt verba: quæ audisti: Et ille dixit ei. Etiam patet quia verum est. Nam frater qui dixit mihi fidelis est. Respondit ei senex. Non est fidelis qui dixit tibi: nam si esset fidelis nequaquam diceret tibi talia. Deus enim audiens vocem Sodomorum non credidit, nisi descenderet & videret oculis suis. Et ille dixit. Ego vidi oculis meis. Hęc audiens senex: respexit intantum & tenuit paruum festucam, & dixit ei. Quid est hoc? Et ille respondit festuca est, iterum intendit senex ad tectum cellę, & dixit. Quid est hoc? Et ille respondit. Trabes est que portat tectum, & dixit ei senex. Pone in corde tuo, quia peccata tua sic sunt sicut trabes hęc: illius autē fratris de quo loqueris, velut hęc parua festuca. Audiens autem abbas. Silesys hunc sermonem, admiratus est & dixit. In quo te beatum faciam abba Pastor. Vere enim velut pretiosus lapis: ita verba tua gratia & gloria plena sunt. Venierunt aliquāto regionis illius presbyteri ad monasteria vicina, in quibus etiam erat & abbas Pastor & intrauit abbas Anub, & dixit ei. Rogemus presbyteros istosodie accipere hic charitatem & dona Dei: ille autem stans diu non

dedit ei responsum: Abbas vero Anub contristatus exiit. Dixerunt ego abbati Pastori qui iuxta eum sedebant. Quare non dedisti ei responsum? Et dixit ei abbas Pastor ego causam non habeo, iam enim mortuus sum, mortuus nō loquor; non igitur reputeris me quia hic vobiscum sum. ¶ Abijt quidā frater de monasterio abbatis Pastoris in peregre, & applicuit ad quēdam solitariū erat enim habens illic cum omnibus charitatem & multi veniebant ad eum: nūtiavit autem ei frater ille, quēdam de abbate Pastore. Qui audiens virtutem animi eius, desiderabat eum videre. Cum autem reuersus fuisset frater ille in Aegyptum, post aliquantum temporis surgens predictus solitarius venit ad peregrinandum in Aegyptum ad eundē fratrem qui prius applicuerat apud ipsum. Dixerat enim ei vbi maneret, videns autem eum ille, miratus est & gaudius valde: dixit autē ei ille solitarius. Ostende charitatem quam habes in me, & duc me ad abbatem Pastorem, & tollens eum duxit ad senem & nūtiavit ei de eodicens. Quidam magnus homo & multam charitatem habens & honorem plurimū in provincia sua venit desiderans te videre. Suscepit ergo eum senex cum gratulatione, & salutantes se invicem refoederunt. Cœpit autem loqui peregrino.

reginus ille frater de scripturis sanctis, & de rebus spiritualibus atq; celestibus. Abbas autem Pastor auertit faciem suam & nō dicit ei responsum. Videns autē ille quia nō loqueretur ei, corristatus exiit, & dixit fratri illi qui eū ad duxerat. In vanū iter istud assumptū. Veni em̄ ad senē, & ecce nec loqui mecū dignatur. Intrauit autem frater ad abbatem Pastorem & dixit ei. Abba. Propter te venit magnus hic vir habens tantam gloriam in loco sub, quare non es locutus cum eo. Respondit ei senex. Iste de sursum est, & de celestibus loquitur: ego autem de deorsū, & de terrenis loquor. Si ergo mihi locutus fuisset de passionibus animæ, ego utique responderem ei: si autem de spiritualibus ego hæc ignoro, exiens ergo frater dixit illi. Quia nō cito senex ille de scripturis inquirat, sed si quis loquitur de passionibus animæ responderet ei. Ille autem compunctus intrauit ad senē & dixit ei. Quid faciam abba: quia passionibus animæ dominantur mei: & intuitus eum senex gaudeas dixit ei. Modo bene venisti, nunc aperto os meum & implebo illud bonis. Ille autem valde edificatus dicebat. Vere hæc est via charitatis & gratias agens Deo: qui tam sanctam vitam videre meruerit, reuersus est in regionē suā. ¶ Frater quidam interrogauit abbatem Pa-

storem dicens, Feci peccatū grande, & volo triennium pœnitere. Dixit autem abbas Pastor. Multū est, & dixit frater: subes ne vnum annum. Et dixit iterū senex. Multum est. Qui autem presentes erant dicebant. Usque ad quadraginta dies. Senex iterū dixit multum est. Et adiecit dicens, Ego puero, quia si ex toto corde homo pœnituerit & non apposuerit facere iterum vnde pœnitentiā agat, etiam triuannam pœnitentiā suscipiat Deus. Interrogauit aliquando eum abbas Ammon de immundis cogitationibus quæ in corde hominis generantur & de vanis desiderijs. Et dixit ei abbas Pastor. Nāquid gloriabitur securus sine eoque incidit in ipsa. Et tu ergo non eis porrigas manus, & otiosa erunt. Interrogauit eundem sermonem abbas Ilias, & dixit ei abbas Pastor. Sicut capla plena vestibus, si dimissa fuerit tempore longo putrescunt vestes in ea, ita & cogitationes in corde nostro si nō fecerimus eas corporaliter, tempore longo exterminantur aut putrescunt. Interrogauit abbas Ioseph abbatem Pastorem de eadem re, & dixit abbas Pastor. Sicut clausus serpens vel scorpius in vase & obturatus, procedente tempore omnino moritur, ita malignæ cogitationesque studio demonum pullulant patientia eius, cui immittuntur paulatim

latim deficiunt. ¶ Interrogauit iterum abbas Ioannes abbatem Pastorem dicens. Quomodo est opus te iunare. & dixit abbas Pastor. Ego volo, vt quotidie manducas subinde paululum subtrahatibi ne satiatur. Dixit ei abbas Ioseph. Ergo quando eras iuuenis, non ieiunabas biuannas leuādo. Et dixit senex. Crede mihi, quia & triuannas & hebdomada: sed hæc omnia probauerunt senes magni & inuenerunt: quia bonum est quotidie manducare, per singulos dies pascat minus, & ostenderunt nobis regularem hanc viam, quia leuior est & facilis. ¶ Dixit abbas Pastor. Non habites in loco vbi vides aliquos habentes aduersum zelum malum, quia non ibi proficies. ¶ Frater quidam venit ad abbatem Pastorem, & dixit ei. Semino agrum meum, & facio ex ipso agapem. Dixit ei senex. Bonū opus facis. Et discessit eum proposito animi & adiebat ad agapem plusquā faciebat: hoc autem audiens abbas Anub, dixit abbati Pastori. Non times Deum, quia sic locutus es fratri illi: & tacuit senex. Post duos autem dies misit abbas Pastor ad fratrem illum & vocauit eum ad se & dixit ei audiente abbate Anub. Quid interrogasti illa die, quando mens mea alibi erat. Dixit ei frater. Hoc dixi. Quia semino agrum meum, &

de hoc quod colligo ex ipso facio mihi agapem. Et dixit ei abbas Pastor. Putaui quia de fratre tuo qui laicus est: diceres. Si autē tu facis hæc, non est hoc opus monachi, ille autem audiens contristatus est, & dixit. Alia opera nō facio nec scio nisi hæc, & non possum seminare agrum meū. Cum ergo discessisset cœpit abbas Anub pœnitentiā agere apud abbatem Pastorem, dicens, Ignosce mihi, dixit ei abbas Pastor. Ego ab initio faciebam, quia hoc non est opus monachi sed secundum animum eius locutus sum ei, & excitauit animam eius ad profectum charitatis. Nunc autem abiit tristes, & tamen id ipsum opus facit. ¶ Frater quidam interrogauit abbatem Pastorem, dicens. Quid est illud quod scriptū est, qui irascitur fratri suo sine causa. Et ille respondit. Ex omni re qua te grauare voluerit frater tuus, si irasceris aduersus eum donec oculus tuū dextrum eicias & a te proiecias, sine causa irasceris ei: si autem aliquis voluerit te separare a Deo pro hoc irascere. Dixit abbas Pastor. Si peccauerit homo & negauerit, dicatque, non peccauit, non increpes eum, quia frangis propositum animi eius. Si autem dixeris ei non contristeris frater, sed observa te de caetero, excitas animum eius ad pœnitentiā.

¶ Dixit

¶ Dixit iterum qui supra. Bonum est experimentum. Etenim per experimentum homines probationes fiunt. ¶ Item dixit qui supra. Si quis docet aliquid, & non facit quod docet similis est puteo, qui omnes ad se venientes latiat & omnium diluit sordes se autem ipsum purgare non potest, sed omni spurcitia & immunditia plenus est. ¶ Dixit iterum idem. Est homo qui seipsum cognoscit. Dixit iterum. Quia est homo qui videtur ore tacere. Cor autem eius condemnat alios. Hic ergo sine cellatione loquitur, & est alius amantissimus usque ad vesperam loquens & taciturnitatem tenens. Hoc autem ideo dixit quia nunquam sine audientium utilitate locutus est. ¶ Iterum idem dixit. Quia si sint tres in unum ex quibus unus bene quieteat alius infirmet & gratias agat: tertius vero minister eis ex sincera voluntate, hi tres similes sunt velut etiam si unus sunt operis. Iterum dixit. Malitia nequaquam expellit malitiam, sed si quis tibi malefacit, tu bene fac ei ut per bonum opus tuum, destruas malitiam illius. Dixit iterum. Qui querelosus est monachus non est, qui malum pro malo reddit: monachus non est, & qui iracundus est monachus non est. ¶ Frater quidam venit ad abbatem Pastorem & dixit ei. Multae cogitationes veniunt in animum

meum, & periclitor in eis, & circum eum senex sub aere nudo, & dixit ei senex. Ex parte sinum tuum, & apprehendo vitios, & ille respondit. Non possum hoc facere, & dixit ei senex si hoc non potest facere, ne cogitationes prohibere poteris ne introant, sed tuum est resistere eis. ¶ Frater quidam interrogavit eum dicens dimissa est mihi hereditas quid facia ex ea? Dixit ei abbas Pastor. Vade, & post tres dies veni & dicam tibi. Venit autem sicut praefiniuit & dixit ei senex. Quid tibi habeo dicere? Si dixeris da eam Ecclesiae, clerici sibi faciunt conuiuium ex ea, si autem dixeris da eam parentibus tuis, non est tibi merces, si vero dicam, da pauperibus securus eris. Quicquid ergo vis vade & fac, ego causas non habeo. Dixit iterum abbas Pastor. Si venerit tibi cogitatio de rebus corporis necessariis & delegaueris semel, & iterum venerit & delegaueris quid fiat, iam tertio si venerit non intendas ei, otiosa est enim. Frater quidam dixit abbati Pastori. Si videro rem aliquam vis ut dicam illam? Dixit ei senex. Scriptum est. Qui respondit verbum antequam audiat, stultitia est illi & opprobrium. Si ergo interrogatus fueris de, si non alias, tace. Dixit iterum abbas Pastor, quia dixerat abbas Ammon. Est homo qui portat toto tempore vitae suae securum,

rim & non potest deicere arborem est autem alter qui habet vsum ancedendi & in paucis plagis deicit arborem. Dicebat autem securim discretionem esse. Iterum dixit. Voluntas hominis murus aeneus est, & lapis repercutions inter ipsum & Deum. Si ergo homo reliquerit hanc, dicat & ipse quod in psalmo scriptum est, & in Deo meo transgrediar murum, & Deus meus impolluta via eius. Si enim iustitia subuenerit voluntati, laborat homo. ¶ Frater quidam interrogavit abbatem Pastorem dicens: damnū animae meae patior, quod sum cum abbate meo. Quid ergo iubes, maneam adhuc apud eum, & sciebat abbas Pastor, quia laederetur anima eius per abbatem suum & mirabatur quare vel interrogaret eum si manere deberet cum eo, & dixit ei. Si vis esto. Et discedens mansit apud eum. Venit iterum dicens abbati Pastori. Grauo animam meam, & non dixit ei abbas Pastor discede ab eo. Venit tertio & dixit. Crede mihi iam non ero cum eo, & respondit ei abbas Pastor ecce modo salutatus es: vade & non sis ultra cum eo, & subiunxit. Homo qui videt damnū pati animam suam, non opus habet interrogare: etenim de occultis cogitationibus interrogat quis, ut seniores probare possint: de manifestis autem peccatis non est opus interrogare, sed

statim abscindere. ¶ Interrogavit Abraham qui erat discipulus abbas Agathonis abbatem Pastorem dicens, Quare sic me demones impugnant? & dixit ei abbas Pastor. Te impugnant demones. Non pugnant nobiscum demones quando voluntates nostras facimus, quia voluntates nostrae demones facta sunt: & haec quae sunt tribulant nos ut faciamus eas. Si autem vis scire quales sunt cum quibus demones pugnant, audi cum Moyse & cum similibus eis. ¶ Dixit iterum abbas Pastor, quia frater quidam interrogavit abbatem Moysen dicens, Qualis homo mortificat se a proximo suo? & respondit ei. Nisi posuerit homo in corde suo, quia triennium iam habeat in sepultura non attingit ad hoc verbum. ¶ Frater interrogavit abbatem Pastorem dicens, Quo modo oportet monachum sedere in cella, & dixit ei senex: sedere in cella quantum ad id quod in manifesto est: hoc est ut faciat opus manuum & semel comedat, & taceat & meditetur. Occulte vero proficere in cella: hoc est ut portet unusquisque opprobrium suum in omni loco quocumque perrexit, ut ministerij horas custodiat, & de occultis non negligat. Si autem contigerit tempus ut vacet ab opere manuum intrer ad ministerium operis Dei, & id sine aliqua conturbatione consummet. Finit

autem harum est, ut comitarum simul conuersantium bonorum tenas, & reuocaris a malorum comitatu. ¶ Venerunt aliquando duo fratres ad abbatem Pambo, & interrogauit eum, vnus ex eis dicens. Abba ego biduo ieiuno, & duos paximates manduco, putas saluo animum meam, an seducor. Et cum plurimum rogarent eum alter dixit. Ego colligo de opere manuum mearum duas siliquas diurnas, & parum ex eis reuideo ad vltimum aliud autem expendo in eleemosynam, putas saluus ero, an seducor. Et cum plurimum rogarent eum ille non respondit eis. Post quatuor autem dies cum discessuri essent rogabant eos aliteri diuites. Nolite contristari fratres, Deus vobis prestabit mercedem: sic enim consuetudo est senis huius & non cito loquitur nisi ei Deus dederit quod loquatur: intrauerunt ergo ad senem & dixerunt ei. Abba ora pro nobis, & ille dixit eis, ambulare vultis. Dixerunt, etiam. Et intuens eos intra semetipsum, & accipiens opera eorum scribebat in terram & dicebat, Pambo biduo ieiunat, & duos paximates manducat, putas in hoc erit monachus? Non, iterum dicebat, Pambo laborat in die duas siliquas, & dat in eleemosynas, putas in hoc est monachus. Nequid. Et paulum reticens dixit ad eos. Bonum quidem est

quod operaris, sed si custodias conscientiam tuam cum proximo tuo ita saluaberis. In his ergo sic edificari fratres cum gaudio discesserunt. Frater quidam interrogauit abbatem Pambo, dicens: Quare me prohibent spiritus aliquando bonum facere proximo? Dixit ei senex non sic loquaris, alioquin Deum mendacem facies, sed dic magis omnino misericordiam nolo facere. Praueniens enim Deus dixit. Dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones & super omnem virtutem inimicam. Cur ergo tu immundos spiritus non conculcas. ¶ Dixit abbas Paladius. Oporteret animam secundum voluntatem Christi conuersantem, & discere fideliter quae nescit, & docere manifeste quae nouit. Si autem vtrūque cum possit non vult, in sanie morbo laborat. In itinere enim recedendi a Deo fastidium doctrinae est, & cum non appetit illud quod semper anima est ut quae diligit Deum. Frater quidam dixit abbati Sifoy. Quare non recedunt a me passionis, & dixit ei senex. Quia vasa eandem passionum intra te sunt, sed da eis pignus suum & discedunt. ¶ Venit quidam frater ad abbatem Syuanum in montem Syna, & vidit fratres laborantes & dixit seni. Nolite operari cibum qui perit. Maria enim optimam partem elegit, & senex discipulo suo, vo-

ca Za-

ca Zacharia, & mitte fratrem istum in cellam vbi nihil sit, & cum facta fuisset hora nona intrarebat ad ostium si mitterent & vocaret eum ad manducandum, & cum nemo loqueretur ei surgens venit ad senem & dixit ei. Abba, hodie fratres non comederunt. Et dixit ei senex, etiam comederunt, & dixit ei frater, & quare me non vocastis. Et respondit senex. Tu homo spiritualis es & non indiges hoc cibo. Nos autem carnales sumus & volentes manducare propterea operamur manibus nostris. Tu vero bonam partem elegisti, legens tota die & nolens sumere carnalem cibum, qui cum haec audisset prostravit se ad penitentiam dicens. Ignosce mihi abba & dixit senex. Puto opus habet omnino Maria Marthae, per Martham enim Maria laudatur. ¶ Dixit sancta Synclerice. Qui sensibiles diuitias de labore & periculis maris colligunt, quoniam multa lucrantur tunc plura desiderant, & quae habent velut nihil reputant, ad eaverum quae necdum habent omnem intentionem animi intendunt: nos autem & eorum quae quaerenda sunt nihil habemus, & nolumus possidere quae necessaria sunt propter iudicium Dei. Dixit iterum quae supra. Est quae dicitur tristitia vtilis & est tristitia quae corrumpit. Tristitia ergo vtilis est, ut pro peccatis nostris ingemiscamus & pro ignorantia proximorum, & ut non cadamus a

proposito, ut perfectionem bonitatis attingamus. Haec est species vera tristitia: est enim & aduersarij nostri ad hoc quae dicitur coniunctio, immittit enim tristitia sine aliqua ratione, quam radiam appellauerunt. Oporteret ergo talem spiritum sepius orando & psallendo magis depelli. ¶ Dixit iterum quae supra, est enim & extensa ex imitatione diaboli & dura abstinentia: nam & sequaces eius faciunt hoc. Quando ergo discernimus diuinam & regalem abstinentiam a tyrannica atque diabolica haec obseruanda sunt, id est, ut in omni tempore conuersationis tuae vna regula ieiunij sit tibi, non subito quatuor, aut quinque dies continuos ieiunes: & iterum multitudine ciborum soluas ventrem, hoc enim edificat diabolum. Semper enim quod sine mensura est, corruptibile est: noli ergo subito arma tua expendere ne nudus inuentus in bello facile capiaris. Arma enim nostra corpus nostrum est: anima vero nostra miles est: vtrisque ergo diligentiam praesta, ut paratus sis ad id quod necesse est. ¶ Venerunt aliquando duo senes magni de partibus Pelusij ad abbatissam Sarram. Et cum ambularent dicebant adinuicem humiliter vetulam istam, & diceunt ei. Vide ne extollaris tantus & tuus dicas, quia ecce viri solitarij veniunt ad me quae mulier sum: & dixit eis abba

Q 9 1 11

tissa Sarra, sexu quidem mulier sum, sed non animo. Iterum dixit abbatisa Sarra. Si poposcero a Deo ut omnes homines edificetur ex me, inuenior ante ianuas singulorum penitentiam agens, sed magis oro, ut cor meum cum omnibus parū sit. Dixit abbas Hipericus. Ille est vere sapiens, qui factis suis alios docet, non qui verbis. Venit aliquando quidam monachus ab urbe Roma qui in palatio magnum nomen habuit, & habitauit in Scythi in ciuitate Ecclesie. Habebat autem secum unum seruum, qui ministrabat ei videns autem presbyter Ecclesie infirmitatem eius, & cognoscens quia de delicijs esset vir ille, ex eo quod ei Deus donauit, vel quod Ecclesiam intrabat trans mittebat ei. Qui cum fecisset viginti & quinque annos in Scythi, factus est vir contemplator, prouidens & nominatus. Audiens autem quidam de magnis monachis Aegyptijs opinionem eius venit videre eum, sperans corporalem conuersationem apud eum plus arduam inueniri. Qui cum intrasset, salutauit eum & facientes orationem sederunt. Videns autem eum Aegyptius vestitum mollibus rebus, & mattam de papyro & pellem stramam sub ipso & modicum capitale de cartica sub capite eius: sed & pedes mundos habentem cum caligulis, scandalizatus est intra

se de eo: quia in illo loco non erat consuetudo taliter conuersandi: sed magis duram abstinentiam habere consueuerunt. Senex autem ille Romanus habens contemplationem, siue prouidentiam gratiam intellexit: quia scandalizatus fuisset Aegyptius monachus in eo, & dixit ministro suo. Fac nobis hodie propter abbatem qui uenit bonam diem: & coxit parua olera quae habebat, & surgentes hora competenti manducabant: habuit etiam & modicum vini propter infirmitatem suam, & illud biberunt. Et cum factum esset uespere dixerunt duodecim psalmos & dormierunt: similiter autem nocte. Surgens autem mane Aegyptius dixit ei. Ora pro me pater, & egressus est non edificatus in eo, & cum paulum discessisset uolens eum senex ille Romanus sanare misit post eum & reuocauit ipsum. Qui cum uenisset, cum gaudio iterum suscepit eum & interrogauit eum dicens, Ex qua provincia es? & ille dixit. Aegyptius sum. Cuius ciuitatis? & respondit. Ego omnino non fui de ciuitate, nec habitauit aliquando in ciuitate & dixit ei. Antequam monachus esses quid operaberis in possessione qua manebas, & ille respondit. Custos eram agrorum, & dixit ei, ubi dormiebas? Respondit, in agro, Et dixit habebas aliquid strarum. Respondit. Ego in

agro

agro ubi haberem stramenta in quibus dormirem, & dixit. Quomodo dormiebas, respondit. In terra nuda, & dixit. Quid manducabas in agro, aut quid uinum bibeas? Iterum respondit. Quae sunt esca, aut qualis potus in agro & dixit quomodo ergo uiebas. Respondit. Manducabam panem siccum & si inueniebam quodcumque de salsamentis & bibebam aquam, & dixit senex. Grandis labor, & dixit. Erat tibi uel balneum in possessione ubi lauaretis, & ille dixit. Non. Sed in flumine lauabar quando uolebam. Cum ergo haec omnia ab eo senex ex responsione ipsius exegisset, & cognouisset modum prioris uitae eius, atque laboris uolens eum proficere narrauit ei uitam suam prae teritam quam habebat cum esset secularis dicens. Memiserum quem uides de magna illa ciuitate Romana sum, in palatio habens maximum locum apud Imperatorem, & cum audisset Aegyptius initia uerborum eius compunctus est, & sollicitus quae dicebantur audiebat, & ille adiecit. Reliqui ergo Romam, & ueni in solitudinem istam. Et iterum dixit, Me quem uides habui domos magnas & pecunias multas, & contemnens eas ueni in istam paruum cellam. Item eum dixit. Me quem uides lectos ex uero uelites habui; habentes pretiosissimum stramenta & pro his

dedit mihi Deus stramentum hoc de papyro & hanc pellem: sed & vestes meae inastimabili pretio dignae erant, pro illis uxor his ualibus rescellis; iterum dixit, in praedio meo multum aurum expendebatur; & pro illo dedit mihi Deus modica olera haec, & paruulum calicem vini. Erant autem & qui seruebant mihi plurimum serui, & ecce praesulis huius uini Deus instrauit ut ministraret mihi pro balneo autem profundo modica aquae pedes meos lauo, & caligulis uictor propter infirmitatem meam, & rursus pro calamis & cithara uel alia musicae opera qua delectabar in conuiuijs meis, dico mihi duodecim psalmos in die & duodecim similiter in nocte, sed & pro peccatis meis quae ante factebam, modicam requiem exhibeo paruam, & inutile ministerium Deo. Unde rogo te abba, ut non scandalizeris propter infirmitatem meam & haec audiens Aegyptius atque in semetipsum reuersus dixit, Vel mihi quia ego de tribulatione, & plurimo labore seculi magis ad repauidum in conuictationem monachi ueni, & quod non habebam tunc modo habeo: tu autem ex multa delectatione seculi uoluntate pro prioribus tribulationem uenisti, & ex magna gloria atque delectatione uenisti, & haec dixit. Et haec pater respondit, ex quo Aegyptius multam gratiam

213 dis-

discessit & factus est ei amicus, & saepe veniebat ad eum suae utilitatis causa erat enim vir discernens & repletus bono odore Spiritus sancti. ¶ Dicebat quidam senex. Nō necesse est verbum tantum: sunt enim plurima verba in hominibus in tempore hoc, sed opera necessaria sunt. Hoc est enim querere: nō verba quae non habent fructum, sed opera. ¶ Frater aliquis interrogavit quosdam patrum dicens. Si polluitur aliquis quando res sordidas cogitat & cū de hoc inquisitio fieret apud eos, aliqui dicebant etiā polluitur. Alii dicebant non, quia si polluitur non possumus saluari nos qui idiotae sumus, sed hoc pertinet ad salutem si ea quae cogitamus, corporaliter non fecerimus. Ille autē frater qui interrogauerat non sibi sufficere iudicans variam responsionem patrum abiit ad senem probatorem & interrogavit eum de hoc, & respondit senex. Secundū mensurā vniuscuiusque requiritur ab eo. Rogavit ergo ille frater senem dicēs peto propter dominum absolue mihi verbū hoc & dixit ei senex, ecce forte iacet hic vas aliquod de siderabile, & adiecit dicens, & si intrauerint duo fratres, ex quibus vnus habens mensuras magnas exercitatus vitē: alter vero paruas. Si ergo cogitatio illius perfecti mota fuerit ad aspectum vallis illius, & dixit intra se volebam ha-

bere vas illud, & non permāserit in hoc: sed cito absciderit huiusmodi appetitum, nō est pollutus. Si vero ille qui necdum ad mensuras maiores attigit cōcupierit vas illud exercitatus fuerit cum cogitatione sua desiderio compellente & tamen non tulerit illud, non est in quinatus? Dixitque senex. Si quis manserit in aliquo loco & non fecerit fructum loci illius locus ipse expellit eum, vtpote qui non fecerit opus loci. ¶ Dicit quidam senex. Si quis fecerit rem aliquam, voluntatem suam querens non est secundum Deum si id tantum per ignorantiam fecerit, postea oportet eum reuerti ad viam dñi. Qui autem voluntatem suam nō secundum Deum, & neq; ab alijs vult audire, sed velut doctū se putat, qui huiusmodi est, vix peruenit ad viam domini. ¶ Interrogatus est senex quidam, quid esset quod legitur in Euangelio, via angusta est & arcta, quae ducit ad vitam, & respondens dicit ei. Angusta & arcta via haec est vt cogitationibus suis homo violentiam faciat & abscidat propter Deum voluntates suas: hoc est etiam quod scriptum est de Apostolis. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. ¶ Dixit quidam senex. Sicut ordo monachorum honoratior est secularibus, ita & peregrinus monachus speculū debet esse indigenis monachis per omnem

mo-

modum. Dixit quidam patrum, si manserit operarius in loco vbi nō sunt operarij non potest proficere: haec est em virtus operarij certare vt ab opere nō minuatur. Nā & piger si māserit cum operario proficit & si non proficit, non tamen descendit inferius. ¶ Dixit quidam senex. Quia homo si verbum quidem habeat, opera autē non habeat, assimilabitur arbori habenti folia: fructum autem nō habenti. Sicut enim arbor fructibus plena, etiam solijs virentia sermo cōsequitur hominem, qui habet opera bona, dixit senex. Quia aliquando quidam lapsus in graui peccato, & compunctus ad poenitentiam abiit indicare seni cui dam, & non dixerat ei quod fecerat, sed quasi interrogavit dicens, Si alicui ascendit cogitatio talis habet ne salutem: ille vero quia nesciebat discretionem, respōdit ei. Perdisti animam tuam, hoc audiens frater dixit. Ego si perij, vado ad seculum. Pergens autem frater ille deliberavit ire, & indicare cogitationes suas abbati Syluano. Erat enim hic Syluanus magnus discretor. Veniens ergo ad eū frater non dixit ei quod fecerat: sed iterū eo modo quo & prius seni illi dixerat, hoc est si ascenderit alicui tales cogitationes habet ne salutem. Aperiens autē abbas Syluanus os suum coepit de scripturis dicere ei. Non omnino in di-

ciū est tantum cogitationibus de peccato. Audiens autem frater & suscipiens virtutem dictorum in animo sumpta spe: indicauit ei etiam actum suum. Audiens autem abbas Syluanus quod egerat tanquam bonus medicus posuit cataplasma animae eius de diuinis scripturis assumptum, dicendo esse poenitentiam his qui charitate vera cōuertuntur ad dominum. Post aliquos autem annos, contigit abbatem memoratum ad illum senem applicare, qui ei desperationem fecerat & narrauit ei ista, & dixit. Ecce frater ille qui de responso tuo desperauerat, & ad seculum redibat, velunt stella splendida est in medio fratrum. Haec autem ideo retuli, vt sciamus quale periculum sit, quando aliquis suus in cogitatione, siue in actu aliquod indicat peccatum his qui discernere nesciunt.

¶ Dixit quidam senex, non quia intrant cogitationes malae eodem namur ex eis, sed si male vtimur cogitationibus. Fit enim vt per cogitationes naufragiū patiamur, & iterum de cogitationibus cororemur. Dixit quidam senex nō des & nō accipies cū secularibus hominibus, & nō habeas notitiā cū muliere, nec habeas diu fiduciā cum puero, Frater quidam interrogavit senem, dicens, Quid faciam quia multae cogitationes solitant me, & nescio quomodo repu-

Q q 4 gnem

gnem eis, dixit senex non repugnes contra omnes sed contra vna. Omnes enim cogitationes monachorum vnum habent caput: necessarium ergo est considerare, quæ & qualis sit, & aduersus illam remitti: ita enim & residuæ cogitationes humiliantur. ¶ Aduersus malas cogitationes, dixit quidam senex. Obsecro fratres ut sicut compressimus actus malos, comprimamus etiam cogitationes malas. ¶ Dixit iterum quidam senex. Qui vult Eremum in habitare debet esse doctor, ut non doceri legat, ne detrimendum sustineat, & interrogatus est senex a quodam fratre dicente, Quomodo inuenio Deum vnum in seruijs, vel laboribus, vel vigilijs, aut in miserationibus, & respondit in his quæ enuoluerat illi, quia in his afflixerat carnem suam. Quia sine discretione hoc faciebant abierant vacui nihil habentes. Quis tunc praeter ieiunio fecerit & scripturas omnes didicimus ex corde, nihil consummavimus, & quod Deus requirit non habemus scilicet charitatem & humilitatem. ¶ Frater interrogavit senem dicens, Abba ecce ego rogo te & dicunt mihi de salute anime meæ & nihil venio ex verbis eorum. Quid autem interrogo eos nisi proficiens cum totus sum in mundicia. Erant autem ibi duo vasa vacua & dixit ei se-

nex. Vade & affer vnum ex vasis istis, & mitte in eo oleum & accende in tus stupam & refunde oleum, & pone vas in locum suum, & fecit sic, & dixit ei. Fac iterum sic. Et cum fecisset hoc sepius dixit ei senex. Affer modo utraque vasa & vide quod eorum mundus sit. Et respondit illud in quo oleum misit. Cui senex dixit. Sic est & anima de his quæ interrogat, quæ nisi nihil retineat eorum quæ audiuit, non plus ipsa mandatur quam illa quæ omnino nec interrogat quæquam. ¶ Frater quidam sedebat in cella sua quiescens, & volebant de monachis seducere eum sub specie angelorum. Excitabant enim eum ut iret ad collectam, & laudem ostendebant ei. Ille autem venit ad quendam senem, & dixit ei. Abba veniunt angeli cum lumine, & excitant me ad collectam, & lumen ostendunt mihi & dixit ei senex. Non audias eos illi quoniam demones sunt, sed quando veniunt excitare te, tu dic. Ego quando volo surgere, vos autem non audio. Accipiens autem frater preceptum senis, reuersus est ad cellam suam & sequenti nocte iterum demones secundum consuetudinem venientes excitabant eum. Ille vero sicut preceptum sibi fuerat, respondebat dicens, Ego quando volo surgere, vos autem non audio. Et illi dixerunt ei. Malus senex ille falsator seduxit te, ad quem fratres

frater venit, volens mutuare pecuniam, & cum haberet meritum est dicens se non habere, & non dedit ei. Ex hoc ergo cognosce, quia falsator est. Frater ergo surgens dimulus venit ad senem, & nuntiavit ei hoc ipsum. Senex vero dixit. Verum est quia habebam, & quia frater venit querens mutare & non dedit ei, sed sciebam quia si daret ei damnum animæ suæ faceret. Cogitavit ergo potius vnum in aditum praeterire quam decem praevariari, ex quibus in tribulationem venire potuimus pro illis si a me pecuniam accepisset. Tu autem demones qui te seducere volunt non audias. Et multum confortatus de verbis senis, abiit in cellam suam. ¶ Veniunt aliquando tres fratres ad quendam senem in Scythia, & vnus ex his interrogavit eum dicens. Abba commendavi verus & nouum testamentum in membris. Et respondens senex dixit. Repleti verbis aerem, & secundus interrogavit eum dicens. Verus & nouum testamentum ego scripsi per me ipsam. Dixit autem & huic. Et tu repleti fenestras de chartis. Et tertius dixit. Mihi in foculari herbæ ascenderunt, & respondens senex dixit ei, & tu expulisti a te hospitalitatem. ¶ Narrauerunt quidam patrum de quodam senem magno, quia si ventebat aliquis interrogare eum sermonem ille eum

magna fiducia dicebat. Ecce ego suscipio personam Dei, & sedeo in sede iudicij. Quid ergo vis ut faciam tibi? Si dixeris mihi misere mei, dicet tibi Deus, si vis ut misereatur tui misereare & tu fratribus tuis, & ego misereor tui. Si autem vis ut ignoscam tibi, ignosce, & tu proximo tuo. Nunquid a Deo est causa, absit. Sed in nobis est si voluerimus saluari. ¶ Dicebant de quodam sene incellis, qui erat magnus laborator & semel cum faceret opus suum contigit alium quendam sanctum virum venire ad cellam eius, & audiuit eum de foris litigantem cum suis cogitationibus & dicentem. Usquequo propter vnum verbum omnia illa amitto: ille autem foris stans putabat, quia cum alio aliquo litigaret & pulsauit ut intraret, & pacificaret eos. Ingressus autem & videns quia nemo alius erat intro, habens etiam fiduciam apud senem dixit ei. Cum quo litigabas abba: & ille respondit. Cum cogitationibus meis quia quatuordecim libros memoriae commendavi, & vnum verbum modicum audiui foris, & cum venissem facere opus Dei, omnia illa perdebam, & hoc solum quod foris audieram venit in memoriam meam, in hora ministerij mei, & propterea litigabam cum cogitationibus meis. ¶ Fratres quidam de congrega-

tionem venerunt in Eremum, & applicuerunt ad quendam Eremitam, & suscepit eos cum gaudio. Et sicut est consuetudo Eremitis, videns eos de labore esse, posuit mensam extra horam & quod habuit in cella apposuit eis, & repausavit eos. Et cum factum esset sero. Dixerunt duodecim psalmos similiter & in nocte. Cum autem senex euigilasset audiuit eos inter se dicentes. Quia solitarij isti plus repaulant in Eremo quam nos in congregatione. Mane autem cum ambulaturi essent ad aliam viciniam eius, dixit eis. Salutare eum ex me, & dicite ei: Obserua, & noli irritare olera. Ille autem cum hoc audisset intellexit verbum & tenuit eos usque ad vesperum laborantes ieiunos. Cum autem sero factum esset fecit prolixius opus Dei, & postea eis dixit. Cessemus modice propter vos, quia de labore estis. Et dixit iterum. Nos quidem quotidie non solemus manducare, sed propter vos gustemus modicum, & apposuit eis panem siccum, & sal, & dixit. Ecce propter vos solemnitatem habemus hodie. Et misit parum acetum illis in sal, & surgentes ceperunt psallere usque mane, & dixit eis. Propter vos non possumus implere regulam nostram, sed modice paufate quia peregrini estis. Mane autem facto vole-

bant fugere. Ille autem rogabat illos dicens. Manete apud nos aliquantulum temporis, si alias vel propter mandatum tres dies secundum consuetudinem Eremitarum facite nobiscum. Illi autem videntes quia non relaxaret eos, fugerunt occulte. ¶ Frater quidam interrogavit quendam patrum dicens. Si contigerit me somno grauari, & transierit hora ministerij mei, anima mea pro verecundia non vult implere opus suum, & dixit senex. Si te contigerit usque mane dormire quando euigilas surge, & claude ostium & fenestras tuas, & fac opus tuum. Scriptum est enim, Tuus est dies & tua est nox. In omni enim tempore glorificatur Deus. ¶ Dicebat aliquis senex. Quia est homo comedens multum, & adhuc esuriens, & est alter homo qui parum comedit & satiatur, maiorem tamen mercedem habet ille qui plus comedit, & esuriens permanet, illo qui parum comedit & satiatur. ¶ Dixit quidam senex. Si contigerit inter te & alium sermo aliquis tristis, & negauerit ille dicens, non dixi sermonem hunc non certes cum eo ut dicas tu dixisti, quia exacerbabitur, ut dicat tibi etiam dixi. ¶ Frater aliquis interrogavit senem quendam dicens. Soror mea pauper est si do ei elemosynam, nonne est sicut una de pauperibus. Et dixit

senex

senex. Non. Dixit autem frater. Quare abba. Et respondit senex. Quia carnalis sanguis trahit te modicum. ¶ Dixit quidam senex. Quia oportet monachum neque auditorem esse obtristantium neque obtristare neque scandalizari. ¶ Dixit quidam senex. Non omnia quæ dicuntur placeant tibi neque omni sermone consentias. Tardius crede, & quod verum est citius dic. Dixit quidam senex. Si ascenderit verbum in cor fratris sedentis in cella, & reuoluens illud in animo non poterit ad mensuram verbi pertingere, neque tractus fuerit a Deo, assistunt demones & ostendunt ei de verbo illo quod ipsi volunt. ¶ Dicebant quidam senum. Quando congregabamur in initio adiuuicem & loquebamur aliquid quod utile erat animabus nostris efficiēbamur seorsum & deorsum, & ascendebamus in celum, nunc autem quando congregamur in obtrestationibus occupamur & alterutrum trahimus in profundum. Dixit alter quidam senum. Si quidem interior homo noster sobrie agit potest etiam exterior custodire, si vero non est ita qua possumus virtute custodimus linguam nostram. ¶ Item dixit qui supra, opus spirituale necessarium est quia in hoc viuimus magis enim labor est ore dicere, quod non fit opere corporali. ¶ Alter

quidam fratrum dixit. Quia oportet omnino hominem habere intra cellam opus quod laborer, si enim in opere Dei occupatur venit ad eum diabolus de die in diem, sed non inuenit locum in quo maneat. Si autem rursus dominando ei inimicus in captiuitate redegerit eum venit iterum spiritus Dei frequenter, sed si nos ei non facimus locum propter malitiam nostram discedit. ¶ Descenderunt aliquando monachi de Aegypto in Scythi, ut viderent seniores loci illius. Ercum vidissent eos extenuatos fame pro nimia abstinentia impatienter comedere scandalizati sunt in eis. Hoc autem presbyter agnoscens voluit sanare eos & ira dimitti, & predicauit in ecclesia dicens. Ieiunare & extendite abstinentiam vestram fratres. Volebant autem Aegyptij qui illuc venerant discedere, & retinuit eos. Cum autem ieiunassent primo appropriati sunt. Fecerunt autem eos ieiunare biduo continuato, in Scythi autem habitantes ieiunauerunt hebdomada, & factis sabbato manducauerunt Aegyptij cum senibus. Turbantibus autem se ad manducandam Aegyptijs vnus de senibus tenuit manus eorum dicens. Cum disciplina manducate, quomodo monachi. Vno vero ex Aegyptijs repulit manum eius dicens. Dimitte me quia morior tota hebdomada nihil coctum comedens, & dixit ei senex. Si ergo

vos.

vos bidui in ternario non manducantes impatienter tulistis, quare scandalizati estis in fratribus qui semper eo ordine hebdomada leuando abstinentiam seruant. Illi autem penitentiam coram eis egerunt & edificati in abstinentia eorum abierunt cum gaudio.

¶ Frater quidam renunciatus seculo, & accipiens habitum monachi, statim reclusit se dicens, Volo esse solitarius. Audientes autem vicini seniores venerunt & eiecerunt eum & fecerunt eum circumire cellas fratrum, & penitentiam coram singulis agere & dicere. Ignoscite mihi quia non sum solitarius sed adhuc initium monachi nuper assumpsi.

¶ Dixit quidam senex. Si videris iuuenem voluntate sua ascendente in celum tolle pedem eius & projice eum in terram quia non prodest ei. Frater dixit seni quidam magno, abba volebam inuenire senem iuxta voluntatem meam & morari cum ipso, dixit ei senex. Bene quaeris Domine meus, ille autem affirmabat humilimodi esse desiderium suum, non intelligens quod locutus est senex ille. Sed cum videret eum senex existimantem quod bene sciret dixit ei. Ergo si inuenis senem secundum voluntatem tuam vis manere cum illo: & ille dixit etiam, omnino hoc volo, si inuenio eum secundum meam vo-

luntatem. Dixit ei senex, Non ut tu sequaris voluntatem senis illius, sed ut ille voluntatem tuam sequatur & ita in eo repaues, si sit autem frater ille quod dicebat & surgens prostravit se ad penitentiam dicens, Ignosce mihi pater, quia valde gloriabar existimans me bene dicere cum nihil tenerem.

¶ Duo fratres carnales renunciauerunt seculo quorum vnus qui aetate minor erat, primus exerat conuersari, & cum venisset ad eos quidam, patrum & applicuisset apud eos posuerunt peluim, & venit qui minor aetate erat ut lauaret pedes senis, Senex autem tenens manus eius remouit eum, & eum qui maior erat erans, fecit implere opus quod primi in monasterio facere consueuerant. Dixerunt autem astantes fratres, Abba ille, minor in congregatione primus est. Respondens eis senex, ego tollo primatum minoris & trado ei qui aetate praecedit.

¶ Dixit quidam senex, Prophetae conscripserunt libros, patres autem nostri venerunt post eos & operati sunt in eis plurima & iterum successores illorum commendauerunt eos memorie. Venit autem generatio haec quae nunc est, & scripsit eos in chartis & membranis, & posuit in fenestris ociosis.

¶ Dicebat quidam senex, Qui in quocumque avitumur signum est in nocentia subarmala

quo

quo humeros & ceruicem alligamus, signum est crucis, zona autem qua cingimur signum est fortitudinis. Conuersemur ergo iuxta id quod habitus noster significat quia omnia cum desiderio facientes nunquam deficiemus.

¶ Incipit liber de eo quod oportet sobrie vivere.

Frater quidam rogauit abbatem Arsenium ut audiret ab eo sermonem. Dixit autem ei senex, Quantaunque tibi virtus est, conare ut interioris operis secundum Deum sis, & vincat exterioris hominis passiones. Dicebat iterum. Si quaerimus Deum apparebit nobis, & si tenebimus eum manebit nobiscum.

¶ Dixit abbas Agathon, Non debet monachus permittere conscientiae suae, ut accuset eum in quacumque re. Cum autem moriturus erat memoratus abbas Agathon tres dies mansit immobilis, apertos tenens oculos. Pulsauerunt autem eum fratres dicentes, Abba vbi es, & ille respondit, In conspectu diuini iudicij assisto. Dicunt ei, & tu times, & ille respondit, In aeternum laboravi virtute qua potui in custodiae dei mandatis Dei, sed homo sum, & nescio utrum placuerint opera mea coram Deo. Dicunt ei fratres, & non confidis in operibus tuis, quia

secundum Deum sunt, & dixit de nex. Non praesumo nisi venero ante Deum. Aliter enim sunt iudicia Dei, & aliter hominum. Cum autem vellent adhuc interrogare eum alium sermonem dicit eis, Ostendite charitatem, & nolite mecum loqui, quia occupatus sum quo dicto, statim emisit spiritum cum gaudio. Videbat autem eum colligentem spiritum quem admodum si quis saluet amicos suos dilectos. Habuit autem custodiam magnam in omnibus, & dicebat, Quia sine custodia, ad nullam virtutem homo ascendet.

¶ Dicebat de abbate Ammonis, quia quando ibat ad Ecclesiam non permittebar discipulum suum iuxta se ambulare, sed de longe sequi. Sed & si appropinquasset ad eum, ut interrogaret eum de quacumque re mox dicebat ei, & statim repellat eum retro, dicens, ne forte cum loquimur aliquid de utilitate animae incurrat etiam sermo qui non pertinet ad rem, propterea non te permitto morari iuxta me.

¶ Dicebat abbas Ammonis abbati Aseco, in initio, quomodo me vides modo. Et ille dixit ei, Sicut angelum Dei pater, & iterum dixit ei postea, Nunc quomodo me vides, & ille dixit, Quomodo Sathanae, etenim si bonum sermonem mihi loqueris, vel ut gladius mihi est.

¶ Dicebat abbas Alones, Nisi dixerit homo in corde suo,

suo, ego solus & Deus sumus in mundo isto requiem nō habebit. Dixit iterum. Quia si vult homo in vna die vsq; ad vesperam peruenire ad mensuram diuinitatis. ¶ Abbas Bisarion moriens dicebat. Debet monach^o totus occultus esse, sicut sunt Cherubin, & Seraphim. ¶ Iter agebant aliquando simul abbas Daniel, & abbas Ammonis, dixit abbas Ammonis. Putas aliquando, & nos sedebim^{us} in cella pater? Dixit ei abbas Daniel, quis enim a nobis aufert Deum hanc & fortis modo Deus est & iterum in cella Deus est. ¶ Dixit abbas Eugrius. Magnum quidem est sine impedimēto orare, nisi autem est psallere sine impedimento. ¶ Item dixit qui supra. Memor esto semper exitus tui, & non obliuiscaris aeterni iudicij & non erit delictum in anima tua. ¶ Dixit abbas Theodorus de Hennato, quia si nobis reputat Deus negligentias temporis quoramus, & captiuitates quas patimur, dum psallimus, non possumus salui fieri. Dixit abbas Theonas. Quia impeditur mens nostra & reuocatur a contemplatione Dei. propterea captiui ducimur in carnalibus passionibus. ¶ Venierunt aliquando fratres quidam tēre Ioannem breuem, quia non dimittebat mentem suam diffundi in cogitationibus seculi, neque loquebatur causam huius mundi

& dicunt ei. Gratias agimus Deo quia multum pluit isto anno, & rigantur competenter arbores palmarum, & bene incipiunt producere ramos & inueniunt vnde laborent fratres qui solent manuum suarum operibus occupari. ¶ Dixit ergo Ioannes abbas. Sic est quando Spiritus sanctus descendit in corda sanctorum, virescunt quodammodo & innouantur, & proferunt folia in timore Dei. Dicebant iterum de eodem Ioanne, quia fecerit aliquando plectam & duas palmas, & expandit eas in vna sporta, & non intellexit donec iungerentur parieti. Erat enim mens eius occupata in contemplatione Dei. Senex quidam erat in Scythia habens quidam tolerantiam corporalem, sed non valde scrupulosus erat in retinendis quae ante audierat. Abijt ergo iste ad abbatem Ioannem breuem, vt interrogaret eum de obliuione: & audiens de eo sermonem, & rediens in cellam suā oblitus est quod dixerat ei abbas Ioannes. Iterum abijt & interrogauit eū. Audiēs autē ab eo similiter sermonem reuersus est, mox autem, vt peruenit ad cellam suam, oblitus est quod audiuit atque ita multoties vadēs atque reuertens, dominabatur ei obliuio. Post hanc vero rursus occurrens seni dixit, Nosti abba, quia oblitus sum quod dixisti mihi. Sed

Sed ne tibi molestus essem, ideo non veni. Dixit ei abbas Ioannes. Vade incende lucernam, & incendit, & dixit ei. Affar alias lucernas, & incende ex ea. Et fecit sic, & dixit abbas Ioannes seni. Ne aliquid laesa est lucerna, quia ex ea alias incendiisti: Et dixit non, & respondit. Ita nec Ioannes leditur si tota Scythia veniat ad me, nec impedit me a charitate Dei. Quando ergo vis veni nihil hesitans. Et ita per patientiam vtrorunque abstulit Deus obliuionem a senē. Hoc enim erat opus habitantium in Scythia vt antiarent eos qui impugnabantur a quacunque passione, & extorquebant sibi laborem, vnde inuicem lucrarentur bona. In terrogauit frater quidam abbatem Ioannem dicens. Quid faciam, quia frequenter venit quidam frater vt tollat me secum ad opus quod laborat, & ego miser sum infirmus, & deficio in tali opere. Quid ergo faciam de mandato Domini. Respondens senex dixit ei. Caleph filius Iephane dixit Iesu filio N. ne. Quae draginta annorum eram quando misit me Moyses seruas Domini in terrā istam & nunc octoginta annorum sum, & quemadmodum tunc eram fortis ita nunc valeo intrare & exire ad bellum. Ita que & tu si potes vt sicut ingrediaris, ita & egrediaris vade cum illo

si autem non potes id facere, sede in cella tua plorans peccata tua, & si te inuenerit lugentem non te compellet exire. ¶ Dixit abbas Ildorus qui erat presbyter in Scythia. Ego quando eram iuuenis & sedebam in cella mea non habebam numerum psalmodiarum quos dicebam in ministerio Dei nox enim & dies in hoc mihi expandebantur. Narrauit abbas Cassianus de quodam senē in fremo sedente, quia rogauerat Deum vt donaret ei ne dormiret aliquando cum spiritualium rerum ratio fieret, si autem distractionis aut odij causa verba essent, statim in somnum corrueret vt huiusmodi venenum aures non acciperet. Hic dicebat diabolus, studiosum esse, vt moueret homines ad verba ociosa, impugnatores autē totius doctrinae spiritualis atque rei. Hoc autem utebatur exēplo. Loquente me inquit aliquando de utilitate animarum ad quosdam fratres tam profundo somno occupati sunt vt nec palpebra oculorum moueri possent. Ego autem volens ostendere opus demoniacum esse ociosa verba introduxi. Ad quod illi gaudentes statim a somno sunt relictī. Ego autem ingemiscens dixi. Usque nunc de celestibus loquebamur, & omnium vestrum oculi somno grauissimo tenebantur, quando autem sermo ociosus inuentus est.

est, omnes prompti audire captis. Propter quod rogo charissimi fratres cognoscentes opus maligni demonis esse; attendite vobis metiipsis, custodientes vos a somno, quando aliquid spiritale facitis vel auditis. ¶ Abijt aliquando abbas Pastor cum esset iuuenis ad quendam senem, vt interrogaret eum tres sermones. Cum peruenisset autem ad senem, oblitus est vnum ex tribus sermonibus, & reuersus est ad cellam suam. Et cum tetendisset manum, vt teneret clauem, recordatus est sermonis illius quem fuerat ante oblitus, & retraxit manum a clauem, & reuersus est ad senem. Senex autem dixit ei. Accelerasti venire frater. At ille dixit ei. Quia cum tetendissem manum tenere clauem recordatus sum sermonis quem quætebam, & non aperui cellam sed mox ad te sum reuersus. Erat autem longitudo via multa nimis. Dicebat autem ei senex, vere gregum Pastor, nominabitur enim nomen tuum in tota terra Aegypti. ¶ Venit abbas Ammon ad abbatem Pastorem, & dixit ei Si vado ad cellam vicini, aut si ille ad me venerit propter aliquid, reuemur inuicem, ne incurrat aliquam fabulam incompetentem, & alienam a proposito monachi. Et dixit ei senex. Benefacis, necessariam enim habet iuuentas custodiam. Dixit ei abbas Ammon. Senes er

go quid facturi sunt. Et dixit ei. Senes proficientes atque firmati, non habent in se aliud quid aut peregrinum in ore suo, vt id loquantur. Et ille dixit. Si ergo sit necessitas cum vicino loqui, videtur tibi vt de scripturis cum eo loquar, aut de verbis & sententijs seniorum. Et dixit ei senex. Si non potes tacere, bonum est magis, vt de verbis seniorum loquaris, quam de scriptura, periculum est enim non paruum. Interrogatus abbas Pastor de inquinamento, respondit. Quia si stabilimus actiuam vitam nostram in sobrietate, non inueniemus in nobis inquinamenta. Dicebant de abbate Pastore. Quia cum exiturus erat ad opus Dei faciendum sedebat prius discernens cogitationes suas iugiter vna hora, & sic egrediebatur. ¶ Dixit abbas. Quia interrogauerit quidam abbatem Paytionem, dicens, Quid facio animæ meæ, quia insensibilis facta est, & non timet Deum? Et dixit ei. Vade & iungere homini timenti Deum. Et cum illi in hæseris, doceberis & tu timere Deum. Dixit iterum, quia principium & finis est timor Domini. Sic enim scriptum est. Initium sapientiæ timor Domini. Et iterum quando Abraham perfecit altare. Dixit ei Dominus. Nunc scio, quia times Deum. Dixit iterum. Discede ab omni homine qui in locutione incessanter con-

contentiosus est. Dixit iterum. In terrogauit aliquando abbatem Petrum abbas Loth, dicens. Quando sum in cella in pace est anima mea, cum autem venit frater aliquis ad me, & retulerit mihi verba eorum quæ foris sunt turbatur anima mea, & dixit mihi abbas Petrus, quia dicebat abbas Loth. Clauis tua aperuit ostium meum, & ego dixi ei. Quid est verbum hoc? Et dixit. Si quis venit ad te & interrogas eum quomodo habes, vnde venis, qualiter agitur circa illos fratres, susceperunt te an non. Et tunc aperis ianuam fratris tui, & audis quæ non vis, & ego dixi ei. Ita est. Sed quid faciat homo cum venerit frater aliquis ad eum? Et dixit mihi senex. In lectu omnino doctrina est. Vbi autem omnino non est lectus, impossibile est custodire mentem, & dixit ei. Quando in cella sum mecum est lectus, cum autem aliquis ad me venerit, aut cum egredior de cella non inuenio lectum, & dixit senex. Necdum tibi subiectus est, sed velut ad vsum pro tempore adhibetur, & dixit ei, quis est hic sermo? Et dixit mihi, si laboret homo pro re aliqua secundum virtutem, quacunque hora quæserit eam ad utilitatem suam inueniet eam. ¶ Frater quidam interrogauit abbatem Sysoy dicens. Desidero cor meum custodire. Dixit ei senex, Et quomodo possumus custo-

dire cor nostrum si lingua nostra ianuam apertam habuerit. ¶ Sedete aliquando abbate Siluano in monte Syna discipulus suus volens abire ad quoddam ministerium suum, dixit seni. Dimitte aquam & riga hortum. Ille autem egrediens ad dimittendam aquam, tegebat faciem tuam de cucullo suo tantum ad pedes suos intendens. Contigit autem vt ipsa hora quidam superueniret ad eum, & videns eum de longe considerauit quid fecisset, & cum peruenisset ad eum dixit ei. Dic mihi abba vt quid tegebas de cucullo faciem tuam, & sic riga aquas hortum. Et dixit ei senex. Ne viderent oculi mei arbores & occuparetur mea mens ab opere suo in contemplatione earum. Interrogauit abbas Moyles abbatem Siluanum dicens. Potest ne homo per omnem diem facere initium conuersationis suæ. Respondit ei abbas Siluanus. Si est homo operarius potest per diem & horam inchoare initium conuersationis suæ. ¶ Interrogauerunt aliquando abbatem Siluanum quidam dicentes. In quali conuersatione operatus es, vt acciperes prudentiam istam? Et ille respondens dixit. Nunquam permisi in corde meo cogitationem morari, quæ exacerbabat Deum. ¶ Dixit abbas Serapion. Quia sicut milites in peratibus cum ante ipsum stant

R r non

non debent dextra aut sinistra respicere, ita & monachus assidet in conspectu Dei, & intentus sit omni hora in timore eius, nihilque sit quod de aduersis malis eum terrene possit. ¶ Dicit sancta Syncretico. Filij omnes saluari volumus, sed propter negligentiam nostram à salute deficimus. Dixit iterum quæ supra. Sobrie viuamus, quia per sensus corporis nostri, vel si non velimus fures ingrediuntur. Quomodo enim potest non fuscari domus, si fumus exterius ascendens fenestras apertas inuenerit. Dixit iterum quæ supra. Oportet nos aduersum demones vndique armatos existere, quoniam & exterius ingrediuntur & de intro mouentur, siquidem & anima nostra id patitur. Sicut enim nauis quæ aliquando exterius fluctuum mole opprimitur aliquando vero interius crescete sentina demergitur, sic & nos aliquando operum exterius commissorum iniquitate dominamur aliquando vero interius nequitia cogitationum adiucimur. Vnde oportet non solum exterius spirituum immundorum nos imperus obseruare, verum etiam interiorum cogitationum immunditias exhaurire. Dixit iterum quæ supra, non habemus securitatem in hoc seculo, etenim apostolo dicente. Qui stat videat ne cadat. In incerto quidem nauigamus, quia si-

cut Dauid psalmista dixit. Velut mare est vita nostra sed tamen in mari quædam petrosa sunt, quædam vero bestijs plena, quædam autem & tranquilla. Nos quidem in tranquilla parte maris nauigare videmur, seculares vero homines in locis periculosis, & iterum nos in die nauigamus sole iustitiæ nobis præbente ducatum, illi autem in nocte ignoranter deportantur, sed tamen plerumque contingit, vt seculares illi in tempestate & in obscuro nauigantes pro metu periculi ad Deum clamando & vigilando saluent nauem suam, nos autem in tranquillitate neglecto Deo demergimur dum ab ipso gubernaculo iustitiæ derelinquimur. Dixit abbas Iperitius. Cogitatio tua semper sit in regno calorum, & cito in hereditate accipies illud. Dixit iterum, vita monachi, iuxta imitationem angelorum fiat comburens atque consumens peccata. ¶ Dixit abbas Arseus. Puto quia nisi homo custodierit cor suum omnia quæ audit, & videt obliuiscitur & negligit, denique inimicus si inuenit in eum locum supplantat eum. Sicut enim lucerna oleo & lichno præparata lucet, si autem per negligentiam non acceperit oleum paulatim extinguatur, atque ita conualescunt tenebræ aduersus eam, sed & mus ventens ad eam, volens mixtum eius comedere, priusquam perfo-

ctæ

ctæ extinguitur, non potest propter calorem ignis. Si autem videtur quod nec lumen habet nec calorem iam retinet ignis, tunc volens trahere mixtum eius, deiecit ipsam lucernam in terram quæ si testis fuerit minuetur, si autem cetera à Domino suo denuo reparatur. Ita etiam si neglexit anima paulatim, recedit ab ea Spiritus sanctus donec perfecte extinguitur calor eius, atque ita inimicus consumit & deuorat propositum illius, sed & corpus nequiter exterminat, si autem quis per effectum quem habet in Deo bonus fuerit, simpliciter autem ad negligentiam raptus fuerit, Deus qui misericors est excitat in eum mentem suam, & memoriam poenarum, quæ in futuro seculo peccatoribus præparantur, & curet vt sobrius sit, & custodiat se de cetero cum magna cautela vsque ad tempus visitationis suæ. Venit quidam senex ad alium senem & cum loqueretur, vnus ex eis dixit. Ego iam mortuus sum huic seculo. Alter vero dixit. Ne confidas in te metipso, donec exeat de corpore. Nam si de te dicis, quia mortuus sis, Sathanas mortuus non est.

Dixit quidam senex debet monachus quotidie mane & sero cogitare in semetipso, quid fecit eorum quæ vult Deus, & quid non fecit, & ita tractans omnem vitam suam poenitentiam agendo, mo-

nachus esse poterit. Sic enim abbas Arsenius vixit. Dixit quidam senex. Qui si quis aurum vel argentum perdiderit potest inuenire, quod perdidit, qui autem tempus perdidit non potest inuenire, quia tempus irreparabiliter transit. Dixit senex, Sicut miles & venator proficiscentes ad propositum sibi laborem non cogitant vt vulneretur aliquis, an illisus permaneat, sed vnusquisque pro se solo certat, ita oportet & monachum esse. Dixit senex. Sicut nemo potest lacerare eum qui ad latus est imperatoris, ita neque Sathanas nobis potest aliquid nocere si anima nostra adhæserit Deo. Scriptum est enim. Appropinquate mihi, & ego appropinquabo vobis. Sed quia frequenter extollimur, facile rapit inimicus miseram animam nostram in ignominiam possessionis. Frater quidam dixit seni cuidam, nihil pugna vi deo in corde meo. Et dixit ei senex. Tu sic es velut quadrigena porta, vt quicumque voluerit intret & quicumque voluerit exeat & non intelligis quæ agantur. Nam si haberes ianuam & clauderes eam nec permitteres intrare per eam cogitationes malas, tunc videres stantes foris, & pugeantes aduersum te. Dicebant de quodam senex, quia quando ei cogitationes suas dicebat, dimitte hodie & crastino poenitere, et tunc dicebat eis ille di-

R r 2 censi

cens. Nō, sed hodie poenitentiam agam, crastina autem fiat voluntas Domini. ¶ Dixit senex. Nisi exterior homo noster sobrie incesserit, impossibile est custodire interiorem. ¶ Dicebat senex, quia tres sunt virtutes Sathanæ, quæ præcedunt vniuersa peccata. Prima est obliuio peccatorum. Secunda negligentia. Tertia concupiscentia, etenim si obliuio venerit, generat negligentiam, de negligentia concupiscentia nascitur, de concupiscentia vero corruet homo. Si enim ita est sobria mens, ut obliuionem fugiat ad negligentiam non venit, & si neglexerit, & concupiscentiam non receperit, nunquam cadet opitulante gratia Christi. ¶ Dixit quidam senex. Taciturnitati operam da, & nihil cogites vane, & meditationi tue intede, siue quiescens, siue surgens cum timore Dei, & hæc faciens non timebis malignorum impetus. ¶ Dixit senex cuidam fratri, diabolus est inimicus & tu domus. Inimicus ergo non cessat instare super te quicquid sordidum inueperit, effundens in te vniuersas immunditias, tuum & est autem non negligere, ut proijcias foras quæ ille iactauerit nam si neglexeris, replebitur ibi tua domus sordibus, & nequaquam valebis intrare in eam. Sed ab initio quæ ille iactauerit, tu ei ceptauit, & manebit domus tua munda per gratiam Christi. ¶ Dixit quidam senem. Quando cooperiuntur oculi animalis, tunc circuiuit ad molendum, sin autem discooperitos habet querit oculos, nō ambulat incircuita mole. Sic & diabolus si occurrerit operi oculos hominis in omni peccato humiliat eū quod si vero fuerint oculi eius aperti, facilius potest fugere ab eo. Dicebant senex. Quia in monte abbatis Antonij sedebant septem custodes tempore dactilorum, ex quibus vnus abigebatur ab eis volucres. Erat autē ibi senex, qui in die qua eum dactilorum custodia contingebat, clamabat dicens. Discedite de intro malla cogitationes, de foris aues. ¶ Frater quidam in cellis infundebat palmulas suas. Et cū sedisset facere plectas, dixit ei cogitatio sua, ut iret ad quendam senem visitare eum. Et iterum cogitans in semetipso, dicebat, post paucos dies vadam. Et rursus dicebat ei cogitatus suus. Si inter hæc morietur, quid facies. Sed vadam modo ut loquar ei propter æstinum tempus. Iterum autem cogitauit dicens. Sed cum incido scirpum ad mattas sit tempus. Et rursus dixit. Extendo palmulas istas, & tunc vado. Rursus dixit in semetipso, sed hodie bonum aerem facit & surgens reliquit palmas infusas, & tollens melorē suam ibat, erat autem senex quidam vicinus ei

vir

vir prouidus, qui cum vidisset eū in imperu ambulante clamauit dicens. Captiue captiue, vbi curris. Veni huc ad me, quia cum venisset, dixit ei senex, reuertere in cellam tuā. Ille autem frater narrauit ei fluctus quos periculerat in cogitationibus suis, & reuersus est in cellam suam. Et cum ingressus fuisset in eam, prostravit se & poenitentiam egit. Hoc autem factō voce magna subito demones exclamauerunt dicentes. Vicisti nos monache, vicisti nos. Et facta est matta eius super quā iacebat velut ab igne astuata. demones autē euauerunt velut fumus, & exterminati sūt, sicque frater ille didicit versutias eorū. ¶ Dicebat de quodā senex, qui moriebatur in Scythia & circūdederunt fratres lectulū eius, & vesierunt eū, & ceperunt flere. Ille autem aperuit oculos suos & risit, & adiecit iterum ridere, hoc autem factum est tertio, quod cum viderent fratres, interrogauerunt eum dicentes. Dic nobis abba quare nobis risibus tu rides. Et dixit eis. Primo risi, quia vos timeris mortem. Secundo risi, quia non estis parati. Tertio autem risi, quia ex labore ad requiē vado, & vos ploratis. Hoc autem cum dixisset, statim utpote mortuus reclusit oculos senex. ¶ Venit aliquando frater manens in cella ad vnum de patribus, & dixit ei. Quia a cogitatione sua

affligeretur. Et respondit ei senex. Tu proiecisti in terra ferramentum magnum, quod est timor Dei & accepisti in manu tenere arundinem virgam quæ sunt cogitationes malæ, accipe ergo tibi magis ignem quod est timor Dei, & quando appropinquat tibi cogitatio mala velut calamus igne timoris Dei comburetur neque enim præualeat malitia aduersus eos qui habent timorē Dei. Dixit quidā patrū. Nisi p̄t̄ odiū habueris, nō potes diligere. Nisi ergo oderis peccatum, nō facies iustitiā, sicut scriptum est. Declina a malo & fac bonum. Verūtamē in omnibus his propositum animi vbi que requiritur. Adam enim in paradiso consistens prauaticatus est mandatum Dei. Iob autem in stercore sedens custodiuit. Vnde constat, quia propositum bonum querit Deus ab homine, ut semper timeat eum.

Incipit liber de eo vi. senex itermissione oratur.

Dicebant de abbate Affenio quia a vesperis sabbati lucecente dominica relinquebat post se solem, & extendebat manus tuas ad calum orans donec mane dominico sol illustraret accendens faciem eius, & sic residebat. Interrogauerunt fratres abbatem Agathonem dicē

R 3 tes

res. Pater qui virtutū in conuersatione plus habet laboris, & dicit eis. Ignoscite mihi, quia puto non esse alium laborem talē, quā orare Deum. Dum enim voluerit homo orare Deum suum, semper inimici dēmones festinant interrumpere orationem eius sceleres, quia ex nulla re impediuntur, nisi per orationem fufam ad Deum, si quidem omnem alium laborem quem homo in conuersatione religiosa positus assumpserit, quantum instantē, & toleranter agat, habet tamen & possidet aliquam requiem, oratio autem vsq; ad vltimam exhalationem, opus est, ut habeat magnum certamen. Narrauit abbas Dulas qui fuit discipulus abbatis Bisarionis dicēs. Veni aliquando in cellam abbatis mei, & inveni eum statē ad orationem, & manus eius erant extēsa in celum. Permansit autem hoc faciēs iugiter quatuordecim dies, & post hęc vocauit me & dixit. Sequere me. Et exeuātes perreximus in Eremum, & cum sitirendixi ei. Abba sitis. Ille autem tollens melorē discessit a me, quātus est iactus lapidis, & facta oratione attulit gam plenam aqua & bibi. Tunc perreximus in ciuitatem Lyco, & venimus ad abbatem Ioannem, & salutantes eum fecimus orationem. Deinde sedētes cepit loqui abbas Bisarionē visionem quam viderat, quia exiuit

Inquit preceptum a Domino ut destruantur templa & factum est sic, & destructa sunt. ¶ Dixit abbas Euagrus. Si deficiis animo, oras scripturam est enim, ora cum timore, tremore & labore, sobrietate & vigilantia. Itaque oportet nos semper orare, maxime propter malignos & nequitias vagantes, & invisibiles inimicos nostros, quinos precipue in hoc impedire nituntur. ¶ Dixit iterum. Quando cogitatio contraria in cor venerit, noli alia pro alijs in oratione querere, sed aduersus eam quate impugnat, gladium lachrymarum excue. ¶ Mandatum est sanctę memorię Epiphaniō episcopo Cyprio ab abbate monasterij sui, quod habuit in Palestina, quia orationibus tuis non negleximus regulam, sed cū sollicitudine tertiam, sextam, & nonam atque vesperam celebramus. Ille autem reprehēdens eum mandauit ei. Cōstat vos vacare ab oratione ceteris horis, eum autem qui vere est monachus, oportet sine intermissione orare, aut certe psallere in corde suo. ¶ Dixit Abbas Esaias. Quia presbyter Pelusij cum fieret agape atque fratres in ecclesia comederent & loqueretur sibi iniucem, increpans eos dixerit. Tace fratres. Ego enim scio fratrem manducantem vobiscum, & oratio eius ascendit in cōspectu Dei velut ignis. Venit abbas Lorth ad abbatē

abbatē Iosep, & dixit ei Abba secundum virtutem meam facio medicam regulam, & pacem ieiunium, & orationem, meditacionem & quietem & secundum virtutem meam studio purgare cogitationes meas. Quid ergo debeo de cetero facere. Surgens ergo senex expandit manus suas in celum, & facti sunt digiti eius velut decem lampades ignis. Et dixit ei Si vis effici totus sicut ignis sic age. ¶ Venerunt aliquando ad abbatē Lucium in Hennato monachi quidam, qui dicebatur Eusei thi. Hoc est orantes, & interrogauit eos senex dicēs. Quod est opus manuum vestrarū, & illi dixerunt. Non contingimus aliquod opus manuum, sed sicut ait Apostolus sine intermissione oramus. Dixit eis senex. Et non manducatis. Illi autem dixerunt ei, etiā manducamus, & dixit eis. Et quando manducatis, quis pro vobis orat. Et iterum interrogauit eos dicens. Nō dormitis? At illi dixerunt. Dormimus, & dixit senex. Et cum dormitis quis pro vobis orat, & non inuenerunt, quid ad hęc responderent ei, & dixit eis. Ignoscite mihi fratres, quia ecce non facitis sicut dicitis. Ego autem ostēdam vobis quia operans manibus meis sine intermissione oro. Sed eo cū iuuante Deo infundens mihi paucas palmulas, & facio ex eis plebam & dico. Misere mei Deus

secundum magnā misericordiam tuā, & secundū multitudinē miserationū tuarū dele iniquitates meas & dicit eis. Oratio est, an nō. Et dixerunt ei, etiā. Et ille dixit. Quādo permansero tota die laborans & orans corde vel ore, facio plus minus sedecim numos, & pono ex eis ad ostium duos ex residuo manduco, & qui acceperit illos duos denarios, orat pro me tēpere quo ego manduco vel dormio, atque ita per gratiā Dei impletur in me quod scriptum est, sine intermissione orate. ¶ Interrogauerunt quidā abbatē Machariū dicentes. Quomodo debemus orare, & dixit eis senex. Non opus est multū loqui orationes, sed extender manus frequenter, & dicere. Dñe sicut tu vis, & sicut tu scis misere mei. Si autē instat bellū in animo dicite. Dñe adiuua me, & quia ipse scit quæ expediūt, facit misericordiā nobiscū. ¶ Dicebāt de abbate Sysoy, quia nisi cito deponeret manus suas quādo stabat adorationē rapiebarur mens eius in superiora. Si ergo contingebat cum eo aliquē fratrem orare, festinabat cito deponere manus ne raperetur mens eius & moraretur. ¶ Dicebat aliquis senex. Quia a si qua oratio corrigit mentem. ¶ Dicebat quidam patrum, quia sicut impossibile est, ut videat quis in aqua turbida faciem suā sic & anima, nisi purgata fuerit

à cogitationibus alienis, contem-
platus non potest orare Deum.
¶ Venit quidam senex aliquando
in montem Syna. Et cum exiret
inde occurrit ei frater in via, & in-
gemiscens, dicebat sibi illi. Anli-
gimur abba propter siccitatem.
Quia nobis non pluit. Et dicit ei
senex. Quare non oratis, & roga-
tis Deum. At ille dixit. Et oratio-
nem facimus & deprecamur assidue
Deum, & non pluit. Et ait se-
nex. Credo quia non oratis atten-
tius, vis autem scire, quia ita est.
Veni semus pariter ad oratio-
nem. Et extendens in celum ma-
nus oravit; & statim pluvia de-
cendit. Quod cum vidisset frater ille
rimuit, & procidens adoravit eum.
Statim autem senex fugit illinc.
Narraverunt fratres dicentes. Quia
venimus aliquando ad quosdam
senes, & cum ex more facta esset
oratio, saluantes inuicem sedi-
mus. Et postquam locuti sumus,
cum discederemus, poposcimus
ut rursus fieret oratio, dixit au-
tem vnus illorum seniorum ad
nos, quid enim, nonne orastis? Et
nos diximus etiam. Sed quando
intrauimus pater, tunc est facta
oratio, & ex illa hora vsque mo-
do locuti sumus. Et ille dixit. I-
gnoscite mihi fratres, quia vobi-
scum sedens quidam senex, & lo-
quens centum & tres orationes fe-
cit. Hoc cum dixisset facta oratio-
ne dimiserunt nos.

*Incipit liber de hospitalitate &
misericordia.*

Perrexerunt aliquando qui-
dam patrum ad abbatem Ioseph
in Panepho, ut interro-
garent eum de susceptione fra-
trum, qui superueniunt ad eos si
deberent sibi relaxare abstin-
entiam cum ipsis, & congaudere
cum eis. Et priusquam interrogaret
eum, dixit senex discipulo suo. Con-
sidera quod facio hodie & expecta
& posuit duo sedilla & scripo in
fasciculis ligata vnū ad dexteram
suā, & vnū ad sinistra, & dixit. Se-
dere. Et intrauit in cellā suā, & ve-
stiuit se res vetustas & exiēs pro-
cessit in mediū illorū, Et iterū in-
trauit & vestiuit se rescillis suis,
quibus prius indurus fuerat, & e-
gressus iterū sedit in medio eorū.
Illi autē stupētes de eo quod fece-
rat senex interrogauerūt eū quid
hoc esset qui ait eis, me considera-
stis, & dixerūt etiā & dixit eis, vi-
distis quid feci, qui dixerūt, etiam
& ille dixit. Ne mutar^{is} sum ego p-
pter cōtumeliosam vestē. Et dixe-
rūt. Non. Dixit iterū senex. Ne le-
sus sum de meliori veste, & respō-
derūt. Non, & ille dixit. Sicut ego
ipse sum in vtrisque, & sicut priori
veste mutatus nō sum nec sequen-
ti lesus, ita debem^{us} in fratrum susce-
ptione facere sicut in Euāgelio s-
cō Dñs loquitur, date inquit que
sunt Cesaris Cesari, & que sunt
Dei deo. Qu^{ia} ergo est presētia fra-
trum

trū, cū gaudio debemus suscipere
eos: quando vero soli sumus, opus
habemus lugere. Illi autē audientes
admirati sunt, & ea que in corde
eorū erant ut interrogaret, prius
agnouit, & glorificauerunt Deū.
¶ Dixit abbas Casianus. Qui ve-
nimus a Palaestina in Aegyptum
ad quendam Patrū, & cum hospi-
taliatē nobis impendisset, in-
terrogauimus eum, quare tempo-
re susceptionis fratrum regulam
non custodiret ieiunij, sicut in Pa-
laestina sit. Et respondit. Ieiunium
semper mecum est. Vos autē non
semper mecum tenere possum.
Et ieiunium quidem quāuis viliis
& necessariis res sit, in nostra vo-
luntate est: charitatis autē pleni-
tudinem lex Dei exigit a nobis.
Vnde suscipiēs vos in Christo de-
beo exhibere que charitatis sunt
cum omnifolitudine: cum autē
dimisero vos regulā ieiunij pos-
sum recuperare: quoniam nō pos-
sum filij sponsi ieiunare quādiu
cum illis est sponsus: cum autē eis
ablatas fuerit spōsus, tunc ex sua
potestate ieiunabūt. Dixit iterum
qui supra. Quia venimus ad aliū
senem, & fecit nos gustare, & hor-
tabatur nos iā satiātos adhuc su-
mere cibū: Et cum dixissem, quia
iam non possum. Ille respondit.
Ego hodie superuenientibus fra-
tribus sexies mensam posui, &
cum singulos hortor: etiam ego
sexies manducaui & adhuc esu-

rio: tūvero semel manducans, ita
satiatus es ut iam manducare nō
possis. ¶ Datum est aliquādo man-
datum in Scythia, ut ieiunaret il-
la hebdomada & faceret pascha.
Contigit autem ut in ipsa hebdo-
mada venirent ad abbatem Moy-
sen fratres quidā ab Aegypto &
fecit eis pulmentum. Et cum vi-
dissent vicini fumum dixerūt cle-
ricis Ecclesię qui illic erant. Ecce
Moyses soluit mandatum, & co-
xit apud se pulmentum. Illi autem
dixerunt. Quando venerit loque-
mur ei & nos. Facto autem Sabba-
to videntes clerici magnam con-
uersationem abbatis Moysi dicūt
ei corā omni plebe. O abba Moyses,
mandatum quidem hominum
soluisti, sed Dei mandata fortiter
alligasti. ¶ Frater quidam venit
ad abbatem Pastorem in secunda
hebdomada quadragesimę, & di-
cens ei cogitationes suas atque in-
eius respōsione inueniens requiē
dixit ei. In modico impediri ha-
bui ne venirem ad te hodie, & di-
xit ei senex. Quare, & ille dixit.
Metuebam ut propter quadrage-
simam non mihi aperiretur. Et re-
spondit ei abbas pastor. Nos non
didicimus ianuam ligneam clau-
dere, sed magis lingue ianuam cu-
pimus clausam habere. ¶ Frater
quidā dixit abbati Pastori. Si de-
dero fratri meo modicum panis,
aut aliquid aliud dæmones poi-
launt illud ut videatur ad placen-

dum hominibus fieri. Dixit ei se-
nex, Si ad placendum hominibus
fuit tale opus, nos tamē debemus
fratribus præbere, quod egent, Di-
xit autem ei & parabolam talem.
Duo homines erant agricola ha-
bitantes in vna ciuitate, & vnus
ex eis seminans collegit pauca &
sordida. Alius negligens semina-
re omnino nihil collegit. Si ergo
fuit famēs, quis duorū potest eua-
dere? Et respondit frater, Ille qui
fecit, quāuis parum atque modi-
cum. Et dixit ei senex. Ita & nos
seminemus pauca (& si in mun-
da) ne famis tempore moriamur.
¶ Frater quidam venit ad quen-
dam solitariū & cum ab eo egre-
deretur, dixit, Ignosce mihi abba
quia impediui regulam tuam. Ille
respondit, & dixit ei, Mea regula
est, vti recipiam te in hospitalita-
tem, & cum pace dimittam. ¶ So-
litarium quidam habitabat nolon-
ge a congregatione fratrum, ope-
rationes faciens plurimas. Conti-
git autem quosdam venire ad mo-
nasterium illud vbi congregatio
erat, & pergentes ad solitariū il-
lum fecerunt eum extra horā mā-
ducare. Postea vero dixerūt ei fra-
tres, Non contristeris abbas. Et il-
le respōdit eis, Mea tristitia est si
fecero propriam voluntatem.
¶ Dicebant de quodam senē in
Syria, quia iuxta viam deserti ha-
bitabat & hoc erat opus eius, vt
quacunq; hora veniret monachus

de deserto cū fiducia faciebat eū
reficere. Venit ergo aliqui vnus so-
litarium, & ille pererat ab eo vt mā-
ducaret. Qui cum nollet gustare di-
cens, Ego ieiunium non violabo,
conuictus senex dixit ei, Ne præ-
tereas puerum tuum obsecrone
que despicias, sed veni oremus.
Ecce enim arbor est hic qua cui
nostrum oranti & genu curuanti
inclinata fuerit, ipsum sequamur.
Curuauit ille, solitarium genu in o-
ratione & nihil factum est. Flexit
autem senex ille qui eum suscep-
erat genu, & statim curuata est, e-
tiam arbor illa cum ipso. Quod
cum vidissent gauisi sunt & gra-
tias egerunt. Deo semper mirabi-
lia facienti, ¶ Venerunt aliquādo
duo fratres ad quendam senem. Cō-
suetudo autem erat seni nō man-
ducare quotidie. Qui cū vidisset
fratres gaudens suscepit eos, & di-
xit, Ieiunium suam mercedem ha-
bet. ¶ Et iterū. Qui māducatur pro-
pter charitatem, duo mādata im-
plet: quoniam voluntatem pro-
priam derelinquit, & mandatum
implebit reficiens fratres. ¶ Erat
quidam senum in Aegypto habi-
tās in deserto loco. Erat etiam al-
ter longe ab eo. Manicheus & hic
erat presbyter ex his quos ipsi vo-
cant presbyteros, qui cum vellet
pergere ad eiusdem erroris homi-
nem, comprehendit eum nox in
loco illo quo erat vir ille sanctus
& orthodoxus, & anxietur vo-
lens

lens pulsare, vt maneret apud eū.
Sciobat enim quia cognoscere ig-
nosceret Manicheus, & reuecebatu-
r a cogitatione sua, ne forte non ac-
quiesceret suscipere eum. Com-
pulsus autem necessitate pulsa-
uit, & aperiens ei fenestram & cogno-
scens eum, suscepit eum in domo hy-
lariate, & cōegit eum orare, & re-
ficiens eum colluceauit vbi dormi-
ret. Manicheus autem cogitans in-
sensibile mirabatur dicens, Quo-
modo nullā suspitionem habuit
de me? Vere in hoc seruus Dei est. Et
surgens mane cecidit ad pedes eius
dicens, Ab hodie orthodoxus
sum & non recedam a te. Et deinceps
permanuit cum eo. ¶ Monachus
quidam Thebeus accepit gra-
tiam ministerij a Deo, vt singulis
indigentibus ministraret, quod
necessarium esset. Contigit au-
tem aliquando in quodam vico
vt faceret agapem, & ecce mu-
lier quaedam venit ad eum vt acci-
peret, & hæc erat vestita vetustis-
simis rebus. Quam cum vidisset
ita vetustis rebus indutam, implo-
uit manum vt daret ei multam.
Clausa est autem manus eius, & con-
tulit parum. Alii vero venit ad
eum vestita bene, & videns ves-
tes eius, misit manum vt daret ei
parum, & aperta est manus eius,
& leuauit multum. Et requisit
de vestisque mulieribus illis, & co-
gnouit quia illa que bonis vesti-
bus utebatur de honestis, mulier

bus ad paupertatem venerat, &
quia pro opatione natalium suo-
rum bonis fuerat rebus induta, il-
la vero alia accidiendi causa ve-
stierat se vetustis. ¶ Monachus
quidam erat qui habuit fratrem se-
cularem pauperem colū, & quicquid
laborabat, præstabat ei, sed quāto
illi præstabat, plus tanto ille pau-
perior fiebat. Reigens autem mo-
nachus ille indicauit hæc senicui-
dam. Senex autem dixit ei, Si me-
vis audire vltra nihil præbe ei, sed
dic illi, Frater quā habui dedi tibi
vt ergo modo labora: & ex eo quā
laboraueris, præbe mihi, & quic-
quid tibi attulerit accipe ab eo: &
vbi seis peregrinū aut senem pau-
perem da illi, & roga eos vt orent
pro quō illis autem frater hæc au-
dient fecit ita, & venienti ad se fra-
tri illi seculari locutus est quem ad
modū dixerat senex, & discessit
tristis, & ecce prima die tollens de
hostio minuta olera attulit ei. Ac-
cipiens autē frater eius dedit seni-
bus, & rogauit eos vt orarēt pro eo.
Qui cū accepisset benedictionem,
reversus est in domum suā. Postea
vero iterum attulit olera, & tres
panes, & accipiens frater eius, fecit
circut prius, & cōsecuta benedi-
ctione iterum illi cōcessit. Tertio ve-
niens attulit multas expensas, &
vinum & pices. Quod cum vi-
disset frater eius, miratus est, &
vocaui pauperes, & refecit eos.
Dixit autē illi seculari fratri suo

Ne opas habeas aliquot panes: Et ille dixit. Non domine quonia quando accipiebam aliquid a te, velut ignis intravit in domum meam & consumebar illud: nunc autem quando a te nihil accipio superabundo, & Deus benedixit mihi. Pergens autem frater indicavit omnia quae facta fuerant illi seni. Et dicit ei senex. Nescis, quia rex monachorum ignis est, & ubicumque ingreditur consumit. Hoc autem tibi, vale, est frater tuus ut de labore tuo misereatur & orationem a sanctis viris accipiat, & ita benedictionem consequens multiplicabitur labor eius. Dicebat quidam senex, quia quidam faciebat multa bona frequenter & diabolus immittebat ei scrupulo fratrem in animum, de parvis rebus, ut aliorum omnium quae faciebat mercedem amitteret. Sedente enim me aliquando in oxirinto, iuxta quendam presbyterum, qui faciebat multas elemosynas, venit mulier quaedam vidua postulans ab eo modicum tritici, & dixit ei. Vade & affer modicum & mensura tibi. Illa autem mensurans modicum ipsum ad manum dixit ei. Maius est. Et fecit vercundiam viduae illi. Cum vero discessisset vidua illa, dixi ego ad presbyterum. Mutuasti viduae istae triticum, aut quid: Et ille dixit. Non, sed donavi ei. Ego autem dixi. Ergo si totum gratis

dedisti, quomodo in modico sic scrupulosus esse voluisti: & vercundiam fecisti mulieri. Senex quidam cum alia vno fratre habebat communem vitam: erat autem ille senex misericors. Contigit autem ut fieret fames, & coeperunt quidam venire ad hospitium eius ut acciperent agapem. Senex vero omnibus venientibus ministrabat panem. Videns autem frater quod fiebat, dicit seni. Da mihi partem meam de panibus, & quod vis de parte tua fac. Senex autem divisit panes, & faciebat more solito elemosynam de parte sua. Multi autem concurrerant ad senem audientes quod omnibus daret. Videns autem Deus propositum voluntatis eius, benedixit panes. Frater autem ille qui acceperat partem suam & nulli dabat, consumpsit panes suos, & dixit seni. Quoniam modicum quod adhuc habeo de panibus meis abba suscipe me ad communem vitam. Et dixit ei senex. Quomodo vis facio. Et coeperunt iterum simul esse, & communiter vivere. Facta autem iterum abundanti victualium, veniebant iterum indigentes ut acciperent agapem. Corripit autem vna die ut intraret frater ille & videret quomodo deficeret panes. Venit autem & pauper postulans agapem. Senex autem dixit fratri illi, da ei panem, & dixit. Iam non habeo panem, & dixit ei senex.

Intra

Intra & quate. Ingressus autem frater, attendit & vidit repositiores in quibus panes haberi solent repleri panibus. Quod cum vidisset timuit, & tollens dedit pauperi, atque ita cognoscens fidem & virtutem senis glorificavit Deum.

Incipit liber de Obedientia

Barbari memorati abbas Arsenius dixit aliquando abbati Alexandro. Quando perexenderis palmulas tuas: tunc veni gustemus. Si autem aliqui peregrini supervenerint comedeam eis. Abbas ergo Alexander lenius & modestius operabatur: & cum facta fuisset hora manducandi supererat ei adhuc de palmulis suis Volens autem custodire sermonem tenens, sustinuit, donec explicaret palmulas. Abbas autem Arsenius cum videret, quia tardaret gustavit existimans: quia forte peregrini ei supervenerint, & cum eis gustaverit. Abbas autem Alexander postea quam explicuit vespere perrexit ad abbatem Arsenium, & dixit ei abbas Arsenius. Peregrinos aliquos habuisti, & dixit. Non. Et ille dixit. Quare ergo non venisti, & respondit. Quia dixisti mihi quando defecerint palmulae: tunc veni: ego autem habui sermonem tuum in animo & non veni: quia usque ad hanc horam non est consummatum opus, &

admiratus est senex scrupulositatem obedientiae eius. Et dixit ei. Citius disjungere ab opere tuo, ut & ministerium perfallendi facias, & aquam tibi aduehere concurras alioquin citius periclitabitur corpus tuum. Venit abbas Abraham ad abbatem Aren, & dum sederent simul superuenit quidam frater & dixit abbati Aren. Dic mihi quid faciam, ut saluari possim. Et dixit ei senex. Vade & toto anno isto vesperis manduca panem & salem, & veni & iterum loquar tibi, qui pergens fecit ita. Completo autem anno venit iterum frater ille ad abbatem Aren. Corripit autem ut rursus apud eum inueniretur abbas Abraham: & dixit iterum senex illi fratri. Vade & ieiuna isto anno & post biduum manduca, cum vero discessisset, dixit abbas Abraham ad abbatem Aren, quare omnibus fratribus leue iugum imponis, istum vero fratrem graui sarcina onerasti: Et dixit ei senex. Alii fratres quomodo veniunt querere, ira & discedunt, hic vero quia propter Deum venit audire verbum, operarius autem magnus est, & quicquid ei dixeris, cum omni sollicitudine facit, propterea & ego loquor ei verbum Dei. Narrauerunt de abbate Ioanne brevis statura, quia perrexit aliquando ad quendam senem Thebeum genere commorantem in Scythia qui sedebat.

sedebat in Fremo. Tollens autem aliquando abbas eius signum sicum plantauit, & dixit ei. Per singulos dies mitte ei ad pedem eius lagenam aquę donec fructum faciat. Erat enim lōge ab eis aqua ut a sero pergeret, & mane rediret. Post tres autē annos vitæ lignum illud, & fecit fructum. Sumens autem ex fructu eius senex attulit ad ecclesiam & dixit fratribus. Accipite & manducate de obedientie fructu. ¶ Dicebant de Ioāne qui fuit abbatis Pauli discipulus, quia magnæ obedientie fuerit. Erat autem in quodam loco nemoroso, & habitauit in eo legna pessima. Videns autem circa ipsum locū senex stercora legnæ ipsius, dixit Ioanni. Vade & affer stercora illa. Et ille dixit ei. Et quid facio abba propter legnā illam. Senex autē subridens dixit ei. Si uenerit contra te liga eam & affer huc: perrexit ergo frater illuc vespere, & ecce venit legna super ipsum, ille autem secūdū verbum senis impetū fecit super eā, ut teneret eā. Fugit autem legna, & sequebatur eā ille dicens. Expectā quia abbas meus dixit ut ligē te, & tenens eam alligauit. Senex autem expectando eam diutius, sedebat & tribulatione affligebatur magna. Et ecce tarde venit, & habebat legnam illam ligatam. Quod, cum venisset, senex admiratus est. Volens autem humili-

re illum, cecidit eā & dixit. Si uolente, canem fatuum adduxisti mihi. Soluit autem eam statim senex & dimisit redire ad locum suum. ¶ Dicebant de abbate Syluano, quia habuerit in Scythia discipulum nomine Marcum, & hic fuerit magnæ obedientie, quique ceterā scriptor antiquariis erat. Diligebat autem eum senex propter obedientiam suam: habebat etiam alios undecim discipulos, qui cōtristabantur, quod diligeret eum plus eis. Quod cum audissent vicini senes, quia plus eum ceteris discipulis suis diligeret, moleste tulerunt. Vna autem die uenerunt ad eum. Quos assumens secum abbas Syluanus egressus est de cella sua & cōcepit singulorum suorum cellas pulsare dicens, Frater ueni, quia opus te habeo. Et vnus ex eis non est mox secutus eum. Venit autem ad cellam Marci, & pulsauit dicens, Marce. Ille autem cum audisset uocem eius: statim exiit foras: & misit eum ad quoddam ministerium. Abbas ergo Syluanus dixit senibus. Vbi sunt ceteri fratres. Et ingressus est in cellam Marci & inuenit quaternionē quem eadem hora inchoauerat in quoliteram, o, faciebat, & audita uoce senis non fixit, nec gyrauit calamum ultra, ut impleret, & concluderet literam quam in manu habebat. Et dixerunt senes. Vere abba, quę

tu di-

tu diligis & nos diligimus, quoniam & Deus diligit eum. ¶ Venit aliquando supradicti Marci mater ut uideret eum, & habebat secum plurimum obsequium. Ad quem cum exisset senex dixit ei illa. Abba, dic filio meo ut exeat ad me ut uideam eum. Ingressus autem senex dixit Marco. Egre- dere ut uideat te mater tua. Ille autē uestitus erat conciso, & reconfuto panno, & caput & facies eius tincta fumo & fuligine coquinæ erat. Qui propter abbatis obbedientiam egressus est qui dem: sed clausit oculos, & ira salutauit matrem suam, & eos qui uenerant cum ea dicens, Sani estote, & nemo ex eis nec mater suam cognouit, quia ipse esset quem iterum misit ad senem dicens. Abba mitte filium meum ut uideam eum, & dixit Marco, Nonne tibi dixi egredere ut uideat te mater tua. Et dixit ei Marcus. Egressus sum iuxta uerbum tuum pater. Veruntamen rogo te ne mihi ultra dicas ut exeam, ne inobediens tibi uideat esse. Egressus autem senex dixit matri eius. Ipse est qui exiit ad uos & salutauit uos dicens, Sani estote, & consolatus est eam senex & eam discedere fecit. ¶ Venerunt aliquando quatuor fratres de Scythia ad abbatem Pambo, uestiti pelliceis tuniceis, & indicauit vnusquisque eorum uirtutem alterius. Non præ-

ferti eo de quo loquebatur. Vnus nanque ex eis ieiunauit multum: alter uero nihil possidebat, tertius autem habebat plurimam charitatem: de quarto uero dicebant: quia uiginti duos annos haberet in obedientia permanens senioris. Respondit autem eis abbas Pambo dicens, Dico uobis quia istius uirtutis maior est quam ceterorum, quia vnusquisque uestrum uirtutem quam possidet uoluntate propria retinuit. Hic autem uoluntatem suam abscindens aliena se uoluntatis seruum fecit. Tales enim ueri confessores sunt si usque ad finem ita permanserint. ¶ Venit quidam ad abbatem Sisoey Thebeum uolens fieri monachus. Et interrogauit eum senex. Si quid haberet in seculo, & ille dixit, habeo unum filium, & dixit ei senex. Vade iacta eum in flumen, & tunc eris bonus monachus. Qui cum ab ijs set proijcere eum in flumen: misit senex unum de fratribus qui prohiberet eum. Qui cum uellet iactare puerum, dixit ei frater, Quiesce. Quid facis? Et ille respondit. Abbas mihi dixit, ut proijciam eum, & dixit ei frater. Sed iterum abbas dixit. Non proijcias eum. Ille autem relinquens filium suum uenit ad senem, & factus est probatissimus monachus. Dicit sancta Syn-

clitice.

clertice. Quia in cōgregatione cui liber conuersanti magis obedientiam quam continentiam proponimus: quoniam continentia arrogantiam habet: obedientia autem humilitatem congruam pollicetur. Dicit iterū quæ supra. Oportet nos eum discretione animam gubernare, & in cōgregatione manentes, non quæ nostra sunt querere, neque seruire propria uoluntati: quoniam uelut exilio relegari nostra dedimus vni secundū fidem patri: a rebus secularibus alienati. Vnde ergo egredi sumus nihil ulterius requiramus. Illic enim gloriam habuimus illic abundantiam ciborum, hic autem est etiam panis ipsius inopia.

¶ Dixit abbas Hiperitius. Quia ministerium monachi est obedientia, quam qui possidet quicquid poposcerit a Deo impetrabit, & cum fiducia crucifixo astabit. Et enim dominus sic venit ad crucē, factus scilicet obediens usque ad mortem. Dicebant senes. Quia si habet quis in aliquo fidem, & tradiderit se ei ad subiectionem non debet intendere in mandata Dei sed patri suo spiritali omnē uoluntatem suam committere, quia illi per omnia obediens non incurrit peccatum apud Deum.

¶ Dicebant senes, quia ista querit Deus a Christianis, ut obediat quis diuinis scripturis: quoniam inde accipiet loquendum & a-

gendorum formam ut consentiat prepositis & patribus orthodoxis. ¶ Frater quidam de Scythia uadens ad mettem applicuit ad quendam senem magnum, & dixit ei. Dic mihi abba quid faciam pergens ad merendum? Respondit ei senex. Et si tibi dixerō acquiesces mihi? Respondit ei frater. Etiam obediō tibi. Dixit ei senex. Si nihil acquiescis surgens uade & renuntia messi huic, & ueni: dicam tibi quid facias. Ille autem frater renuntiauit messi: & uenit ad senem. Dixit autem ei senex. Intra cellam tuam, & fac quinquaginta dies continuos, semel comedens in die panem cum sale & iterum indicabo tibi aliam rem. Et fecit sic, & rursus uenit ad senem. Senex autem uidens quia uir operarius esset dixit ei, quomodo oporteret eum esse in cella sua. Et discedens frater in cellam suam prostravit se pronus in terrā tres dies & tres noctes plorans in conspectu domini. Post hoc uero cum dicerent ei cogitationes suæ, exaltatus es, magnus factus es: ipse reuerens uitia cogitationum suarū humiliter reuocabat culpas suas in conspectu suo dicens, & ubi sunt omnia illa peccata mea quæ feci? Si autem iterum in cogitatione eius ascendebar, quia multum neglexerat de mandatis Dei, dicebat & ipse intra se. Si exhibeo paruum seruitium Deo meo: & credo

do quia faciet mecum misericordiam. Hoc igitur modo cum de uicisset spiritus malorum cogitationum: apparuerunt ei maligni spiritus uisibiliter dicentes. Turbati sumus a te, & dixit eis. Quare & dixerunt. Quia si te exaltamus recurrens ad humilitatem: si uero nos te humiliamus, tu te erigis in altum. Dicebat quidam senes. Quia nihil sic querit Deus ab his qui primitias habent conuersationis, quā obedientiæ laborē. ¶ Senex quidam solitarius, habuit quendam ministrum manentem in possessione. Contigit autem semel ut tardante ministro deficerent necessaria seni: & cum tempus intercessisset: & non ueniret minister ille defecerunt etiam quæ necessaria habebat senex ad victum, & quod operaretur manibus suis qui cum affligeretur non habendo, quod laboraret neque unde uiueret, dixit discipulo suo, vis ire ad possessionem illam & uocare nobis ministrum, qui solet afferte quæ opus sunt nobis? & ille respondit. Quod iubes facio. Differebat autem adhuc senex non presumens mittere fratrem, & cum diu sustinerent, & tribularentur non ueniente ministro dixit iterum senex ad discipulum suum. Vis ire usque ad possessionem & adducere eum? & ille respondit. Quod uis facio. Timebat etiam discipulus ille descendere ad posses-

sionem ne scandalizaretur alium de, sed ne inobediens esset patri suo acquireret abire. Dixit autem ei senex. Credo in Deum patrum meorum, quia proteget te ab omni tentatione. Et facta oratione direxit eum. Veniens autem frater in possessionem requisit ubi maneret minister ille, & inuenit hospitium eius. Contigerat autem eum cum suis omnibus ad memoriam parentum suorum extra possessionem inueniri excepta una filia eius quæ pulsante ianuam, filia audiuit & uenit ad ostium & aperuit ei & cum interrogaret eam de patre suo illa hortata est eum ut intraret hospitium; simul etiam trahebat eum. Ille uero non acquiescebat intrare. Sed cum diu eum cogeret præualuit eum intro ducere ad se, & complexata est eum: & cepit illicitare ad commixtionem corporis sui. Ille autem uidens se trahi ad luxuriam & cogitationibus confundi ingemiscens clamabat ad dominum dicens: domine propter orationes patris mei libera me in hora ista. Hoc cum dixisset subito inuentus est ad flumen pergens ad monasterium, & restitutus est illæsus ad abbatem suum. ¶ Duo fratres carnales uenerunt habitare in monasterium quoddam ex quibus unus erat præclaræ continentię alter obedientię magne. Cui dicebat pater. Fac hos & faciebat: manduca mane

& manducabar, de qua re magnā opinionem in monasterio habebat, quia ita obediens existebat. Punctus est autem inuidigmucone frater eius ille cōtinens aduersus eū & dixit in semetipso. Ego probabo eum si habet obedientiam. Et accedens ad patrem monasterij, dixit ei. Mitte mecum fratrem meum vt eamus alicubi, & dimisit eos abire, & assumēs eum frater ille abstinens, voluit eū tenere. Et cum venissent ad flumen vbi erat multitudo crocodillorū dixit ei. Descende in flumen & transi. Et ille mox descendit. Venerunt autem crocodilli & lingebant corpus eius, in nullo ledentes eum. Quod cū vidisset frater eius dixit ei, Ascende de flumine & cum iter agerent inuenerunt corpus humanū mortuum iacens in via. Tunc dixit abstinens frater ad fratrem suum. Si habuissetus aliquid vetustum iastarem super corpus illud. Et respōdens frater ille obediens dixit. Magis oremus & forsitan resurget. Et stāribus ad orationem atq; orantibus surrexit mortuus ille. Quo facto gloriatus est ille abstinens frater & dixit. ¶ Pro continentia mea surrexit mortuus hic. Omnia autem hæc reuelauit Deus abbati monasterij eorum & qualiter tenuerit fratrem suum de crocodillis, & quomodo suscitatus fuerit mortuus. Et cum venissent in mo-

nasterium, dixit abbas abstinenti illi. Quare ita fecisti fratri tuo, ecce tamen propter obedientiam eius surrexit mortuus ille.

¶ Alter quidam secularis vitæ habens tres filios renuntiavit seculo, & venit ad monasterium relinquens filios suos in ciuitate. Et cum fecisset tres annos in monasterio, coeperunt ei cogitationes suæ filios ad memoriam frequenter adducere, & contristabatur pro eis valde. Neque enim dixerat abbati filios se habere. Videns autem abbas eum tristem dixit ei. Quid habes quod tristis es. Et narrauit ei quia tres filios haberet in ciuitate, & qui uellet eos ad monasterium eius adducere. Præcepit autem abbas vt adduceret eos. Qui cum perrexisset ad ciuitatem inuenit duos ex eis iam fuisse defunctos: vnum vero solummodo remansisse. Quem assumens venit ad monasterium, & requirens abbatem non eum inuenit illic. Interrogauit autē fratres vbi esset abbas & illi dixerūt Vique ad pistrinum perrexit. Ille vero tollens filium suum quem adduxerat abiit in pistrinum, & videns eum abbas venientem salutauit & tenens infantem quem adduxerat amplexatus est eum, & osculabatur. Et dixit patri eius. Amas eum, & ille dixit. Etiam, & rursus dixit ei. Omnino diligis eum. Et respondit etiam. Hęc au-

dicens

dicens abbas dixit ei. Tolle ergo si amas eum, & mitte eum in furnum, sic modo dum ardet furnus, & tenens pater filium suum iactauit eum in furnum ardentem, statimque factus est furnus velut ros, ex qua re acquisiuit gloriam in tempore illo: quem ad nodum Abraham Patriarcha ¶ Dixit quidā abbas senex. Quia frater qui ad obedientiam patris spiritualis animam dedit, maiorem mercedem habet quam ille qui in Eremito solus recesserit. Dicebat autem. Quia narrauit aliquis patrum vidisse se quatuor ordines in celo, quorum primus ordo erat hominum infirmorum & gratias agentium Deo. Secundus ordo hospitalitatem sectantium, & instantem ministrantium in his. Tertius ordo in solitudine conuersantium & non videntium homines. Quartus ordo eorum qui ad obediendum spiritualibus patribus se subiiciunt propter dominum Deum. Vtebatur autem ordo obediens torque aurea & corona, & maiorem quā alij gloriā habebat. Ego autem dixi ei qui mihi ostendebat omnia hæc. Quomodo iste ordo qui parū est maiorē quam alij gloriā habet? Et respondens dixit mihi. Quia qui hospitalitatem sectantur secundum propriam voluntatem ipsam faciunt similiter, & qui in Eremito se obligant

arbitrio suo de seculo recesserūt: hic autem ordo qui se ad obedientiam dedit omnes volūtates suas abijciens pendet ad Deum & ad iussorem spiritualis patris: propterea & maiorem gloriam præ alijs habet. Qua propter, o fili bona est obedientia quæ propter Deum fit. ¶ Intendite ergo filij virtutis huius aliquod ex parte vestigium. Obedientia est salus omnium fidelium, & omnium virtutum. Obedientia est regni cælorum inuentrix. Obedientia cælos aperiens est, & hominem de terra eleuans. Obedientia cohabitatrix est angelorum. Obedientia Sanctorum omnium cibus est. Ex hac enim multi ablactati suat, & per hanc ad perfectionem peruenerunt.

¶ Incipit liber de Humilitate.

Abbas Antonius deficiens in consideratione profunditatis iudiciorum Dei postulauit, dicens, Domine quomodo aliqui paruo tempore vitæ suæ moriuntur, & alij ultra decrepita veniunt senectutem? & quare quidam egeni sunt, & alij facultatibus dirantur, & quomodo iniusti opulenti sunt, iusti vero paupertate premuntur? Et venit ei vox dicens, Antoni ad te ipsum intende, hæc enim iudicia Dei sunt, & te scire ea non conuenit.

¶ Dixit

¶ Dixit abbas Antonius abbati Pastori. Hoc est magnum opus hominis, ut culpam suam super se unusquisque ponat coram domino & expectet tentationem. usque ad ultimum vitam suam tempus. Dixit iterum abbas Antonius, vidi omnes laqueos inimici tentos in terra, & ingemiscēs dixi, quis putas transiet istos? & audiui vocem dicentem, Humilitas. Venerunt aliquando senes ad abbatem Antonium, & erat cum eis etiam abbas Ioseph. Volens autem abbas Antonius probare eos movit sermonem de Scripturis sanctis: & cœpit interrogare à iunioribus quid esset hoc, aut illud verbum, & singuli ei dicebant prout poterant. Ille autem dixit, Nec dum inuenistis. Post omnes vero dixit abbati Ioseph, Tu quomodo dicis esse verbum hoc, ille respondit nescio, & ait Antonius, Tu solus inquit inuenisti humilitatis ianuam, Astiterunt aliquando abbati Arsenio demones in cella sedenti & tribulabant eum. Superuenerunt autem & fratres qui ei ministrare soliti erant: & stantes extra cellam audiebant eum clamantem ad Dominum & dicentem, Domine non me derelinquas, quia nihil boni feci coram te: sed præsta mihi secundum benignitatem tuam saltem modo habere bene viuendi principia.

¶ Dicebant de eo qui supra. Quia

sicut dum in palatio esset, nemo melioribus vestimētis eo usus est: ita dum in conuersatione moraretur nemo eo villioribus utebatur. Cū interrogaret aliqui abbas Arsenius quēdam senē Ægyptium de cogitationibus suis: alius vidēs eum dixit, Abba Arseni, quomodo tu, qui tantæ eruditionis es in Latina lingua & Græca rusticum istum de cogitationibus suis interrogas? Et ille respōdit, Latinā quidem & Græcā eruditionē quantum ad seculum apprehendi: sed alphabetum rustici illius necdum discere potui. Dicebāt senes quia dederint quidā fratribus aliqui in Scythia pauca caricas & pro hoc pauca erant, nō trans miserunt ex eis abbati Arsenio, ne velut iniuriam pateretur, ille autem cum hoc audisset nō est egressus iuxta morē ad opus Dei cum fratribus celebrandū dicens: excommunicastis me, ut nō mihi daretis eulogiā quam transmisit dñs fratribus, ex qua ergo nō fui dignus accipere. Quod cum audissent oēs edificati sunt in humilitate senes, & vādens presbyter portauit ei de caricis istis, & adduxit eum in congregationem gaudentem. Dicebant autem de eo, quia nemo potuerit cōprehendere modū conuersationis eius. Sedēre autē eodē abbate Arsenio aliqui in inferioribus partibus Ægypti, cum illic importunitates pateretur visum est ei dere-

relin-

relinquere cellam illam. Et nihil ex ea tollens dixit discipulis suis Alexandro & Zoilo. Tu Alexander ascende nauem, & tu Zoile veni mecum usque ad flumen, & quære mihi nauiculam in Alexandriam euntem & ita nauigabis & tu ad fratrem tuum: Zoilus autem turbatus est in verbo suo, & tacuit atque ita diuisi sunt ad inuicem. Descendit autem senex circa partes Alexandriæ & ægrotauit ægredine magna. Discipuli autem eius dicebāt ad inuicem, Putas ne aliquis nostrum contristauit eum? & propterea diuisus est nobis, & non inueniebant in se ingratitude causam, neque inobedientes ei aliquando fuissent. Cum vero sanus factus fuisset senex dixit ad semetipsum. Vadam ad partes meos: & ita nauigans venit in locum qui dicitur Petravbi erāt supra dicti ministri eius. Cum vero esset iuxta flumen puella quadam Æthiopiā veniens tetigit melotem eius, senex autem increpauit eam. Illa vero dixit, Si monachus es vade in mortem. Compunctus autem in hoc verbo senex dicebat ad semetipsum. Arseni monachus es vade in mortem. Et inter hæc occurrerunt ei Alexander & Zoilus discipuli eius. Et cum cecidissent ad pedes eius proiecit se etiā & ipse in terram & flebant simul. Dixit autem senex, Non audistis quia

ægrotauit? Et dixerūt ei etiā audimus, & ille dixit. Et quare non venistis videre me? & dixit Alexander. Quia diuisio tua à nobis non fuit tolerabilis quoniā multi ex ea contristati sunt dicētes. Nisi inobedientes fuissetis seni, nequaquam se separasset à nobis, & dixit ei senex: & ego cognoui quia hoc diceretur, sed tamen iterū dicturi sunt homines quia non inueniens columba requiem pedibus suis reuersa est ad Noe in arcem. In hoc ergo verbo curati sunt animi discipulorum eius, & permanserunt cum eo usque ad ultimum vitam suam tempus. Quo mortis appropinquante turbati sunt, & dixit eis. Nō dum venit hora: cum autem venerit indicabo vobis. Tu dicari autem habeo vobiscum ante tribunal Christi si permiseritis quenquā de corpore meo aliquid facere, & illi dixerunt. Quid ergo faciemus? quia nescimus mortuū vestire vel sepelire, & dixit senex. Nescitis mittere funē in pedem meum & trahere in mortem? Cum autem traditurus esset spiritum viderūt fratres eum flentem & dicunt ei. In veritate tu times mortem pater, & dixit eis. In veritate enim timor, qui in hac hora mihi est semper fuit in me ex quo factus sum monachus, & timor meo valde. Atque ita in pace obdormiuit. Ille autē sermo semper in ore illius erat. Arseni propter quid,

exiit. Loqui me semper pœnituit, tacere nunquam. ¶ Audiens autem abbas Pastor, quia ab hac vita discessit, Arsenius lachrymatus est & dixit. ¶ Beatus es abba Arseni, quia fleuisti rem ipsam in seculo isto. Qui enim se in hoc mundo non fleuerit sempiternè plorabit illuc, siue igitur uoluntariè hic, siue illic tormentis cogentibus impossibile est non flere. Narravit abbas Daniel abbati Arsenio, quia nunquam uoluit loqui de questione aliqua scripturaram, cum posset magnificè loqui si uellet, sed neque epistolam cito scripsit ad aliquem. Quando autem ad conuentum post aliquantum temporis ueniebat post columnam sedebat, ne quis uideret faciem eius & ne ipse attenderet alium. Erat autem uisio eius angelica sicut iacob, capis ornatus crinibus, elegans corpore, siccus tamen. Habebat autem barbam prolixam omnino attingentem usque ad uentrem eius. Rictus oculorum eius præ nimis eius fleu ceciderant, longus autem erat, sed senio longinquo curuatus. Mortuus est autem annorū nonaginta quinque. Hic fuit in palatio diuæ memorię Theodosij maioris, qui fuit pater Archadij & Honorij annos quadraginta, & decem annos in loco qui dicitur Throben supra Babyloniam contra ciuitatem Memphis: & tres annos in canopo Ale-

xandria, & alios duos annos reuertens iterum in Throben fecit, & ita dormiuit consummans in pace & in timore Dei cursum suum uir bonus & plenus Spiritu sancto & fide. ¶ Narrauit abbas Iohannes, quia abbas Anub & abbas Pastor & residui fratres eorū ex uero nato monachi fuerūt in Scythia, & quando uenit illuc gens Mazicorum, & desolauerunt locum ipsum, primo discesserunt illinc, & uenerunt in locum qui dicitur Theremithym donec deliberaret ubi habitare deberent & manserunt illic in templo quodam antiquo, paucos dies. Dixit autem abbas Anub abbati Pastori. Ostende charitatem ut tu & fratres tui & singuli seorsum habitemus, & non ueniamus ad nos inuicem hebdomada hac. Et respondit abbas Pastor. Faciamus qualiter uis. Et fecerunt sic. Erat autem ibi in templo statua lapidea & surgebat quotidie abbas Anub: & faciem statuę illius lapidabat, uespere autem dicebat. Ignosce mihi, & tota hebdomada ita fecit. Die autem Sabato occurrerunt sibi inuicem, & dixit abba Pastor abbati Anub. Vidi te abbas hebdomada ista lapideam faciem statuę huius: & iterū pœnitentię agentem apud eam: si delis autem homo hæc non facit. Et respondit senex. Hanc rem ego propter uos feci. Quando me uidi-

stis

stis lapideam faciem statuę illius: an locuta est aliquid, an furuit? Et dixit abbas Pastor. Nō. Iterum quando apud eam pœnitentię cogi, an turbata est, aut dixit ignosco? Et respondit abbas Pastor. Nō. Et ille dixit. Et ego & nos qui sumus septem fratres, si uultis ut maneamus simul efficiamur uelut statua hæc quæ contumelijs affecta nō cōturbatur, si autem non uultis ita fieri, ecce quatuor ingressus sunt templi huius, unusquisque quæ uult exeat, & quo uult uadat. Illi autem hæc audientes prostrauerunt se in terram, & dixerunt Anub. Quomodo iubes pater ita fiat, obediemus tibi in omnibus quæ dixeris nobis. Postea autē reuertit abbas Pastor dicens, Quia manducamus si mul omni tempore uitæ nostræ, operantes & facientes omnia secundum uerbum senis, quodcūque dixerit nobis. Constituit autem unū ex nobis dispensatorem, qui quodcūque nobis apposuerit, manducabamus, & impossibile erat ut diceret aliquis ex nobis, aliter aliud aliquid, aut diceret, nō hoc illud manducare: & sic transiimus omne tempus uitæ nostræ cum quiete & pace. ¶ Dicebant de abbate Amone. Quia uenerunt quidam ad eum petentes ut indicaret inter eos. Senex autem dissimulabat: & ecce quædam mulier ad aliam mulierem iuxta se

statem dicebat. Senex iste fatuus est. Audiuit eam senex, & uocans illam ad se dixit ei: quantos labores putas sustinui in solitudinibus diuersis, ut acquirerem fatuitatē istam, & propter te hodie perditurus sum? ¶ Narrauerunt de Episcopo ciuitatis quæ uocatur Oxirineus nomine abbas Affus: quia cum esset monachus, nimis dure tractauerit uitam suam, & cum factus esset Episcopus uoluit ipsa duritia uiri in ciuitate quam in heremo habuerat & non præualuit. Idcirco prostrauit se in cōspetu domini dicēs. Putas ne domine propter Episcopatum discessit a me gratia tua? Et reuelatū est ei quia non: sed quia tunc solitudo erat, & cum nō esset homo, Deus tuus susceptor erat: tunc autem hic in seculo es, ubi homines auxiliantur tibi. ¶ Dixit abbas Daniel, quia erat in Babylonia filia cuiusdam primarij dæmonium habens. Pater autem eius diligebat monachum quendam. Dixit autem ei monachus ipse, Nemo potest curare filia tuā: nisi quos scio solitarios, & si perrexeris ad eos, nō acquiescent hoc facere propter humilitatem. Sed hoc faciamus, ut quando ueniunt afferentes uenalia quæ opèratur, dicatis uos emere uelle quod uendunt, & dum uenerint ad domū pretiū accepturū dicemus eis ut faciant orationem & credō quia saluabitur filia tua.

Excuntes ergo in plateam inuen-
erunt unum discipulū senes se-
dentem vt venderet sportas suas
& ruerunt eum secum in domū,
vt quasi pretium sportarum acci-
peret & cum intrasset monachus
ille in domū, venit puella illa que
à demonio vexabatur, & dedit
alapam monacho illi. Ille autem
conuertit ei & alteram maxillam
secundum diuinum præceptum.
Demon coactus clamare cœpit.
O violenti, mandatorū Iesu Chri-
sti expellit me hinc, & statim mū-
dara est puella illa. Cum autem
venissent ad senes, indicauerunt
eis quod fuerat factum, & gloriā
cabant Deum & dixerunt. Con-
fuerudo est diabolica supbia,
humilitate mandatorū Iesu Chri-
sti corruege. Dicit abbas Euagrius.
Principium salutis est, si te ipsam
redarguis. ¶ Dixit abbas Serapio,
quia multos labores corporales se-
ci plusquam filius meus Zacha-
rias, & non perueni ad mensuram
humilitatis & taciturnitatis eius.
¶ Abbas Moyses dixit fratri Zachi-
ari. Dic mihi quid faciam? Il-
le autem hoc audiens, iactauit se
pronus in terram ad pedes eius di-
cens, Tu me interrogas pater. Di-
xit ei senex. Crede mihi fili Zachi-
ari, quia vidi Spiritum sanctū
descendentem in te, & propterea
compellit te interrogare te. Tunc
tollens Zacharias cucullam suam
de capite suo misit illam sub pe-

dibus suis, & conculcans eam di-
xit: nisi ita conculcatus fuerit ho-
mo, non potest monachus esse.
Dixit abbas Pastor. Quia interro-
gauerat abbas Moyses fratrem Zachi-
ariam, tempore quo morieba-
tur dicens, Quid vides? & ille di-
xit. Nihil melius quam tacere pa-
ter, & dixit ei. Fili verum est, quia
tacere bonū est: hora autem mor-
tis eius sedens abbas Isidorus re-
spexit in cælum & dixit. Latere
lazarare fili mi Zacharias, quia aper-
te sunt tibi ianuæ regnū cælorum.
¶ Sanctæ memoriæ Theophilus
Episcopus Alexandrinus, veit
aliquando ad montem Nympha, &
venit ad eum abbas montis illius
& dixit ad eum, Episcopus. Quid
amplius inuenisti in via ista pa-
ter? respondit ei senex. Culpa-
re & reprehendere me ipsum sine
cessatione, & dixit ei Episcopus.
Non est alia via sequenda nisi hæc.
Quando abbas Theodorus cum
fratribus maducabat, accipiebat
calices cum reuerentia & taciturni-
tatis, nec dicebant: sicut mos est
ignoscere. Dixit autem abbas Theo-
dorus, Perdiderunt monachi in-
genuitatem suam, & non dicunt
ignoscere. ¶ Dicebant de eodem ab-
bate Theodoro, quia cum factus
esset diaconus, in Scythia non ac-
quiescebat ministrare & huc atq;
illuc fugiebat: & iterum senes ad-
ducebant eum dicentes, Non de-
relinquas ministerium tuum. Di-
cit

uit autem abbas Theodorus. Di-
mitte me & deprecor Deum, & si
ostenderit mihi, quia si debeo sta-
re in loco ministerij huius faciam.
Et dum deprecaretur Deum dice-
bat. Si volūtas tua est Domine vt
stet in hoc ministerio demon-
stra mihi. Et ostensa est ei colum-
na ignis de terra vsque ad cælum
& vox loquitur dicens. Si potes fie-
re sicut columna hæc, vade mini-
stra. Ille autem audiens statuit a-
pud se nullatenus acquiesceremi-
nistrare. Qui cum venissent ad ec-
clesiam pœnitentiam apud eum
egerunt fratres dicentes. Si non
vis ministrare vel saltim calicem
tene, & non acquiescit dicens. Si
me non dimittis discedam de lo-
co isto, & ita discesserunt ab eo.
Dicebat abbas Ioannes breuis.
Quia ianua Dei est humilitas &
partes nostri per multas contume-
lias gaudentes intrauerunt ciuita-
tem Dei. ¶ Dixit iterum qui su-
pra. Quia humilitas & timor Dei
superant vniuersas virtutes. Di-
xit abbas Ioannes Thebeus quia
debet monachus ante omnia hu-
militatem habere, hoc est enim
primum saluatoris mandatum di-
cētis, discite a me, quia mitis sum
& humilis corde, & alibi. Beati
pauperes spiritu, quoniam ipso-
rum est regnum cælorum.
¶ Collecti sunt aliquando fratres
qui habitabant in Scythia, & cœ-
perunt intra se querere de Mel-

chisedech sacerdote. Obliti sunt
autem vocare abbatem Coprem.
Postea autem vocantes eum, in-
terrogabant eum de eadem quæ-
stione. Ille autem tundens terrio-
sus suum dixit. Veli tibi Copres,
quia quod tibi mandauit Deus vt
faceres, dereliquisti, & quæ a te
non requirit, illa scrutari præsu-
mis. Hæc audientes fratres fuge-
runt singuli in cellas suas. ¶ Nar-
rauit aliquando de seipso abbas
Macharius dicens. Quando eram
iuuenis, & sedebam in cella mea,
tenuerunt me & fecerunt me cle-
ricum inuitum. Et cū nollem ac-
quiescere administrandum, fugi
ad alium locum, & venit ad me
quidam secularis quidem homo,
sed vita religioſus, & tollebat a me
opus quod faciebam manibus
meis & ministrabat mihi quæ ne-
cessaria erant. Contigit autē ten-
tante diabolo vt virgo quadam
in vico suo viciata lapsum incur-
reret, & cum in vtero habere cœ-
pisset interrogabatur quis esset
de quo in vtero haberet. Illa ru-
tem dixit, quia hic solitarius est
qui mecum dormiuit. Excuntes
autem de vico illo comprehende-
runt me, & adduxerunt ad vicum
& appenderunt in collo meo ca-
cabatas ollas, & ansas vasorum &
miserunt me circuire per vicum,
& per viam ducebant dicentes.
Hic monachus corripit filiā nos-
tram, tollite tollite eum. Et ceci-
derunt

derunt me pene ad mortem. Superueniens autem quidam senū dixit. Quoadu monachum istū cecidit peregrinum? Ille autē qui mihi solebat ministrare necessaria, sequebatur retro cum verecūdia, etenim & ipsum contumelijs multis affecerunt dicentes. Ecce solitarius monachus cui tu restitū cabaris, quid fecit: Et dixerunt parentes puella illius. Quia non dimittimus eum, donec fideiussorē praebeat, qui pascat eam, & dixit illi qui mihi ministrare solebat & fidē dedit. Et reuersus sum in celam meam, & dedi ei quantas habui sportellas dicens. Vende eas, & da illi mulieri meae manducare, dicebam autem in animo meo Machari ecce inuenisti tibi mulierē, opus habes modo amplius laborare, ut pascas eam, & operabar nō solum in die, sed etiam in nocte & transmittēbam ei. Cum autem venisset tempus infelici illi ut pareret, ardebat per pluri mos dies, & non pariebat. Dicunt ergo ei. Quid est hoc. At illa dixit. Ego scio quare ista patiar. Et interrogata a patribus suis quare. Respondit. Quia monacho illi crimē illud imposui & fallens implicauī eum, cum iste non habeat culpam sed iuuenis ille talis hoc fecerit. Audiens autem haec verba minister meus gaudens venit ad me & dixit. Quia non potuit parere puella illa, donec cōfiteretur quia

tu nullum crimen in ea habuisses sed quia mentita sit aduersum te & ecce omnes habitatores videri lius volunt venire huc ad te, glorificaturi Deum & poenitentiam apud te acturi. Ego autem audiens ista a ministro meo ne affligerent me homines surrexi, & fugi huc in Scythiam, & hoc est principū causa propter quam hic habitare cepi. Prateriens aliquando abbas Macharius a palude ad cellā suam, & reuertens portabat palmas & ecce occurrit ei diabolus in via cum falce messoria. Voluit autē percutere eum de falce illa, & nō potuit. Et dixit ei. Multā violētiam patior a te Machari, quia non possum praeualere aduersum te, ecce enim quicquid tu facis & ego facio, ieiunas tu, ego penitus non comedo, vigilas tu, ego omnino non dormio. Vnū est autem solum in quo me superas, & dixit ei abbas Macharius. Quod est illud & respondit diabolus. Humilitas tua, per quam non praeualeo aduersum te. Perrexit aliquando abbas Mathois de Raytu in partibus Gebalem. Erat autē cū eo frater eius. Et venit episcopus loci illius ad memoratum senem, & fecit eum presbyterum & dum gustarent simul dixit episcopus. Ignosce mihi abba quia nunc scio & nolueris hanc rem, sed ut benedictionem tuam acciperem, praesumpsi hoc facere. Dixit ei

senex cum humilitate & animus meus modicū volebat habere. Veruntamen in hoc grauiter fero quia compellor separari a fratre meo qui mecum est, neque enim sufficere omnes orationes quas simul faciebamus implere. Et dixit episcopus. Si scis quia dignus est ego ipsum ordinare, & dixit ei abbas Mathois, equidem si dignus est nescio, vnum autem scio quia melior me est. Ordinauit autem & ipsum episcopus & ita vtrique recesserunt de hac vita, ut nunquam se ad sacrificandum oblationem altario proximarent. Dicebat autem senex. Credo in Deum quia forsitan non sustineam graue iudicium propter ordinationē quam suscepi, dum oblationem non audeā consecrare. hoc enim officium illorum est, qui sine querela viuūt. Dixit autē abbas Mathois. Quārum te homo approximat ad Deum, tantum se peccato rem videt. Isaias enim propheta videns dominum, miserum se & inmundum dicebat. Nam vir labijs pollutus sum. Dicebant de abbate Moyses. Quia cum factus esset clericus imposuerunt ei humerale, & dixit ei Archiepiscopus, ecce factus es candidatus abba Moyses. Et ille respondit. Putas desoris Domine aut intus? Volēs autem episcopus eum praebere dicit clericis. Quando intrat abbas Moyses ad altare expellite eū &

sequimini eū ut auditis quid dicat. Cū autē cepissent eū mittere foras dicebat ei, exi foras Ethiops. Ille vero egrediens dicebat. Bene tibi fecerunt ciuitate & cacebate quia cū homo non sis quare te in medio hominū dare praesumpisti. Cū abbas Pastor in congregatione esset audiens de abbate Nestorone desiderauit eū videre & mandauit abbati eius, ut mitteret eū ad ipsum. Qui cū nollet eū solū dimittere, nō direxit eū. Post paucos autē dies dispensator monasterij rogauit abbatē ut permitteret eū ire ad abbatē Pastorem. & diceret ei cogitationes suas. Abbas autē cum eum dimitteret dixit ei. Tolle & fratre istum tecū quia mandauit mihi de ipso senex & non praesumēs eū solū dimittere distuli vsq; modo. Cū ergo venisset dispensator ad senē locutus est ei de cogitationibus suis & ille sanauit eū responsione sua. Post haec autē interrogabat senex fratrē illū dicens. Abba Nestorone quomodo acquisiuisti virtutē hanc, ut quādo immergit tribulatio aliqua in monasterio, non loquaris neque te mediam facias. Et cum diu cogitaretur frater a senē dixit ei. Ignosce mihi abba, quia quādo intraui in ipso in congregationem istam dixi animo meo. Tu & alius vnum estote. Si ergo alius vapulat & non loquitur iniuriam patitur & non respondet, & sic tu quem

quemadmodum in psalmo legitur ut iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. ¶ Dicebant de abbate Olimpico in Scythia, quia seruus esset & descēdebat per singulos annos in Alexandriam portans mercedem dominis suis, & occurrebant ei & sultabant eum. Senex autem aquam mittebat in peluim & afferebat, ut lauaret pedes dominis suis. Illi autem dicebant ad eum. Noli pater, ne graues nos. Ille vero respondēbat eis. Ego confiteor quia seruus vester sum, & gratias ago quia dimisit me liberū seruire Deo. Sed tamen lau o vobis pedes, ecce suscipite mercedes meas. Illi autē contemnebant, & non acquiescebāt. Dicebat ergo eis. Credite mihi, quia si nō volūis recipere mercedes meas remanebo hic & seruis vobis. Illi autem reuerētiam eius habentes dabant in potestatem eius ut faceret quod vellent. Et reuerentem deducebant eum cum honore prebentes ei que necessaria erant ut faceret pro eis agapen & ex eo factus est nominatus monachus in Scythia. Dicebat abbas Pastor. Quia semper humilitatem & timorem Dei habens respirare debet incessabiliter sicut flatum quem naribus attrahit vel emittit. Interrogatus est abbas Pastor a quodam fratre. Quomodo debeo esse in loco in quo habito: Et respondit ei se-

nex. Habeto prudentiam velut aduena in quocunque loco fueris ne quarras verbum tuum coram te habere potentiam & quietiam. Dixit iterum, quia si proiecerit se quis in conspectu Dei & non se ipsum extulerit, & miserit post tergum suum propriam voluntatem ferramenta sunt quibus anima operatur. Item dixit. Non meritaris te ipsum, sed adhaere ei qui bene conuersatur. Dixit iterum, quia frater interrogauit abbatem Alonium dicens, quid est contemptus: & dixit senex. Ut sis infra animalia irrationabilia, & scias quia illa non contemnuntur. Dixit iterum qui supra, quia humilitas terra est in qua Dominus sacrificiū fieri mandauit. Rursus dixit, quia si homo ordinem suum custodiat non conturbabitur. Iterum dixit quia sedentibus aliquando senibus ad manducandum stabat abbas Alonius, & ministrabat, & videntes laudauerunt. Ille autē omnino nihil respondit, dixit ergo ei quidam secrete, quare non respondisti senibus laudantibus te & dixit abbas Alonius, quia si responderem eis, inueniret delectatus laudibus meis. ¶ Narrauit abbas Ioseph quia sedentibus nobis aliquando cum abbate Pastore nominauerunt abbatem Agathonem, & diximus ei, iuuenis est, quare eum appellas abbatem, & dixit abbas Pastor quia

quia os suum fecit eum appellari abbatem. ¶ Dicebat de abbate Pastore, quia nunquam voluisset sermonem dimittere supra verbum alterius senis, sed magis laudauerūt semper quae ille dixisset. ¶ Venit aliquando sancta memoria Theophilus episcopus Alexandrinus in Scythia. Congregati autem fratres dixerunt abbati Pambo. Dic vnum sermonem Pambo ut edificetur animus eius in hoc loco. Et respondit senex. Si in taciturnitate mea non edificatur neque in sermone meo edificabitur. ¶ Narrauit frater Pystus dicens. Quia iuimus septem fratres solitarij ad abbatem Sysoy habitantem in insula clismaros, & cū rogarem eū ut diceret nobis aliquid. Ille respondit. Ignoscite mihi quia idiota homo sum sed veni aliquando ad abbatē Or, & ad abbatem Atren, & erat in infirmitate abbas, quia decem & octo annis, & cæpi supplicare eis ut dicerent mihi aliquod verbum, & dixit abbas Or. Quid tibi habeo dicere: Quicquid vides fac. De eū illius est qui tibi ultra quā potest extorquet & violentiam facit ad omnia. Hi tamen ambo non erant de vna prouincia, hoc est abbas Or, & abbas Atren. Fuit autem inter eos magna gratia donec exirent ambo de corpore. Abbas autem Atren summus obediens erat, abbas vero Or multæ humilitatis

fuit, feci ergo apud eos paucos dies inuestigans virtutem eorum & vidi mirabile quid, quod fecit abbas Atren. Attulerat enim eis quidam piscem modicum, & voluit illum facere abbas Atren seniori abbati Or. Posuerat ergo abbas Atren cultellum, & incidebat piscem illum, & vocauit eum abbas Or dicens. Atren. Atren. Ille vero statim dimisit cultellum in medio pisce in eis, & non percidit eum. Et cucurrit ad eum & miseratus sum tantam obedientiam eius, quia non dixit, expecta donec incidero piscem. Dixi autem ego abbati Atren. Vbi inuenisti obedientiam hanc: Et ille mihi respondit. Non est mea, sed illius senis est. Et tulit me dicens. Veni & vide obedientiam eius. Coxit ergo modicum piscem male, ita ut perderet eum voluntarie, & appropinquauit eum seni & manducauit nihil loquens & dixit ei. Bonum est senex: & ille respondit, bonum valde. Posthac attulit ei illud modicum nimis bene coctum, & dixit. Ecce istud perdidisti senex male istud coxi. Et ille respondit, etiam modice tibi male exiuit, & conuersus ad me abbas Atren dixit. Vides quia hec obedientia istius senis est, & exiit ab eis, & quicquid vidi hoc feci secundum virtutem meam. ¶ Hæc dixit abbas Sysoy fratribus. Vnus autem ex nobis rogauit eum dicens. Ostende charitatem

ritatem & dic nobis & tu vnum sermonem & dixit. Qui habet quod innumerabile est in scientia, perficit omnem scripturam. ¶ Itē alter ex nobis dixit ei. Quid est peregrinatio pater, & respondit. Tace & in omni loco quocumque veneris dic. Non habeo causam, & hæc est peregrinatio.

¶ Venit quidam frater ad abbatem Sysoy in monte abbatis Antonij, & loquentibus eis dicebat abbati Sysoy. Modo adhuc non pervenisti ad mensuram abbatis Antonij pater, & respondit ei senex. Ego si haberem vnam cogitationem abbatis Antonij, efficeret totus velut ignis. Veruntamen scio hominem, qui cum labore potest ferre cogitationes suas. Iterum autem interrogavit eum frater ille dicens. Putas sic persequeretur Sathanas antiquos. Et dixit ei Abbas Sysoy. Modo plus quia tempus eius appropinquavit & turbatum. ¶ Venerunt quidam Italij ad eum, ut audirent ab eo sermonem, & nihil eis loquebatur sed semper dicebat, ignoscite mihi. Vidētes autem sportellas eius dixerunt illi scipulo eius Abraham. Quid facis de sportis istis: Et respondit eis. Huc, & illuc, eas expōdimus. Hæc autem audiens senex dixit. Et Sysoy hinc & inde manducavit. Illi autem audiētes edificati sunt valde in humilitate senis, atque cum gaudio recesserunt. Frater

quidam interrogavit abbatem Sysoy dicens, Video me ipsum, quia memoria mea ad Deum intentata sit. Et dixit ei senex. Non est magnum hoc, ut mens tua cum Deo sit. Magnum autem est si te ipsum videas sub omni creatura, hoc autem & labor corporalis corrigit & ducit ad humilitatis viam.

¶ Dixit beate memorie Syncretice. Sicut impossibile est nauem fabricare sine acutis, ita impossibile est hominem sine humilitate salvari. ¶ Dixit abbas Iperius. Labor vite est in excelsis, ascendit ad eam humilitas monachi. Dixit iterum qui supra. Imitare publicanum illum, ne cum pharisæo damneris, & sequere mansuetudinem Moysi, ut summitates cordis tui reseruas convertas in fontes aquarum. ¶ Dixit abbas Orsilius. Si fragmen crudæ regulæ in fundamento mittatur, ubi iuxta sit fluvius, non sustinet vnum diē. Ita autem permanet velut lapis, ita est homo qui carnalem sapientiam habet & non est tentationū igne excōctus sicut & Ioseph. Huiusmodi enim verbo Deo soluitur, qui cum initium fecerit, multis tērationibus in medio minimum agitatur. Bonum est enim ut quis noverit mensuras suas & declinet in initio pondus, fortes autem in fide immobiles sunt. Nam de ipso sancto Ioseph si velit aliquis loqui, dicet quia nec terrenus

terrenus erat. Quando tētatus in quali provincia, ubi nec vestigiū erat divini cultus. Sed Deus patrum eius erat cum eo, qui eripuit eum ex omni tribulatione, & nunc est cum patribus suis in regno celorum. Et nos ergo agnoscentes mensuras nostras terrenas, vix enim possumus nos effugere iudicium Dei. ¶ Senex quidam erat solitarius vacans in eremo, & dicebat in semetipso quia perfectus esset in virtutibus. Hic oravit Deum dicens. O deinde mihi quid desit perfectiōi meæ, ut faciam. Volēs autem Deus humiliate cogitationes eius, dixit ei. Vade ad illum archimandritam, & quicquid tibi dixerit, fac. Revertitur autem Deus archimandritæ illi, antequam ille veniret ad eum dicens. Ecce ille solitarius, venit ad te, dic ergo illi ut tollat sigillum, & vadat, & pascat tibi porcos. Veniens ergo senex, pulsavit ostium, & ingressus est archimandritam illum, & cum se salutaissent sederunt, & dixit ei solitarius ille qui venerat. Dic mihi quid faciam ut sim saluus, & dixit ille. Facies quodcumque dixerit tibi, & respondit, etiam, & dixit ei. Ecce tolle flagellum & vade, pascit porcos. Hi autem qui eum noverant & audierant de eo, cum audirent quia porcos pasceret, dicebant. Vidistis illum magnū solitarium de quo audiveram? Ecce

stupuit cor eius, & a dæmonio vexatur & pascit porcos. Videns autem Deus humilitatem eius, quia tam patienter sustinebat opprobria hominum, præcepit eum iterum redire ad locum suum.

¶ Quendam senem monachum solitarium homo qui a dæmonio vexabatur & fortiter spumabat, percussit in maxillam. Senex vero convertit ei abiam maxillam. Statim dæmon non ferens incendium humilitatis illius mox exiliit ab eo. ¶ Dixit senex quidam. Quando cogitatio superbiæ aut elationes cor tuū intraverit scintilla conscientiam tuam. Si omnia mandata divina custodisti, si inimicos tuos diligis, si gaudes in adversarii tui glorificatione, & contristaris in miuatione eius, & si cognoscas te ipsum esse inutilem, ferocem & omnium peccatorum detriorem esse. Sed nec tunc ita de te sentias quasi omnia contra existens quia huiusmodi cogitatio tua vniuersa resoluet. ¶ Dixit senex quidam. Non appones cor tuum adversus fratrem dicens, quia tu illo sobrius & continentior & intelligentior sis, sed subditus esto gratiæ Dei in spiritu paupertatis, & per charitatem non victam, ne spiritu exaltationis elatus perdas laborem tuum, sed esto spiritali sale conditus in Christo. Dixit senex. Quia si quis plusquam dignus est, honoratur

aut laudatur, amplius patitur de
trimentum, qui autem omnino
non fuerit ab hominibus hono-
ratus, hic in caelestibus honorabitur.
Frater aliquis interrogauit senem
dicens. Bonum est a seipso poenite-
re. Et respondit ei senex. Vidimus
Iesum filium Naue, quia cum pro-
nus faceret in facie, apparuit ei
Deus. Interrogatus senex quare
ita inquietaretur a demonibus,
respondit. Dico, quia arma nostra
abiicimus, quod est contumelia
& humilitas, patientia & pauper-
tas. Frater quidam interrogauit
senem dicens. Si quis frater ualerit
ad me de foris cogitationes suas,
dicam ei ut non eas afferat ad me
& respondit ei senex. Noli, & di-
xit frater. Quare? Respondit ei se-
nex, quia nec potuimus id custo-
dire, & ne forte eum dicimus pro-
ximo ne faciat illud, inueniamur
& nos postea id ipsum facientes.
Et dixit frater. Quid ergo debet
fieri? Et respondit ei senex. Si vo-
luerimus taciturnitatem seruare
sufficit proximo modus ipse. In-
terrogatus est quidam senex, quid
esset humilitas, & ille respondit.
Si peccanti in te fratri ignoueris,
antequam apud te poenitentiam
agat. ¶ Dixit senex. In omni tenta-
tione non culpes hominem, sed
te metipsum tantum dicens, quia
pro peccatis meis hæc euenerunt
mihi. Dixit senex. Nunquam præ-
teritum ordinem meum ut altius am-

bularem, neque sum aliquando in
humilitate positus. Omnis enim
cogitatio mea in hoc erat ut de-
precarer Deum, quousque spolia-
ret me veterem hominem. ¶ Fra-
ter quidam interrogauit senem di-
cens. Quid est humilitas. Et respō-
dit ei senex. Ut beneficias his qui
tibi male faciunt. Et dixit frater.
Ut perueniat homo in hanc men-
suram, quid faciet. Respondit ei se-
nex. Fugiat eligens taciturnita-
tem. ¶ Frater aliquis interrogauit
senem dicens. Quod est opus pere-
grinationis. Et ille dixit ei. Scio
fratrem peregrinantem, qui cum
inuentus esset in ecclesia, & con-
tigisset ibi fieri agapem, sedit ad
mensam ut manducaret cum fra-
tribus. Dixerunt autem quidam.
Istum hic quis tenuit. Et dixerunt
ei. Surge & uape hinc foras. Qui
surrexit & abiit. Alij uero contri-
stati de expulsionem eius egressi
sunt & reuocauerunt eum. Post
hæc interrogauit eum quidam di-
cens. Quid putas est in corde tuo
quia expulsus es & iterum reuo-
catus. Et ille dixit posui in corde
meo, quia æqualis essem cani, qui
quando insectatur, foras egredie-
tur, quando autem uocatur ingre-
ditur. ¶ Venierunt quidam aliquā-
do de Thebaida ad quendam se-
nem habentes secum unum qui a
dæmonio vexabatur ut curaretur
ab illo sene. Senex uero cum di-
rogaretur, dixit dæmoni. Exi de
factura

factura Dei. Et respondit dæ-
mon. Exeo, sed interrogo te unum
sermonem, ut dicas mihi. Qui
sunt hœdi, & qui sunt agni? Et di-
xit senex. Hœdi quidem tales
sunt qualis ego, agnos uero Deus
scit. Et audiens dæmon clamauit
uocem magna dicens. Ecce propter
istam humilitatem tuam ego exeo.
Et exiit eadem hora. ¶ Mane-
bat quidam monachus Aegypti
in suburbano Constantinopoli-
tanae ciuitatis & dum transiret
Theodosius iunior Imperator per
illam uiam reliquit omnes qui
in obsequio eius erant, & uenit
solus in cellam eius, & pul-
sans ad ostium monachi aperuit
ei monachus. Videns autem eum
agnouit quia Imperator esset, sic
tamen suscepit eum tanquam u-
num ex officio militantium. Cum
ergo introisset fecerunt oratio-
nem & sederunt. Capit autem in-
terrogare Imperator dicens. Quo
modo sunt patres in Aegypto?
Et ille respondit. Orant pro sa-
lute uestra omnes. Imperator au-
tem circūspiciebat in cella eius
si quid haberet, & nihil ibi uidit
nisi paruam sportellam habentem
modicum panis & lagenam
aqua. Et dixit ei monachus. Gu-
sta modice, & infudit ei panem,
& immisit oleum & sal, & man-
ducauit, & dedit ei aquam bi-
bere. Dixit autem ei Imperator.
Scis quis sum ego? & ille dixit ei,

Deuste scit quis sis. Tunc dixit ei.
Ego sum Theodosius Imperator.
Ille autem statim adorauit. Salu-
tans eum humiliter & dixit Im-
perator. Beati estis uos monachi,
qui securam uitam habetis, & nō
cogitatis de hoc seculo. Verita-
tem dico uobis, quia licet in Im-
perio natus sim nunquam tamen
ita delectatus sum pane & aqua
sicut hodie. Satis enim & libenter
comedi, & capit extunc hono-
rare eum Imperator. Senex ergo
egrediens fugit, & iterum uenit
in Aegyptum. ¶ Dicebant senes.
Quia quando tentamur, tunc
magis humiliamur, quonia Deus
sciens infirmitatem nostram pro-
tegit nos, si autem gloriamur au-
fert a nobis protectionem suam
& perimus. ¶ Cuidam fratri ap-
paruit diabolus transformatus in
angelum lucis, & dixit ad eum.
Ego sum angelus Gabriel. Quare
clausisti oculos tuos. Ego sum mis-
sus ad te. Ille autem dixit ei. Vide
ne forte ad alium missus sis, ego
enim non sum dignus ut angelus
mittatur ad me, diabolus autem
statim non compauit. Dicebant
senes. Quia si uel pro ueritate an-
gelus tibi appareat non suspicias
facile, sed humilia te metipsum di-
cens. Non sum dignus uidere an-
gelum, uiuens in peccatis. ¶ Narrauerunt de alio sene, quia
sedens in cella sua, & sustinens
tentationes uiderit demones ma-
nifeste

rifeste & contempserit eos. Cum autem diabolus se videret vincia sene, venit & ostendit se ei dicens. Ego sum Christus, quare clausisti oculos tuos. Et respondens senex dixit ei. Ego hic Christum nolo videre, sed in alia vita. Audiens autem hac diabolus non comparuit.

¶ Alteri senem volentes seducere demones dixerunt ei. Vis videre Christum. Et ille dixit. Anathema vobis, & de quo dicatis, ego autem meo Christo dicenti credo si quis vobis dixerit ecce hic est Christus ecce illic, nolite credere. Quo dicto statim, non comparuerunt.

¶ Narrauerunt de alio senē, quia perseveravit ieiunans septuaginta hebdomadas, semel in hebdomada se reficiens, hic postulabat a Deo de quodam sermone scripturarum sanctarum, & non revelabat ei Deus. Dixit ergo in semet ipso ecce tantum laborem assumpsi, & nihil profeci, vado ergo ad fratrem meum & requiram ab eo. Qui cum egressus clausisset ostium ut abiret, missus est ad eum angelus Domini dicens. Septuaginta hebdomadae quas ieiunasti non te fecerunt proximum Deo, nunc vero quando ita humiliatus es, ut ad fratrem tuum pergeres missus sum tibi indicare sermonem & aperirens ei de re quam quaerebas discessit angelus ab eo. ¶ Dicebat senex quidam. Quia si quis timore Dei & humilitate iniungit fra-

tri aliquid facere, sermo ipse qui propter Deum egreditur facit fratrem illum subiectum exillere, & implere quod fuerat imperatum, si autem quis volens iubere fratri, & non hoc secundum timorem Dei fecerit, sed quasi per auctoritatem, volens sibi in eo potestate defendere Deus qui videt occulta cordis, non permittit eum audire vel facere quod iubetur. Manifestum est enim opus quod secundum Deum fit, & iterum manifestum est quod pro voluntate aut potestate iniungitur, quoniam quod a Deo est cum humilitate & obsecratione imperatur, quod autem ex potestate est cum furore & perturbatione, ut pote quoniam a maligno est. ¶ Dixit senex volens vinceri magis cum humilitate quam vincere cum superbia. ¶ Dixit senex non contempnes astantem tibi quoniam nescis utrum in te sit spiritus Dei, an in illo. Astantem autem tibi dico eum qui minister tuus est. ¶ Frater aliquis interrogavit senem dicens. Si habito cum alijs fratribus & video aliquam rem inconuenientem vis ut loquar, & dixit ei senex. Si sunt aliqui maiores tibi aut coetanei, tace magis, & requiem habebis. In hoc enim te minore facies, etiam securum te reddes. Dixit ei frater. Quid ergo facio pater perturbat enim me spiritus, dixit ei senex. Si laboras, comonefacito semel humiliter. Si autem non obediunt tibi, relin-

que

que labores tuum in conspectu Dei, & ipse te consolabitur. Hoc est enim ut proiciatur se Dei cultor coram Deo, & relinquatur voluntates suas. Attende autem tibi ut secundum Deum sit sollicitudo tua, & tamen quomodo video, bonum est tacere humilitas enim tibi est taciturnitas. ¶ Frater quidam interrogavit senem, dicens quid est profectus homines, & respondit ei senex, profectus hominis est humilitas. Quantum enim quis ad humilitatem inclinatus fuerit, tantum eleuabitur ad profectum. Dixit senex. Quia si quis dicat, ignoscite mihi humilians se, combaret demones tentatores. Dixit senex. Si acquisieris taciturnitatem non habeas apud teipsum, quasi aliquam virtutem iam obrinueris, sed dic quia indignus sum loqui. ¶ Dicebat senex quidam, nisi velauerit pastor oculos animalis circuentis ad molam conuerteret se animal & comederet labores suos, ita & nos velamen accipimus secundum dispensationem Dei, ne videamus quae operamur bona, & beatificantes forsitan nosmet ipsos perdamus mercedem nostram. Propterea ergo relinquimur per intervalla temporum simul & semel sordidas cogitationes assumere ut cum easdem cogitationes aspiciamus, nosmet ipsos proprio iudicio condemnemus. Haec enim sordide ipse co-

gitationes, velamen sunt ipsius modici boni operis. Quando autem homo seipsum accusat, non perdit mercedem suam. ¶ Dixit senex quidam, volo magis doceri quam docere. Item dixit. Non doceas autem tempus alioquin omni tempore vitae tuae minoraberis intellectu. ¶ Interrogatus est quidam senex, quid est humilitas, & respondens dixit. Humilitas magnum opus est & diuinum. Via autem humilitatis haec est ut labores corporales assumi debeant, & ascribat seipsum homo peccatorem, & ponat se subiectum hominibus, & dixit frater. Quid est esse sub hominibus? Respondit senex. Hoc est esse subiectum hominibus ut non attendat quis aliena peccata, sed sua semper aspiciat, & deprecetur sine intermissione Deum, ut ignoscat. ¶ Rogavit quidam frater senem dicens, dic mihi unam rem quam custodiam, & unam per eam. Et dixit ei senex. Si poteris contumeliam pati & sustinere magnum est hoc, & super omnes virtutes. Dixit senex. Qui contemptum & iniuriam & damnum patienter fert potest saluus esse. Dixit senex quidam. Non habeas notitiam cum abbate, neque frequenter adiungeris ei, quoniam ex hoc fiduciam sumes, & desiderare incipies ut teneas etiam ipse primatum. ¶ Frater quidam erat in congregatione & omne pondus quod fratribus im-

Tit 2 - miacba

minebat ipse suscipiebat, ita ut se etiam in fornicatione accusaret. Quidam autem fratres ignorantes actus eius ceperunt murmurare aduersus eum dicentes. Quanta mala fecit hic & nec operatur. Abbas autem sciens quae agebat frater ille, dicebat fratribus. Plus volo vnam mattulam istius fratris cum humilitate, quam omnes vestras cum superbia, & ut de monstraret ex Dei iudicio qualis esset. Frater ille artulit omnia quae operati fuerant alij fratres, & mattam eius de quo querebantur, & accendit ignem, & iactauit in medium, consumptaque sunt opera, & matta illorum omnia, matta autem fratris illius illesa permansit. Hoc autem videntes illi fratres timuerunt & poenitentiam coram illo egerunt habentes eum deinceps velut patrem. ¶ Interrogatus est quidam senex quomodo quidam dicerent videre se aspectum angelorum & respondit dicens. Beatus est qui peccatum suum seipsum videt. Frater aliquis contristabatur aduersus alium fratrem. Quod audiens ille venit satis facere. Ille autem non aperuit ei ostium cella sua. Perrexit ergo ille ad quendam senem & dixit ei causam, & respondit ei senex. Vide ne quasi iustitiam adhibeas causa apud teipsum in corde tuo tanquam culpaturus fratrem tuum, ut quasi illum re-

prehendas, & teipsum iustifica & propterea non teigit Deus cor eius, ut aperiret tibi. Verumtamen hoc est quod dico tibi, ut si vel ille peccauit in te poas in corde tuo, quia tu in illo peccaueris & fratrem tuum iustifica, & tunc Deus dat in corde illius concordare tecum. Et narrauit illi exemplum tale dicens. Duo quidam erant seculares & religiosi & colloquentes secum egressi sunt & facti sunt monachi, emulationem autem habentes vocis euangelicae sed non secundum scientiam, castrauerunt se quasi propter regnum caelorum. Audiens autem hoc Archiepiscopus, excommunicauit eos. Illi autem putantes quia bene fecisset indignati sunt contra eum dicentes. Nos propter regna caelorum castrauimus nos & excommunicauit nos. Eamus & interpellemus aduersus eum Hierosolymorum Archiepiscopum. Abeuntes ergo indicauerunt ei haec omnia, & dixit eis Archiepiscopus Hierosolymitarum. Et ego vos excommunico. Ex quo iterum contristati abierunt Antiochiam ad Archiepiscopum, & dixerunt ei omnia quae acta fuerant circa se. Et ille similiter excommunicauit eos & dixerunt ad semetipsum. Eamus Romam ad Patriarcham, & ipse nos iudicabit de omnibus istis. Euntes ergo ad summum Archiepiscopum Romanam

manam ciuitatis suggererunt ei quae fecerunt eis memorari Episcopi, dicentes. Venimus ad te, quia tu es caput omnium, dixit eis & ipse. Et ego vos excommunico, & segregari eritis. Tunc defecerunt exortes totius consilij & dixerunt ad semetipsum. Isti episcopi sibi inuicem deferunt & consentiunt propter quod in Synodis congregantur. Sed eamus ad illum virum Dei sanctum Epiphaniu episcopum de Cypro, quia propheta est & personam hominis non accipit. Cum autem proximarent ciuitati eius reuelatum est ei de ipsis. Et mittens in occursum eorum madauit eis, ne intretis ciuitatem istam. Tunc illi in se reuersi dixerunt. In veritate nos culpabiles sumus. Ut quid ergo nos ipsos iustificamus? Nanquid quia illi nos iniuste excommunicauerunt, etiam & iste propheta? Ecce enim Deus reuelauit de nobis, & reprehenderunt semetipsum valde, similiter & culpam quam fecerant. Tunc videns Deus qui corda nouit quia se in veritate culpabiles fecerant reuelauit episcopo Epiphanio, & vltro misit & adduxit eos. Et consolatus eos suscepit in communionem, & scripsit de eis Archiepiscopo Alexandria dicens. Suscipe filios tuos, quoniam in veritate poenitentia egerunt. Et addit senex, qui hoc exemplum narrauerat dicens. Haec est sanitas hominis, & hoc est

quod vult Deus, ut homo culpam suam projiciat ante Deum. Haec autem cum dixisset frater, fecit secundum verbum senis, & perges pulsa uitostium fratris. Ille autem mox ut sensit eum, primus apud illum de intus poenitentiam gessit, aperuitque statim ostium & osculati sunt se inuicem ex animo, & facta est inter utrosque pax magna. ¶ Duo monachi qui erant etiam carnales fratres, habitabant simul & volebat diabolus separare eos ab inuicem. Semel ergo vnus qui erat iunior atate incendit lucernam, & posuit eam super candelabrum. Fecit autem opera sua daemon & euerit candelabrum, pro qua re cecidit cum maior frater cum ira. Ille autem poenitentiam egit, dicens ei. Habe patientiam in me frater. Et iterum incendam eam. Et ecce virtus Domini venit, & torquebat daemone illum vsque mane. Daemon autem nunciauit principi suo quid factum fuisset. Et audiuit sacerdos paganorum id quod retulerat daemon & egressus factus est monachus & ab initio conuersationis suae tenuit humilitatem dicens. Humilitas soluit omnem virtutem inimici, sicut ego audiui daemones loquentes dicendo. Quia quando perturbamus monachos conuertit vnus ex eis & agit poenitentiam, & destruit omnem virtutem nostram.

¶ *Incipit liber de Penitentia.*

Dicebant fratres de abbate Gelasio; qui habuerit codicem in membranis valentem solidos decem & octo. Continebat enim vetus & nouum testamentum totum & positus erat codex ipse in Ecclesia, ut qui vellet de fratribus legeret in eo. Superueniens autem quidam frater peregrinus applicuit ad senem, & videns codicem illum concupiuit, & furatus est eum & exiit atque discessit. Senex autem non est secutus post eum ut comprehenderet eum, cum utique intellexisset quod fecerat. Ille autem pergens in ciuitatem quarebat cui venderet eum. Et cum inuenisset qui vellet emere, cepit sedecim solidos pretium ipsius postulare. Ille vero volens comparare dixit, Da mihi primum ut ostendam eum & sic dabo tibi pretium. Dedit ergo illi codicem ad ostendendum alii cui. Quem accipiens ille qui emere cupiebat, attulit eum ad abbatem Gelasium ut probaret si bonus esset codex, aut si tantum valeret. Dixerat enim ei, & quantitatem quam venditor postulabat. Et dixit senex Gelasius. Emere illum quia bonus codex est, & valet hoc pretium, quod dicit tibi. Ille autem retulit venditori aliter, & non sicut audierat a senere dicitur. Et ecce ostendi codicem illum abbati Gelasio, & dixit mihi quia bonus est

sed non valet quantum dixisti. Ille hoc audiens dixit ei. Nihil aliud dixit senex. Et respondit. Nihil. Tunc dixit ei. Iam nolo videre codicem istum. Compunctus autem venit ad senem penitentia agens & rogans eum ut codicem reciperet. Senex autem volebat eum recipere. Tunc dixit ei frater. Quia si non recipis eum non possum securus esse. Et dixit ei senex. Si non potes securus esse nisi recipiam, ecce recipio eum. Et remansit frater ille apud eum, usque ad exitum suum, proficiens de patientia senis. ¶ Factus est aliquando conuentus in cellis pro quadam causa, & locutus quidam euagrius abbas & dixit ei presbyter monasteriorum. Scimus abba euagri, quia si scelles in patria tua forte aut episcopus eras, aut matorum caput, nunc autem hic velut peregrinus sedes ille vero compunctus non quidem tribulanter aliquid respondit, sed mouens caput, respiciens ad terram digito scribebat & dixit eis. Reuera fratres ita est. ¶ Sedente aliquando abbate Ioane breui statura ante ecclesiam circumdederunt eum fratres, & exquirebant ab eo singuli de cogitationibus suis. Quidam autem senex hoc audiens, accensus inuidia dixit ei. Surricula tua abba Ioannes plena veneno est. Et respondit ei abbas Ioannes. Ita est abba. Hoc autem dixisti quia ea que foris sunt tantum modo

modo vides. Si autem videres que intro sunt, quid eras distutus? Dicebant de Ioanne minore de Thebaida qui fuit discipulus abbatis Anthonij, quia duodecim annos fuerat in ministerio seruans seni in infirmitate eius, & post hæc sedebat super mattam. Senex vero contristabatur pro eo. Et cum multam laborasset cum illo, nunquam dixit ei sanus esto. Quando autem iam moriturus erat, residentibus senibus loci tenuit manum eius & dixit. Sanus sis, sanus sis, sanus sis. Et tradidit eum senibus dicens. Hic angelus est, non homo. ¶ Dicebant de abbate Isidoro qui erat in Scythia, quia si quis habuisset fratrem infirmum aut pusillanimum, aut iniuriosum, & volebat eum expellere foras, ille dicebat. Adducite eum ad me. Et apprehendens eum patientia sua curabat animum fratris illius. ¶ Abbas Macharius in Aegypto positus inuenit hominem, qui adduxerat animal, & rapiebat que habebat. Ipse vero ut peregrinus astitit furi & adiuuabat eum ad animal operandum, & cum omni quiete deduxit eum, dicens in semetipso. Nihil intulimus in hunc mundum sed Dominus dedit, & sicut ipse voluit ita factum est, benedictus in omnibus Deus. ¶ Facta aliquando congregatio

ne fratrum in Scythia cum voluissent fenem probare abbatem Moysen contempserunt eum dicentes, ut quid iste Aethiops in medium nostrum venit. Ille autem audiens tacuit. Cum vero dimissus fuisset conuentus dixerunt ei hi qui iniuriose eum tractauerant nec modo non es turbatus? & ille respondit, turbatus sum, & non sum locutus. ¶ Paysius frater abbatis Pastoris habuit affectum cum quodam monacho ex cella sua. Abbas autem Pastor volebat hoc. Qui consurgens iuit ad abbatem Ammonam, & dixit ei. Frater meus Paysius habet cum quodam affectum, quod ego non libenter fero, dicit ei abbas Ammonas, abba Pastor ad huc viuis vade in cellam tuam, & pone in corde tuo, quia iam annum habes in sepulchro. ¶ Dixit abbas Pastor. Omnis labor quicumque euenerit tibi, ex raciturnitate superatur. ¶ Quidam frater laesus ab alio fratre venit ad abbatem Syfoy Thebeum, & dixit ei. Laesus sum a quodam fratre, & volo me ego vindicare. Senex autem rogabat eum dicens. Noli tibi, sed dimitte magis Deo vindictam. Ille autem dicebat. Non quiesco, donec me fortiter vindicauero. Dixit autem senex. Quia hoc semel tuiisti apud te surge oremus. Et surgens senex dixit.

Deus iam nobis non est necessarius quia nos ipsi & volumus & possumus nos vindicare. Hoc autem audiens frater, cecidit ad pedes senis illius dicens. Jam non contendam cum fratre illo, sed rogo ignosce mihi. ¶ Quidam videns quendam religiosum portantem mortuum in lecto, dicit ei, mortuos portas, vade & viuentes porta. ¶ Dicebant de quodam monacho quia quanto quis appetisset aut exacerbasset eum tanto magis ille ad eum concurrebat dicens. Quia huiusmodi causa homines corriguntur ab his qui in conversatione studiosi sunt. Nam qui eos beatificat magis confundunt animas eorum. Scriptum est enim. Quia qui beatificant vos seducunt vos. ¶ Venerunt aliquando latrones in monasterium cuiusdam senis & dixerunt ad eum. Omnia que in cella tua sunt tollere volumus, & ille dixit. Quantum vobis videtur tollite filij. Tulerunt ergo quodcumque inuenierunt in cella senis, & abierunt. Obliti sunt autem ibi facculum quod erat absconditum in cella. Senex vero tollens eum securus est post eos clamans & dicens. Filij tollite quod obliti estis in cella, illi vero admirantes patientiam senis renocauerunt omnia in cellam eius & poenitentiam egerunt omnes adiuuicem dicens. Hic vere homo Dei est. ¶ Fratres quidam venerunt ad quendam

senem sedentem in deserto loco & inuenierunt foris extra monasterium pueros pascentes pecora & loquentes verba que non decebat, postquam vero viderunt senem & indicauerunt ei cogitationes suas & de responsione eius se profecisse. Seneserunt dicunt ei, abba quomodo acquiescis tecum habitare pueros istos, & non precipis eis ut constringantur, & dixit senex. Credite mihi fratres, dies habeo multos ex quo volo eis precipere, & redarguo me ipsum dicens. Si hoc parum non portauero, quomodo maiorem tentationem (si permiserit mihi Deus inferri) portare possum? propterea nihil eis dico, ut fiat consuetudo portandi ea que superuenerint. ¶ Narrauerunt de quodam senem qui habuerit puerulum cohabitantem secum & videns eum quia fecerit opus quod non expediebat dixit ei semel. Non facias hanc rem, & ille non obeduit ei. Hoc autem senex videns abiicit de cogitatione sua curam illius iactans proprium iudicium super ipso. Puer autem clausit ostium celle in qua erant panes per tres dies & dimisit senem ieiunum & non dixit ei senex ubi es, aut quid facis foris? Habebat autem vicinum senem, qui cum agnouisset quia tardaret puer ille fecit puluerem modice & dabat ei per parietem & rogabat ut gustaret. Et dicebat seni, Quid tardat frater ille foris, senex vero

vero dicebat. Quando ei vacauerit reuertetur. Narrauerunt aliqui. Quia philosophi quidam aliquando voluerunt probare monachos, & venit vnus monachus transiens stola iadatus & bene vestitus. Et dixerunt ei philosophi. Tu veni huc monache. Ille vero indignatus iniurijs aggressus est eos. Transiit & alter monachus magnus rusticus genere, & ipsi dixerunt ei. Tu monache male senex veni huc. Ille vero cursim venit & coeperunt ei alapas dare. Ille autem conuertit eis aliam, maxillam. Statim vero philosophi illi surrexerunt & adorauerunt eum dicentes. Vere hic est monachus. Et fecerunt eum sedere in medio sui, & interrogauerunt eum dicentes. Quid est quod plus facitis nobis in solitudine ista. Ieiunatis & nos ieiunamus. Castigatis corpora vestra, & nos castigamus. Sed quicquid aliud facitis, & nos facimus. Quid ergo plus facitis nobis sedentes in Eremito. Respondit eis senex. In gratia Dei speramus nos & mentem nostram custodimus. Et illi dixerunt ei. Nos hoc custodire non possumus. Et edificati, dimiserunt eum. ¶ Senex quidam erat habens probatum discipulum, quem aliquando contristans expulit foras. Ille vero expectabat sedens foras & aperiens senex ostium inuenit eum & poenitentiam egit apud eum dicens. Ab

hodierno die tu pater meus es quam humilitas & patientia tua vicit pusillanimitatem animi mei. Veni ergo intus: amodo enim tu pater & senex, ego autem iuuenis & tuus discipulus: quoniam opere tuo superasti senectutem meam. ¶ Dicebat quidam senem, quod audierit ab aliquo viro sancto esse iuuenes, qui ducatum preberent senibus in vita ista, & narrauit dicens, quia erat quidam ebriosus senex, & operabatur vnam mattam in die, & vendebat eam in vicino vico & bibebat quod accipiebat de pretio eius. Postea ergo venit ad eum iuuenis quidam frater, & manebat cum ipso, qui similiter operabatur & ipse mattam vnam tollebat autem senex & vendebat, & ambarum mattarum pretium expendebat in vino. Illi autem fratri afferebat tantummodo modicum panis ad vesperam. Et cum hoc triennio iugiter faceret nihil locurus est frater ille. Post haec vero dixit frater ille in semet ipso. Ecce nudus sum, & panem cum egestate comedo, surgam ergo & discedam hinc. Iterum autem cogitauit in semet ipso dicens. Vbi habeo ire? Sedebo hic. Ego enim propter Deum sedebo in hac vita communi: & statim apparuit ei angelus domini dicens, Nuncquam discedas veniemus enim ad te cras, & rogauit frater senem dicens. Non discedas hinc alicubi:

qui venient hodie mei tollere me. Cū ergo facta esset hora, qua solebat senex descendere ad vicum, dicit fratri, Noli venient hodie, filijam enim tarde est. Et ille dixit ei, Omnino scias, quia veniet: & dum hæc loqueretur, dormiuit in pace. Senex autem stabat dicens, Heu heu me fili, quia multis annis sub negligentia viortu autem paruo tempore saluam fecisti per patientiam animam tuam: & ex illo die factus est senex sobrius & probatus. Dicebant de quodam fratre, qui feni cuidam agno vicinus erat, quia ingredere tur & raperet quicquid habebat senex in cella sua. Videbat autem senex, & nō obiurgabat eum, sed extorquebat sibi plus solito manibus operari dicens, Credo opus habet iste frater: & exigebat a se maiorem solito laborem & astringebat ventrem suum, ut cum indigentia comederet panem suum. Cum autem mori cœpisset senex ille circumsteterunt eum fratres & respiciens in eum qui furabatur, dixit ei, Iungete huc ad me, & tenuit, & osculatus est manus eius dicens, Gratias ago istis manibus fratres, quia propter ipsas vado ad regnum celorum. Ille autem compunctus & poenitentiam agens factus est & ipse probatus monachus, exemplum sumens de adibus magni sancti illius. Fuit quidam meretrix nomine Thais

tanta pulchritudinis, ut multi propter eam venditis substantiis suis penè ad ultimam petuissent paupertatem, & amatores sui pro zelo viribus inter se confertis frequentes puella limina sanguine mœnium replebatur. Quod cum audisset abbas Paphuncius, sompno habitu seculari, & vno solido profectus est ad eam ad quadam civitatem Aegypti deditque ei solidum quasi pro mercede peccandi, illa accepto pretio ait illi, Ingre diamur domum. Cum autem ibi esset & lectum pretiosis vestibus stratum ascendere inuitaretur, dicit ad eam, Si est interius cubiculum in ipsum eamus. Illaque dixit, Et quidem cubiculum ubi nullus ingreditur, sed Deo nō est ab se odatur. Quod cum senex audisset dixit ei, Et scis esse Deum? Cum autem respondisset se scire Deum, & regnum futuri seculi, nec non & tormēta peccatorum. Dixit ei senex, Si ergo hæc nosti, cur tantas animas perdidisti, ut non solum pro tua sed & illorum animabus reddita ratione damneris? Illa vero hæc audiens pronoluit ad pedes abbatis Paphuncij exorabat dicens, Scio esse poenitentiam parer, & confido remissionem peccatorum: foris te exorante Tameam per octiduas horas inductas, ut post hoc ubi iusseris ad te veniam, & quodcumque pe-

cepe-

ceperis faciam. Cumque locum illi abbas constituisset in quo venire deberet, illa collectis omnibus quæcumque ex peccato susceperat perlarisque in mediam civitatem combussit ichemans: Venite omnes qui peccastis mecum, & videte quomodo ea quæ mihi contulisti exorta. Exorta autem pretia eorum bonorum quadringenta ū librarum aurum. Cumque omni acō sumpsisset in locum, quem ei abbas constituerat perrexit. Quam illi re paruo virginum monasterio, in cella parua claudens ostium cella plumbo signavit, paruaque fenestram reliquit per quam si quis etas modicus inferretur, iussitque omnibus diebus paruo panis, & paululum aquæ a ministris ministrari. Cum autem senex ostium plumbato discederet ait Thais, Quo iubes pater ut ex naturali meo aquam meam fundam. At ille respondit, in cella. Sic enim digna es. Cum iterum quem admodum Deum deberet orare, inquireret, Dixit ei senex, Non es digna nominare Deum neque in labijs tuis nec ad solam manum expandere: quæ labijs tuis iniquitate sunt plene, & manus tuæ sordibus inquinæ, sed manum in modum quibus cœca orientibus aspice: hunc sermonem semper iterans, qui me plasmasti miserere mei. Cum ergo tribus annis ita fuisset inclusa, cōdo-

luit ei abbas Paphuncius, & in ex profectus ad abbatem Antonij, ut ab eo inquireret, si remississet illi, Deus peccata an nō. Cum ergo causam rei narrasset, convocatis discipulis suis abbas Antonij præcepit ut illa nocte omnes vigilarent, & in oratione perseverarent singulis quatenus, vni alicui ex his declararet, Deus causam, qua abbas Paphuncius venerat. Cū ergo singuli successissent, & incessanter orassent abbas Paulus maior discipulus beati Antonij abbatris, vidit subito in celo lectum pretiosis vestibus adornatum quem quatuor virgines clara facie custodiebant. Cumque Paulus intra se diceret, Non est hæc gratia alterius nisi patris mei Antonij, vox ad eum divina facta est, nō patris tui Antonij, sed Thaidis meretricis, est. Quod cum mane facto abbas Paulus retulisset cognita Dei voluntate abbas Paphuncius cum gaudio discessit, & profectus ad monasterium, in quo erat inclusa, ostium, quod obstruxerat dissipavit. Illa vero perhibere, ut adhuc permaneret diutius inclusa. Cum vero aperuisset ostium dixit, Egredere quoniam Deus dimittit tibi peccata tua. Illa respondit, Testor Deum: quoniam ex quo hic ingressa sum, ex omnibus peccatis meis feci velut sarcinam, & statui ante oculos meos. Et sicut non disce-

di,

dit anhelitus de matibus meis in hora, sic ne discesserunt peccata mea ab oculis meis, sed flebam illa semper considerans. Cui abbas respondit. Non propter poenitentiam tuam dimisit tibi Deus peccata tua, sed quia semper hunc timorem habuisti in animo. Et cum eam inde eduxisset, quindecim dies superuixit tantum & quieuit in pace. ¶ Quidam frater sedebat in cella in Aegypto, magna humilitate principis. Habebat autem sororem in ciuitate metropolitica, quae multis animabus perditio fuerat. Frequenter ergo monebant senes fratrem illum, & vix potuerunt ei persuadere, ut veniret ad eam, quatenus per admonitionem eius posset peccatum, quod per eam fiebat terminari. Dum ergo veniret ad locum quidam ex notis videns eum processit, & nuntiavit mulieri dicens. Ecce frater tuus venit ad te de Beremo, illa autem pro gaudio relictis amatoribus suis quibus ministrabat capite discooperto ad occurrendum fratri egressa est. Et cum vidisset eum dum tentaret illum amplecti dixit ei ille. Soror mea charissima, parce iam animae tuae: quoniam propter te multi pereunt. Considera quanta habes tormenta preparata, nisi cito poenitere festinaueris. Illa autem contemiscens dicit ad eum. Et sis frater, quia est mihi salus

vel amodo. Cui ille dixit. Si uolueris adhuc salus tibi est. Illa autem tenuit ad se ad pedes fratris sui peribat, ut eam secum duceret in desertum. Cui frater suus dixit. Vade & coeperi caput tuum & sequere me. Cui illa respondit. Eamus, ait, velociter. Oporter enim me deformare, & inter homines potius nudo capite deambulare, quam in officinam peccati mei iterum ingredi. Dum autem pariter ambularent monebat eam frater ad poenitentiam. Videns autem ille quia quidam fratres oquiarent ei dicit ad eam. Quoniam necdum omnes sciunt, quod soror mea sis, parum de via secede donec isti transeant. Quod cum fecisset postquam tranfierunt illi, vocauit eam frater suus dicens. Veni soror mea eamus viam nostram. Illa autem non respondit ei. Perquisrens ergo ille inuenit eam mortuam, & vestigia pedum eius plena sanguine. Erat enim discalciata. Tunc ille flens & eiulans nuntiavit senioribus patribus omnia quae facta fuerant. At illi contendebant inter se de saluatione eius. Manifestauit autem Dominus uni seni de ipsa, eo quod nul lacura illi fuit de re corporali, sed ut proprium vulnus sanaret neglexit omnia sua, & suspirauit grauiter & fleuit pro peccato suo propterea suscepit. Deus poenitentiam.

¶ Incipit

¶ Incipit liber de Charitate.

Dixit abbas Antonius. Ego iam non timeo Deum, sed amo, quia amor foris mitit timorem. Dixit iterum, quia de proximo est vita & mors. Si enim lucratur fratrem, lucrabitur Christum. Si autem scandalizamus fratrem in Christum peccamus. Abbas Annon de loco Nytria venit ad abbatem Antonium & dixit ei. Video quia maiorem laborem quam tu sustineo, & quomodo nomen tuum magnificatum est in hominibus super me. Et dixit ei abbas Antonius. Quoniam & ego diligo Deum plus quam tu. ¶ Venit aliquando abbas Hylarion de Palestina ad abbatem Antonium in montem & dicit ei abbas Antonius. Bene uenisti Lucifer qui mane oriris. Et dicit ei abbas Hylarion. Pax tibi columna lucis qui sustines orbem terrarum. Dixit abbas Marcus abbas in Arsenio. Quare nos fugis? Et dicit ei senex. Scit Deus quia diligo vos, sed non possum esse cum Deo & hominibus. Superiorum enim virtutum millia & millium millia vnam habent voluntatem, habent autem homines multas voluntates, non possum ego Deum dimittere & venire & esse cum hominibus. ¶ Dixit abbas Agathon, quia secundum voluntatem meam nunquam dormiuit, retinens in corde dolorem quinquam ad

uersus aliquem neque dimisit dormire aliquem habentem aduersum me aliquid. Ascendente aliquando de Scythia abbate Ioanne cum alijs fratribus errauit qui eis ducatum praebebat in via (erat enim nox) & fratres dixerunt. Abbae Ioanni. Quid faciemus abba quia errauit frater iste de via ne forte moriamur errantes. Et dixit eis senex. Si dixerimus ei aliquid contristabitur. Sed ecce facio me ipsum quasi defunctum, & dico me non posse ambulare, sed iaceo hic usque mane & fecerunt sic. Sed & residui dixerunt. Nec nos ibimus fedebimus tecum. Et sederunt usque mane ne obiurgarent fratrem illum. ¶ Senex quidam erat in Aegypto antequam veniret illuc abbas Pastor. Ille autem senex habebat notitiam hominum, & multum honorem. Cum ergo ascendisset abbas Pastor de Scythia cum suis dimiserunt homines senem illum & venerunt ad abbatem Pastorem. Ductus autem inuidia senex male loquebatur de eis. Hoc audiens abbas Pastor contristabatur, & dixit fratribus suis. Quid faciemus de senex isto magno, quia nos in tribulationem miserunt homines dereliquentes senem, & ad nos qui nihil sumus attendentes? Quomodo ergo possumus facere eum? Et dixit eis. Facite aliquid ad gustandum, & tollite vasculum vini, & eamus ad eum & simul

simul gustemus, forsitan per hoc possumus sanare animum eius. Tulerunt ergo quos parauerant cibos & perrexerunt ad eum & dum pulsasset ostium, respondit discipulus eius dicens, Qui estis, & illi dixerunt, Dic abbati tuo, quia abbas Pastor est, & desiderat benedici per vos. Hoc autem nuntians ei discipulos eius, ille mandauit dicens, Vade dic eis quia mihi non vacat. Illi autem perseuerantes in caritate dixerunt, Non discedemus nisi meruerimus benedictionem senis. Senex autem videns perseuerantiam eorum & humilitatem compunctus aperuit eis, & intrantes gustauerunt cum eo. Cum vero manducarent, dixit senex, In veritate dico, minus est, quod audiui de vobis, centuplum enim est quod video in opere vestro. Factus est ergo eis amicus ex illo die.

¶ Dixit abbas Pastor, Conare secundum virtutem tuam nulli omnino facere malum, & castum serua cor tuum cum omni homine. Iterum dixit, non est aliquid maius in dilectione, quam ut animam suam ponat quis pro proximo suo. Etenim si quis audiens sermonem tristem cum posset ipse id facere, certet atque sustineat, & non contristet eum, vel etiam si laesus in re aliqua patienter tulerit non retribuens contristans atque ledenti se co-

do, huiusmodi homo animam suam ponit pro proximo suo.

¶ Contigit aliquando abbate Pambo iterum cum fratribus in partes Aegypti facere, & videns quosdam seculares sedentes dixit eis, Surgite & salutate, & osculamini monachos, ut benedicamini, frequenter enim cum Deo loquantur, & sancta sunt ora eorum. ¶ Dicebant de abbate Paphuncio, quia non cito bibebat vinum. Aliquando autem in itinere ambulans superuenit in conuentum latronum, & inuenit eos bibentes. Cognouit autem eum qui erat primus latronum, & sciebat quia non biberet vinum. Videns ergo eum de multo labore impleuit calicem vini, & alia manu tenuit gladium euaginatum, & dixit seni, Si non biberis occidam te. Senex vero sciens, quia mandatum Dei vult facere & volens eum lucrari, accepit & bibit. Ille vero princeps latronum penitentiam apud eum egit dicens, Ignosce mihi abba, quia contristavi te. Et dixit ei senex, Credo in Deo meo, quia per hunc calicem faciat misericordiam tecum, & in hoc seculo & in futuro. Et respondit latro. Et ego credo in Deo, quia a modo non faciam alicui quicquam mali, & laetatus est senex omne collegium illorum latronum, per id quod se propter Deum dimisit voluntati eorum.

eorum. ¶ Dixit abbas Hipericius, Eripe proximum a peccatis quantum tibi est virtus sine imperio quoniam Deus conuerentes a peccatis non repellit a se. Verbum autem malitiae & nequitiae non habiter in corde tuo aduersus fratrem tuum, ut possis digne orare. Pater dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. ¶ Duo fratres erant in cellis unus autem ex eis senex erat. Et rogabat eum qui erat iuuenis dicens, Manteamus simul fratres. Et ille dixit ei, Peccator sum & non possum manere tecum. Ille autem rursus rogabat eum dicens, Etiam possumus. Erat autem senex ille mundus, & volebat audire, quia monachus haberet in cogitatu fornicationem, & dicit frater, Dimitte me una hebdomada, & iterum loquamur. Venit ergo postmodum iuuenis ille & volens senem probare dicebat, In magnam tentationem incurri hebdomada ista abba. Pergens enim pro ministerio quodam in vico incidit in mulierem, & dixit ei senex, Est tibi poenitentia. Et dixit frater, etiam Senex autem dixit, Ego tecum porto medicinam peccati huius. Tunc dixit frater ille, Modo scio quia possumus simul esse, & manserunt simul usque ad exitum tuum.

¶ Dixit quidam patrum, si quis te petierit rem aliquam & violenter praestiteris ei, sit voluntas

animi in id quod datur sicut scriptum est, quia si quis te angariaverit unam milliarium vade cum ipso duo, hoc autem est, ut si quis ante petierit rem aliquam des ei ex animo & spiritu.

¶ Dicebant de quodam fratre, quia cum fecisset sportas & imposuisset eis ansas audiuit vicinum suum alium monachum dicentem, Quid facio, quia proximum est mercatum, & non habeo ansas quas imponam sportis suis, & attulit eas fratri illi vicino, dicens, Ecce istas ansas superfluas habeo, tolle eas & impone sportis tuis, & fecit opus fratris sui perficere ad quod opus erat propriam autem opus reliquit imperfectum. Dicebant de quodam sena in Scythia, quia aegrotauit, & voluit manducare modicum panis recentis: hoc autem audiens quidam exercitatorum fratrum tulit melotem suam & misit in eam panem siccum & vadens in Aegyptum mutuauit illa pro pane recenti, & attulit seni. & cum vidissent fratres panes illos recentes mirati sunt: senex autem volebat gustare dicens: quia sanguis fratris illius est, & rogauerunt illum fratres dices: propter dominum comedere vacuū sit sacrificium fratris istius. Atque ita rogatus comedit. Frater quidam interrogauit quendam senem, dicens, Duo sunt fratres ex qui-

ex quibus vnus quiescit in cella sua protrahens ieiunium sex dierum & multum sibi laborem imponens, alter vero aegrotantibus deseruit, cuius pondus magis acceptum est Deo: Respondit ei senex. Si frater ille qui sex diebus ieiunium leuat appēdat se per nares nō potest esse aequalis illi qui infirmantibus deseruit. ¶ Interrogauit quidam senem quendam dicens: quomodo sunt modo quidā laborantes in conuersatione & nō accipiunt gratiam sicut antiqui: Dixit ei senex. Quia tunc charitas erat & vnusquisque proximum suum trahēbat: furtum nūc autē refrigēscēte charitate vnusquisque proximum suum deorsum trahit & propterea gratiam non meremur accipere. Perrexerunt aliquādo tres fratres ad messem: & susceperunt certum spacium sexaginta modiorū, quod meterēt. Vnus autem ex eis ipsa prima die infirmari cōcepit & reuersus est ad cellam suam. Duo autem remanserunt, & dixit vnus alteri: ecce frater vides quia incurrit aegritudinem frater noster extorque ergo tu animo tuo paululum: & ego meo similiter & credim⁹ in Deo, quia per orationem fratris nostri implebimus nos duo opera & metamus partem ipsius: cum ergo explicassent messem totius loci quē susceperāt venerunt recipere mercedem suam & vocauerunt fratrem

illum dicētes: Veni frater accipe laborem tuū. Et dixit eis. Qualem mercedem accipiam, quia nō amessur, & illi dixerunt ei. Oratio nūc tuis cōsummata est messis: veni ergo, & accipe mercedem tuam. Facta ergo plurima contentione inter eos de hac re, illo scilicet dicente, non accipiā, quia nō laboraui, illis vero nō acquiescentibus nisi & ipse acciperet partem suam abierunt ad iudiciū cuiusdam magni senis, & dixit ei ille frater. Perreximus tres vt mereremur in agro cuiusdam vini ad mercedem. Cum autem venissemus ad locum quem messuri eramus ipsa prima die in aegritudinem cecidi & reuersus sum in cellam meā, nec vna die meterecum eis praeualens. & nunc cogunt me fratres isti dicentes, veni accipe mercedem vbi nō laboraui. Dixerunt autem & illi fratres re vera nos tres perreximus metere & suscepimus spatium sexaginta modiorum quod meteremus: & si fuissetis toti tres cum grandi labore vix potuissemus explicare illud, orationibus autē fratris huius nos duo velocius quam tres potuimus & demessuimus agrū: & dicimus ei veni, accipe mercedem tuam, & non vult. Hoc audiēs senex miratus est, & dixit vni de monachis suis: percutite signum in cella fratrum vt cōgregēt se huc omnes. Qui cum venissent, dixit

eis.

eis. Venire fratres & audite hodie iustum iudicium: & indicauit eis omnia senex, & adiudicauit fratri illi, vt acciperet mercedem suam, & faceret ex his mercedibus quod ipse veller. Et discessit frater ille contristatus & plorans quasi praeiudiciū passus. ¶ Dicebat quidam senex, quia patres nostri consuetudinem habuerunt venire ad cellas novorum fratrum, qui solitarij habitare volebant & conuersari & visitabant eos ne quis eorum tentatus a demonibus laederetur a cogitatione sua: & si quando aliquis eorum inueniebatur laesus adducebatur eum ad Ecclesiam & ponebatur peluis cum aqua, & fiebat pro eo oratio qui in tentationibus laborabat & lauabant omnes fratres manus suas in peluim & perfundebatur aqua illa: ille autem frater qui tentabatur, ita statim purgabatur. ¶ Duo senes multis annis simul conuersati sunt, & nunquam inter se litem habuerunt. Dixit autem vnus alteri. Faciamus & nos vnam litem, sicut homines faciunt. Et ille respondit fratri dicens, Nescio qualiter fiat lis. Et ille dixit ei. Ecce pono in medio laterculū, & ego dico meum est hoc: tu autem dicis non, sed meum est, & ita fit litis initium. Posuerunt ergo testam in medio sui, & dixit vnus eorum. Meum est hoc. Et alter dixit. Non, sed

meum est. Et ille respondit ei. Etiam tuum est, tolle & vade & discesserunt, nec contendere inter se potuerunt. ¶ Frater aliquis interrogauit senem quendam dicens: si video fratrem de quo audio aliquam culpam non possum suadere animo meo, vt introducam eum in cellam meam, si autem video bonū fratrem ipsum libenter suscipio, & dixit ei senex. Si facis bonum bono fratri parum bonum facis illi, alteri duplum impende. Ipse est enim qui infirmatur. ¶ Dixit quidam senex nunquam desideravi opus, quod mihi vile esset, vt fratri meo dispendium faceret huiusmodi habens spem, quia lucrum fratris mei opus fructificationis mihi est. ¶ Quidam frater erat minister cuiusdam fratris. Contigit autem, quod vulnus fieret in corpore senis, & sanies multa ex eo cum foetore proflueret. Dicebat autem cogitatio sua fratri illi qui deseruiebat. Discede hinc quā non potes sustinere foetorem putredinis istius. Ille vero frater, vt reprimeret huiusmodi cogitationem tulit vas aqua & lauabat vulnus senis illius & rec. Illegit ipsam aquam in vase, & quotiens sitiebat ex ipsa bibebat. Cōcepit autem iterū cogitatio sua sollicitate eum dicens, Si non vis fugere vel non bibas foetorem hūc. Frater autem ille laborabat & toleranter fere-

V v bar

bat bibens lauaturam vulneris illius. Et cum ita ministraret seni. Vidit Deus laborem charitatis illius, & illam lauaturam in aquam mundissimam vertit, & senem in visibili medicamento sanauit.

Incipit liber de Prudentia & Contemplatione.

Frater quidam abiit ad cellam abbatis Arsenij, in Scythia, & attendit per fenestram, & vidit senem totum quasi igneum. Erat autem frater ille dignus qui talia intueretur. Et cum pulsasset egressus est senex, & vidit fratrem illum stupentem. Et dixit illi, est ne diu, quod hic pulsas vidisti ne aliquid, & ille respondit ei non. Et colloquens cum eo dimisit eum. Dixit abbas Daniel, qui erat discipulus abbatis Arsenij, quia narrauerit ei abbas Arsenius tanquam de aliquo alio dicens puto tamen quod, de se dicebat. Quia cum sederet in cella sua quasi quaedam senum vox venit ei, dicens, Veni & ostenda tibi opera hominum. Et surgens exiit & duxit eum in quendam locum, & ostendit ei Aethiopem incidentem ligna & facientem sarcinam grandem & tentabat portare eam & non poterat & pro eo, vt auferret sarcinam illam ibat iterum & incidebat ligna, & addebat ad sarcinam. Hoc autem faciebat diutius. Et proce-

dens paululum ostendit ei hominem rursus stantem super lacum & implentem aquam ex eo, & effundentem in cisternam pertusam, quae cisterna ipsam aquam iterum refundebat in lacum. Et dixit ei iterum, veni, ostendam tibi aliud. Et ecce vidi templum & duos viros sedentes in equis, & portantes lignum transversum, vnus contra vnum, videbant autem per ianua introitum templum, & non poterant propter lignum illud, quod in transuerso portabant & non inclinantes se vnus post vnum, vt fieret illud ligneum directum remanserunt foris extra ianuam templi. Et cum interrogasset quid hoc esset. Ille respondit ei. Hi sunt qui portant velut cum superbia iustitiam iugum, & non humiliati sunt, vt corrigerent se & humiliter ambularent in via Christi, propter quod & remanent foris a regno Dei. Ille autem qui ligna incidit homo est in peccatis multis, & pro eo, vt agat poenitentiam & subtrahat se de peccatis suis, alias iniquitates adhibet super iniquitates suas. Qui autem aquam implet homo est, qui opera quidem bona facit: sed habet in eis etiam & mala permixta per quae perdit & bona opera sua. Quapropter conuenit omnem hominem sobrium esse in considerandis operibus suis ne in vanum videatur

susti-

sustinere labores. Narravit iterum abbas Daniel dicens, Dixit pater noster Arsenius de quodam senes in Scythia qui erat magnus in hac vita simplex autem in fide, & errauit pro eo quod erat idiotus, & dicebat non esse naturaliter corpus Christi panem consecratum quem sumimus: sed figuram eius esse, hoc audientes duo senes, quod diceret hunc sermonem, & scientes: quia magna esset vita eius, & conuersatio cogitauerunt: quia innocenter & simpliciter diceret hoc, veneruntque ad eum & dicunt ei. Abba audimus sermonem cuiusdam idiotis qui dicit, quia panis quem sumimus non naturaliter corpus Christi est, sed figura eius. Senex autem ait eis, ego sum qui hoc dixi. Illi autem rogabant eum dicentes. Non sic teneas abbas: sed sicut Ecclesia catholica tradidit, nos autem credimus quia panis ipse corpus Christi est, calix ipse sanguis Christi secundum veritatem, & non secundum figuram sed sicut in principio puluerem de terra accipiens plasmavit hominem ad imaginem suam & nemo potest dicere, quia non erat imago Dei, quauis de terra & puluere sit, ita & panis quem dixit quia corpus meum est credimus, quia secundum veritatem corpus Christi est. Senex autem ait eis. Nisi rem ipsam cognouero, non mihi sa-

risfaciet ratio vestra. Illi autem dixerunt ei deprececur Deum hoc domanda hac de mysterio hoc & credimus quia Deus reuelabit nobis. Senex autem cum gaudio suscepit sermonem istum & deprecabatur Deum dicens, Domine tu cognoscis: quoniam non per malitiam incredulus sum rei huius, sed per ignorantiam erraui, reuela ergo mihi dñe Iesu Christe quod verum est. Sed & ille senes abeuntes in cellas suas rogabant & ipsi Deum dicentes, Dñe Iesu Christe reuela seni mysterium hoc vt credat & non perdat laborem suum. Exaudiuit autem dñs vtrosque, & hebdomada completa venerunt dominica die in ecclesiam & sederunt ipsi tres soli super sedile de scirpo, quod in modum fascis erat ligatum, medius autem sedebat senex ille. Aperti sunt autem intellectuales oculi eorum, & quoniam sunt positi panes in altare videbatur illis tantum modo tribus tanquam puerulus iacens super altare, & cum extendisset presbyter manus vt frangeret panem descendit angelus de caelo habens cultrum in manu & sacrificauit puerulum istum, sanguinem vero eius excipiebat in calicem. Cum autem frangeret presbyter in paruis partibus panem etiam angelus incidebat membra pueri in modicas partes. Cum autem accessisset senex, vt acciperet sanctam communionem da-

V v z ra est

ta est ipsi soli caro sanguine crue-
rata. Quod cum vidisset pertimuit
& clamauit dicens, Credo domi-
ne quia panis qui in altare ponit-
tur corpus tuum est, & calix san-
guis tuus est. Et statim facta est il-
la caro in manu eius panis secun-
dum mysterium, & sumpsit illam
in ore agens gratias domino deo.
Dixerunt autem ei senex, Deus
scit humanam naturam quia non
potest vesci carnibus crudis: &
propter ea transfurauit corpus
suum in panem, & sanguinem in
vinum, his qui illud fideliter susci-
piunt, & egerunt gratias Deo de
sene illo, quia non permisit Deus
perire labores eius, & reuersi sunt
ad cellas suas cum gaudio.

¶ Iterum ipse abbas Daniel narra-
uit de alio magno sene qui habita-
uit in inferioribus partibus Egy-
pti, quia diceret per simplicitate-
m, quod Melchisedech ipse sit
filius Dei. Hoc autem indicatum
est sanctae memoriae Cyrillo Ar-
chiepiscopo Alexandrino de eo
& misit ad eum. Sciens autem,
quia signifer esset ipse senex, &
quicquid peteret à Deo reuelaretur
ei, & quia simpliciter diceret
hoc verbum, vsus est huiusmodi
ratione dicens, Abba rogo te, quia
incogitatione mea est, quod Mel-
chisedech ipse sit filius Dei. Et rur-
sus alia cogitatio mea dicit, quia
Melchisedech non sit Deus: sed ho-
mo sit: & summus sacerdos Dei

fuerit. Quoniam ergo haesito de
hoc idcirco misi ad te vt deprece-
ris Deum, quatenus tibi reuelare
dignetur de hoc quid veritas ha-
beat: senex autem de conuersione
sua presumens cum fiducia dixit,
Da mihi tres dies inducias & ego
deprecor Deum de hac re, & re-
suntio tibi quod mihi fuerit reue-
latum de hoc. Intrans ergo in cel-
lam suam deprecabatur Deum de
verbo hoc, & veniens post tres
dies dixit sanctae memoriae Cy-
rillo episcopo, Homo est Melchi-
sedech. Archiepiscopus respondit
ei, Quomodo constat apud te abba
Et ille dixit ei, Deus ostendit mihi
omnes Patriarchas, ita vt singuli
eorum coram me transirent ab Adam
vsque ad Melchisedech. Et angelus
mihi assistens dixit, Ecce iste est
Melchisedech: & ideo Archiepi-
scope certus esto quia sic est: abi-
ens autem senex per semetipsum praed-
icabat, quia homo esset Melchi-
sedech, & gauisus est magnifice
sanctae memoriae Cyrillus episcopus.

¶ Puer erat adhuc sanctae memo-
riae Effren, & vidit somnium siue
reuelationem: quia nata sit vitis
in lingua eius, & creuit & imple-
uit totam terram fructifera nimis
& quia venirent omnia volatilia
caeli, & comederent de fructu vi-
tis illius. Quantum autem madu-
cabat eo amplius implebatur fru-
ctu. ¶ Iterum vidit quidam San-
ctorum in somnis ordinem ange-
licum

licum descendentem de caelo se-
cundum praecipitum Dei habentem
in manu librum hoc est To-
mon scriptum intus & foris.

¶ Dicebat autem ad inuicem, Cui
debet committi hoc. Quidam di-
cebant illi, Alij autem dicebant
de alio. Responderunt autem &
dixerunt, vere vtrique quidem
sancti sunt & iusti quos dicitis ve-
runtamen hoc eis committi non
potest. Multa etiam alia nomina
Sanctorum dicentes, Postea dixe-
runt quia nemini potest hoc alte-
ri committi nisi Effren, & vidit se-
nex ille cui hoc in somnis appa-
ruit: quia Effren dederunt To-
mon illum. Mane autem surgens
audiuit Effren docentem & velut
fontem ebullientem de ore ipsius,
& cognouit senex, qui somnium
viderat, quia Spiritus sancti est
operatio, quod egrediebatur de
labijs Effren. ¶ Dicebant de abbate
Zenone, quia dum moraretur in
Scythia exijt nocte de cella sua
velut ad paludem, & cum extra-
set fecit tres dies & tres noctes
ambulans & laborans, & cum de-
fecisset cecidit semianimis. Et ec-
ce puerulus stetit ante eum ha-
bens panem & furrisculam aquae
& dicebat ei, Surge manduca. Ille
autem surgens orauit existimans,
quia phantasma esset. Puer autem
respondens dixit ei, Bene fecisti.
Surgens ergo accepit & manduca-
uit & post hoc dixit ei, Quan-

tum ambulasti tantum longe es
cella tua, sed surgens sequere me.
Et statim inuentus est in cella sua.
Dixit ergo ei senex, Veni intra
& da nobis orationem. Et cum
intraisset senex, ille subito Ioan-
comparuit. ¶ Dicebat abbas Ioan-
nes, quia vidit quidam fenem in
excellu mentis tres monachos sta-
tes trans mare, & facta est vox
ad eos ex alia parte littoris dicens,
Accipite alas igneas, & venite ad
me. Et duo quidem ex eis accepe-
runt alas, & volauerunt ad aliud
littus vnde facta est vox. Tertius
vero remansit & flebat fortiter
& clamabat. Postea vero daxe
sunt & ipsi alae non igneae, sed in-
firmae & debiles: ita vt cum omni
labore mergendo & surgendo ni-
mis afflictus veniret illuc. Sic est
& generatio haec. Quae si acce-
perit pennas non tamen igneas,
sed vix infirmas & debiles potest
accipere. ¶ Abbas Macharius ha-
bitabat in loco nimis deserto. Er-
rat autem solus in eo solitarius, in
inferiori vero parte erat alia soli-
tudo in qua habitabant fratres plu-
rimi. Observabat autem senex
ad iter, & vidit Satanam venien-
tem in habitu hominis vt pertan-
siret per cellam eius. Videbatur
autem quasi tunica cum vilinea,
omnino vetusta & tota cribrata,
& per omnia foramina eius pen-
debant ampullae. Et dixit ei se-
nior, Ohe maior vbi vadis. Et il-

le respondit. Vado commonere fratres. Senex autem dixit ei. Ad quid tibi ampulle istae. Et dixit Gustum fratribus porto. Et dixit ei senex. Et omnes ad gustandum rotas ampullarum gustu portas. Et respondit etiam. Et si vnum ali cui non placet offeram aliud, si autem nec illud, dabo tertium & sic per ordinem omnibus oblatis, fieri non potest nisi vel vnum placeat ex eis. Et cum hæc dixisset, transijt. Et obseruabat senex custodiens vias, donec ille iterum remearet & cum vidisset eum dixit ei. Sanus sis. Et respondit ei. Vnde mihi salus, & dixit ei senex. Quare? Respondit. Quia modo omnes sanctificati sunt, & nemo mihi acquiescit. Et dixit ei senex. Neminem ergo amicum habes ex illis. Et ille respondit. Vnum tantummodo fratrem habeo ibi, & ipse mihi salus acquiescit, & quando videt me, convertitur ad me velut ventus. Senex vero dixit ei. Et quis vocatur frater ille. Respondit Theotiscus. Et cum hæc dixisset pertransijt. Surgens autem abbas Macharius perrexit ad inferiorem Eremum. Quod cum audissent fratres acceperunt ramos palmarum & occurrerunt ei obuiam, & singuli eorum parabant cellas suas, incerti ad quem declinaret. Senex autem inquirebat quis inter eos Theotiscus vocaretur in loco illo. Et inue-

niens eum intravit in cellam eius. Theotiscus ergo suscepit eum gaudens. Cum ergo cepissent secreto loqui, dixit ei senex. Quo modo est circa te frater. Et respondit orationibus tuis bene. Et dixit senex. Ne impugnant te cogitationes. Et ille respondit iterum: bene sum (erubescere enim dicebat ei.) Et dixit ei senex. Ecce quot annos habeo in conversatione loci istius, & omne honorant me: & tamen in hac fenestrate infestus est mihi spiritus fornicationis. Et respondit Theotiscus, dicens. Crede abba & mihi. Senex autem simulabat alias quoque cogitationes sibi esse molestas, donec faceret illum confiteri. Deinde dixit ei. Quomodo ieiunas. Et ille dixit ad nonam. Dixit ei senex. Ieiuna usque sero & abstine, & commenda Evangelia, ut memoriter retineas ea: sed & alias residuas ex animo meditare scripturas: & si tibi ascenderit cogitatio mala nunquam deorsum aspicias, sed semper sursum, & statim te Dominus adiuvabit & senex corrigens fratrem illum reuersus est in solitudinem suam & cum iter obseruaret vidit iterum dæmonem illum, & dixit ei. Vbi vadis iterum. Et ille respondit, commouere fratres & abijt. Deum autem reuertetur. Dixit ei senex. Quomodo sunt fratres illi. Et ille respondit.

dit. Male. Senex autem dixit. Quare, & ille respondit. Quia omnes sancti sunt & maius malum: quia & vnum quem habui amicum obedientem mihi etiam ipse nescio vnde subuersus est, & nec ipse acquiescit mihi: sed omnibus sanctior factus est, & propterea iuravi iam non ambulare ad illum, nisi post multum tempus. Et hæc dicens transijt relinquens senem. Senex vero intravit in cellam suam adorans & gratias agens Deo. ¶ Abbas Macharius volens consolari fratres dicebat. Venit huc aliquando cum matre sua puer qui a dæmonio vexabatur, & dicebat matri suæ. Surge eamus hinc. Illa autem dicebat. Non possum pedibus ambulare filii, & dicebat ei filius eius. Ego te porto. Et admiratus sum astutiam dæmonum quoniam eos exinde fugere volebat. Dicebat iterum de consolatione Scythia ad fratres. Quando videritis cellam ædificatam iuxta paludem scitote, quia prope est desolatio Scythiæ. Quando autem videritis arbores, iam ante ianuam est. Quando vero videritis pueros tollere melores vestras & abite. ¶ Abbas Moyses, qui habitabat in Petra, impugnatus est aliquando a fornicatione, & cum non praualeret tenere se in cella perrexit & indicauit hoc abbati Ildoro. Et rogauit eum se

nex, ut reuertetur in cellam suam ille autem non acquiescit dicens. Non possum abba. Et sumpsit eum & eleuauit eum secum in domum, & dixit ei. Attende ad occasum, & attendens vidit multitudinem dæmonum & hi confusi erant & turbantes se ad pugandum. Dicit ei iterum abbas Ildorus. Respice ad orientem, & attendit & vidit innumerabilem multitudinem angelorum in gloria. Dixit autem abbas Ildorus. Ecce isti sunt qui missi sunt ad auxiliandum sanctis. Qui vero ad occasum ascendunt, hi sunt qui impugnant nos. Plures ergo sunt, qui nobiscum sunt, quam qui aduersum nos sunt: & ira agens gratias Deo abbas Moyses sumpsit siudicium, & reuersus est in cellam suam. ¶ Dixit abbas Moyses in Scythia. Si custodierimus mandata Patrum nostrorum, ego praesumens de Deo, spero deo vobis quia barbari huc non venient. Si autem non custodierimus desolatus est locus iste. ¶ Sedentibus aliquando fratribus apud eundem abbatem Moysen dixit eis. Ecce barbari hodie in Scythia venient, sed surgite & fugite. Dicunt ei illi. Et tu non fugies pater. Ille autem dixit eis. Ego per tot annos expecto diem istum, ut impleatur sermo Domini mei Iesu Christi dicentis, Omnes qui accipiunt gladium gladio peribunt. Alij au-

tem dixerunt ei. Neque nos fugiemus, sed tecum moriemur; & dixit eis, Ego causam non habeo. Vnusquisque vestrum videat quo modo stet. Erant autem septem fratres cum eo, & dixit eis, Ecce barbari appropinquant ianix & statim barbari intrantes occiderunt eos. Vnus autem ex eis timore carnali perterritus fugit & abscondit se post plectas de palma, & septem coronas vidit descendentes, & coronantes abbatem Moysen & sex fratres, qui cum eo fuerant interfecti. Dicebant de abbate Syluano, qui voluit aliquando pergere in Syriam. Et dixit ei discipulus suus Marcus. Pater noli exire hinc, sed neque ego te dimitto abire. Expecta ergo hic alios tres dies, & cum expectaret abbas tertia die dormiuit in pace Marcus discipulus eius. Dicebat abbas Ioannes, qui exulatus est a Marciano, quia venimus aliquando de Syria ad abbatem Pastorem & volebamus eum interrogare de duritia cordis. Senex autem Græcum nesciebat: neque interpretis inueniebat. Videns autem nos senex tribulatos, cepit Græca lingua loqui, dicens, Natura aqua mollis est, lapidis autem dura. Et si vas aqua plenum pendeat supra lapidem, ex quo assidue stillans gutta cadat in lapidem, perforat eum: ita & sermo diuinus lenis est: cor autem

nostrum durum. Audiens ergo homo frequenter diuinum sermonem aperitur, cor eius ad timendum Deum. Dixit abbas Pastor. Scriptum est quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Sicut ergo ceruus in solitudine serpentes plurimos glutit & cum veneno eorum accensus fuerint ad aquas peruenire desiderant: ita & monachi in solitudinibus habitantes accenduntur demonum malignorum veneno: & propterea desiderant Sabbato, Dominica die venire ad fontes aquarum: hoc est ad corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, ut purgentur ab omni amaritudine demonum malignorum. Interrogauit aliquis frater abbatem Pastorem dicens, Quid est quod scriptum est, non reddas malum pro malo? Dixit ei abbas Pastor. Hæc passio quatuor modos habet. Primum de corde, secundum de aspectu, tertium de lingua, quartum non reddere malum pro malo: si enim potueris pugnare cor non venit ad aspectum: custodi etiam ne loquaris. Si autem & locutus fueris, cito corripe, ne facias malum pro malo. Narrauit sanctus Basilus episcopus dicens. Fuit in quodam monasterio foeminarum quaedam virgo que stultam se esse a demonem habere simulabat, quæ

adeo

adeo ab omnibus alijshorrori habebatur, ut nec cibum quidem cum ea caperent, talem quidem elegerat vitam ut a coquina nunquam recedens totius illius monasterij officium impletet, & erat secundum vulgare prouerbium vniuersa domus spongia, impletum a se rebus, probans quod in sanctis libris scriptum legimus. Si quis inquit ex vobis putat se sapientem esse in hoc mundo stultus ut sapiens fiat. Hæc igitur inuolutum panis habebat caput ita quoque omnibus seruiebat, ceteræ autem virgines tonsæ cucullis cooperiuntur. Nulla aliquando potuit hanc de quadringentis virginibus videre aliquando mæducantem, nunquam per omnem æuum suum sedit ad mensam. Nulla vel modicam partem panis accepit, sed micæ tantum detegens mensarum, & abluens ocellas his solis alimonijs contenta vivebat, nulli vnquam fecit iniuriam, nulla personarum ipsius murmur audiuit, nulli aut parum aut satis vnquam locuta est, & certe cum ab omnibus cæderetur, cum omnium viueret odio maledicta omnium sustineret. Sancto Piterio probatissimo viro semperque in deserto viuenti, assistit angelus Domini, quadam die sedenti in loco qui dicitur Porfirite, affatusque est eum his verbis. Cur inquit grande aliquid te esse

credis ut sanctus, & in huiusmodi digens? Vis videre mulierem sanctiorum te? Vade ad Taberniciorum monasterium, faminarum & vnâ ex eis illic iuuenies in capite habentem coronam, ipsamque cognosce te esse meliorem. Quæ dum contra populum tantum sola diebus ac noctibus pugnat, cor ipsius a Deo nunquam recessit. Tu autem in vno loco residens, neque quoquam aliquando progrediens per omnes vrbes animo & cogitatione vagaris. Statimque ad prædictum monasterium venit, & magistros fratrum rogauit ut introducerent eum ad habitaculum foeminarum. Quem mox illi, & vita gloriosum & ætate præcettiorem videntes cum fiducia magna introduxerunt: ingressus autem desiderauit omnes foetores inspicere inter quas solam illam propter quam venerat, non videbat. At autem ad postremum. Omnes (inquit) mihi adducite, deesse enim mihi videtur aliqua ex vobis. Dicunt ad eum, Vnam adhuc stultam habemus intrinsecus in coquina. Sic enim eas quæ a demone vexantur appellant, at ille. Exhibere (inquit) ipsam ad me, ut eam videam. Quo audit, supra memoratam vocare, caperunt. Quæ cum noller audire sentiens ut credo aliquid aut fortassis hoc ipsum diuina reuelatione cognoscens.

Vv s. scens.

scens dicunt ei. Sanctus Piterius desiderat videre te. Erat enim vir magnus fama & nomine. Cumque ad eum fuisset adhibita, vidissetque panno frontem ipsius inuoluta proiecit se ad pedes eius dicens. Benedic me inquit. Quae similiter ad ipsius pedes se proiecit dicens. Tu benedic me Domine. Omnes autem sorores obstupuerunt simul dicentes. Noli abba talem iniuriam sustinere, fatua est enim ista quam cernis. Tunc sanctus Piterius ipsis omnibus ait. Vos inquit estis fatuae, nam haec vestra, & mea donna est. (Sic enim vocant illi foeminas spirituales). Et deprecor Deum (ait) vt dignus ipsa in die iudicii merear inueniri. Quo audito omnes simul ad pedes ipsius prociderunt singulae se peccasse in eam varijs modis confitentes, verbi gratia. Alia enim abluens sordes cathini, supra eam se fuisse dicebat, alia vero colaphis eam a se verberatam saepe memorabat alia nares ipsius sinapi impletas a se esse deflebat. Carterae quoque diuersas referebant se ei iniurias irrogasse pro quibus omnibus sanctus ille fuis Deo precibus egressus est. Post paucos autem dies illa non ferens tantam gloriam, tantoque se nolens honore sororum cumulari grauati- que se credens excusationibus singulorum egressa de monaste-

rio illo occulte quo iuerit inque se miserit locum vel quo sine de fecerit ad nullus potuit notitiam peruenire. ¶ Beatae memorie Paulus simplex discipulus abbatis Antonij narrauit patribus talem rem. Quia aliquando veniens in monasterium visitandi gratia, & pro fratrum instructione post conuersionem ad inuicem consolationem intrauerit ecclesiam Dei, missas more solito celebrare. Beatus ergo Paulus intuebatur ad vnumquemque introeuntem in ecclesiam quali animo intraret. (Habebat enim, & hanc gratiam datam sibi a Deo vt sic videret vnumquemque cuius animi esset sicut nos facies nostras videmus ad inuicem. Ingentibus ergo omnibus clara facie, & splendido vultu, sed & vniuersisque Angelo gaudente, vnum vidit nigrum & obscurum corpore toto & demones extraque parte tenentes & trabentes eum ad seipsum, & capistrum in nares eius mittentes, sanctum vero angelum eius de longe lugubrem tristemque sequentem. Paulus vero lachrymans & manu frequenter pectus tundes sedebat ante ecclesiam, plorans eum valde quia ei talis apparuerat. Qui autem videbant quod faciebat & tam subitam eius mutationem ad lachrymas & ad luctum, interrogabant rogantes eum quid videret

deret. (timens ne quid in reprehensione omnium, vidisset pro quo hoc faceret) postulabant etiam vt ad missas intraret cum eis. Paulus autem repellens eos & negans se ingressurum sedebat foras ianuam tacens & plorans nimis eum qui ei taliter apparuerat. Post paululam autem dimisso Ecclesiae conuentu iterum intendebat singulos exeuntes, vt quorum introitum agnouerat sciret quales exirent. Et ecce vidit illum virum nigrum & obscurum toto corpore, prius exeuntem ab ecclesia, clarum quidem vultu candidum vero corpore demones autem qui ante eum tenebant postea de longe sequentes sanctum vero Angelum iuxta ipsum ambulantem latum, & promptum, & gaudentem super eum valde. Paulus vero exiliens cum gaudio clamabat benedicens Deum & dicens. O ineffabilis Dei misericordia & benignitas. O diuinae miserationis eius innumerabilis bonitas. Currens autem & ascendens super altum gradum magna voce dicebat. Venite & videte opera Domini quae terribilia sunt, & omni stupore digna. Venite & videte eum qui vult omnes homines saluare & ad agnitionem veritatis venire. Venite adoremus & procidamus ante eum, vt dicamus quia tu solus potens es peccata dimittere. Ad-

hanc vocem eius omnes solliciti cucurrerunt cupientes audire quae dicebat, & conuenientibus omnibus referebat Paulus quae vidisset, antequam Ecclesiam intrarent & quae postea, & interrogabat virum illum vt diceret ei causam pro qua ei tantam subito inmutationem Deus donauerit. Homo ergo ille conuictus a Paulo coram omnibus qui circa ipsum erant aperte narrauit dicens. Ego homo peccator sum & multo tempore in fornicatione vixi vsque nunc ingressus autem modo Ecclesiam Dei audiui vocem Isaiae prophetae, cum legeretur, magis autem vocem Dei loquentis in eo, vbi dicit, lauamini mundi estote, auferite malum de animabus vestris coram oculis meis, discite bene facere, & si fuerint peccata vestra tanquam feniculum velut nix de alba buntur, & si volueritis & audieritis me bona terrae manducabitis. Ego inquam fornicator in hoc sermone compactus sum nimis, & ingemiscens intra conscientiam meam, dixi ad Deum. Tu Deus qui venisti in mundum peccatores saluos facere, & qui haec quae modo lecta sunt per prophetam promissisti comple effectum & opere etiam in me indigno peccatore, ecce enim amodo promitto tibi, & spondeo semper me & confiteor corde quia ad hodie iam non ero fornicator, sed

sed abrenuncio fordibus seculi, & serui tibi modo in conscientia munda, hodie ergo Domine & in hora hac suscipe me penitentem & interpellantem te, & tenentem omne peccatum. In his igitur promissionibus ait, egressus sum de ecclesia statuens in animo meo nihil ultra agere mali coram oculis Domini. Quod cum audissent omnes clamarunt una voce ad Dominum dicentes, quam magnificata sunt opera tua Domine, omnia in sapientia fecisti, Quia propter cognoscentes hoc christiani de sanctis scripturis & diuinis reuelationibus quantum Deus habebat bonitatem circa eos qui ad eum deuore confugiunt & per penitentiam emundant priora delicta, quod non solum non coguntur penas exoluere pro peccatis antea commissis, verum etiam consequi bona promissa. Non ergo desperemus de nostra salute, quia sicut per Esaiam prophetam promittit Dominus, eos qui peccatis inuoluti sunt lauare, & sicut lanam albam & niuem dealbati, & honorum celestium que in ciuitate celestis Hierusalem sunt, repleri, ita & nunc iterum per sanctum Ezechielem prophetam iurando promittit dicens, Viuo ego (inquit Dominus) quia nolo mortem peccatoris, sed magis ut conuertatur & uiuat.

Hucusque de Græco in Latinum translatis Pelagius diaconus Romane Ecclesie, & ab hinc deorsum Ioannes eiusdem Ecclesie sub diaconus.

Alij aliquando Zacharias ad abbatem suum Siluanum & inuenit cum in excessu mentis & erant manus eius extensa in celum & cum vidisset ista clausit ostium & exiit. Et intrans circa horam sextam atque nona inuenit eum eodem modo. Circa decimam vero horam pulsauit & ingressus inuenit eum quiescentem & dicit ei, Quid habuisti hodie pater. Qui dicit ei, Infirmatus sum hodie fili mi. Aliter tenens pedes eius dicebat. Non te dimittam, nisi mihi indicaueris quod vidisti. Respondit ei senex, ego in calum raptus fui, & vidi gloriam Dei & illic steti usque modo, & nunc dimissus sum.

¶ Dixit sancta Sinclitice, Efficiamur prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbae, ut astute intelligamus laqueos diaboli. Nam prudentes sicut serpentes dictum est, ut non ignoremus impetus diaboli, & artes eius. Etenim simile aliquid ex alio simili scelere superatur. Nam & simplicitas columbae demonstrat puritatem actionis. ¶ Dicebat quidam patrum. Quia dum federent aliquando seniores & loqueretur de bonis ædificationibus erat inter

eos

eos vnus præuidens & vidit angelos manus agitantes & laudantes Deum, ut autem venisset locutio secularis discedebat angeli, & volubatur porci in medio eorum pleni fœtoribus & polluebant eos. Cum autem rursus loquerentur de ædificatione venientes iterum angeli laudabant Deum. ¶ Dixit quidam senex. Hoc est quod scriptum est, super duobus & tribus peccatis Tyri auertam me, super quatuor autem non auertam, videlicet cogitare malum & conseruare cogitatum & locutioni, quantum vero est perficere opus. In hoc ergo non auertitur ira Dei. ¶ Dicebant de quodam sene magno in Scythia, quia quotiescunque edificabat cellulam egrediebatur cum gaudio, & ponens fundamentum non discedebat donec consummaretur. Aliquando ergo exiens ad fabricandum cellam contristabatur valde, & dicunt ei fratres. Quare tristis ac mœstus es abba. Qui dixit eis. Desolandus est locus iste filij. Ego enim vidi quoniam ignis accensus est in Scythia, & accipientes fratres palmas cedentes extinxerunt eum, & iterum accensus est, & accipientes rursus fratres palmas cedentes extinxerunt eum. Tertio accensus est & repleuit totam Scythiam, & iam non potuit extinguui, ideoque ego contristator ac mœstus sum. Dixit quidam senex, scriptum est, iustus

ut palma florebit. Significat autem hic sermo bonorum a quo altum & rectum ac dulcem fructum. Est vero in palma vnus in cordium, & ipsam candidum omnem habens operationem in se simile autem & super iusto reperitur. Vnus enim ei & simplex est cor, ad Deum tantum modo respiciens. Est autem & album habens illuminationem fidei, & omnis operatio iusti in corde ipsius est, nam & acumen stimulorum eius aduersus diabolum est propugnaculum. ¶ Dixit aliquando alter senex. Sunamitis Heliseum susceperat, eo quod non haberet affectum cum aliquo homine, dicitur Sunamitis personam animam habere. Heliseus vero personam sancti spiritus designare. Quacumque ergo hora recedit anima a seculari conuersatione & perturbatione aduenit ei spiritus Dei & tunc poterit parere cum sit sterilis. Alius quidem patrum dixit, Quia oculi porci naturale habent figmentum ita ut necessitate semper intendant in terram nec aliquando possunt respicere ad celum. Sic ergo & anima eius qui in dulcedine voluptatum delectatur semel delapsa in luxurie cocenium difficile potest respicere ad Deum aut sapere aliquid dignum Deo. ¶ Fuit quidam magnus inter præuidentes, qui hæc affirmabat dicens, quia virtutem quam vidi stantem su-

per

per baptisma eandem etiam vidi super vestimentum monachi, quando accepit habitum, spiritualement. ¶ Cuidam seni data est gratia videndi quæ fiebant, & dicebat. Quia vidi in cenobio aliquando meditantem fratrem in cella, & ecce d'zion veniens stabat foris cellam & dum frater ille meditare non præualebat ingredi, Cū autem cessabat meditando, tunc deam in ingrediebatur cellam. ¶ Dicebant de quodam senex, quia deprecarus est Deum, ut videret demones & reuelatum est ei. Nō opus habes videre eos, senex autem rogabat dicens, quia Dñe potest me regere gratia tua. Post hæc Dominus reuelavit oculis eius & vidit eos, quia tanquam apes sic circumdabant homines stridentes dentibus suis, angelive ro Dei increpabant illos. ¶ Dixit quidam senex, quia duo fratres erant ei vicini, unus peregrinus, & alius in choris. Erat autem peregrinus ille modicum negligentior. Ille vero in choris studiis valde. Contigit autem ut dormiret ille peregrinus in pace. At ille senex vicinus eorum cum esset prævidens vidit multitudinem angelorum deducentium animam eius, & cum perveniret ad cælum ut intraret, factus est quasi de illo, & venit vox desuper dicens. Manifestum est, quia modicum negligentior fuit peregrinus, sed pro-

pter peregrinationem eius aperiat ei. Et post hoc dormiuit & ille in choris, & venit omnis cognatio eius ad eum. Cernens vero senex ille non venire angelos ad deducendum animam eius miratus est, & cadens in faciem suam in conspectu Dei dixit. Quomodo peregrinus ille cum negligentior fuerit talem gloriam habuit, & hic cum studiosus esset nihil huiusmodi meruit. Et venit vox ei dicens, hic studiosus cum venit, ut dormiret aperuit oculos suos & vidit patres suos flentes & consolata est anima eius. Peregrinus vero ille licet negligentior fuerit, tamen nullum suorum vidit, & ingemiscens fleuit & Deus consolatus est eum. ¶ Narravit alter patrum quidam, quia erat aliquis solitarius in Eremo Nycopoleos, & ministrabat ei quidam secularis, sed fidelis. Erat autem in eadem civitate homo qui erat dives & impius. Contigit ergo ut moreretur ille dives & deducebat eum tota civitas simul, & episcopus cum lampadibus. Egressus autem & ille qui ministrabat illi solitarius secundum consuetudinem portans ei panes, & invenit quia comederet eum belua, & cecidit in faciem suam in conspectu Domini dicens. Non surgam hinc donec demonstretur mihi a Deo quæ sint hæc. Quia ille quidam impius talem apparatus habuit in deducendo, hic vero qui

serviuit

serviuit Deo die noctuque; ista per tulit. Et ecce angelus Domini veniens dixit ei. Ille impius habuit parvum bonum in hoc seculo & recepit illud hic, ut illi nullam quietem inveniatur, iste autem solita est qui homo erat ornatus ad omnem virtutem habebat vero & ipse ut homo modicum aliquid culpæ & recepit hic illud, ut ibi inveniatur purus coram Deo. Et ita consolatus in his verbis abiit glorificans Deum super iudicia eius quia vera sunt. ¶ Sicut patres de Scythia propheta dixerunt de ultima generatione dicentes. Quid operati sumus nos. Et respondens unus ex eis vir magnæ viræ nomine Syron dixit. Nōs mandata Dei custodimus. At illi responderunt dicentes. Hi vero qui fuerint post nos quid erunt facturi? Qui dixit eis. Dimidium operis nostri operaturi sunt. Et dixerunt ei. Hi autem qui post ipsos fuerint quid facient? Qui respondit. Omnino non habebit operationem generatio illa, ventura suat autem illis tentationes, & qui reperti fuerint probati in tempore illo meliores quam nos & patres nostri erunt. ¶ Narravit quidam senex dicens, quia erat quædam virgo protracta vitæ, valdeque profecerat in timore Dei, & interrogata est a me quæ res ad hanc eam adduxerat conversationem. At illa ingemiscens ita cepit dicere.

Mihi quidem venerande pater, cum essem puella erat pater modestus ac mansuetus moribus, debilis vero, & infirmus corpore, quia ita vixit coram sui agent, ut vix aliquando in publico videretur ab his qui in eodem habitabant vico. Terram autem suam assidue operabatur, & ibidem semper occupabat vitam suam. Si quando fortasse sanus fuisset, fructus culturae suæ domum portabat. Plurimum autem temporis in lecto, & languoribus detinebatur, tantaque erat in eo taciturnitas, ut ignorantibus eum sine voce crederent esse. Mater vero mihi erat e contrario curiosa absque modo atque ultra omnes mulieres quæ erant in regione hac turpior. Sermones vero eius ita ad universos movebantur, ut putaretur omne corpus ipsius lingua esse, lites frequentius committebatur ad omnes ab ipsa, in ebrietate autem vna cum viris luxuriosis demorabatur. Dispensabat autem & ea quæ intrus domi erant tanquam meretrix pessima ut etiam substantia multa valde non poterit nobis sufficere. Nam huic a patre meo delegata erat dispensatio domus. Corpus autem suum ita in turpitudine adurebatur, ut pauci de vico ipso potuissent effugere libidinem eius. Nunquam coram eius morbus occurrit, nec dolorem aliquem sensit vel aliquantulum

sed.

sed a natiuitate usque ad vltimū diem suum integram sanumque corpus suam possedit. Inter hæc contigit vt pater meus longa ægri tudine fatigatus moreretur, & cōtinuo aer commotus est & pluuia & conuulsiones æque tonitrua ære neque die imber cessando tri duo super lectum sine sepultura fecit eum manere ita vt homines vici illius impuētes capita admittarentur quod tantum malum vntuēris lateret dicentes. Siccine Dei inimic⁹ erat iste vt nec terra eum recipiat ad sepulturam. Sed tamen (ne intra domum membra eius dissoluta ingressum habitantibus prohiberent) imminente ad huc ære, tempestate & pluuia descendente, vix aliquo modo sepultura eum tradidimus. At vero mater mea post hæc licentia plurima accepta, cum improbitate maxīma corporis sui libidine vrebatur, & prostibulum deinceps faciēns domum nostram in tanta luxuria vixit atque delicijs, vt dū adhuc paruula essem deficeret nobis substantia nostra. Vix enim aliquādo cum timore, sicut mihi videtur, morte illius adueniente tantam metuit funeris prosperitatem, vt etiam putaretur ære simul in exequijs deducere funus illius. Ego autē post obitum eius puellari egressa ætate, & desideria titillationis corporis mei ieiū

nij refrenans, quadam die ad vesperam vt fieri solet cogitare cepi atq; considerare cuius vitam magis eligerem imitandam, vtrum matris aut patris qui modestæ & mansuetæ ac sobrie vixit. Sed rursus cogitabam illud, quia nihil in vita sua consecutus sit boni pater meus, sed per omne tempus in infirmitate & tribulatione consumptus est, & ita finem suum accepit, vt ne sepulturam eius terra reciperet. Si igitur bona esset huiusmodi conuersatio apud Deū quare ergo tanta mala assecutus est, qui sic viuere delegit, sed bonum est inquit cogitatus in eum sicut mater mea vixit, me quoque viuere, tradere voluptati & luxuriæ ac libidini corpus meum. Etenim nullum opus illa turpe prætermisit in ebrietate omne tempus incolumis atque prospere degens itaque vitam suam expleuit. Quid ergo. Si oportet me viuere sicut mater. Melius est enim proptijs oculis credere quæ ve manifesta sunt cognita, & nihil prætermittere. Et cum hoc placuisset mihi misera eiusdem me cōstituere vitam, superuenit nox & continuo mihi sopor accessit. Post hos sermōnes altitit mihi quidam, grandis quidem corpore aspectu autē terribilis, deinde intueōdo me per terrens, iracundia visione & aspera voce interrogabat, me dicens. Dic mihi inquit qui sunt cogita-

tus

at cordis tui: Ego autem aspectu eius & habitu tremefacta neque aspicerē in eum audebam. Maiori vero voce vsus iterum inuisit vt ea quæ mihi placerent sibi pronuntiaarem. Ego autē præ timore dissoluta & omnem oblita cogitatum nihil esse dicebam. Ille vitro negānt mihi reuocabat ad memoriā vniuersa quæ in corde meo meditata fueram. Ego autem cōmista & ad precem conuersa supplicabam veniam consequi & causam ei narrabam huiusmodi cogitatus, qui ait mihi. Veni ergo & vide vtrofque, patrem scilicet & matrem, & cuius deinde volueris elige tibi vitam. Et apprehendens mihi manum trahebat me. Durans autem me in quendam campam magnam habentem paradisos multos & diuersos fructus variasque arbores & pulchritudinē inenarrabilem introduxit me illuc. Octatrens autem mihi pater meus amplexatus est me & osculabatur, filiam me vocans. Ego vero circumplexa eum rogabam vt manerē cum ipso. At ille. Nunc inquit non potes hic esse: si vero volueris mea vestigia sequi, venies huc nō post multū tempus, cum autem adhuc ego deprecarer vt manerem cum ipso, trahens me rursus manu qui tibi me duxerat, veni ait ostendam tibi & matrem tuam quæ in igne exurit, vt scias ad cuius eorum imitationem declinare velis vitam

tuam. Statuēs autem me in domo tenebrosa atq; obscura omni stridore & perturbatiōe replēta, ostēdit mihi fornacem ignis ardentē, & picem feruentem & quosdam illic terribiles aspectu stantes super fornacē. Ego autem inspiciēs deorsum video matrem meam in fornace usque ad collum demersam stridentem dentibus & igne ardentem & vermiū multorū foetorem ferre. Videns autē me mater, cum ululatu clamabat filiam me vocans. Heu me filia de proptijs operib⁹ & peccatis meis hæc patior, quia quasi deliramenta mihi videbantur vniuersa, quæ de sobrietate erant. Opera enim fornicationis & adulterij non videbantur mihi habere tormentā, ebrietatem quoq; & luxuriā non arbitrabar lucram pœnas, & ecce propter exiguas delicias, quanta exoluit tormenta: ecce pro cōtemptu Dei quales recipio mercedes. Apprehēderunt me vniuersa immobilia mala. Nunc tempus auxiliij, o filia, nunc recordare nutrimento rum quæ a me consecuta es, nunc retribue beneficiū, & si quid boni aliqñ a me accepisti. Miserere mei filia, quia in igne ardeo; & ab ipso igne non cōsumor, miserere mei, quia in huiusmodi cruciatib⁹ exauior. Miserere mei filia & porrigens manum tuam educ me de loco hoc. Me autem recusante hoc facere propter eos, qui ibi

X x asta-

correctionem eorum patientiam habens in ipsis: conuertentibus vero atque eius exorantibus bonitatem tanquam infirmis comparitur & obfoluit confestim vincula eorum, & donat eis bona que preparata sunt iustis. Ait autem Episcopus ad angelum. Obsecro te, dic mihi etiam vultuum differentias, & quibus peccatis vnusquisque eorum subiaceat, vt etiam de his cognoscens ab omni liberer ignorantia. Angelus autem dixit ad eum. Hi quidem qui splendido atque hilari vultu sunt in sobrietate & castitate & iustitia viuunt, modesti quoque & condolentes ac misericordes sunt. Hi vero qui nigras habent facies, fornicationis, & libidinis operati sunt ceterisque sceleribus & delictis implicati. Hi vero qui apparuerunt sanguinei atque rubei, in malignitate & iniustitia viuunt, & amantes detractiones blasphemiam, dolosi, & homicidæ sunt. Rursum dicit ei angelus. Adiuua eos, siquidem salutem eorum desideras. Propterea etiam meruisti orationum tuarum effectum, vt videndo discas discipulorum tuorum peccata, & per admonitiones, atque obsecrationes meliores eos per penitentiam facias et quoque qui pro ipsis mortuus est & resurrexit a mortuis Iesu Christo domino nostro gratum facias. **Quantacunque igitur tibi virtus**

est & studium & dilectio eius domini tui Iesu Christi Iesum omnem eorum gere prudentiam vt conuertantur a proprijs peccatis ad communem dominum, & manifesta quibus delictis subiaceant, ne propriam desperent salutem. Ex hoc penitentibus quidem illis, & conuertentibus ad Deum anxiabuse eorum salus erit & epulario futurorum bonorum tibi vero erit plurima merces imitanti Deum tuum, qui celos quidem reliquit & in terris demoratus est pro salute hominum. ¶ Reserebat quidam patrum quatuor res honorabiles apud monachos quibus oportet nos cum timore & tremore & gaudio spirituali accedere. Videlicet communicatio Sanctorum sacramentorum, & mensa fratrum, & peluis in qua fratrum pedes lauantur: proferebat autem & exemplum tale dicens. Quia erat quidam magnus senex prouidus, & contigit eum manducare cum pleribus fratribus, & comedentibus illis videbat in spiritu idem senex sedens ad mensam quosdam edentes mel, alios autem panes, alios vero sterco. Et mirabatur intra semetipsum & deprecabatur Deum dicens. Domine reuela mihi mysterium hoc, quod idem cibus omnibus appositus est super mensam, & manducando ita immutatus videtur, vt quidam edant

mel: quidam autem panem alij vero sterco. Et venit ei vox desuper dicens, Illi qui manducant mel, hi sunt, qui cum timore & tremore & gratiarum actione edunt ad mensam & incessanter orant & oratio eorum sicut incensum ascendit ad Deum, ideoque mel comedunt. Qui autem panem manducant hi sunt qui marmurant & dicunt hoc bonum est, id malum est, hæc autem alia non oportet cogitare: sed magis glorificare Deum atque laudesei offerre, vt in nobis impleatur illud quod dictum est. Siue manducatis siue bibitis siue aliquid quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.

Incipit liber de sanctis senioribus qui signa faciebant.

Dixit abbas Dulas discipulus abbatis Bisarionis, quia ambulantes nobis secus litus maris, sitiui & dixi abbati Bisarioni, abba sitiuo valde. Et cum fecisset senex orationem dixit mihi, bibe de mari, & dulcis facta est aqua, & bibi. Ego autem hausi modicum in vase ne forte iterum siti rem quod cum vidisset senex dixit mihi. Vt quid aquam portas. Dixit ei. Ignosce mihi ne forte iterum siti rem, & ait senex. Deus qui hic est & ubi est. ¶ Alio tempore cum ei necessariu esset fecitorum

tionem & transiit Chrysoroan fluvium pedibus. Ego autem admiratus interrogavi eum, dicens quomodo sentiebas pedes tuos dum ambulares in aqua. Et ait senex. Vsq; ad talum sentiebam aquam, reliqua autem erat solida sub pedibus meis. ¶ Rursum euntibus nobis ad alium senem venit sol ad occasum, & orans senex dixit. Obsecro dñe stes sol donec perueniam ad seruum tuum & factum est sic. ¶ Venit aliqui quidam demonium habens in Scythi, & facta est oratio pro ipso in Ecclesia, & non egrediebatur demon ab eo quia durus erat. Dicunt autem adinuicem clerici loci illius. Quid faciemus huic demoni. Nemo enim potest eum eijcere, nisi abbas Bisarion & si rogauerimus eum pro ipso, neque in Ecclesiam veniet. Hoc autem faciamus. Ecce venturus est mane ante omnes in Ecclesia faciamus eum, qui vexatur sedere in loco ipsius, & cum ingreditur, stemus ad orationem & dicamus. Excita fratrem illum abba. Fecerunt autem sic. Veniente itaque mane senes illo steterunt ad orationem, & dicunt. Excita fratrem illum abba & dixit illi patienti. Surge egredere foras, & confestim exiit demon ab eo & sanus factus est ex illa hora. ¶ Dixerunt seniores fratres aliqui abbati Helix in Aegypto de abbate Athone, quia bonus frater est, & dixit ei senex. Secundum generatio

nem suam bonus est. Qui dixerunt ei. Secundum antiquos autem quid. At ille respondens ait. Iam dixi vobis, quia secundum generationem suam bonus est, secundum antiquos vero vidi hominem in Scythia, qui facere poterat ut sol staret in caelo, sicut fecit Iesus filius Naue. Et hæc audientes obstupuerunt & glorificauerunt Deum. ¶ Dicebant de abbate Machario illo maiore, quia ascendens de Scythia portabat sportas, & fatigatus resedit & orauit dicens, Deus tu scis, quia iam non præualeo. Et mox eleuatus inuentus est trans flumem. ¶ Habebat quidam homo filium Paralyticum in Aegypto & adduxit eum ad cellam abbatis Macharii, & relicto eo ad ostium flente recessit longius. Respicens autem senex vidit puerum plorantem, & dixit ei. Quis te adducit huc? Qui dixit. Pater meus proiecit me huc & abiit. Et dixit ei senex. Surge & apprehende eum. Qui statim sanus factus est, & surgens apprehendit patrem suum, & sic abiierunt in domum suam. ¶ Dicebat abbas Sisoys quando eram in Scythia cum abbate Machario ascendimus metere cum eo septem nomina. Et ecce una vidua colligebat spicas post nos, & non cessabat plorans. Vocauit ergo senex dominum agri illius & dixit ei. Quid est anicula huic, quod sic plorat. Qui dixit ei, quia vir eius

habuit depositum cuiusdam, & mortuus est non loquens & non dixit ubi posuit illud, & vult Dominus depositi illius accipere eam, & filios eius in seruitutem. Erat ei senex. Dic illi ut veniat ad nos, ubi requiescimus in caumate. Et cum venisset dicit ei senex. Ut quid sic ploras? Quæ ait. Vir meus defunctus est accipiens commendatum alicuius, & non dixit moriens, ubi posuerit illud. Et dixit ei senex. Veni & ostende mihi sepulchrum viri tui. Et assumptis secum fratribus abiit cum ea, & cum venissent ad locum ubi positus erat vir eius dixit ad illam senex. Recede hinc in domum tuam, & orantibus illis vocauit senex eum qui mortuus fuerat dicens. Vbi posuisti alienum depositum. Qui respondens dixit ei. In domo mea absconditum est sub pede lectuli mei. Et ait illi senex. Dormi iterum usque in diem resurrectionis. Videntes autem fratres præ timore ceciderunt ad pedes eius. Quibus dixit senex. Non propter me factum est hoc, nihil enim sum. Sed propter illam viduam, & orphanos ipsius fecit Deus rem hanc. Hoc autem scitote, quia sine peccato vult Deus esse animam & siquid perierit accipit. Veniens autem nuntiavit vidua illi ubi positum erat illud commendatarum. At illa sumens illud reddidit Domino suo, & liberauit

rauit filios suos, & qui audierunt hoc glorificauerunt Deum. ¶ Transiens aliquando abbas Aemilius per quandam locum vidit quendam monachum detentum a quibusdam tanquam homicidam. Accedens autem senex interrogauit causam & cõperto quam ob causam calumniaretur ei dicit ad eos qui eum tenebant, ubi est ille qui occisus est, & ostenderunt ei. Tunc approximans ipsi defuncto dicit omnibus. Orate. Ipso vero expandente manus ad Deum surrexit is qui defunctus erat, & dixit eis coram omnibus. Dic nobis quis est qui interfecit te. Qui respondens ait. Ingressus ecclesiam commendati Ecclesiam presbytero, ipse vero surgens occidit me, & portans proiecit me in monasterium abbatis huius. Sed rogo vos ut tollantur ipsæ pecuniæ ab eo & dentur filiis meis. Tunc ait ad eum senex. Vade dormi donec veniat dominus & resuscitet te, & cõfestim obdormiuit. ¶ Venerunt aliquando plures seniores ad abbatem Pastorem, & ecce quidam de cognatis ipsius abbatis habebat filium & erat facies eius per operationem diaboli conuersa retrorsum. Videns autem pater eius multitudinem patrum accipiens puerum sedebat foris plorans. Contigit autem ut vnus seniorum egrederetur foras, qui cum vidisset patrem pueri ait illi quid ploras? ho-

mo, quia ait. Cognatus sum abbatibus Pastoris, & ecce contigit huic puero tentatio ista, & volens cum isti seni offerre ut curaret eum timui. Non enim vult nos videre, & nunc si cognouerit, quia hic sum persequens mittit, & minar me hinc. Ego vero videns penitentiam vestram præsumpsi venire huc: ergo quomodo vis misere re mei & introduci intus puerum istum, & orate pro ipso, & accipiens eum senex intrauit & vsus est prudenter, & non statim eum obtulit abbati Pastori sed incipiens a minimis fratribus dicebat, cõsignate puerum istum. Cum autem fecisset omnes per ordinem cõsignare eum ad vltimum obtulit eum abbati Pastori qui nolebat tangere eum. At illi rogabatur eum dicens ut omnes ira & tu pater fac, & ingemiscens surrexit & orauit dicens, Deus salua plasma tuum, ut non dominetur ei inimicus, & cõsignans curauit eum ac reddidit patri suo sanum. ¶ Narrauit quidam Patrum de aliquo abbate Paulo, qui erat in inferiori parte Aegypti habitans iuxta Thebaidam. Hic ergo Paulus tenebat manibus eos, quid dicitur Cornuti aspides, & serpentes & scorpiones, & scindebat eos per medium. Videntes autem fratres admirati sunt, & interrogabant eum dicentes, Dic nobis quid operatus es, ut acciperes gratiam istam. Qui ait eis, Ignosce mihi fratres

Quis possederit puritatem omnia subiiciuntur ei sicut. Adz, quia quando erat in paradiso ante prænariationem mandati omnia terrestria obediebant ei animalia quoque. ¶ Temporibus Iuliani apostata cum ascenderet in Persidem missus est demon ab eodem Iuliano ut velocius vadens ad occidentem adduceret ei responsum aliquid inde. Cum autem peruenisset demon in quendam locum ubi quidam monachus habitabat: stetit ibidem per decem dies immobilis, & non poterat ultra progredi: quia monachus ille non cessabat orando neque nocte, neque die, & regressus est demon sine effectu ad eum qui miserat illum. Dixitque ei Iulianus. Quare tardasti. Respondit ei demon dicens: & moram feci & sine actione reuerfus sum, sustinui enim decem dies monachum nomine Publium, si forte cessaret ab oratione ut transirem & non cessavit, & prohibitus sum transire & rediit nihil agens. Tunc impijssimus Iulianus dixit. Cum regressus fuero faciam in eo vindictam. Et inter paucos dies interemptus est per prouidentiam Dei, & continuo vnus ex prefectis, qui cum eo erant vadens vendidit omnia quae habebat & dedit pauperibus & veniens ad senem illum factus est monachus magnus & sic quieuit in dño. ¶ Venit aliquando quidam secularis ad

abbatem Sifoy in monte abbatis Antonij habens filium secum, qui in itinere mortuus fuerat & non est corubatus sed cum fiducia tulit eum secum & praecidit, cum illo tanquam poenitentiam faciens ut benediceretur ab eodem senē: post pusillum vero surgens reliquit cadaver ante pedes senis & egressus est foras. Porro senex putabat, & poenitentiam ageret ante pedes suos & dicit ei. Surge vade foras, non enim sciebat quia mortuus erat, & statim surgens egressus est, & videns eum pater eius exauit: & intrans adorauit senem, & dixit causam, & audiens hoc senex contristatus est. Non enim volebat hoc fieri. Praecipit itaque ei discipulus huius senis ut nomini diceret hoc usque ad obitum illius senis. ¶ Tentatus est aliquando Abraham discipulus eiusdem abbatis Sifoy a demone, & videns eum senex, quia cecidit, surrexit & expandit manus suas in caelum dicens, Deus velis nolis non te dimittam si cum non curaueris: & illico curatus est frater ille. Senex quidam erat solitarius iuxta Iordanem fluium & ingressus per cauma in speluncam inueniunt ibi leonem & cepit fremere leo dentibus suis ac rugire. Dixit autem ei senex, quid angustiarius? Est locus qui capiat me & te. Si vero non vis, surgens egredere hinc. Leo autem non fremens egressus est inde foras.

¶ Ascen-

¶ Ascendit quidam senex aliquando de Scythi in Terimthym & ibi diuertit & videns homines laborem abstinentiae eius obrulerunt ei modicum vini. Alij autem audientes de ipso, adduxerunt eum ad hominem quendam demonium habentem. Caput demon illi maledicere senem illum dicens. Ad istum potatorem vini me adduxistis. Et senex quidem propter humilitatem nolebat eum eijcere, propter impropetium vero eius dixit. Credo in Christo priusquam finem faciam bibendi calicem istum egredieris ab eo & cum cepisset senex bibere, clamauit demon dicens. Incendisme. Et antequam consumeret bibens exiit demon per gratiam Dei. ¶ Misit quidam patrum discipulum suum haurire aquam. Erat autem puteus procul valde a cella ipsorum, & oblitus est funem portare secum. Dum vero venisset ad puteum frater ille & cognouisset quia non portauerat funem solito more fecit orationem, & clamans dixit. Esse abbas meus misit me lagenam istam implere aqua. Et continuo ascendit aqua usque ad summum putei, & impleuit frater ille lagenam suam & restituta est aqua iterum in locum suum. ¶ Incipit liber de conuersatione optima diuersorum sanctorum patrum.

¶ Et uult abbas Dulas dicens. ¶ Quia ambulantes aliquando

in Eremo ego & abbas meus Barsarion uenimus secus quandam speluncam in quam ingressi inuenimus ibi quendam fratrem sedentem ac operantem plethra de palmis qui noluit respicere ad nos, neque salutare nec omnino uoluit loqui nobiscum. Dixit autem senex. Eam hinc forsitan non est animus fratris illius loqui nobiscum. Egressi uero inde ambulauimus illico uidere abbatem Ioannem. Redcuntes uero uenimus iterum per eandem speluncam ubi fratrem illum prius uideramus, & dixit mihi senex. Ingrediamur ad fratrem istum si forte reuelauit ei. Deo ut loquatur nobiscum. Intrans autem inuenimus eum qui dormierat in pace. At uero senex ait mihi. Veni frater & colligamus corpus eius in hoc ipsum misit nos Deus. Cum autem colligeremus eum, inuenimus quia mulier erat & admiratus est senex dicens. Ecce quomodo mulieres colluctantur aduerso diabolum in Eremo, & nos in ciuitatibus de honestamur. Glorificantes ergo Deum qui protegit diligentes se recessimus inde. Dicebat abbas Vindemius, quia narrauit abbas Macharius dicens. Sedente me aliquando in Scythi descendere duo adulescentes peregrini vnus quidem ipsorum barbarus, alius uero imberbis, & uenerunt ad me dicentes. Vbi est cella abbatis Macharii? ego autem

Xx 5 tem

tem dixi eis. Quid eum vultis? Responderunt. Audientes de eo de Scithi venimus videre eum: dico eis, Ego sum. Qui penitentiam agentes dixerunt: hic volumus manere pater. Ego autem cum vidissem eos delicatos, & quasi nutritos diuitijs dixi eis. Non potestis hic sedere. Dixit ille maior. Et si non possumus sedere hic pergemus alibi. Dixi ergo apud animam meam. Ut quid eos persequor & scandalizatur? Labor ipse faciet ut a nobis fugiant. Tunc dixit eis Venite facite vobis cellam si potestis. Dicunt illi. Ostende nobis tantummodo locum & faciemus. Dedi ergo eis securim & sportam plenam panibus & salem. Ostendit etiam eis duram petram dicens. Excidite hoc & adducite vobis ligna de palude, & cum imposueritis rectum sedere in eodem loco. Ego autem putabam quod fugerent propter nimium laborem. Post hæc interrogauerunt a me quid operaturi essent. Dico eis Plectam de palmis, & sumens folia palmarum de palude ostendi eis initium plectæ, & quomodo coniungere deberent, quibus etiam dixi. Facite sportas, & date custodibus Ecclesie, & illi vobis afferent panes. Post hæc ergo ego recessi ab eis, ipsi autem patienter omnia quæcunque dixi eis fecerunt & non venerunt ad me per tres annos. Sustinui autem & ego lu-

ctando cum animo meo dicens. Putasne quæ sit eorum operatio, quia non venerunt interrogare me de cogitationibus suis. Qui enim de longinquo sunt veniunt ad me, isti vero de proximo non venerunt ad me. Nam nec ad alii abierunt nisi solum ad Ecclesiam cum silentio accipere oblationem. Igitur ergo oravi Deum ieiunans unam septimanam, ut demonstrarem mihi operationem eorum. Surgens autem post illam septimanam abij ad eos videre quomodo sederent, & cum pulsassem aperuerunt mihi, ac salutauerunt me tacentes, faciensque orationem sedi. Innuens autem ille maior maiori ut egrederetur. Ipse vero maior sedit facere plectam nihil loquens & circa horam nonam significauit percussus, & venit ille minor & fecit modicam cocturam pulmenti. Apposuit vero & mensam, inuente ei illo maiore, & posuit super eam tres paximares, & stetit tacens. Ego autem dixi. Surgite manducemus. Et exurgentes manducauimus. Attulit vero lagunculam & bibimus. Cum autem factum esset vespere dicunt mihi, vadis ne hinc. Respondi, ego non, sed hic dormiam, posuerunt autem mihi mattam in una parte, & sibi in angulo ex alia parte. Tulerunt etiam cingulos suos & semicinotia sua & posuerunt se dormire simul super mattam

ante

ante me. Cum autem se reclinaissent oravi ad Deum ut mihi reuelaret operationem eorum. Et apertum est tectum cellæ, & facta est lux tanquam per diem: ipsi vero non conspiciebant lumem illud. Cum vero putaret quia ego dormirem, tetigit ille maior minorem in latus, & surrexerunt atque cinxerunt se. expandentes quoque manus in cælum steterunt cum silentio, ego quidem videbam eos, ipsi vero non me videbant. Videbam ergo demones sicut muscas venientes super illum minorem, & alij quidam veniebant ut sederent super os eius. Alij vero super oculos & vixi angelum Domini habentem gladium ignis circumvallantem eum atque secantem ab eo demones. Illi autem maiori fratri non poterant appropinquare. Circa mane vero reclinauerunt se, & ego feci me ipsum quasi euigilantem, & ipsi fecerunt similiter. Dixit autem ille maior hunc sermonem tantum, vis dicamus hos duodecim psalmos. Dixi etiam, & psallebat ille minor quinque psalmos senos versus, una cum alleluia, & per unumquemque versum exhibebat lampas ignis de ore ipsius, & ascendebat in cælum. Similiter & ille maior cum aperiebat os suum psallens tanquam fumus ignis egrediebatur de ore ipsius & pertingebat ad cælum, & ego dixi

modicum ex animo sicut & illi opus Dei, exiens autem dixi. Ora te pro me. Illi vero satisfecerunt mihi tacentes, & cognoui quia ille maior perfectus esset, & illum minorem impugnaret adhuc inimicus. Post paucos autem dies dormiuit ille maior frater, & tertio die ille iunior, & cum aliqui patrum venirent ad abbatem Marcharium ducebat eos in cellam ipsorum dicens. Venite & videte martirium horum peregrinorum. ¶ Duo quidam patrum rogauerunt Deum, ut ostenderet eis in quam peruenerint mensuram & venit illis vox dicens. Quia in villa illa quæ est in Aegypto, est secularis quidam Eucharistus nomine & vxor eius vocatur Maria, nondum adhuc peruensis in mensuram ipsorum, exurgentes autem illi duo senes venerunt in vicum illum. Qui percunctantes inuenerunt cellulam ipsius & vxorem eius & dicunt ad eam, ubi est virtus. At illa dixit eis. Pastor est ouium & ipsas pascit, & introduxit eos in domum suam. Cum vero sero factum esset venit ipse Eucharistus cum omnibus & videns illos senes parauit illis mensam misitque peluim, & lauit pedes eorum qui dixerunt ei. Non gustabimus quicquam nisi indicaueris nobis operationem tuam. Tunc Eucharistus cum humilitate dixit eis. Ego sum pastor ouium, & hæc vxor mea est.

Cum

Cum vero perseuerassent illi seniores rogantes eum ut omniade nunciaret eis, & ipse nollet dicere. Dixerunt ei, Deus misit nos ad te. Audientis autem Eucharistus hoc verbum timuit, dixitque. Ecce oves istas habemus a parentibus nostris, & quicquid ex ipsis donauerit nobis Deus, diuidimus in tres partes. Partem unam pauperibus, & unam partem in susceptione peregrinorum, & tertiam partem in usum nostram, ex qua autem accepi uxorem meam, neque ego pollutus sum neque ipsa sed virgo est. Singulariter autem remoti a nobis dormimus, & noctu quidem induimus nos sacco in die vero vestimenta nostra, & usque nunc nemo hominum hoc cognouit. Cum autem hac audissent illi patres admirati sunt, & recesserunt glorificantes Deum. ¶ Venit aliquando abbas Macharius ille Aegyptius de Scythi in monte Nitrix, in die oblationis ad monasterium abbatis Parabo, & dixerunt ei seniores loci illius. Dic fratribus verbum edificationis pater. Qui ait eis, Ego nondum factus sum monachus, sed vidi monachos & dixit. Sedente me aliquando in cellula in Scythi, perurgebat me cogitationes meae dicentes. Surgens vade usque in desertum, & considera quicquid illic videris, & permansu lucrans quum animo meo per quinque annos

dicens, ne forte sit a demonibus ista suggestio. Cum ergo perseuerarem ista cogitare abij in Eremum, & reperio ibi stagnum aquarum, & insulam in medio eius, veniebant quoque diuersa animalia, etemi istius, & bibebat ex eo, inter quae vidi duos homines nudos, & contremuit corpus meum, putabam enim quod spiritus essent. Cumque illi vidisset me trepidantem locuti sunt ad me dicentes. Noli timere, etenim nos homines sumus. Dixi itaque illis. Unde estis, & quomodo in hanc Eremum venistis. Qui dixerunt, de coenobio sumus, & factus est nobis consensus & egressi sumus & ecce egressiois nostrae quadraginta anni sunt. Erat autem unus ex his Aegyptius, alius vero Thebeus. Interrogabant autem me & ipsi dicentes. Quomodo est mundus & si ascendit aqua secundum tempus suum, si etiam habet mundus abundantiam suam. Respondit eis. Etiam. Quos & ego interrogavi. Quomodo possum fieri monachus. Dicunt mihi. Nisi quis renunciauerit omnibus quae in mundo sunt non potest fieri monachus. Quibus dixi. Ego infirmus sum, & non possum sicut vos. Responderunt mihi. Si non potes sicut nos sedere in cella tua, & plange peccata tua. Interrogavi ergo eos dicens. In hyeme non sentitis frigus aut

in

in estate non incendit corpus vestrum cauma. At illi dixerunt. Deus fecit nobis hanc dispensationem ut neque in hyeme frigus neque in estate ardorem sentiamus. Ideo quae dixi vobis quia ego nondum factus sum monachus, sed vidi monachos, ignoscite mihi. ¶ Sedebat aliquando abbas Syfoys solus in monte abbas Antonij, Moram autem faciente ministro eius venire ad eum per menses decem non vidit hominem. Ambulans autem in montem, inuenit quendam capientem agrestia animalia. Cui senex dixit, unde venis & quantum temporis habes hic. At ille dixit, vere abba habeo undecim mentes in monte isto, & non vidi hominem nisi te. Audiens autem haec senex, intrauit in cellam suam, & percutiebat seipsum dicens. Ecce Syfoys existimabas te aliquid fecisse, & neque ut secularis hic, ira tecisti. ¶ Idem ipse Syfoys abbas sedens in cella, super claudebat ostium suum. Dicebant autem de ipso quando in die dormitionis suae cum sederent circa eum patres, resplenduit tanquam sol facies eius. Et dixit ad eos. Ecce abbas Antonius venit, & post pusillum rursus dixit eis. Ecce chorus prophetarum venit, & iterum amplius facies eius respluit, & dixit. Ecce chorus Apostolorum venit & dupliciter respluit adhuc facies eius, &

ecce ipse quasi cum aliquibus loquebatur. Deprecati sunt autem illum senes dicentes. Cum quae loqueris abba? Qui dixit eis, ecce venerunt angeli accipere me & rogo ut dimittar poenitere modicum. Dicunt ei seniores non indiges poenitentia pater. Dixit autem illis, vere fratres nescio me ipsum vel initium fecisse poenitentiae, & cognouerunt omnes quia perfectus est, & rursus subito facta est facies eius sicut sol, & timuerunt omnes. Dixit autem illis videre, ecce Dominus venit dicens. Afferte mihi vas electionis Eremi & continuo reddidit spiritum, & factus est splendor magnus, & repletus est totus locus ille odore suauitatis. ¶ Dicebant de abbate Or, quia neque mentitus est unquam, neque iurauit, neque male dixit hominem neque sermonem noxium, locutus est alicui. Idem abbas Or dicebat discipulo suo. Vide ne aliquando alienum verbum adducas in cellam istam. ¶ Duo quidam magni senes ambulabant in Eremum quae est iuxta Scythim, & audientes murmur vocis cuiusdam de terra quasi introitum speluncae, inquam ingressi reperiunt ibidem quandam aniculam virginem sanctam iacentem, & dicunt ei. Quomodo huc venisti anus, aut quis est qui tibi ministrat? Neminem enim inueniunt in ipsa spelunca, nisi so-

lam

iam ipsam iacente n infirmam. At illa dixit, trigessimū octauū habeo animum in spelūca hac herbarum radicibus viuens, & feruens Christo, & non vidi hominem nisi hodie. Misit enim vos Deus vt sepeliatis corpus meum. Cumque hoc dixisset quieuit in pace. Patres vero illi glorificauerunt Deū, & recondito corporeculo eius recesserunt in locū tuum. Narrauerunt de quodam solitario qui exiit in Eremum vestitus lineo sacco tantum. Cumq; perambulasset iter trium dierū ascendit supra petram & vidit sub ipsa viridem herbam & hominē pacētem tanquā bestiam. Descendens autē occulte tenuit eū. Senex vero ille cū esset nudus, nec posset ferre odorem hominū angustiatrus est, & vix tandem euadens de manibus eius fugiebat. Ille vero frater exiit currens post ipsum & clamans. Expecta me, quia propter Deum te sequor. At ille conuersus dixit ei. Et ego propter Deum fugio abs te. Frater autem ille post hęc proiecit lebitonem quō erat indutus & sequebatur eum. Quō cū vidisset senex, quia abiecit illud indumentum suū sustinuit eum, & cū appropinquasset ei, dicit ad illum senex. Quomā proiecisti materiam mundi abs te ego te expectaui. Rogabat autem frater ille dicens. Pater dic mihi verbum quomodo saluus sū. Qui

dixit ei fuge homines & tace & saluus eris. Narrabat quidam solitarius fratribus qui erant in Raitum vbi sunt septuaginta arbores palmarum in loco vbi aplicuit Moyse cum populo, quando egressus est de terra Aegypti sic dicens. Cogitavi aliquando de bere me ingredi in interiorē Eremum si forte inuenirem aliquē interiorē habitantem in Eremo, & seruientem Domino nostro Iesu Christo. Ambulans autem quatuor dies ac noctes inueni speluncam, & cum appropinquassem respexi intrus, & vidi sedentem hominem & pulsaui secundū consuetudinem monachorum, vt egrediantem salutarem eum. At ille non mouebatur, requieuerat enim in pace. Ego autem nihil dubitans introiui & cum tenuissem scapulam ipsius confestim dissolutus est & factus est puluis. Dein de aspiciens vidi colobium pendens. Cum vero & hoc tenuissem dissolutū est, & in nihilum redactum. Cum autem ex hoc habitaculo egressus sum inde, & deambulabam in deserto in quo rursus aliam reperi speluncam & vestigia hominis ibidem. Factus sum autem alacrior & applicui ad ipsam speluncam. Vt vero iterum pulsaui, & nemo mihi obaudiuit ingressus quoque nullum inueni. Stans autem foras speluncam dicebam intra me ipsum, quia

quis huc oportet venire hunc feruam Dei vbiunque fuerit. Cum vero pertransiret dies vidi bubalos venientes, & illum feruum Dei sequentem eos nudum, sed capillis suis disperientem quē inhonestam erat corporis sui. Qui appropinquans mihi existimabat me spiritū esse, & stetit ad orationē. Ego autē hęc intelligēs dicebam ei. Seruus Dei, & ego homo sum, vide vestigia mea, & contrecta me, quia caro & sanguis sum. Cum verbō post orationem dicto amen, respexisset me & consolatus fuisset, introduxit me in speluncam & interrogauit me dicens. Quomodo huc aduenisti, cui ego dixi. Requiritis gratia seruorum Dei veni in hanc solitudinem & non me fraudauit Deus a desiderio meo. Ego autem interrogauit eum rursus dicens. Quomodo, & tū huc venisti, & quārum temporis habes quod est alimētum tuū vel quomodo cum sis nudus non indiges vestimento. Qui dixit mihi. Ego in cenobio eram Thebaide, & opus meum erat lini textura, sub intravit autem in animam meam cogitatus vt exiens ipse singulariter sederem, & potens inquit quisus esse & suscipere peregrinos, & materiam mercedem possideret ex eo quod acquisitionis de opere tuo. Vt autem es a se hęc cogitasti mihi hęc, & opere perfectam, exiens adi-

ficaui mihi monasterium, ibique conuebant qui mihi iniungebant opus. Cumq; iam multū esset gregaueram festinabā pauperibus ac peregrinis illud distribuere. Sed aduersarius noster diabolus inuidens mihi sicut semper, ita etiā & tunc futurā in me retributionē machinabatur auferre eo q̄ festinabam labores meos Deo offerre. Videns autē vnam virginē sacrā iniungētē mihi species & eas me perficientē atq; reddētē, immisit ei vt rursus mihi demandaret alias species. At vbi iam cōsuetudo facta est & fiducia maior, postremo etiam tactus manu, & risus ac simul conuescere ad vltimū concepinus dolorem, & perfecimus iniquitatē. Cum autē menses cum ipsa in eadē ruina sex menses postea cogitanti dicens. Quia aut hodie aut crastino, aut post multos annos morti addictum aeternum habeo supplicium. Si enim vxorem quis hominis violaret penis aeternis legitime subiaceret, quantis tormentis dignus est qui Christi stuprauerit sponsam. Et sic occulte in hanc Eremū recurri, omnia relinquens illi mulieri. Veniensque huc inueni speluncam hanc, atque fontem hunc & istam palmam afferentem mihi botryones duodecim dactylorum. Per singulos menses affert vnum botryonē qui mihi sufficit triginta dies, & post hunc matura-

riorialter: Post tempus autem multum creuerunt pili mei & cum diu perentur iam vestimenta mea ipsis verecundiorum partem operio corporis mei. Dum autem rursus interrogarem eum si a primordiis difficultatem habuisset ibidem, ait mihi: In initijs valde afflictus sum dolore iecoris, ita vt humilia cecidisse non possem stando psalmodicare, sed prostratus in terra clamabam ad altissimum. Cum autem in spelunca essem in dolore valido atque defectioe vt etiam nec egredi istum possem, vidi virum inhxrentem & iuxta me stantem ac dicentem mihi. Quid pareris? Ego confortatus ab eo modicum dixi ei. Epar dolco. Qui dixit mihi, vbi doles. Cum vero ostendissem ei digitos manus suæ indirectum coniungens digiti locum istum tanquam per gladium. Et euellens iecur ostendit mihi vulnera, & trans iecore in manu sua in pannum ipsam scabiem misit, atque rursus ipsam iecur imponens manibus suis locum ipsum reclusit, & ait mihi. Ecce sanus, factus es; seruis Domino nostro Iesu Christo sicut oportet; & extunc factus sum sanus, & sine labore iam sum hic. Ego autem multum illum rogavi vt manerem in interiori spelunca & ait mihi. Non potes sufferre impetus demonum. Et ego hoc ipsum considerans rogabam, vt orans pro me dimitteret me. Qui cum

orasset dimisit me. Hæc vobis narraui adificationis gratia. ¶ Dicebat rursus alius quidam senex, qui etiam dignus factus est episcopus ciuitatis Oxirinci tanquam ab alio hæc audisset, sed ipse erat qui hoc fecerat. Visum est mihi (inquit) aliquando intrare in interiorem Eremum quæ est circa Oassa, vbi genus est Mazicorum, vt viderem si forte inuenirem aliquem Christo seruientem. Sumens igitur paucos paximates, & quasi dierum quatuor aquam in vase, iter meum faciebam. Transactis vero quatuor diebus consumptisque cibis expectabam quid agerem, & confidens dedi me ad pergendum. Ambulaui quoque alios quatuor dies sine cibo perdurans. Cumque ieiunium & laborem itineris corpus meum iam non ferret in pusillanimitate iam perueni, ac sic iacebam interra. Veniens autem quidam digito suo terigit labia mea & tanquam medicinali instrumento curauit me. Statimque confortatus sum ita vt putarem me neque ambulasse, neque famem pertulisse. Cui ergo tantam in me sensissem virtutem, surgens perambulabam desertum. Præteritis itaque alijs quatuor diebus rursus fatigatus defeci. Cumque extendissem manus meas in cælum, ecce vir ille qui pridem me confortauerat iterum digito quasi liniens labia mea confortauit me. Peracti sunt autem dies

dies decem & septem & post hoc inuenio tugurium & arborem palmæ, & virum stantem, cuius capilli capti erant pro indumento ipsius & præ caritie candidi per totum. Erat autem & terribilis aspectus. Cumque vidisset me stetit ad orationem & expleto Amen, cognouit me esse hominem tenensque manum meam interrogauit me dicens. Quomodo huc aduenisti? & si adhuc constant omnia quæ sunt in mundo, & si adhuc etiam sunt persecutiones? Ego autem dixi ei. Quia vestri gratia qui in veritate Christo Domino seruitis hæc per ambulo Eremum, persecutio vero cessauit per potentiam Christi. Edissere nunc mihi obsecro te, & tu quomodo huc aduenisti? At ille cum lamentatione plorans cepit dicere mihi. Ego episcopus eram & persecutione facta multis mihi illatis supplicij scum sufferre non possem tormenta postea sacrificauit, in me ipsum deinde reuersus agnouit iniquitatem meam, & dedi me ipsum, ad moriendum in hanc eremum, & sum degens hic annis quadraginta nouis in confessione & obsecratione ad Deum, si forte dimittatur mihi peccatum meum. Et visum mihi quidem præstitit Dominus ex hac palma consolationis vero indulgentiam non accepi, nisi post XLVIJ. annos, in hoc autem anno consolatus sum, hæc autem dicens repente surre-

xit, & currens exiit foras & stetit ad orationem diu. Cum autem complisset orationem venit ad me. Intuens autem ego faciem eius exterritus trepidaui, factus enim erat quasi ignis. Dixitque mihi. Noli timere. Dominus enim te misit vt ferri tradas corpus meum atque sepulturæ. Dū autem consummasset hæc dicens statim extendens manus pedesque sine fecit, dissuta ergo tunicam meam ego mihi dimidiam tenui, & dimidiam inuolutam sancto eius corpusculo abscondi in terra. Recondito autem illo continuo palma illa aruit & tugurium illud cecidit. Ego autem multum fleui obsecrans Deum si quomodo præstaret mihi palmam illam & fontem & perseuerarem illi in hoc residuum tempus meum. Vt autem non est hoc factum dixi apud me utique non est voluntas Dei: orans ergo tendebam iterum ad seculum & ecce homo ille qui prius liniuit labia mea, veniens, apparuit mihi atque confortauit me, & ita conualui peruenire ad fratres & narraui eis hæc rogans eos ne desperarent de misericordia Dei, sed per patientiam expectarent Deum. ¶ Frater quidam interrogauit senem dicens Nomen est quod saluauit opus. Respondit ei serex. Opus, & ait senex. Scis fratrem orationem aliquando, & statim exaudiebat oratio eius. Subintravit autem animo eius cogitatus, vt vellet videre

dere animam peccatoris & iusti, quomodo abstrahatur a corpore, & non v. lés Deus contristare eū in desiderio suo dū sederet in cella sua ingressus est lupus ad eum, & tenens ore suo vestimenta ipsius fratris trahebat eū foras, surgens autem frater sequebatur eū lupus autem duxit eū vsq; ad aliquā ciuitatem, & dimittens illum recessit ab eo, cū vero sederet foras ciuitatem in monasterio quodam, erat quidam habitans qui habebat nomen, quasi magni solitarij, ipse vero infirmus erat expectans horā mortis suæ. Frater igitur ille qui ibidem venerat videbat præparationem fieri cereorum & lampadarum propter solitarium illum tanquam per ipsum Deus panem & aquam in habitantibus ciuitatem illam præstaret atque saluaret eos, & dicebant: quia si hic senex vitam finierit omnes simul moriemur: Facta autem hora exitus, ipsius vidit frater ille tartaricū inferni descendente super solitariū illū habentē tridentem ignem, & audiuit vocem dicentem. Sicut anima ista non me fecit quiescere neq; vna hora in se, sic neque tu miserearis eius euellens eam. Desigens igitur tartaricus ille quē tenebat igneum tridentē in corde solitarij illius, per multas horas torquens illum abstraxit animam eius. Post hæc autem ingressus frater ille ci-

uitatem, inuenit hominē peregrinū in platea ægrotū non habentē quē ei curam adhiberet & mansit cū eo die vna, & cū venisset hora dormitionis eius conspexit frater ille Michaelē & Gabrielem descendentes propter animam eius, & sedens vnus a dextris & alius a sinistris eius rogabat animā illam vt egrederetur, & non exhibat quasi nolens relinquere corpus suū. Dixit autem Gabriel Michaeli. Assume iam animam istā vt eamus: cui Michael respondit. Iussi sumus a Domino vt sine dolore eiiciatur, ideoque cū vi non possumus euellere eā. Exclamauit ergo Michael voce magna dicens: Domine quid vis de anima hac quia nō acquiescit nobis vt egrediatur. Venit autem vox. Ecce mitto Dauid cū cythara & omnes psallētes Hierusalem & audiens psalmodiam ad vocem ipsorum egrediatur. Cumq; descendissent omnes in circuitu anime illius cārantes. hymnos & audiens psalmodiā ad vocem ipsorum egrediebatur. Tūc demū exiens anima illa sedit in manibus Michaelis & assumpta est cū gaudio. ¶ Dixit iterum idem qui supra de quodam sene, quia veniens aliquādo in ciuitatem vt venūdatet vasa quæ operatus fuerat, & cū explicuisset ea contigit eū sedere ante ianuā cuiusdam diuitis qui iam moriebarur. Sedens ergo senex ille vidit equos nigros & af-

cen-

censores eorū nigros & terribiles habentes singuli baculos igneos in manibus tuis. Cū vero iam peruenissent ad ianuā diuitis statuerunt equos suos foris, & intrauit vnusquisque cū festinatione. Infirmus autem ille videns eos clamauit voce magna dicens: Domine adiuuame, et illidixerūt ei: nūc memor Dei factus es quando tibi sol obscuratus est. Quare vsq; in hodiernum diem nō exquisiisti eum dum adhuc tibi erat splendor diei. Nunc autem in hac hora non est tibi portio spei neq; consolationis. Dixerunt patres fuisse quēdā Macharium qui Scrihyum primus monasteriū fecit. Est enim locus ipse vasta Eremus longe à Nitria, habens internallum itineris diei & noctis & grāde periculum est euntibus ibidem. Si enim modicum quis aberrauerit vagatur periclitans per Eremum. Sunt autē illi omnes perfecti viri nec aliquis imperfectus potest in eodē loco tā feroci perdurare quia omnino arduus est, & absq; consolatione eorum quæ necessaria sunt. Hic igitur prædictus vir Macharius cū homo esset de ciuitate cōiunctus est aliquādo Machario illi maiori & cum venissent ad transfretandum Nilum fluiuium contigit eos ingredi nauē maiorem in qua tribuni quidam duo, cū multa intrauerant extollentia habentes intus redam totam arcem, &

equos quibus freni aurei erant & oblectandantes quosdā milites & pueros torques vtētes aliquos atque aureos habentes cingulos. Videntes ergo tribuni illi hos duos Monachos veteres pannos indutos & in angulo sedentes beatificabant exiguitatem ipsorū. Vnus vero ex tribunis ait ad eos, Beati estis vos Monachi qui mundo huic illulistis. Respondens autem ille vrbanus Macharius dicit ad eos. Nos quidem mundo isti illistimus vobis autem hic mūdus illi sit. Scito tamen quia nō volē hoc dixisti vtriq; enim beati dicimur id est Macharij. At ille tribunus compunctus in verbo eius & regressus domi expoliavit se vestimentis suis & coepit esse Monachus faciens eleemosynas multas. Dicebat de eodem abbate Machario maiore, quia dum ambularet aliquādo per Eremum inuenit caput hominis mortui in terra iacens. Quod cū moueret virga palme, quam in manu tenebat locutum est caput illud ad eum, cui dixit senex: quis es tu? Respondit ego eram sacerdos gentilium qui commanebant in loco hoc, tu vero es abba Macharius qui habes Spiritum sancti Dei. Quacunque ergo hora misertus fueris eorum qui sunt in tormentis & oraueris pro eis tunc consolantur pusillum. Dixit ei senex, & quæ est ipsa consolatio. Respondit quantū

Y y 2 distas

distat cœlum a terra, tantū est ignis sub pedib⁹ nostris & super caput nostrum. Stantibus ergo nobis in medio ignis, nō est vt quis facie ad faciem videat proximum suum. Air ergo senex, cum fletu. Veh illi diei in qua natus est homo si est hæc consolatio supplicij. Rursum dixit senex, est ne peius turmentum his? Respondit, maior pœna subtus nos est. Dixit ei senex, Et qui sunt in ipsa, dixit ei, nos qui ignorauimus Deū vel ad modicum habemus aliquid misericordiaz. Hi vero qui cognouerunt Deum & negauerunt eum nec fecerunt voluntatem eius, hi sunt subtus nos. Et posthęc sumēs senex caput illud sepeliuit.

Orante aliquando eodem abbate Machario in cella sua, venit ei vox dicens: Machari, nondum peruenisti ad mensuram illarum duarum mulierum illiusciuitaris. Surgens ergo senex mane accepit virgam suam palmeam & cœpit pergere inciuitatem. Cum vero peruenisset in eam, reperto loco pulsauit ianuam. Egressa autem vna suscepit eum in domum suā, & cum sedisset nominibus proprijs vocauit eas que cum venissent federunt cum eo. Air autem ad eas senex. Propter vos tantum laborem itineris arripui dicite mihi nunc opera vestra que vel quomodo sint. At illę mulieres dixerunt. Crede nobis abba, quia nec

senex ille naves suas propter fatorem. Fecerunt autem & angeli similiter, & profecti pusillum dixit eis senex. Et vos hæc odoratis? Qui dixerunt ei. Nequaquam, sed propter te cooperuimus & nos. Nam immunditiam huius mundi non odoramus nos, neque appropriat nobis, sed animas quæ fetorem peccatorum habent ipsarum fetorem nos odoramus.

Incipiunt septem capitula quæ misit abbas Moyses abbati Pirmenis & qui custodierit ea liberabitur a pœna.

Dixit abbas Moyses quia debet homo quasi mortuus esse socio suo, mori amico suo vt non diiudicet eum in aliqua causa. Dixit iterum. Quia debet homo mortificare seipsum ab omni re mala priusquam egrediat de corpore, vt non lædat vllū hominem. Dixit iterum. Nisi habuerit homo in corde suo quia peccator est, Deus non exaudiet eum. Dixit ei frater. Quid est in corde habere quia peccator est. Et dixit ei senex. Si quis attendit peccata sua nō videt peccata proximi sui. Dixit rursum idem senex. Nisi cōuenierit actus orationi in vanū laborat homo & dixit frater. Quid est consensus actus cum oratione? Respondit senex vt ea pro quibus oramus iam non faciamus. Quando enim homo dimiserit voluntatē suam, tunc ei reconciliabitur Deus, & suscipiet orationes eius. Interrogauit eū frater. In omni labore hominis quid est quod eū iuuat? Dixit ei senex. Deus est qui adiuuat. Scriptū est enim Deus noster refugium & virtus adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Dixit frater. Ieiunia & vigiliae quas facit homo, quid efficiunt. Dixit ei senex. Quoniā ipsa sunt quæ faciunt humiliari animā. Scriptū est enim. Vide humilitatem meā & laborē meum & dimitte omnia peccata mea si ergo fecerit anima labores istos, miserebitur ei Deus propter eos. Interrogauit frater senē dicens, quid faciet homo in omni tēratione veniente super se, aut in omni immisione inimici. Air illi senex. Elere debet in conspectu bonitatis Dei vt adiuuet eum & requiescet velociter si rogat in te. Scriptū est enim. Dominus mihi adiutor nō timebo quid faciat homo. Interrogauit eum iterum frater dicēs. Ecce homo cedit seruum suum propter aliquod peccatū quod egit, quid dicit seruus ille. Dixit ei senex. Si bonus seruus est, dicet peccati miserere mei, dixit ei frater. Nihil aliud. Dixit ei senex. Non ex quo enim culpam super se posuerit & dixerit, peccavi, statim miserebitur ei Dominus suus. Finis autem horum est.

mus. Quando enim homo dimiserit voluntatē suam, tunc ei reconciliabitur Deus, & suscipiet orationes eius. Interrogauit eū frater. In omni labore hominis quid est quod eū iuuat? Dixit ei senex. Deus est qui adiuuat. Scriptū est enim Deus noster refugium & virtus adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Dixit frater. Ieiunia & vigiliae quas facit homo, quid efficiunt. Dixit ei senex. Quoniā ipsa sunt quæ faciunt humiliari animā. Scriptū est enim. Vide humilitatem meā & laborē meum & dimitte omnia peccata mea si ergo fecerit anima labores istos, miserebitur ei Deus propter eos. Interrogauit frater senē dicens, quid faciet homo in omni tēratione veniente super se, aut in omni immisione inimici. Air illi senex. Elere debet in conspectu bonitatis Dei vt adiuuet eum & requiescet velociter si rogat in te. Scriptū est enim. Dominus mihi adiutor nō timebo quid faciat homo. Interrogauit eum iterum frater dicēs. Ecce homo cedit seruum suum propter aliquod peccatū quod egit, quid dicit seruus ille. Dixit ei senex. Si bonus seruus est, dicet peccati miserere mei, dixit ei frater. Nihil aliud. Dixit ei senex. Non ex quo enim culpam super se posuerit & dixerit, peccavi, statim miserebitur ei Dominus suus. Finis autem horum est.

Incipiunt septem capitula quæ misit abbas Moyses abbati Pirmenis & qui custodierit ea liberabitur a pœna.

Dixit abbas Moyses quia debet homo quasi mortuus esse socio suo, mori amico suo vt non diiudicet eum in aliqua causa. Dixit iterum. Quia debet homo mortificare seipsum ab omni re mala priusquam egrediat de corpore, vt non lædat vllū hominem. Dixit iterum. Nisi habuerit homo in corde suo quia peccator est, Deus non exaudiet eum. Dixit ei frater. Quid est in corde habere quia peccator est. Et dixit ei senex. Si quis attendit peccata sua nō videt peccata proximi sui. Dixit rursum idem senex. Nisi cōuenierit actus orationi in vanū laborat homo & dixit frater. Quid est consensus actus cum oratione? Respondit senex vt ea pro quibus oramus iam non faciamus. Quando enim homo dimiserit voluntatē suam, tunc ei reconciliabitur Deus, & suscipiet orationes eius. Interrogauit eū frater. In omni labore hominis quid est quod eū iuuat? Dixit ei senex. Deus est qui adiuuat. Scriptū est enim Deus noster refugium & virtus adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Dixit frater. Ieiunia & vigiliae quas facit homo, quid efficiunt. Dixit ei senex. Quoniā ipsa sunt quæ faciunt humiliari animā. Scriptū est enim. Vide humilitatem meā & laborē meum & dimitte omnia peccata mea si ergo fecerit anima labores istos, miserebitur ei Deus propter eos. Interrogauit frater senē dicens, quid faciet homo in omni tēratione veniente super se, aut in omni immisione inimici. Air illi senex. Elere debet in conspectu bonitatis Dei vt adiuuet eum & requiescet velociter si rogat in te. Scriptū est enim. Dominus mihi adiutor nō timebo quid faciat homo. Interrogauit eum iterum frater dicēs. Ecce homo cedit seruum suum propter aliquod peccatū quod egit, quid dicit seruus ille. Dixit ei senex. Si bonus seruus est, dicet peccati miserere mei, dixit ei frater. Nihil aliud. Dixit ei senex. Non ex quo enim culpam super se posuerit & dixerit, peccavi, statim miserebitur ei Dominus suus. Finis autem horum est.

non iudicare proximum. Quādo enim manus Dñi occidit omnē primogenitū in terra Aegypti nō erat domus in qua non esset mortuus. Dixit ei frater. Quid est verbum hoc? Respondit ei senex, quia si conspexerimus peccata nostra non videbimus peccata proximi. Stultitia est homini habenti mortuum suum relicto eo abire & flere mortuū proximi sui. Mori autem proximo tuo est portare peccata tua, & sine cogitatu esse ab omni homine, quia iste bonus est & iste malus est, & ne facias malum ulli homini neq; cogites malum in corde tuo in aliquem neq; spreueris aliquem facientem malum, neq; acquiescas facienti malum proximo suo, & noli gaudere cū eo qui malū facit proximo suo hoc est mōri proximo suo & noli obloqui de aliquo homine, sed dicito, quia Deus cognoscit vnūquēq; Noli ergo obedire detraheri, neq; cōgaudeas ei in detractione. Noli audire obloquētē proximo tuo, quia scriptū est, nolite iudicare. & nō iudicabimini. Non habeas inimicitias cū aliquo homine neq; retineas cōtumelias in corde tuo neq; odio habeas eū qui inimicatur tibi, & nō sentias inimicitias eius. Noli despiciere eum qui inimicitias habet cū proximo suo, & hoc est pax. In his temeripsum cōsolare. Est labor sed semper eterna requies. ¶ Dixit alius se-

nex. Propter te in quā homo saluator est natus propter te venisti lris Dei vt tu salueris. Factus est homo manēs Deus, factus est puer factus est lector. Accipiens nanq; librū legit in Synagoga dicēs Spiritus Dñi super me, eo q̄ vixerit me, euāgelizare pauperibus misit me. Factus est subdiaconus faciens nanq; de fune flagellū, oēs eiecit de tēplo oues vendētes & boues. Factus est diaconus, prae cingens enim se Lintheo lauit pedes discipulorū suorū prae cipiēsis fratrum pedes lauare. Factus est presbyter quia refedit in medio magistrorū populum docens. Factus est episcopus quia accipiens panē, benedixit ac fregit & dedit discipulis suis. Flagellatus est propter te, vt redimeret te. Crucifixus. & mortuus est, & tertia die resurrexit & assumptus est. Omnia haec ppter nos suscepit in se omnia iuxta dispensationē omnia per ordinem omnia cōsequenter operatus est vt saluaret nos & tu propter eum nil toleras. Simus sobrii, vigilem, vacemus orationibus, & quae placita sunt ei faciētes vt saluari possimus. Ioseph nonne in Aegyptū est venditus iu terram alienam Tres pueri in Babyloniam captiui ducti sunt, nunquid ibi cuiusquam habuerunt notitiam? Tamen Deus patrocinauit eis, suscepitque, & glorificauit eos quia timebat eum. Qui dat animam suam

suam Deo non habet propriam voluntatem, sed expectans Dei arbitrium non laborat. Nam si tuā vis facere voluntatē, non cooperante Deo nimium fatigaberis. Interrogauit frater abbatem Pastorem dicens, Quod est quod scriptum est nolite cogitare de crastino? Dixit ei senex. Ad hominem respicit hoc qui in tentatione constitutus est & deficit, vt non cogitet quantum temporis in ea futurus sit, sed potius quod hodiernum est & quotidianum futurum libenter suscipiat. ¶ Interrogauit frater abbatem Ioannem dicēs. Quomodo anima habens propria vulnera, non erubescit detrahere proximo suo? Cui respondit senex per parabolam. Erat quidā pauper homo habēs uxorem, qui cum vidisset aliquādo aliam mulierem pulchriorem ipsam quoque sortitus est in coniugium. Erant autem vtraque nude, Sed cum essent in quodam loco nudine, rogauerunt eum ambe dicentes. Tecum desideramus venire. Quas mittens nudas in dolium cum nauicula transfretauit venitque ad locum. Facto autem meridie cum vna earum populo recedente vidisset silentiū, exiuit de dolio in quendam locum vicinum velociter, & veteres atque conscissos pannos repertens, praecinxit se, dehinc fiducia iter visa est ambulante. Alere vero nuda se

dēs intrinsecus dicebat marito. Ecce meretrix ista nuda est nec cōfunditur. Cui maritus cum dolore ac stupore respondit o miraculum. Haec vt cunq; confusionem suam cooperuit tu vero vndique nuda, non erubescis culpae vel ex parte vestitae. Ita est omnis detractor qui propria mala non videns, aliena semper accusat.

¶ Dixerunt quidam fratres abbati Antonio, volumus a te audire verbum quomodo saluari possumus. Tunc ait senex. Ecce scripturas audistis sufficiat vobis. Qui dixerunt, & a te volumus audire verbum. Respondit eis senex. Audistis dominum dicentem si quis te percusserit in sinistram maxillam praebere illi & alteram? Dicunt ei. Hoc implere non possumus. Dixit eis. Si ergo alteram praebere non potestis saltem in vna percussis ferre patienter. Responderunt ei. Nec hoc possumus. Dicit eis. Si nec hoc potestis vultis ne percutere magis quam percuti. Dicunt ei. Nec hoc volumus. Tunc senior ait discipulo suo. Succos praeparata fratribus istis, quia nimis infirmati sunt. Deinde dixit eis. Si nec hoc, nec illud potestis. Quid faciam vobis, ergo si laetatio necessaria est pro vobis. Dixit abbas Ioannes quibusdam fratribus. Quia fuerunt tres philosophi simul amici, quo-

rum vnus moriens, alteri reliquit filium suum commendatum, qui in etate iuuenili prouectus nutritoris sui adulterauit vxorē. Quo scelere cognito missus est foras deinde cum plurimum poeniteret non ei cōcessit ingressum, sed ait illi. Vade & esto tribus annis inter damnatos qui metalla in flumine colligunt & sic tibi indulgeo culpam tuā. Quo post triennū reuerso rursus ait. Vade alios tres annos & da mercedes vt iniurias patiaris. Ille vero fecit sic tres annos alios. Qui dixit ei. Veni ergo nunc in ciuitatem Athenienlium vt philosophiam discas. Erat autem ad portam ciuitatis quidā senex philosophus sedens qui intrantes ciuitatem contumelias afficiebat. Iniuriauit ergo & iuuenem illum. At ille iniuriatus risit. Cui senex ait. Quid est, hoc quod tibi iniurias facio & tu rides? Et dixit iuuenis. Nō vis vt rideā qui tibus annis vt iniurias paterer de di mercedes & hodie eas gratis patior? Prorsus ob hoc risi. Dixit ei senex. Accede & ingredere ciuitatem. Cumque hoc retulisset abbas Ioannes dixit. Hec porta Dei & patres nostri per multas iniurias eam gratulātes ingressi sunt. ¶ Dicebat abbas Ioannes de anima que desiderat poenitere. Que quādam pulcherrima meretrix fuit in quadam ciuitate quā habebat plurimos amatores. Quidam au-

tem vir de ducibus veniens ad eam dixit. Promitte mihi castitatem tuam, & ego te accipiam in vxorem. Illa igitur promittente accipiens eam introduxit in domum suam. Cumque a suis amatoribus quæreretur, agnito quod ille tam magnus vir fortitus eam fuisset in vxorem dixerunt. Si accesserimus ad ianuam hominis tam potentis cognoueritque desideria requirentium proculdubio puniemur. Sed venientes post dorsum domus vtamur solito sibilō, cumque sibilantium illa sonum audierit descendet ad nos & inueniemur innoxij. Quæ cum audisset signauit aures suas & exiens interiora domus ingressa est atque clausit. Hæc ita locutus senior dicebat meretricem esse animam, amatores autem eius esse vitia, ducem vero vel principem dicebat esse Christum domum autem eius celorum perpetuam mansionem, sibilatores autem demones esse malignos, hæc ergo si casta fuerit & fidelis semper currit ad Deum. ¶ Dicebat abbas Pastor. Scriptum est in euangelio. Qui habet tunicam vendat eam & emat gladium, hoc intelligitur sic. Qui habet requiem dimittat eam, & teneat gladium, id est, pugnam aduersum diabolum. ¶ Dicebat qui supra. Quia senior quidam in partibus Egypti sedebat in cella, cui frater ali-

quis

quis & virgo quædā ministrabāt. Accedit autem vna die vt vterque sibi ad senem venientes occurrerent. Cum ergo facto iam sero, & ad sua remeare nō possent, posuit manū senior inter utrosque; vt dūmirent. Frater vero ille carnis sue pugnā nō sufferens miserandā virginem stuprauit & perdidit; conuictumque peccato mane discessit cum vitata virgine. Senex autem cū cognouisset & futura proficiens tacuit in presenti. Redeūtes itaque prosequens eos senex, hæc que aliquā tristitiam demonstrāte, vbi recessit ab eis ita adinuicem loquebantur. Putas ne intellexit hic senex facinus nostrū an non. Reuersique ambo ad eum & poenitentia ducti dixerunt ad eū. Pater sancte intellexisti quemadmodū nos seduxerit inimicus, atque prostrauit, an non? Qui respondit. Intellexi filij. Dicunt ei. Et vbi fuit in illa hora mortis nostræ cogitatio tua. Dixit eis. Mea cogitatio illa hora illic erat vbi crucifixus est Christus. Stabam autem & flebam, tam p̄ me quā pro vobis. Sed quia poenitentia vestrā Deus re-promittit admonēo, vt curando vulnere, quod per negligentia pertulistis, diligentius iustitatis. Accepta igitur ab eo regula poenitentia recesserunt iam fortiter certantes donec vasa electa fieri potuissent. Philosophus quidā interrogauit sanctum Antoniū. Quomodo (inquit) sustines pater qui codicum consolatione fraudaris. Ille respondit. Meus codex, o philosopho, natura rerum est creatarum que mihi quotiens verba Dei legere cupio adesse consuevit. ¶ Dum quidam venisset ad abbatem Macharium & meridiano aestu nimiasit succensus aquam quæreretur ad bibendam respondit. Sufficit tibi vmbra hæc, quia multi viatores aut nauigantes hac indigent nec fruuntur. ¶ Apud eundem senem cum verba de continentia exercitio haberem, age (inquit) fiducia liter, o fili: nam & ego per viginti annos continuos non pane non aqua, non somno satiatus sum, panem quidem pensatum accipiens aquæ vero mensurā, somnum autem temperatibus dumtaxat me inclinans surripere paululum festinabam. ¶ Quidam frater interrogauit serem. vtrum cum matre vel cum fratribus ad eos proficiens manducare deberet, cui senex respondit. Cum maliere inquit non manducabis. ¶ Interrogauit quidam frater abbatem Isidorum de cogitatu fornicationis: respondit senex, quod quidam veniat cogitatio fornicationis animū cōturbans atque occupans, sed actum implere non prauolens, neque perfitens, sed tantum impedit ad virtutem. Sobrius autem vir a se eam discutens ad orationē statim conuertitur. ¶ Item de eodem cogita-

Yy 5 tu re-

zu respōdit senex. Sic cogitationes non habemus, ferarum similes erimus. Sed sicut inimicus quod suū est exigit, nos quoque quod nostrū est implere debemus. Instamus orationi & inimic⁹ fugabitur, vacua meditationi Dei & vincis. Per severantia boni victoria est, certa viriliter & coronaberis. ¶ Dixit abbatissa Syncretica. Aduer sarius noster facile a nihil possidētibus superatur. Non enim habent quod laudantur, quia pleriq; memores angustie atq; tentationum a Deo separantiū in ablati pecunijs ceterisq; facultatibus flere cōsueverūt. Rursum quæ supra. Qui visibiles (inquit) diuitias ex multis laboribus atque maximis periculis colligūt, dū plura lucratur plura cōcupiscunt & presentia quidem tanquā nihil existimant, nos vero necessaria protimore Dei renuimus possidere. ¶ Dixit quidā senex. Qui animā suam ligat memoria malitie similis est igni inter paleas occultato. ¶ Dixit quidam senex si (inquit) de vita æterna cuiquam sermonem facis dic verbum audienti cum compunctione & lacrymis alioquin non dicas, ne sis inutilis alienis verbis alios seruos, facere festinans, peccatori namq; dixit Deus. Quare tu enarras iniquitates meas, & assumis testamentum meum per os tuum. Dic ergo canis sum, imo canis melior me est propter quod

& amat dominum suum, & ad iudicium Dei non est venturus. ¶ Interrogauit quidam frater senioreni dicens. ¶ Quomodo anima mea diligit immunditiam. Dixit ei senex. Anima quidem corporales plerunq; desiderat passionēs, sed spiritus Dei est, qui eā continet. Flecte ergo debemus, & immunditias nostras attendere diligenter. Vidisti Mariam Magdalenam quemadmodum cum se ad sepulchrū domini inclinasset, & fleret vocauit eam dominus. Sic erit & anima. ¶ Interrogauit frater senioreni dicens. Quid sunt peccata. Dixit ei senex. Peccata sunt cum homo sua delicta velut nihil despiciens alios docere conatur, propterea dominus dicit in Evangelio. Hypocrita eijce primum trabem de oculo tuo: & tūc videbis eijcere, festucam de oculo fratris tui. ¶ Interrogauit frater senioreni dicens. Quid agam, quia animus meus in paruo labore me vulnerat. Dixit ei senior: nō enim miramur Ioseph cum esset puer in Aegypto in terra colentū idola, quemadmodum tērationes viriliter pertulit & Deus glorificauit eum vsque in finem. Videamus & Iob, quod se vsque in finem non relaxauerit tenens Deū vnde eum nullus ab spe, quæ in Deum est mouere prauauit. Interrogatus est senior a quodam militante si Deus reciperet penitentem.

nitentem. Qui cum eum pluribus edificasset sermonibus, postremo ait ad eū. Dic mihi dilectissime si chlamys tua cōscissa fuerit projice ne eam. Qui respondens ait. Nō. Sed refarciens vt or ea, dixit ad eum senior. Si ergo tu parcis proprio vestimento Deus suæ imagini non indulget. ¶ Erat quidam frater in cella qui post expletas missas eum demitteret Ecclesiam, expectabat donec omnes egredierentur ne aliquis eum teneret ad manducandum. Vna ergo dierum expletō conuentu ante omnes egressus est & currebat ad cellam suā, quem intuens presbyter currentē miratus est. Cūq; transacta septimana venisset frater ille in collectam Ecclesie dixit ei presbyter. Dic mihi frater. Quæ causa fuit circa te, qui per omnes quidem conuentus remanebas vltimus omnium, quod in collectione præterita ante omnes egressus es. Cui frater ille respondit. Quia abstinebam ne mihi coquerem & ideo expectabā, vt aliquis me teneret ad manducandum: illa vero collecta priusquam veniret in Ecclesiam coxi mihi pusillum lenticulæ, ideoque consummato sacro ministerio ante omnes exiui. Audiens autē hæc presbyter dedit mandatū in ecclesia dicens. Fratres antequā venitis ad collectam Ecclesie coquite vobis pusillū cocturæ vt propter

illud cū alacritate festinetis recurrere ad cellas vestras. ¶ Venit aliquando in dex regionis alicuius de prouincia abbatis Pastoris Venientes autem omnes habitatores loci illius rogauerunt ipsum abbatem vt veniēs rogaret eum, qui dixit eis. Sinite me tres dies, & tunc veniā. Oravit ergo senex ad dñm dicens, Dñe noli mihi dare gratiam hanc, alioquin nō permittunt me homines sedere in loco isto. Veniens ergo senex rogauit iudicē. At ille dixit. Pro latrone rogas abba. Gauisus est autē senex, quia nō obtinuit apud iudicē gratiā quā postulauit, & sic rediit in cellā suam. ¶ Dicebāt seniores, quia qñ intrabat Moyses in nubē cū Deo loquebat qñ autē exibat nube loquebat cū populo. Sic & monachus donec in cella sua est cū Deo loquitur, egrediēs autē de cella loquitur cū demonibus. Venit quidā adolescens ad abbatem Machariū vt sanaretur a demone, & dū esset foris stās ecce aduenit quidā frater de aliquo monasterio & concubuit in peccatū cū adolescente illo, egressus autem senex cernit fratrem illum peccantem cum paruulo illo & non increpauit eum, dicens, Si Deus qui plasmavit eos & videns patentiā in illis habet, qui si vellent incēderet eos, ego quis sum vt arguam eos. Dicebant de quodam senex qui habitabat in inferioribus

paucis. Aegypti. Quia se debat quietus & vnus secularis ministrare. Contigit autem vt filius illius secularis infirmaret, qui multum rogabat senem vt veniens oraret pro puero. Surgens quoq; senex abiit cum ipso. Precurrens autē ille securus introiit in domum suam dicens. Venite obviam solitario illi sancto. Videns autem senex eos a longe exeuntes cum lam padibus cognouit, quia sibi venissent in occursum & exuens vestimenta sua misit illa in flumen & cepit lauare ea stans nudus. Minister autem eius ille laicus erubuit videns eum nudum, & rogauit homines illos dicens. Revertimini, quia senex ille mente excessit. Veniensque ad senem dixit ei. Quid hoc fecisti? Omnes enim dicebant quia demonium habet senex iste qui dixit. Ego hoc volui audire. Interrogauerunt quidam seniores abbatem Pastorem dicens. Si viderimus aliquem fratrem peccantē, arguimus eum. Rūdit eis abbas Pastor. Ego interim si necesse habuerō transire inde: & videro eum peccantē prater eā & non arguā eum. Sed quia scriptū est que viderunt oculi tui his testimoniū perhibe ideo dico vobis quia si non palpaueritis manibus vestris nolite testificari. Aliquē enim quidam frater seductus est in huiusmodi re, & apparuit ei quasi, quod frater quidā cum muliere peccaret. Qui

cū per multū impugnaretur a cogitationibus exitimas simul cogitare eos abiit & pulsauit eos pede suo dicens. Cessate iam. Et ecce erant manipuli messis triticeae. Ideoq; dixi vobis nisi & manibus vestris palpaueritis nolite testificari. Dicebant de quodā fratre qui se debat in Eremo & seducebatur a demonibus per multos annos, ipse vero existimabat quia angeli essent. Egrediebatur autē pater eius secundū carnem per tēpus & visitabat eum; vna autē die rum pater tulit bipennem secum dicens, quia reuertens afferā mihi pauca ligna & praeueniens vnus demon dixit ad illum eius. Ecce diabolus veniet ad te in similitudine patris tui habens bipennem vt impugnet te. Tu ergo praeueniens tolle illā bipennem ab eo, & occide eum. Igitur pater secundū consuetudinē venit & accipiens filius eius bipennem ab ipso percussit eum & occidit & continuo adhæsit ei spiritus malignus, & suffocabat eum. Referebant sancti seniores nobis dicentes. Quia fuit quidā monachus in Eremo Scythiarum. Venit autē ad visitandū sanctos Patres qui habitabāt in loco qui dicitur Cellia vbi multitudo monachorum diuisim habitabāt cellulis. Cūq; non inueniret ad præsens cellulam vbi posset manere quidam de senioribus habens cellulam vacantem dedit ei dicens. Interim

repausa

repausa in hac cellula donec inuenias vbi possis manere. Cūque ad visitandū eum cōuenirēt quam plurimi fratres desiderātes ab eo audire verbū salutis æternæ habebat enim gratiā specialem docendi verbū Dēi. Videns ergo ille senior qui ei ad habitandū præsiterat cellulā, inuidiā liuore cor eius vulneratū est & indignari cœpit ac dicere. Quoniā ego tantis temporibus in hoc loco habito & non ad me conueniunt fratres nisi rarissime, & hoc in diebus festis, & ecce ad istum impostorem pene quotidie fratres quā plurimi conueniunt. Dixit autē discipulo suo, vade dice ei vt egrediatur de cella illa quoniam necessaria est mihi. Cum ergo perrexisset discipulus eius ad fratrem illum dixit ei. Mandat abbas meus sanctitati tue qualiter te habeas: audiuit enim te infirmari. Ipse vero remandauit ei dicens. Ora pro me dñe pater, quia valde stomachū doleo. Reuersus autē discipulus dixit abbati suo. Nimis rogar sanctitatem tuam vt vel duos dies iubeas ei inducias dare, vt possit sibi aliam cellam prouidere. Transactis autē tribus diebus, iterū misit discipulū suum dicens. Vade & dic ei vt egrediatur de cella mea. Nā si rursus distuleris, dices ad eum. Quia continuo venio & cū baculo cadendo expellā eum de cella mea. Pergens autē discipulus ad supradictū fratrem di-

xit ei. Quā valde sollicitus est abbas meus de infirmitate tua: ideo misit me requirens si melius habeas. At ille hæc audiens remandauit dicens. Gratias ago sanctæ charitati tuæ, quia sollicitus es de me, verū tamē precibus tuis melius habeo. Reuersus autē discipulus dixit abbati suo. Etiā & nunc satis deprecatur sanctitatem tuam dicens, vt vsq; ad dñicum diem expectes eum & statim egredietur. Cū autem aduenisset dñicus dies & non egrediretur accipiens vectem senior, inflāmatas inuidiæ & iracundiæ spiritu, pergebat vt eum expelleret eum de cella. Accedens autē discipulus eius dixit ei. Si iubes pater praecepro te, & videbo ne forsitan aliqui fratres ad salutandū eum venerint, & si viderint, ne in te scandalizetur. Præcessit ergo discipulus & ingressus ad eum dixit. Ecce inquit abbas meus venit ad salutandū te: egredete ergo celerius, & cū gratiarū actione occurre ei quia prae nimia charitate & dilectione venit ad te. Cumq; vidisset eum antequam appropinquaret, prostrauit se pronus in terrā, adorabatq; senem cum gratiarū actione dicens. Retribuatur tibi dñs charissime pater bona æterna. Cellula quā mihi propter nomē eius præsististi, & in caelesti Hierusalem inter sanctos suos Christus dñs tibi gloriosam præparet mansionem. Hæc audiens senior com-

pun-

punctus est corde, & proijciēs baculā cucurrit in amplexū eius & osculatus est eum, & inuitauit illum in cellā suā, & pariter cū gratiarum actione perceperūt cibū. Vocauit autē senior supra memoratum discipulū suum, & interrogauit eum dicens, Dic mihi fili, si dixisti isti fratri verba mea quæ propter cellā istī mādaui, ut diceret ei? Tunc discipulus eius confessus est ei dicens. Vere dico tibi pater, quia propter humilitatem quā tibi exhibere debeo tanquā patri spiritali, nō au debā tibi respondere aliquid quā mittebas me ad eum. Verū tamē nihil eorum dixi ei quæ mādabas ei. Hic audiens senior prostravit se interrā ad pedes discipuli sui dicens. Ex hodierna die & deinceps tu mihi pater esto, & ego discipulus tuus quoniam te cum timore & charitate Dei hæc agente, & meam & illius fratris animam de peccati laqueo Christus dñs liberauit, prouocante eum & sancta sollicitudine & intentione discipuli, qui perfecte in charitate Christi diligebat abbatem suū, & anxius timebat ne per inuidiā, & iracundiæ vitium aliquid tale ageret pater eius spiritalis, & perderet omnes labores quos ab inuente ætate in Christi seruitio pro vite ætate præmij laborauit, Ideoq; dñs donauit gratiā suam ut in pace Christi pariter lætarentur. ¶ Cōsiliū inter

se habuerunt sancti Patres & omnes monachi habitātes in Eremito Scythi, & conenserunt ut beatus pater Isaac presbyter eius ordinaretur in Ecclesia, quæ in ipsa Eremita sita est, ubi cōuenit die & hora statuta multitudo monachorū qui in ipsa Eremita conuersantur. Audiens autē supradictus abbas Isaac, huiusmodi cōsiliū fugit in Aegyp̄tū, & abscondit se in quodā agro inter fruteta, arbitrās indignū se esse presbyterio. Quem plurimi fratres monachi sequebatur ut cōprehenderent eum. Cum autē applicuissent ad vesperū in eodem agro ut reficerētur fatigati de itinere, erat enim nox dimiserūt a sellum qui eis sumptus portabat itineris ut pasceretur. Cum autē pasceretur a sellum peruenit in locum ubi supradictus abbas Isaac latitabat, cumque eluxisset dies requirētes monachi a sellum peruenērunt ad eundem locū ubi senior se occultauerat. & admirātes valde diuinā dispensationē cōprehendentes ligare & cōstringere voluerūt eum, & ita perducere Venerabilis autē senior nō permittit dicens, Iam nō possum cōtradicere vobis, quia forsitan voluntas Dei est, ut licet indignus suscipiā ordinē presbyterij. ¶ Erat quidā in cōnōbio iam senex probatissimus monachus & grauissimā egitudine incurrit, cōfectusq; nimia & intolerabili infirmitate, per longum

tempus laborabat in doloribus multi, nec inuenire poterant fratres qualiter succurrerēt egitudine eius quā ea quæ necessitas infirmitatis eius expētebat, non habebat in monasterio. Audiens autem quodā famula Dei de afflictione infirmitatis eius deprecabatur patrē monasterij, ut eum ad cellulā suā, tollerēt & ministraret ei, maxime quia facilius inuenire posset in ciuitate quæ necessaria eius agritudine videbatur. Præcepit ergo pater monasterij, ut portarent eum fratres ad cellulā famulæ Dei, ipsa vero cū omni ueneratione suscipiēs eum propter nomen dñi ministrabat ei, & propter retributionē mercedis æternæ quā credebat a Christo saluatore nostro se accepturā. Cūque per tres annos sedule obsequeretur & ministraret famulæ Dei ceperunt homines mente corrupti secundum scabiem mentis suæ suspicari, quod nō sinceram haberet senior cōscientiam de virgine quæ ministrabat ei. Audiens autē hæc senior exorabat diuinitatem Christi dicens, Tu dñe Deus noster, qui solus cognoscis omnia, & vides qui multi dolores sunt agritudinis & miseris meis & afflictionibus tantæ infirmitatis quæ me ita tanto consumunt tempore, ut ne

cessariū habēā obsequium huius famulæ tuæ, quæ mihi propter nomen tuum ministrat, tribue eidem Deus condignā mercedem in vita æterna, sicut dignatus es propter bonitatem tuā promittere his qui propter nomē tuum egenis & infirmis suum exhibent ministeriū. Cum autē appropinquasset dies transitus eius de hoc mundo cōueniūt ad eum quā plurimi sancti seniores & fratres de monasterio Et dixit eis senior. Obsecro vos Patres & fratres, ut cū defunctus fuero tollatis baculū meū, & plantate eum super sepulchrū meum, & cum radices miserit feceritque fructus: tūc scietis, quia munda est cōscientia meā a famula Dei quæ ministrat mihi. Si autem nō fructuauerit, scitote quia non sum mundus ab ea. Cū ergo vir Dei exisset de corpore secundū præceptū eius facti seniores plantauerunt baculū eius super sepulchrum eius & fructuauerunt. Accedentiq; tēpore protulit fructū, & admirati sūt omnes glorificātes Deum. Ad tale enim miraculum etiam de vicinis regionibus multi venientes magnificabant gratiam saluatoris. Nam & nos ipsam arbutusulam vidimus: & benediximus Dominum, qui protegit omnes in sinceritate & veritate sibi seruientes.

FINIS SECUNDÆ PARTIS.

TER-

TERTIA PARS LIBRI VI. taspatorum, videlicet de Regula vel con-

uocatione Aegyptiorum monachorum, & eorum qui
degunt apud Palaesthinam, vel Me-
sopotaniam.

PROLOGVS.



REQVENTER ac sapius a me fratres flagitatis, vt vobis
gratia edificationis regressus de Patribus transmarinis edisseram
me ex peregrinationis historiam, vel qualiter in Oriente fides Chri-
sti floreat, quod sit principium, quæ Sanctorum quies, quæ Sancto-
rum instituta Monachorum, quæ Eremitarum vita, vel conuersatio. Si vel in E-
remo viuere Christianis laet quantisque signis, ac virtutibus in seruis suis
Christus oparetur, quem admodum etiam mihi prospera fuerit nauigatio, qua
vel quo, me iter terrenum perduxerit. Vestris ergo adiutus orationibus faciam,
vt desiderare vos video, & queso vt libentissime ad ea quæ narro autem ac-
commodetis.

De Monacho solitario qui in sinibus Cyrenorum in paruo tugurio commone-
bat. Caput Primum.



ANTE hoc triennium
quo tempore hinc abij-
vbi a Narbona nauim
soluimus, quinto die
portum Africa intrauimus adeo
prospera Dei nutu nauigatio fuit
libuit animo adire Carthaginem
loca visitare Sanctorum & præ-
cipue ad sepulchrû Cypriani mar-
tyris adorare. Quinto decimo igitur
die ad portum regressi, profectique
in altum Alexandriam pe-
rentes, relucente auctro, pene in
Syrin illati sumus, quod prouidi-

nautæ cauentes iactis anchoris na-
uim sistunt. Sub oculis autem ter-
ra continens erat in quam scassis
egressi, cum vacua omnia ab hu-
mano cultu cerneamus, ego stu-
diosius explorandorum locorum
gratia longius processi, tribus fere
a litore millibus, paruum tugu-
rium inter arenas, conspicio, cuius
rectâ quasi carina nauis erat
congruum terræ satis firmis ta-
bulis constructum. Non quod ibi
imbrium vlla vis timeatur, fuisse
autem illic pluuiam nec aliquan-
do

do quidem auditum est: sed quod
ventorum tanta vis est, vt si quan-
do vel clementior e celo aliquan-
tum spirare flatu coepit, maius
in illis terris quam in villo mari
naufragium sit. Nulla ibi gerami-
na, fata nulla proueniunt: quippe
in inabitabili loco arenibus arenis
ad omnem motû ventorû cedenti-
bus. Verû ibi aduersa, quædã a ma-
ri promotoria ventis resistunt ter-
ra aliquatulum solidior herbã ra-
ram atq; hispida gignit ea ouibus
est pabulû satis vtile. Incolæ loci
illius lacte viuunt. Qui solertiores
sunt (vel vt ita dixerim) ditiores
ordeaceo pane vtuntur. Ea ibi so-
la mensis est, quæ celeritate prou-
ens, per naturâ solis siue aeris ven-
torû casus euadere solet. Quippe
fertur a die iacti seminis tricesi-
mo die maturescere. Cõsistit au-
tem ibi homines non alia ratio fa-
cit, quam, & omnes tributo liberi
sunt. Extrema siquidẽ Cyrenorû
ora est deserto illi contigua, quod
inter Aegyptû & Africam interia
cet, per quod olim Cato Cæsarem
fugiens duxit exercitum. Ergo vt
ad tuguriû illud quod eminuscir-
cumspererã pertendi inuenio ibi
senem in veste pellicea molam
manu vertentem. Cõsalutatus ac-
cepit nos benignissime. Eiectos
nos in illud litus exponimus, &
ne statim repeteret cursum posse-
mus maris mollitie detineri. E-
gressos in terrã (vt est mos huma-

ni iugens) naturam locorum cul-
tumq; habitatum voluisse cogno-
scere Christianos nos esse, id præ-
cipue quærere an essent aliqui in-
ter illas solitudines Chriani. Tunc
vero ille flens præ gaudio ad ge-
nua nostra prouoluitur iterum ac-
sapius nos deosculans inuitat ad
orationem. Deinde expositis in ter-
ram ferinis pellibus facit nos dis-
cumbere, apponit prandium sane
locupletissimû dimidium panem
ordeaceû. Erasmus autem nos qua-
ruid, ipse erat quintus. Fasciculû
herbæ etiã intulit, cuius nomẽ mi-
lli excidit, quæ menta similis est
exuberans folijs sapore mellis præ-
stabat. Huius prædulci admodum
suauitate & delectari sumus & sa-
tati. Septem enim diebus apud il-
lum fuimus: postera igitur die cû
aliqui ex incolis ad nos confluere
coepissent, cognoscimus illum ho-
spitem nostrû esse presbyterum,
quod summa nos dissimulatione
ille celauerat. Deinde cû ipso ad
Ecclesiam processimus quæ fere
duobus millibus a conspectu no-
stro in reiectu montis exclusa ab-
erat. Erat autem vilibus texta vir-
gultis, nõ multo ambitiosior quã
nostri hospitii tabernaculam, in
quo quis nisi curuus poterat con-
sistere cum hominum morès quæ-
reremus, illud præclarû animad-
uertimus nihil eos neq; videri ne-
que emere. Quid sit fraudatq; fur-
tum noscunt aurum atq; argentum

neque habent, neque habere cupiunt. Nam cum ego presbytero illi decem aureos obtulisset, refutauit. Et cum nollet eos accipere aliquantulum vestimentorum ei indulimus. Quod cum ille benigne accepisset reuocantibus nos ad mare nauis discessimus ab eo.

¶ De dictis Origenis quod hereticae sint. Cap. II.

Prospero igitur cursu septemodi Alexandriam peruenimus, ubi seorsim inter Episcopos & monachos certamina gerebantur: ex ea occasione, vel quia causa illa quod congregari in unum saepius sacerdotes frequentibus decreuissent synodis videbant, ne quis Origenis libros legeret aut haberet. Qui tractator sanctorum scripturarum peritissimus habeatur, sed Episcopus quaedam in libris illius insanius scripta memorabat. Quae assertores Origenis non ausi defendere, ab haereticis potius fraudulenter inferra dicebant, & ideo non propter illa solum quae in reprehensione merito notarentur: verum etiam & reliqua esse damnanda cum legentium fides facile posset habere discrimen ne falsa sequerentur, & tamen catholice disputata retineret. Non esse autem mirum si in libris Neotericis, & recentioribus scriptis fraus haeretica fuisset operata, quae in quibusdam locis non timuisset impetere. Euangelicam veritatem. Aduersum hoc Episcopus obstinatius renitentes pro-

testate cogebat recta etiam vniuersa cum prauis & cum ipso autore damnare. Quia satis super his sufficeret libri quos ad se iam recepisset Ecclesia respondendamque esse penitus lectionem quae plus esse nocitura insipientibus, quam profutura sapientibus. Mihi autem ex illius libris quaedam curiosius indagari admodum multa placuerunt: sed aliqua reprehendi, in quibus illum praua sensisse non dubium est, quae defensores eius falsata contendunt. Ego miror unum eundemque hominem tam diuersum a se esse potuisse, ut in ea parte qua probatio neminem post Apostolos habeat equalem, in ea vero qua iure reprehenditur nemo de foris doceat errasse. Nam cum ab Episcopo excerpta ex libris illius multa legerent quae contra catholicam fidem scripta constabant inuidia in quo edictum legebat, quia dominus noster Iesus Christus sicut pro redemptione hominis in carne uenisset crucem pro hominis salute perpassus, mortem pro hominis eternitate gustasset, ita esset in eodem ordine passionis etiam diabolum redempturum. Quia hoc bonitati illius pietatisque congrueret, ut qui perditum hominem reformasset prolapsus quoque angelum liberaret, cum haec, atque alia huiusmodi ab Episcopis prodicerentur ex rudibus partium orta est magna seditio. Quae cum reprimi

mi sacerdotum autoritate non posset, leno exemplo ad regendam ecclesiam discipulorum praefectus assumitur, cuius reuocandi dispersi fratres, ac per diuersas oras monachi sunt fugati: ita ut propositis edictis in nulla constare sede sinerentur. Illud autem me admodum promouebat, quod Hieronymus vir maxime catholicus & sacrae legis peritissimus Origenem secutus primo tempore putabat, quae nunc idem ipse Hieronymus precipue & omnia illius scripta damnaret. Nec vero ausus sum de quoquam temere iudicare praestantissimi tamen viri doctissimi que ferebantur in hoc certamine dissidere: sed tamen siue illud error est, ut ego sentio, siue haeresis putatur non solum reprimi non potuit multis animaduersionibus sacerdotum: sed nequaquam tam late sepotuisset effundere nisi contentione crenisset. Istiusmodi ergo turbatione cum ueni Alexandriam struabam, me quidem Episcopus illius civitatis benigne admodum & melius, quam optinebat exspectare, secumque tenere tentabat. Sed non fuit animus mihi consistere ubi recens fraternae cladis seuebat inuidia: non enim tam facile amara

¶ De conuersatione Hieronymi Hierosolymitani. Cap. III.

Igitur inde egressus Baritham oppidum petii quod ab Hierosolymis sexuilius septuaginta-

tur, ab Alexandria autem sexdecim mansionibus abest ab Ecclesia loci illius quam Hieronymus presbyter regebat, Nam parochia est Episcopi qui Hierosolymam tenet. Mihi iam pridem Hieronymus superiore illa mea peregrinatione compertus facile obtinuerat: ut nullum praeter illum mihi expetendum rectius arbitraret. Vir enim praeter fidei meritum dotemque virtutum non solum Latinis atque Graecis, sed & Hebraicis etiam literis eruditus est: ut se illi in omni scientia nemo audeat comparare. Nam sex menses apud ipsum fui conuersatus. Cui iugis est aduersum malos pugna conscientium perpetuumque certamen contra odia perditorum. Vere fateor, pinxisse mihi videtur in aliquibus operibus vitia multorum, imo qui nihil penitus omisit quod non carperet, laceraret exponeret. Praecipue auaritiam, nec minus vanitatem insectatus est, multa de superbia non pauca de superstitio ne differuit. Caterum de familiaritatibus virginum & monachorum, atque etiam clericorum quam uera, quam sortis disputauit. Unde a quibusdam dicitur non amara. Oderunt enim haeretici quia eos impugnare non desistit. Oderunt etiam clerici quia in iustitiam in se statum dicitur. Sed plane cum boni homines aduerrantur & diligant. Nam qui eum ha-

reticum esse arbitrantur insaniant. Vere dixerim, catholica hominis scientia, sana doctrina est totus semper inlezione, totus in libris est. Non die non nocte quiescit, aut legit aliquid semper aut scribit. Quod nisi mihi fuisset fixum animo & promissum Deo, teste ante propositum Eremum adire, vel exiguum temporis punctum a tanto viro discedere noluissem. Hinc ergo traditis atque commissis omnibus meis, omnique familia quam me contra voluntatem amici mei secuta tenebat implicitum exonerat, quodammodo graui fasce penitus, ac liber egressus sum ad Alexandriam. Visitatis ibi fratribus ad superiorem inde Thebaidam, id est ad Egypti extrema contendit. Abi enim vastae parentis Eremi solitudines plurimum ferebantur habere monachorum. Logum est si omnia cupiam referre, quae vidi, pauca namque perstringam.

Quod abbates fratribus suis eorum licentia in Eremo constitutis vitam administrant. Cap. III.

Haud longe ab Eremo con-
tigua Nilo multa sunt monasteria, habitant in vno loco plerumque centeni, quibus summa vis est, sub abbatis imperio vix ubi nihil arbitrio suo agere per omnia ad nutum illius potestatemque penderet. Ex his ergo si

qui maiorem virtutem mente concupiverint, ut acturi solitariam vitam ad Eremum conferant, non nisi permittente abbate discunt. Hinc illorum prima virtus est parere alieno imperio. Transgessis ergo ad Eremum abbatis illius ordinatione, panis & quilibet alius cibus ministratur.

Quod frater in Eremo paschitur panem de celo. Cap. V.

Cum per illos dies quibus illuc aduentum, cuiusdam solitarii, qui super ad Eremum secesserat, neque amplius ab hoc monasterio, quam sex millibus tabernaculum sibi constituerat panem abbas per duos pueros miserat. Quorum maior habebat gratias annos quindecim, minor duodecim annis erat. His ergo inde de diebus, aspis mirae magnitudinis venit obuiam, cuius occursum peruenit quasi incantata carminibus, caerulea colla deposuit minor, ex pueris manum eam apprehensam, ac pallio inuolutam, ferre coepit, deinde monasterium quasi victor ingressus, in occursum fratrum captiuam bestiam resoluta pallio non sine instantia tu more deposuit. Sed cum infantium fidem atque virtutem ceteri praedicerent, Abbas ille altiori consilio ne infirmior eras insolesceret, vtriusque virgis coepescuit multum obiurgatos, ut ipsi quod per eos opera-

tus

tus fuerat deus prodidissent, opus illud non suae fidei, sed diuinae fuisse virtutis, discerent potius. Deo in humilitate seruire, non in signis & virtutibus gloriari, quia melior esset infirmitatis conscientia virtutum vanitate. Hoc ubi ille frater audiuit solitarius & perclitatos infantulos serpentis occursum, & ipsos insuper multa verbera victo serpente meruisse abbatem obsecrat, ne sibi post haec vllus panis aut cibus aliquismitteretur. Iamque octauus dies fuerat emensus, quo se homo Christi, intra periculum famis concluderat ipse. Aerebant membra ieiunio, sed deficere mens caelo intenta non poterat, corpus inedia fatiscibat, fides firma durabat, cum interim admonitus abbas ille per spiritum, ut discipulum visitaret, patetolice tudine cognoscere cupiens, quae vita substantia vir fidelis aleretur. Qui ministrari sibi panem ab homine noluisset, ad requirendum eum ipse abbas proficiscitur. At ille ubi eminus senem venire coepit, occurrit ei obuiam agit gratias ducit ad cellulam, cum ingressi pariter ambo conspiciunt palmitiam sportam calido pane congestam foribus affixam de poste pendere, ac primum panis calidus sentitur odore, tunc vero (ac si ante paululum loco esset ereptus) ostenditur. Egypti tamen sermo non cernitur panis, obstupescit am-

bo manus caeleste cognoscunt, cum ille hoc abbas aduentu praestitum fateretur. Abbas vero illius fidei, ac virtute id potius ascriberent, ita ambo caelestem panem cum magna exultatione fregerunt. Quod cum abbas ad monasterium post regressus fratribus retulisset, tatus omnes incenderat ardor animarum, ut certatim ad Eremum & sacras solitudines ire properarent. In hoc monasterio duos ego iam senes vidi, qui per quadraginta annos ibi deguerunt, ita vnumquam inde discessisse ferebantur. Siquidem id eorum virtutibus, & abbatis ipsius testimonio, & omnium fratrum audierim sermone consono celebrari, quod vnum eorum sol nunquam vidisset ambulanti, alterum nunquam vidisset iratum. Sed quia vnus Eremum cognouit, virtutem, referam vobis adhuc pauca de pluribus.

Quod leana tanquam animal mansuetum a senescam capit.

Cap. VI.

Ego ubi primam partem Eremi ingressus sum, duodecim fere a Nilo millibus, habebam autem vnum ex fratribus duodecim locorum peritum, peruenimus ad quendam senem monachum sub radice montis habitantem ubi, quod in illis locis rarissimum est, puteus erat. Bouem vnum habebat, cuius hic erat to-

Z z 3 tus

tus labor impulsa rotali machina aquam producere. Nam vero mille, aut amplius pedum profundam putei ferebatur, hortus illic erat multis oleis copiosus. Id quidem contra naturam Eremiti ubi omnia aereia exusta solis ardoribus nullius unquam seminis vel exiguam radicem ferunt esse posse. Verum hic sancto illi labor cum pecude communis, & propriam prestabat industria freques enim irrigatio aqua tantam pinguedinem habentis dabat, ut mirum in modum vivere, atque fructificare hortulibus illius olea videremus. Ex hoc ergo una cum domino suo hoc ille vivebat, nobis quoque ex copia cenam sanctus ille dedit post cenam autem iam inclinante vespera, inuitat nos ad arborem palmæ cuius interdum pomis vitæ solebat. Quæ fere duobus millibus aberat. Nam hæc tantum in Eremito arbores, licet rare habeantur tamen vitæ solersanctitas procurauerit, an solis natura gignat ignoro, nisi Deus præsciens futurorum habitandam quædam sanctis Eremitum, hæc feruissuis parauerit. Ex maiore enim parte quæ intra illa consistunt secreta, cum alia germina nulla succedant istarum arborum pomis ibi aluntur ergo ubi ad illam, ad quam nos hospes noster ducebat arborem peruenimus, leonem ibi offendimus. Quo viso ego & ille dux

meus intremuimus, sanctus ille incunctanter accessit nos licet trepidi secuti sumus fere paululum ab eo imperata modesta discessit & constitit dum ille attigua ramis humilioribus poma discerperet. Cuique palmis plenam manum obtulisset occurrit bestia, cepitque tam libere quam nullum animal domesticum. Et cum comedisset absecessit nos hinc intuentes & adhuc trementes facile potuimus agnosceret quæta in illo vitæ fidei, & quæta in nobis esset infirmitas.

¶ Quod lupa a sepe pascitur, furtiva veniam precatur. Cap. VIIo

Aliam æque singularem vitæ vidimus paruo tugurio in quo non nisi unus recipi posset habitantem: huic lupa solita erat astare & cohabitare nec facilem quam bestia saliebat, quia illi ad legitimam horam refectio nis occurreret ut tandiu præ se habere expectaret, donec ille panem qui in cena supererat offerret. Illa manū eius lambere solita, atque ita quasi impleto officio & præstita consolatione discedebat. Sed forte accidit ut sanctus ille duxerit (qui ad eum venerat) deducit abeuntem, dicitur abesse & non nisi sub nocte remearet interim bestia ad consuetum illud tempus esca occurreret, vacuam cellam cum familiarē patronū abesse sentiret ingressa est curiosius explorans ubi esset habitator casu contingua

qua cum panibus quinque palmitia miscella pendeat ex his unum sumit & deuorat, deinde perpetrat scelere discessit. Regressus Eremita vidit sportellam dissolutam non constantem panum numero damnum rei familiaris intelligit, & prope limen panis assumpti fragmenta cognosci: sed non erat incerta suspicio quæ furtum persona fecisset. Ergo cum sequentibus diebus secundu consuetudinē bestia non venire nimirum audeat facti conscia ad eum venire dissimulas, cui fecisset iniuriæ patibatur Eremita se alumnus solatio destitutum. Postremo illius oratione reuocata septimum post diem affuit: ut solebat ante fores cenati: sed ut facile cerneret verecundiā penitentis non ausa propius accedere deiecit profundo pudore in terram limitibus quod palam licebat intelligi quandam veniam precabatur. Quam illius confessione miseratus Eremita iubet eam propius accedere ac manubada caput triste permulcet, deinde panem duplicato eam refecit ita indulgentiam consecuta officij consuetudinē deposito mœnore reparauit. Intuemini quæso Christi etiam in hanc virtutē, cui sapit omnem brutum est, cui mite est omnem quod leuit. Lupa officium præstabat, bestia furtique crimen agnoscit, conscio apud ore confunditur vocata adest caput præbet & habet sensum indultæ sibi veniæ, si

cur pudore gessit errati. Tua hæc virtus Christi tua hæc sunt Christi miracula. Etenim quæ in tuo nomine operant serui tui tua sunt mirabilia, & in hoc ingemiscimus, quod maiestatem tuam fere sentiunt, homines non verentur. Ne cui autem hoc incredibile videatur, maiora adhuc memorabo. Fides Christi adest me nihil fingere, sed quæ mihi bene comperta sunt explicabo.

¶ Quod quinque catuli leonum cæci per anchoritam illuminati sunt.

Cap. VIII.

Habitabant plerique in Eremito sine vllis tabernaculis quos anchoritas vocant. Vitæ herbarum radicibus, nullo unquam certo loco consistunt ne ab hominibus visitentur, ad quendam igitur in hoc ritu atque hac lege viuentem, duo ex Nitria monachi licet longe diuersa regione in qua olim ipse in monasterij conversatione charus & familiaris fuisset auditus eius virtutibus retenderunt. Quæ diu multumque, quæsitum tandem mense Iunio repererunt in extremo illo deserto, quod est Memphis contiguum demorantē, quas ille solitudines iam per annos duodecim dicebat habitare qui licet omnium hominum vitæ occursum agnitis fratribus non refugit, seque charissimus per triduum non negauit. Quarto die aliquantulum progressus cum prosequerentur abeuntis le-

nam mire magnitudinis ad se venire conspiciunt. Bestia licet tribus reperitis non incerta quem peteret anachoretæ pedibus aduoluitur, ac deinde præcedentem sequantur. Nam illa præfens & subinde restans in eos intendebat, ut facile posset intelligi id eam velle, ut quo illa ducebat anachoreta sequeretur. Quid multis ad speluncam bestia peruenit vbi illa adulta hos iam quinque catulos male facta nutrebat. Qui ut clausis luminibus ex aluo matris exierant, cæcitate percutiebantur. Quos singulos de rupe prolatos, ante anachoretæ pedes mater exposuit. Tunc demum sanctus aduertit quid bestia postularet. Inuocatoque Christi nomine contrectauit manu clausa lumina catulorum ac statim cæcitate depulsa apertis oculis bestiarum diu negata lux patuit. Ita fratres illo anachoreta quem desiderauerant visitato fructuosa laboris sui mercede ad monasterium redierunt, & fidem sancti gloriamque Christi quam ipsi viderant narrauerunt.

¶ *Frater quidam Ibis exemplo didicit quid de herbis edere, quid respicere deberet.* Cap. IX.

Fuit & alius in illis regionibus anachoreta qui in ea parte que est Siensis habitabat. Hic cum primum se ad Eremum conuulisset, herbis herbarumque radicibus, quas prædulcis inter-

dum saporis & eximij fert arena viduus ignarus germinis eligendi nocua pleraque carpebat nec erat facile vim radicum sapore discernere, quia omnia æque dulcia, sed pleraque occultiore natura virus letale habebant. Cum ergo edentem vis interna torqueret & immentis doloribus vitalia vniuersa quatentur, ac freques vomitus cruciatibus non ferendis, ipsam animæ sedem stomacho iam fatiscente dissolueret Eremita omnia penitus que essent edenda formidans: nihil iam gustare audebat, septimum quoque ieiunus diem spiritu iam deficienter ducebat. Cum ad eum fera, cui Ibis est nomen, accessit huic propius astanti fasciculum herbarum quem collectum pridie attingere Eremita non audebat obicit. Sed fera que virulenta erat ore discutiens que innoxia nouerat eligebat. Ita vir sanctus eius exemplo, quod edere quod respicere deberet edoctus periculum famis euasit, & herbarum venena vitauit.

¶ *Frater quidam quinquaginta annis in monte Syna constitutus, non patitur aliorum fratrum accessus.* Cap. X.

Sed longum est de omnibus qui Eremum incolunt comperta nobis memorare. Annum integrum & septem ferementes intra solitudinem constitutus exegi

exegi, sapius tam encum illo sene qui pureum & bouem habuit habitauit. Duo beati Antonij monasteria adij, que hodie ab eius discipulis incoluntur. Ad eum etiam locum in quo beatissimus Paulus primus Eremita conuersatus est accessi, in eum Syna montis vidi, cuius cacumen celo pene contiguum nequaquam adiri potest. Inter huius montis secessu anachoreta esse aliquis ferebatur, quem diu multumque questum viderenon potui. Qui ferentiam ante quadraginta annos a conuersatione humana remotus nullum vestis vsum habebat, sed fetis corporis sui rectus erat. Hic itaque quotiens eum religiosi viri adire voluerunt cursu rapido auia petens, occursum fugiebat humanum. Vni tantummodo ferebatur, se ante quinquennium præbuisse videndum, qui credopotentifide id obtingere promeruit. Cui inter multa colloquia percunctanti cur homines tantopere fugeret, respondisse ille perhibetur, qui ab hominibus frequentatur, non potest ab angelis frequentari. Vnde non immerito recepta opinione multorum fama vulgauerat, huc atque illuc sanctum illum ab angelis visitari. Ego autem a Syna monte digressus, ad flumen Nilum regressus sum, cuius ripas frequentibus monasterijs consertas vtraque ex parte lustravi plerumque vidi, vtdudum dixeram vno in loco habitare

centenos, sed & bina & trina milia in iisdem iculis agere constabat. Nec sane ibi minore puteris & iuuantium in multitudine monachorum esse virtutem, quam eorum esse cognouistis, qui se abhumanis cetibus remouerunt, præcipua vti iam dixi, & prima ibi virtus obedientia, neque enim ibi aliter, quis adueniens a monasterij abbate suscipitur quam qui tentatus fuerit & probatus nullum vnumquam recusaturum licet arduum ac difficile, indignumque toleraturum abbatis imperium.

¶ *Obedientia incredibilis magna miracula.* Cap. XI.

Referam vobis duo incredibilis obedientie magna miracula. Igitur cum quidam frater seculi actibus abdicatis monasterium magnæ dispositionis ingressus suscipi se rogaret, in congregatione abbas ei cepit multa proponere, graues esse illius disciplinae labores sua vero duraimperia, que nullius facile posset implere patientia. Aliud potius monasterium vbi facilioribus legibus viueretur expeteret, & non id tentaret aggredi quod non posset implere. Ille vero his terroribus nihil permoueri, sed magis omnem obedientiam ita polliceri cepit, ut si eum abbas in ignem ire præciperet non recularet intrare. Quam illius professionem vbi abbas accipit, non cunctatus probare iubet

cum in clibanum, qui coquendis panibus parabatur intrare. At ille non distulit parere precepto, sed statim medias flammis nihil cum status ingressus est. Quæ mox tam audaci fide victæ, velut ignis quodam Hebræis pueris cesserunt, & confestim fugit incedium. Et ipse qui ingressus est & putabatur arsurus velut frigido rore perfusus esse miratus est. Hinc ergo intelligendum est, quantum obedientia obtinere apud Deum mereatur, dum ille qui eo quo aduenerat die renatur infirmus per agilitatem obedientie perfectus inuentus est.

¶ *Aliud miraculum obedientie.*
Cap. XII.

Quidam frater in eodem monasterio ad eundem abbatem recipiendus aduenerat. Cum prima ei lex obedientie proponeretur, ac perpetuam polliceretur ad omnia patientiam, casu abbas storaciam virgâ aridam manu gerebat, hanc fixit in terrâ atque illi aduenæ id operis iniunxit, ut tam diu virgula aquam ministraret donec quod contra naturam erat virga arida in solo arente viresceret. Subiectus ille frater dæx legis imperio aquam proprijs humeris quotidie conuehebat, quæ a Niloflumine perdufore milia petebatur. Iaque emerso anni spacio labor non cessabat operantis, destructo operis spes esse non poterat tam obedientie virtus in

labore durabat, spes quoque vano labore affectum fratris non elusit. Tertio demum anni succedentium temporum labore curricula cum neque nocte neque die aquarius ille cessaret virgula oruit. Ego ipse ex illa virgula arbusculam vidi, quæ hodie in atrium monasterij ramis videntibus quasi in testimonium manens quantum obedientia meruit, & quantum si les posset ostendit.

¶ *Demonia eiciens etiam a demone obsidetur sine tamen salubri restituitur.* Cap. XIII.

Quidam autem ex sanctis patribus fugandorum demones corporibus obsessis demone incredibili præditus potestate multa signa faciebat non solum cum præsens neque vero tantum, sed absens quoque interdum cilicij sui simbrijs aut epistolis missis corpora obsessa curabat. Hic ergo mirum in modum frequenter a populis ex multis locis ad eum venientibus, taceo de minoribus, præfecti comites atque diuersarum iudices potestatum prætoribus illius sæpe iacuerunt. Hic enim omni potu in perpetuum penitus abstinuit, ac pro cibo septem tantum caricis sustentabatur. Interea sancto viro, ut ex virtute honor, ita ex honore vanitas capit obrepere, quod malum ubi ille primum potuit in se sentire crassari diu discutere comat est, sed repelli penitus non potuit. Vbiq. nomen eius demones fatebantur. Excludere

de se a se confluentem populum non valebat. Virus interim latens serpebat in pectore, & cuius nutu ex alterum corporibus demones fugabat, seipsum occultis cogitationibus vanitatis purgare non poterat. Totis igitur precibus conuersus ad deum orauit ut permissa in se diaboli potestate, similis illis fieret, quos ipse curauerat. Quod multis ille prætoribus ille signis atque virtutibus toto oriente vulgaris ille aut cuius limina populi ante confluerant, correptus a demone est ac retentus in vinculis omnia illa que in energumino solent fieri perpassus. Quinto demum mense purgatus est non tantum demone, sed quod illi erat vitium atque optatius etiam vanitate.

¶ *Eremita ad seculum rediens, quomodo punius est.* Cap. XIII.

Adolescens quidam prædiues a patribus, genere clarus habens uxorem & filium paruulum cum in Aegypto tribunus esset & frequentibus aduersum Libos expeditionibus quædam Remi contigisset sanctorum etiam tabernacula compluravi dilecti beato Ioanne Eremita uentibus salutis accepit. Nec moratus inutile militiam cum vano honore illo continere, Eremitam constanter ingressus breui tempore in omni genere virtutum perfectus emicuit. Potens seicunij humilitate conspicuus fide firmus, facile se antiquis monachis studio virtutis æquauerat

cum interim subijt eum cogitatio iniecta per diabolum quod rectius esset, ut rediret ad patriam filiumque; unicum ac domum totam cum uxore saluaret, quod utique esset acceptius Deo quam si solum se seculo eriperet & salutem suam negligeret. Istiusmodi ergo falsæ iustitiæ colere superatus, post quadriennium cellam suam atque propositum Eremitæ deseruit, sed ubi ad proximum monasterium quod a multis fratribus habitabatur accessit causam discessionis atque consilium quarentibus confiteretur. Renitentibus cunctis & præcipue loci illius abbate, male animo fixa sententia non potuit euelli. Igitur infelici se obstinatione proripiens cum dolore omnium digestus esset a fratribus, & vix a conspectu eorum abscesserat mox impletur demone cruentasque spumas ore prouoluens, suis deribus seipsum lacerabat. Deinde ad idem monasterium fratrum humeris reportatus, eum coerceri in eo immandus spiritus non valeret, necessitate cogente ferreis nexibus alligatus pedes cum manibus vinciantur. Non immerita poena fugitiuo. Post biennium vero oratione sanctorum ab immundo spiritu liberatus ad Eremitam, unde discesserat mox regressus, & ipse correctus est, & alij profuturus exemplo, ne quem aut falsæ iustitiæ umbra aut incerta mobilis

litas inuitili leuitate, compellat se mel capta, deferere.

De habitu vel vestimento Aegyptiorum monachorum. Cap. XV.

Sicut praeterea quaedam in ipso Aegyptiorum habitu, non tantum ad curam corporis quantum ad morum formulam congruentia. Cucullis namque perparuis indefinenter vtuntur diebus ac noctibus, scilicet, vt tunc innocentiam & simplicitatem paruulorum iugiter custodire etiam imitatione ipsius velaminis commoneantur. Collobijs quoque lineis induuntur, quae vix ad cubitos vsque pertingunt, nudas reliquo circumferunt manus, vt amputatos eos habere actus & opera mundi huius suggerat abcisio manicularum. Post haec angusto palliolo tam amictus humilitate quam vilitate precij colla pariter atque humeros tegunt, quae maiores tam nostro quam ipsorum nuncupatur eloquio. Vltimum est habitus eorum pellis caprina quae melotis appellatur. Qui tam habitus pellis caprinae, significat mortificata membra omni petulantia carnalium passionum debere eos in summa virtutum grauitate consistere. Calciamenta quoque cum infirmitas corporis vel matutini rigor hyemis sequitur seu meridiani aestus feruor exegerit, tantummodo muniant pedes. Quibus cum calcijis quamquam licito vtantur, vt pote

Domini mandato concessis, nequaquam tam pedibus eos inherere permittunt cum accedunt ad celebranda seu ad percipienda sacrosancta mysteria, illud etiam existimantes secundum literam custodire debere quod dicitur ad Moysen & ad Iesum Naue. Solue corripiam calciamenti tui loens enim in quo stas terra sancta est.

De canonico orationum modo & per secula abrenunciacione fratrum.

Cap. XVI.

Itaque per vniuersa Aegypti & Thebaidam, vbicumque habentur monasteria legitimum orationum modum in vespertinis concentibus seu nocturnis vigilijs tenent. Non enim illic quisquam congregationi fratrum interesse permittitur nisi prius vniuersis facultatibus suis reddatur extraneus. Et qui ingressus in congregatione fuerit sic obedire cogetur cunctis, vt redeundum sibi secundum sententiam Domini ad infantiam pristinam nouerit, nihil sibi consideratione aetatis vel annorum numero sitate praesumens (quam in seculo inaniter consumptam se reputat perdidisse) sed pro rudimentorum merito & tyrocinij nouitate, quam se gerere in Christi militia recognoscit, subdere se etiam minoribus compellitur. Igitur per vniuersa vt diximus Aegyptum duodenarius psalmorum numerus tam in vespertinis quam in nocturnis solem-

solemnitatibus custoditur, ita dumtaxat, vt post illos psalmos duodecimiones vna veteris, alia noue testamenti subsequantur, qui modus antiquitus constitutus, idcirco per tota secula intemeratus perdurat quia non humana adinventione statutus a senioribus affirmatur sed calitus angelico magisterio patribus antiquis fuisse delatus.

Vbi angelus in congregatione seniorum. xij. psalmos visus fuit cantasse. Cap. XVII.

Nam cum in primordijs fidei dei pauci quidem (sed probatissimi) viri monachorum nomine censerentur, qui que iam normam viuendi a successoribus apostolorum susceperant secedentes in secreta suburbiorum loca, agebant vitam tanto abstinentiae rigore districtam, vt omnibus stupori esset tam ardua conuersationis eorum professio. Hi ergo venerabiles patres per uigili curae posteris consulentes, qui modus quotidiano cultu per vniuersum fraternitatis corpus decerni deberet tractari, omnes in vnum locum conueniunt, vt hereditarem pietatis ac pacis, successoribus suis absolutam ab omni dispensationis lite transmitterent, verentes nequa in quondam solemnitatibus inter vitos eiusdem culturae dissoluta, vel varietas exorta

quandoque in posterum erroris non xij germina mitteret. Cumque pro suo vnusquisque feruore diuerso modo psalmorum numerum institueret, & alij quinquagenos, alij sexagenos psalmos, nonnulli vero (nec hoc quidem contenti numero) transcendere eum debere censerent, essetque inter eos pro religionis regula pia contentio, ita vt tempus vespertinae solemnitatis sacratissimae questioni succederet, repente vnus in medio eorum psalmos Domino cantaturus exurgit, cumque admirantibus cunctis, xij. psalmos, orationum interiectione distinctos, contiguus versibus parili pronuntiatione catasset, xij. sub alleluia responsione consummans ab vniuersorum oculis repetere subtractus, questionum pariter & ceremoniarum finem imposuit. Ex hinc sancti qui aderant seniores intelligentes angelico magisterio congregationibus fratrum generalem canonem non sine dispensatione Domini constitutum decreuerunt hunc numerum, tam in vespertinis quam in nocturnis vigilijs custodire. Haec igitur praedictas orationes hoc modo incipiunt atque consummant vt finito psalmo, quem gloria subsequitur non statim ad incuruationem genuum corruant sed antequam genua flectant paulisper orant & stantes in supplicatione maiorem partem horarum

rum expendunt. Itaque post hæc puncto breuissime procedentes ad terram velut orantes tantū diuinam clementiam, cum summa rursus velocitate confurgunt ac iterum expansis manibus eodem modo quo prius stantes orauerūt suis precibus intentius immorantur, dicunt enim ipsi in terra diutius procumbentem monachum, quasi in oratione enixius laboratē non solum diuersis cogitationibus sed etiam sono grauius impugnari. Experimento dicimus quod plerique non tam orationis gratia quam refectionis obtentu in terram prostrati diutius videntur orationem protrahere.

Quanta discretio & obseruantia in oratione tenenda sit. Cap. XVIIII.

Cum igitur prædictas solemnitates quas illi sinaxis vocant celebraturi conueniunt tantum præbetur a cunctis silentium vt cum in vnum tan numerosa fratrum multitudo conueniat, nullius vox excepto canentis personet. In qua oratione non sputum emittitur, non excreatio obstrepit, non oscitatio somnolēta trahitur nullaque vox absque sacerdotis præcein concludentis auditur. Cum autem ille qui orationē collecturus est de terra surrexit ita vt nullus nec antequā inclinetur ille genua flectere nec cū

ex terra surrexerit remorari præsumat, Ideo em orationes illicite ri sine cōcludunt, ne forte immorantibus eis diutius redundantia quædā sputi seu flegmatis interritū pat orationis excessum & idcirco dum adhuc feruet velut de faucibus inimici velociter rapiēda est. Quin cū sit nobis semper infestus tunc maxime assistit infestior cū contra se offerre nos. Dño preces vider. Quamobrē vtilius celsæ breues quidem orationes, sed creberrimas fieri meliusque esse dicunt decem psalmi versus cū contritione cordis & cum rationabili assignatione cantare quam totidem psalmos cum confusione mentis effundere.

Quod in responsione alleluia nō dicatur psalmus nisi qui hoc titulo prænotatur. Cap. XIX.

Illud quoque apud eos omni obseruantia custoditur vt in responsione alleluia nullis dicatur psalmus nisi in titulo suo alleluia in scriptione prænotatur. Nullum etenim tempus ab operis exercitatione vacuum transire concedunt quia non solū ea que dici splendor emittit, omni instigantia manibus exercere contendant, sed etiā illa operationū genera sollicita mente perquirūt, quæ ne ipsius quidē noctis densissimæ tenebræ valeant impedire, credē-

tes

tes se tanto sublimiorem spiritualiū contemplationū puritatem eris inuirtū quæsiturus, quāto diutius fuerit ergo operis studiū a laboris intēti. Hoc quoque nosse debemus a vespera sabbati quæ lucefcit in diem dominicū ad vesperā sequentem, apud eos genua non curuari sed nec totis quidē quinquagesimæ diebus.

De opere manuum & cur tertia sexta & nona psallatur. Cap. XX.

Ita nāque ab eis incessanter operatio manū priuatim per cellulas exercetur vt psalmorum quoque vel cæterarum scripturarū studium per totū die spaciū ingiter meditantēs in his officijs quæ nos statuto tempore celebramus totum diei regus absumat. Tertiā vero horā & sextā atque nonā trinis psalmis quotidie finiūt. His enim tribus temporibus etiā Danielē prophetā quotidie fenestris apertis in cenaculo preces Dño fuisse cognoscimus. Nec immerito hæc specialius tempora religionis sunt officijs deputata. In his si quidē promissionum perfectio & summa nostri salutis est adimpleta. Hora nāque tertia repromissus olim per prophetam Spiritus sanctus super apostolos descendit, linguarumque omnium eis scientiā dedit. Hora autē sexta immaculata hostia Dñs noster Iesus Christus oblatus est patri, crucēque pro totius mundi salute cōscendens humani

generis deleuit peccata. Eadē quoque hora Petro in excessū mentis vocatio gentiū per summisionē vasis euāgelij celitus delati, & purificationis omnium generū animatiū in eodem vase consistentiū delata ad eū vocediminitus reuelatur dicente ei. Surge Petre occide & manduca. Quod vas quatuor inijs de celo summissum nō aliud quā euāgelium designare manifeste cognoscit. Hora vero nona Christus inferna penetrans inextricabiles tartari tenebras cotuscatio ne sui splendoris extinxit, portasque areas eius effringens & leras ferreas conterens captiuitatē sanctorū quæ clausa tenebatur secū trāf uexit ad cælos, igneaque rōphea summota antiquū incolā paradiso restituit, eadē quoque hora Cornelius centurio in precibus persistens cōmemoracionem orationū & elemosynarum suarum ante Deum factam, ab angelo sibi loquente cognoscit, quibus testimonijs liquido comprobatur, non immerito a sanctis & Apostolicis viris, horarū religionis obsequijs cōsecratas a nobis quoque obseruari similiter oportere, qui ne si velut lege quadam soluere hæc pietatis officia saltem statutis temporibus abigamus totum diei spaciū obliuione aut desidia vel vanis occupationibus inuoluti absque orationis interpellatione cōsumamus.

¶ C. 1110

Cum quantā discretione & cautela suscipiantur in monasterio abrenū- ciantes seculo. Cap. XXI.

Cum igitur quis renunciaturus seculi negocijs in monasterium se suscipi rogauerit nō ante admittetur quam diebus decem vel eo amplius praefatis monasterij excubans iudicium perseverantiae suae pecciter humilitatis ac patientiae demonstraverit. Cumque omnium fratrum praesentium genibus prostratus & ab universis refutatus atque despectus sit quasi qui non causa religionis, sed necessitatis obtentu monasterium oportet intrare, iniurijs quoque multis affectus experimentum dederit constantiae suae, & qualis futurus sit in tentationibus opprobrij tolerantia declaraverit, atque ita post modum susceptus diligentia summa perquiratur ne de facultatibus suis inhaerit ei vel unius nūmi contagio. Sciunt enim eū sub monasterij disciplina diuturnam esse non posse sed nec humilitatem aut obedientiam obtinere si in conscientia eius quātuluncūque pecuniae latitauerit. Quam obrem ita nudatur unusquisque cū receptus fuerit omni pristina facultate, ut nec ipsum quidem vestimentum quo indutus est habere permittatur ulterius, sed in conuentu fratrum productus in medium exiit proprijs indumen-

tis ac permanens abbas induitur in monasterij vestimentis, ut per hoc non solum se universis rebus suis antiquis nouerit spoliatum, sed etiam omni mundiali fastu deposito ad Christi paupertatem & ignorantiam se descendisse cognoscat. Illa vero quae posuit vestimenta tūdiu reseruat in monasterio, donec profectus & conuersationis eius ac tolerantiae virtutem euidenter agnoscat. Et si posse eum ibi perdurare perspexerint, tunc indigentibus eadem vestimenta largiuntur si vero in quadam illum mormuratione vel qualibet inobedientia deprehenderint exuentes eum monasterij quibus indutus erat vestimentis & reuestitum antiquis quae seruata fuerant, depellunt de congregatione. Cum igitur quis susceptus & hac perseverantia (quam diximus) fuerit comprobatus, ac depositis proprijs indumentis habitu monasteriali fuerit accinctus non statim congregationi fratrum committeri permittitur sed deputatur alicui seniori, qui seorsum nō longe a vestibulo monasterij comanēs habet curā peregrinorū atque aduenientium deputatam eisque omnem diligentiam susceptionis & humanitatis impendit, cumque ibidem cum ipso integro annode seruiens, absque ulla querela suū circa peregrinos exhibuerit famulatum, doctus per hęc primam in situ-

stantiam humilitatis, admisceatur post hęc congregationi fratrum, demum docetur primitus suas vincere voluntates, & illi ea sapienter imperare student quae senserint animo eius esse contraria. Pronuntiant enim nullatenus monacho prauolare vel iram vel tristitiam vel spiritū fornicationis nisi prius didicerit mortificare per obedientiam suas voluntates, sed nec humilitatem quidem cordis veram, nec cum fratribus concordiam firmam posse retinere, nec in monasterio diutius permanere eū qui voluntates suas non didicerit superare.

Quod nullus in monasterio sine iussione senioris agere aliquid presumat. Cap. XXII.

Post hęc tanta obseruantia apud eos obedientiae regula custoditur, ut iuniores absque praepositi sui licentia vel permissu, nec ad ipsas quidem naturales necessitates progredi praesumant. Et sic vniuersa praecipua quae eis ab abbate fuerint imperata complere festinant tanquam si ex Deo sint caelitus edita, ut aliquando etiam impossibilia sibi imperata, ea fide ac deuotione suscipiant, ut tota virtute perficere ea & consummare nitantur. Itaque confidentes intra cubacula sua, & operi ac meditationi studium pa-

riter impendentes cum signum aliquod audierint ad orationem in eos seu ad opus aliquod inuitantis, certatim de cubilibus suis unusquisque protumprisa uelle qui scripturas exercet cum repperit fuerit inchoasse literam finire nō audeat, sed in eodem puncto quo ad aures eius sonitus pulsantis signi aduenit, summa uelocitate profiliens ne tantum quidem motu ei interponat, quantum capitis apicis consummat effugiem. Illam sane uirtutem inter ceteras institutiones eorum magnam esse cognouimus, quod nulli scilicet sibicellam, nulli peculiarem sportam, nec aliquid aliud quasi proprium possidere liceat, sed nec uerbo quidem audeat quis dicere aliquid esse suum.

De tribus gravis leuiculae negligentiae dimissis. Cap. XXIII.

Igitur septimana cuiusdam fratris qui effugit quinque deseruit, cum praetentens praepositos monasterij tria grana leuiculae iacere uidisset in terra quae fratri festinanti ad eum ostendendam praeparandam inter manus quando aqua lauibantur relapsa fuerant, contestim super hoc abbatem consuluit. Tunc frater, nile uelut interuersor & neglector fieri peculiarij iudicatus ab oratione suspensus est, cuius negligentiae reatus

non aliter ei remissus est nisi cum publica poenitentia diluisset.

¶ De duobus Monachis in quorum septimana ligna de fecerunt.
Cap. XXIII.

N Qui alios fratres in quorum quidem septimana, cum accidiſſet tanta lignorum penuria, ut non eſſet penitus unde ſoliti tibi fratribus pararentur & donec poſſent cœpra diſſerre, ut xerophagia contenti eſſent abbatis fuiſſet autoritate præceptum, eſſetque hoc vniuerſis placitum, nec quiſque poſſet ullum coſitionis ſperare pulmentum, illos velut qui fructa acimede ſua laboris & obſequij fraudarentur, ſi in ordine vicis ſuæ cibos fratribus non ſecundum conſuetudinem parauiſſent, tantum ſibi ſpontanei laboris & ſolicitudinis indixiſſe ut in illis aridis ac ſterilibus locis, in quibus ligna (niſi de fructiferis arboribus exciſantur) omnimodis nequeunt inueniri, neque enim in illis locis vlla reperiuntur fruteta ſilueſtria. Igitur per extenta aua diſcurrentes fratres illi, & Eremum quæ verſus mare mortuum tenditur, abeuntes feſtucas, tenues, ac ſpinulas quas ventus huc illucque diſperſerat colligentes cunctaque ad ſolemnitatem ciborū ſpontaneis obſequijs præparauerunt. Tanta nanque fide hæc ſua munera fratribus exhibuerunt, ut

etiam cum illos honeſte poſſet vel lignorum excuſare penuria, vel abbatis imperium pro ſuo fructu, atque mercede noluerunt abuti licentia.

¶ De beato Ioanne, qui habitabat iuxta Lyco oppidum. Cap. XXV.

N Eceſſarium reor hoc in opere commemorationem facere beati Ioannis, qui commemoratus eſt iuxta Lyco quod eſt oppidum Thebaida, quiſque propter obedientiæ virtutem vſque ad prophetiæ gratiam ſublimate. Sic per totum claruit mundum, ut & regibus mundi huius merito ſuo redderetur illuſtris. Nam cum in extremis (ut dixi) Thebaidæ partibus commaneret, non ante præſumebat, Theodoſius Imperator ad præpotentium tyrannorum bella procedere quàm illius animaretur oraculis atque reſponſis. Quibus confidens velut calitus ſibi delatis tropheæ deſperatis bellis, atque hoſtibus ſemper reportauit.

¶ De mirabili patientia eiſdē Ioannis circa partē ſuam. Cap. XXVI.

Hic itaque beatus Ioannes ab adoleſcentia ſua vſque ad perfectam, ac virilem ætatem eudam ſeniori deſeruiens, donec ille in huius vitæ conuerſatione durauit, tanta ei humilitate inhaſit ut ipſi quoque ſeni ſtuporem ſummum obedientiæ incuteret.

videret. Cuius hanc virtutem, utrum de vera fide ac profunda cordis ſimplicitate deſcenderet, volens ſenex manifeſtius explorare, ei plura etiam ſuperflua & impoſſibilia frequentius indugebat ex quibus pauca narrabo, ſumpſit nanque de lignario ſuo virgulum ſenex quod olim exciſum vſibus foci fuerat præparatum, cum hoc coram ipſo fixiſſet in terram præcepit ei ut adueſta aqua quotidie bis illud irrigaret. Quod præceptum veneratione ſolita ſine vlla impoſſibilitatis cōſideratione adoleſcens ſuſcipiens, ita quotidianis diebus expleuit, ut aquam per duo milliaria indeſinenter apportans nullatenus lignum ceſſaret rigare, atque per totum anni ſpatium non infirmis corporis non occupatio neceſſitatis vllias intercідens ab obſeruantia præcepti huius potuit eum impedire. Cumque hanc ſedulitate inſtitutus ſenex latenter diebus ſingulis exploraffet, & videret eum ſimplici cordis affectu mandatum ſuum velut diuinitus imperatum ſeruare miſerans tandem tam longi laboris eius perſeuerantiam accedens ad aridum virgultum dixit. O fili Ioannes miſit ne radices hæc arbor an non? Cumque ille ſe neſcire dixiſſet, ſenex velut teatans ſi iam ſuis radicibus teneretur eualliſſet coram ipſo virgultum

& proiiciens longius illud præcepit diſcipulo, ut deinceps rigare ceſſaret.

¶ De immani ſaxo quod idem Ioannes per obedientiam aduexit.
Cap. XXVII.

Itaque cum iam fama obedientiæ eius per monaſteria vniuerſa flagraret, Quidam fratres præbationis, imo ædificationis cauſa venerunt ad ſenem. Tunc ſenex vocans diſcipulum ſuum ait ad eum, curæ Ioannes & ſaxum illud huc aduolue quanto cyus. Qui conſeſſim ſaxum immane applicita nunc ceruice, nunc toto pectore tanto niſu, atque conatu prouoluere contendebat ut ſuadore membrorum ſuorum nõ ſolum torum inſunderet veſtimentum, ſed etiam ſaxum ipſum ſuis ceruicibus humectaret. In hoc quoque parum metiens impoſſibilitatem præcepti vel facti, præreuerentia ſenis & obſequij ſimplicitate ſincera, qua credebat reſta fide, ſenem nihil poſſe in caſum, ac ſine ratione præcipere. Huc vſque abbatis Ioannis pauca de multis dixiſſe ſufficiat, nunc abbatis Mutij factum dignū memoria comprehenſam.

¶ De mirabili patientia abbatis Mutij.
Cap. XXVIII.

Hic nanque abbas pater Mutius abrenuntiare deſiderans huic mundo monaſterium petijt qui tandem præ feribus

bus monasterij cum paruulo filio, octo circiter annorum, excubavit donec suscipi mereretur. Cuiusmodi tunc recepti fuisset, confestim ab inuicem separati sunt ne scilicet ingiustione paruuli remunereretur pater quam abice rar facultatem. Et quemadmodum diuitem se iam non esse sciebat ita & patrem se esse nesciret. Quod ut plenius patere videretur, ipse plus faceret affectione sanguinis quam obedientia negligebatur paruulus pannis potius quam vestimentis indutus. Sed & collaphis atque alapis expulsus diuortiorum, quos plerumque sub oculis suis pater inuocanti paruulo etiam gratias cernebat interiri ita ut nunquam genas eius nisi lachrymarum fontibus vestigiis videres testatas. Cumque rater infans sub oculis eius per singulos dies ageretur ille pro amore Christi & obedientia virtute rigido semper & immobili viscere perdurauit. Non enim reputauit iam suum filium quem secum pariter obtulerat Christo nec curabat de praesentibus eius iniurijs. Sed magis exultabat quod ille nequaquam distractionem mentis illius atque immobilem rigorem emolliret. Quod videns pater monasterij ad comprobendam magis eius constantiam cum vidisset quadam die infantem plorare, simulabat se iratum, precepit patri eius, ut

tollens eum iactaret in aquam. Tunc ille velut a Domino hostis esset preceptum, confestim celeriter cursu rapiens filium, ad ripam fluminis in staturus aduexit. Quodque profecto furore fidei, & obedientia eius fuisset opere consummatum, nisi procurati fuissent ab abbate fratres qui sollicitate ripam fluminis obsiderunt ad paruulum erandum, profectumque iam, & quodammodo de fluminis alueo paruulum confestim rapuerunt & cum summa deuotione precepto patris completo ab effectu operis reuocauerunt, cuius fides atque obedientia, & deuotio, in tantum Deo fuit accepta, ut statim diuino testimonio comprobatus sit. Reuelatum namque est continuo seniori, hac eum obedientia. Abrahæ Patriarchæ opus implese, cumque breuitem pore transacto idem abbas migraret de seculo hunc patrem Mutium, pro obedientia cunctis fratribus proponens successorem sui atque abbatem monasterio reliquit.

De Monacho cuiusdam Camitis filio qui sportas per plateas infusus fuerat portare. Cap. XXIX.

Nouimus quendam fratrem secundum seculi huius ordinem summe familiarum patre Comite, ac ditissimo oriun-

oriundus fuit. Qui relictis parentibus cum ad monasterium peruolasset ad cōprobandam eius humilitatem statim ei a seniore preceptum est ut decem sportas grades, quas necesse non erat tunc vendere, ceruicibus suis impositas, distrahas per plateas circumferret adiecta cōditione, quod diutius in hoc officio ipse detineret, ut si forte vnus eas emerere pariter voluisset non cederet, sed sigillatim eas querentibus videret. Quod ille tota deuotione cōpleuit, & omni verecundia pro Christi desiderio calcata, sportas humeris suis imponens, & per plateas portans statuto pretio distraxit, & pecuniam ad monasterium reportauit.

De abbate Pinuphio. Cap. XXX.

Vidimus & abbatem Pinuphium qui cum esset immanis monasterij presbyter quod est in Aegypto, non longe a Panfisi ciuitate, & pro ipsa reuerentia, vel vita sua, vel etatis vel sacerdotij, cunctis honorabilis existeret, videns se pro hoc ipso humilitate tenere non posse occulte fugiens de cœnobio secessit solus in Thebaidis vltimas partes, ibique deposito indumento monachorum assumpta seculari veste, monasterium Tabennositarum expetijt, quod sciebat cunctis monasterijs esse districtius, & in quo se pro longitudine regionis credidit ignorandum. Vbi dum diutissime praeforibus per-

seuerans, cunctorum fratribus genibus prouolutus, ut susciperetur summis precibus ambiuit. Cumque multo despectu perbarus, & tandem fuisset admissus, continuo ut seni, nullique operi penitus apto, horricura diligentiaque mandatur. Quam ille operam sub alio fratre iuniore qui eum sibi creditum retinebat exareens, sic eidem subdebat, ut non solum ea que ad horti diligentiam pertinebant, sed etiam vniuersa officia que erant cunctis fratribus aspera vel indigna, tota quod tidie sedulitate cōpleret: cōplura vero etiam nocte cōsurgens, ita furtim nullo teste operabatur, ut penitus autorem operis nemo deprehenderet. Cumque ibidem triennio delitescens per vniuersam Aegyptum dispersis vbique fratribus quæreretur, a quodam tandem visus fratre, qui de Aegypri partibus aduenerat vix potuit pro humilitate habitus sui, ac vilitate officij quod gerebat agnosci, nam sarculo deorsum incuruus preparabat oleribus terram deinde sterco humeris suis asportans eorum radicibus ingerebat. Cumque hæc intuens frater, super agnitione eius diuinitissima haesitatione fuisset delectus, propius tandem accedens, non solum vultum, sed etiam sonum vocis eius diligenter explorans ad pedes eius cominus se proiecit. Tunc fratres stupere coeperunt, & inquirere cur hæc fecisset ei,

qui apud ipsos velut nuper de seculo egressus habebatur extremus, cumque eius frater ille, rei ordinem & nomen ipsius abbatis indicasset maiori miraculo sunt pereculi quonia & apud ipsos magna opinione fuerat copertus. Tunc igitur rantia sua veniam ab eo postulabant, quod eum tanto tempore inter iuniores ac paruulos deputassent. At ille fiebat multum & lugebat, quod scilicet inuidia diaboli fuisset proditus, nec licuisset ei diutius in tali humilitate atque abiectione perdurare. Tunc cum fratres inuitum ac flentem ad proprium monasterium reduxerunt custodientes eum summa diligentia, ne similiter quoque delapsus aufereret. Vbi cum fuisset modico tempore demoratus, eodem rursus humilitatis desiderio succensus captans nocturna silentia, ita defugit ut iam non vicinam prouinciam, sed incognitas regiones expeteret. Nam conscendens nauim in Palestina partes comere curauit credens se tutius latitaturum si ad illa semetipsum asportasset loca: in quibus nec nomen quidem suum fuisset auditum. Quo cum aduenisset nostrum monasterium proterius expetiuit, quod non longe erat a speleo, in quo dominus noster ex virgine nasci dignatus est. In quo monasterio pro modico tempore supradictus abbas Pinuphius delitescens secundum sententiam domini

tanquam ciuitas supra montem posita diutius abscondi non potuit. Nam continuo quidam fratrum qui ad loca facta de Aegypti partibus orationis causam venerat agnunt eum cum multa prece & maxime inuitum, ad suum iterum conuocatum reuocauerunt.

¶ *Exhortatio optima ad novitium monachum.* Cap. XXXI.

Hinc igitur senem pro illa que nobis fuerat apud ipsum in isto monasterio familiaris amicitia cum post hoc in Aegypto requisissemus corripit ut nobis illis comorantibus fratrem quendam in monasterio suo recipe-ret. Cuius miram exhortationem sub nostra presentia indidit, quam mihi animus fuit huic opusculo intextere. Ait ergo ad eum. Nosti fili quorundam diebus prece foribus excubans hodie sis receptus? Cuius difficultatis causam primitus debes agnoscere poterit enim tibi in hac vita quam ingredi concupiscis multum conferre si ratione eius agnita ad seruitium christi sicut oportet accesseris, sicut namque immensa gloria fideliter seruientibus Deo ac secundum institutiones huius regulæ ei coherentibus repromittit in futurum, ita pene grauissimæ preparantur his qui tepide eam negligenterque fuerint executi, & secundum hoc quod professi sunt vel quod ab hominibus esse credunt, fructus etiam congruos sanctitatis eidem exhibere

negle-

neglexerit. Melius est sem non uere quam uerere & non reddere, & maledictus qui facit opus domini negligenter. Igitur ideo a nobis diuissime refutatus, non quia tuam vel omnium salutem non toto desiderio cupiamus amplecti: sed ne temere receptus, & nos apud Deum deuitatis, & te reum grauioris supplicij fecerimus, si ad presens facile susceptus, nec potius professio huius intelligens, vel destitutor post hæc, vel repidus exiitisses. Noueris ergo hodierna die te huius mundo & actibus eius esse defunctum, teque secundum Apostolum mundo huic esse trancium tibi que hunc mundum. Sed forte dicis. Quomodo quis uiuens potest esse crucifixus? Audi breuiter rationem. Crux nostra timor domini est. Sicut enim quis crucifixus, iam non pro animi sui motu membra sua quoque mouendi vel conuertendi habet potestatem: ita & nos uoluntates nostras ac desideria non seculum id quod nos delectat ad presens, sed secundum preceptum domini quo nos constrinxit applicare debemus. Et sicut ille qui periculo crucis affigitur iam non presentia contempletur, nec de suis affectionibus cogitat, nulla iam possidendi concupiscentia per mouetur, seque cum adhuc spirat in corpore cunctis momentis credit esse defunctum, ita nos quoque timore domini oportet esse crucifixos om-

nibus carnalibus uitijs & illuc semper habere oculos mentis nostre defixos quo nos sperare debemus momentis singulis esse migraturos. Cauendum est ergo ne quid aliquando eorum presumamus, quæ renuntiantes abiecerimus. Non enim qui coeperit hæc, sed qui perseverauerit in his usque in finem hic saluus erit. Versutus enim serpens calcanea nostra semper obferuar, id est insidiatur exitui nostro, & usque ad finem uitæ nos suplatare conatur & idcirco bene coepisse nihil proderit, si bene consummatum non fuerit. Quapropter secundum scripturam sententiam ingressus ad seruiendum domino sta in timore domini & prepara animam tuam non ad requiem non ad delicias sed ad tentationes & angustias, per multas enim tribulationes oportet nos introire regnum Dei. Angusta nanque est porta & arcta uia que ducit ad uitam, & pauci sunt qui inueniant eam. Principium ergo salutis nostre timor domini est. Per hunc enim & initium conuersionis, & virtutum custodia acquiritur, qui cum penetrauerit hominis mentem contemptum omnium rerum parit, & mundi gignit horrorem. Contemptu autem ac priuatione omnium facultatum humilitas uera acquiritur, humilitas autem his indicijs comprobatur.

¶ Primo si mortificatus in se mo-

nachus omnes habeat voluntates. ¶ Secundo si actus & cogitationes non celauerit seniore. ¶ Tertio si nihil suae discretioni, sed iudicio eius vniuersa committit. ¶ Quarto si in omnibus preceptis seruet obedientiae mansuetudine & patientiae constantiam. ¶ Quinto ut nulli inferat iniuriam sed illatas sibi patienter toleret. ¶ Sexto si nihil agat praeter regulae exempla. ¶ Septimo si ad omnia que sibi impetrantur velut operarium malum se iudicauerit & indignum. ¶ Octavo si semetipsum canis inferiorem pronuntiet. ¶ Nonio si linguam suam cohibeat & nunquam sit clamor in voce. ¶ Decimo si non sit facilis ac promptus irasus. Talibus namque iudicij humilitas vera dignoscitur. Sed & haec quoque tibi in congregatione necessitudo custodienda sunt ut scilicet secundum psalmistam conscientiam non iniquam factus non audiens; & sicut murus non aperiens os suum in nihil discerpens, nihil dixit iocans ex his, quae tibi fuerint imperata. Ergo patientiam tuam non debes de aliorum superare stultitate, id est si ut tuae tam patientiam non possideas tum a nominis fueris irritatus, principium non habet salutis sicut iam dictum est cum sit Dominus est. De timore domini nascitur compunctio salutatis. De compunctione cordis procedit contemptus omnium fa-

cultatum ac nuditas. De nuditate humilitas procreatur. De humilitate generatur mortificatio voluntatum. De mortificatione voluntatum extirpantur vniuersa vitia. Expulsione vitiorum virtutes fructificant, atque succrescunt. Pullulatione virtutum puritas cordis acquiritur, & pacitate cordis Apostolicae charitatis perfectio possidetur. ¶ De monacho qui ante constitutum horam peregrinos reficere cogit. Cap. XXXII. ¶ Vm de Syria partibus Aegyptum propterea petissemus quidam monachus tunc probatissimus gratifice nos suscipiens, refectio nem nobis ante horam horam ieiunij preparauit. Percussantibus ergo nobis ante canonicam refectio nem horam nos prandere cogerent respondit & ait. Ieiunij fructus semper est mecum; vos autem conuenio dimissurus, mecum iugiter tenere non poterit. Itaque Oblatum in vobis suscipiens reficere eum debeo, & cum vos deduxero distractionem ieiunij in memetipso potero reprehendere. Non enim possunt illi se ieiunare donec cum illis est sponsus cum autem discesserit tunc licite ieiunabunt. ¶ De monacho qui nunquam solus esse sumere solus erat. Cap. XXXIII. ¶ Vidimus & alium in solitudine commorantem qui nunquam

quam solus cibum sumere consueverat sed etiam super totos quinquaginta dies ad eius cellam nullus ex fratribus aduenisset. Tunc tunc rogiter differerebat sibi dominus permanens donec sabbatum vel dominico die congregatiomis obrentu, procedens ad ecclesiam peregrinum quemquam reperisset, quem ex inde reducere ad cellam suam cum ipso pariter sumebat cibum. ¶ De Mathete sereno monacho. Cap. XXXIII. ¶ Vidimus & alium senem Mathetem nomine solitarium, cui hanc gratiam donauerat Dominus ut si quando in conuentu fratrum per totam noctem & diem agitaretur collatio spiritualis nunquam ille somno opprimeretur, si quis vero de distractione verbum seu otiosum scisset inferre statim ille in somnum concidebat, huc etiam senem cum aliquando epistola patris eius ac matris amicorum quibus multo se fuissent accipiens grandem fastidium literarum diuque apud semetipsum voluens dixit. Quaratum cogitationum causa erit mihi istarum lectio, quae me vel ad inane gaudium vel ad tristitiam instructiofas impellent quatis diebus horum recordationem qui scripserunt intentionem peccatoris mei a proposito contemplatione reuocabunt. Et haec voluens in suo peccatore non solus nulla resolvere epistolam dei

perit, sed ne ipsum quidem fasciculum resignare, ne scilicet eorum qui scripserunt vel nomina recentem de vel vultus recordando a spiritu sui intentione cessaret. Itaque ut cum constitutum acceperat, signatradidit cremandum, ite inquit cogitationes patrie pariter concremami me me ulterius ad illa quae fugis reuocare tentaris. ¶ De Theodoro abbate. Ca. XXXV. ¶ Vidimus & alium abbatem Theodorum summa sanctitate ac scientia praeditum non solum in actuali vita sed etiam notitia scripturarum quam ei non tam studium lectionis cogulerat, quam sola puritas cordis. ¶ Hic cum explanationem cuiusdam obscurissimae questionis inquireret, septem diebus & noctibus in oratione infatigabilis persistit, donec solutio nem proposita questionis Dominus reuelante cognosceret. ¶ Hic idem beatus Theodorus cum inopinatus ad mea cellam intempesta nocte venisset quidnam nouus adhuc eremita solus agerem, patienter curiositate latenter explorans, cum quo ego iam finita vespertina solennitate lassum corpus capissem iam reficere & me incubatemplyato reperisset, protaheps ex intimo corde suspiria meoque me vocitans nomiae dixit. Quanti inquit a Ioannes, de Deo loquitur, cumque in semetipsis amplectuntur, & tu fraudaris tanto lu-

manie inerti sopore solutus itaq;
excitato me salubriter deinceps
vigilare compulit.

¶ De Anachorita in vastissima Eremita
habitante. Cap. XXXVI.

Taque cum de Palaestina mo-
nasterijs ad oppidum Aegypti
(quod Diulcus appellatur) ve-
nisset ibique plurimam turbam
cenobij disciplinae restrictam
vidissemus, alium quoque ordi-
nem qui excellens habetur, id est,
Anachoritarum cunctorum pra-
conijs instigati sagacissimo corde
videre properauimus, hi nanque
in monasterijs primum subdiscre-
tione regule diligenter edocti di-
rissimis demonum praesidijs con-
gressuri penetrant Eremita profun-
da secreta. Huius ergo propositi
vitos coepimus circa Nili flumi-
nis alueum comorari in loco qui
vno latere, Nilo flumine, alio ma-
ris vastitate circumdatus insulam
reddidit, nullis alijs hominibus quam
monachis secretum experentibus
optabilem, nec enim cuiquam cul-
tura aptam esse terram illam falsi-
tas salis ac sterilitas patitur hare-
narum. Ad istos ergo summo de-
siderio festinantes supra modum
summos eorum labores quos in
solitudine tolerant admirati su-
mus. Nam ipse aquae tanta penu-
ria constringuntur, ut tali diligen-
tia dispensent, quali nemo facit
preciosissimum vinum. Tribus
nanque millibus & eo amplius

seam de Nilo flumine necessarij
vilibus apportant, quod tamen in
teuallum arenosis diuisum mon-
tibus laboris difficultate grauissi-
ma duplicatur. His igitur vills cum
nos imitationis eorum ardore accé-
deret vns eorum, probatissimus
Eremita. Archilebius nomine ha-
manitatis gratia perduxit nos ad
suam cellulam. Qui cum compe-
risset nos abidem velle commora-
ri, iunxit se eundem locum velle
derelinquere, ac nobis cellulam
suam velut exiade migraturus ca-
pit offerre. Dicebat autem hoc se
facturum etiam si nos non adue-
nissemus. Tunc susceptam cellu-
lam ipsius cum omnibus vrsili-
bus possedimus. Erat itaque illi
paucis diebus quibus construenda
cella pararet impendia, de illo
loco discedens. Reuersus posthuc
aliam sibi summo labore constru-
xit, quam rursus non longe post
superuenientibus fratribus simili-
ter charitatis causa cum vniuerso
tradidit instrumento, ipse vero er-
ga opus charitatis infatigabilis
perseuerans terram sibi cellam
vbi commaneret instruxit.

¶ De dyobus adolescentibus qui sicus
ad exortum ferentes in itinere desu-
erunt. Cap. XXXVII.

Quidam autem frater cum
sicus de Marcote, abbat
Ioanni in Eremitu Sey-
thie derulisset, ille statim eas adle-
nem quendam qui in interiore de-
serto

serto mala valitudine laborabat
per duos adolescentulos misit. Si
quidem decem & octo milibus
longe ab ecclesia commanebat so-
litarium. Qui adolescentes acceptis
pomis cum ad praedictum senis vende-
rent cellulam, infusa repente den-
sissima nubetramitem recti itine-
ris perdidit, cumque tota die ac
nocte discurretes, per auiam Ere-
mita vastitate nequaquam potuissent
Eremita agrotantis cellulam in-
uenire tam itineris lassitudine quam
inedia sitique, confecti, fixisque in
terram genibus dum orarent spi-
ritum Domino reddiderunt. Qui
post haec vestigiorum indicijs di-
uitissime perquisiti quae in locis il-
lis arenosis tanquam nitibus im-
pressa designarentur donec ea le-
ui flatu ventorum tenuis arenadi-
sturens cooperiret. Inuenti sunt
tandem sicut orauerant iacentes,
& sicus intactas ut acceperant re-
ferentes. Elegerunt enim animam
magis quam fidem depositi per-
dere, ne scilicet absque iussu abba-
tis quicquam vitium praesumeret
vitamque potius maluerunt amitte-
re temporalem, quam senioris
violare mandatum.

¶ Quanta sit ingratas operum apud Aegypti monachos. Cap. XXXVIII.

Per totam igitur Aegyptum
monachi nullo modo patiun-
tur esse otiosi, sed vitium
suum labore manuum consequun-
tur & non solum de laboribus suis

peregrinos & aduenientes fratres
secum reficiunt, sed etiam per loca
libere his qui fame laborant, nec non
etiam per ciuitates his qui in carce-
ribus & diuersis vinculis tenentur,
immanem conferunt alimoniam
substantiam defructu manuum suarum
rationabile sacrificium Domino ta-
li oblatione se offerre credentes.
Dicunt enim operantem monachum
dumone vno pulsari semper,
ociosum vero innumerabilibus
spiritibus deuastari.

¶ De abbate Paulo. Cap. XXXIX.

Denique abbas Paulus probatissi-
mus patrum cum in Eremita vastis-
sima consisteret, quae Por-
phyrio nuncupatur, cum palmarum fructibus
& orto modico sustentabatur,
nec poterat aliud unde sustentaretur
operis exercere, eoque ab hominibus
vel habitabili terra amplius
quam septem mansionibus aberat inde-
serto. Hic ergo ne momentum tempo-
ris penitus otiosus staret, colligebat
palmarum folia, & quotidianum pen-
sum velut exiade sustentandus, ipse
a semetipso exigebat iugiter etiamque
opere totius anni peluca eius suscip-
set impleta, & non haberet qui hoc
distraheret, neque ipse otiosus pos-
set manere, totum quod sollicita cura
laborauerat, annis singulis igne
subposito concremabat. In tantum
prohibens sine opere manum, nec in
loco posse monachum perdurare
nec ad perfectionis culmen ali-
quando conscendere.

¶ De

*De fratre blasphemo qui intolerabili
libidinis vrebatur. Cap. XL.*

N Qui aliū fratrem qui probatissimo cuidam seni, victo carnis semetipsum grauissime confessus est impugnari, intolerabili naq; astu libidinis vrebatur. Tūc senex velut spiritalis medicus interiorē causam & originē morbi hanc prauidēs, grauitatq; suspirās ait. Nequaquā illi tā nequā spiritui tradi te Dñs permittisset, nisi aliq; blasphemasset in eo. Quod frater audis, statim cecidit ad pedes eius in terrā, summaq; admiratione percussus, confessus est se in filiū Dei cogitatione impia blasphemasse. Vnde percipuum est, eum qui in Deū blasphemus existit, tanquam qui irrogat illi iniuriam, perfectionis integritate priuari & sanctificationem castimonie non mereri.

Collatio bona de discretione, que est custos & mater virtutum. Ca. XLI.

Quodam autē tpe cōuenerūt clarissimi seniorū ad beatum Antonium cōmorantē in Thebaide partib; perfectionis inquisitione & collocationis gratia cūq; a vespertinis horis vsq; ad lucē tuisset pertracta collatio questio discretiois maximū noctis spaciū cōsumpsit. Nā diutissime inter eos querebat quæ nā virtus vel obseruatio monachū a diaboli laqueis custodire posset illis, vel certē ad Deum recto tramite firmoque

gressu perduceret. Cumque perceptu mentis suæ vnusquisq; sententiam proferret in medium, & alij quidem hoc ieiuniorum vigiliarūq; iudicij colloqarent alij in nuditate & contemptu rerū, alij remotiorem vitam, & Eremiticā cetera censerent, & nō nulli in primis sanctandæ charitatis, id est humanitatis officia definirent quia ipsa pie erga fratres & peregrinos studio susceptionis impēdantur. Cumq; in hunc modū pia cōtentione decertarent, essetque iam noctis maximum tempus cōsumptum, respondens demum beatus Antonius vniuersis dixit. Onia quæ dē hęc quæ dixistis, necessaria sūt & vtilia sitientibus Deū sed his principale retribuere gratiā, nequaquā nos innumerabiles multorum fratrum casus & experientia permittūt. Nam sępe vidimus fratres has obseruationes tenentes, repentino casu deceptos, eo quod in bono quod ceperant discretione minime tenerunt. Nec enim aliacausa lapsus eorū deprehenditur nisi quod minus a senioribus instituti, nequaquā potuerit rationem discretiois huius adipsos quæ viam regiā docet monachū se per incedere, & nec excessu cōtinenti modū trāsire permittit nec deslere ad vitia permittit. In omnib; ergo quæ agim; discretio anteponenda est, manifestissime eam declaras, nullā sine discretiois gratia

gratia perfecte posse vel perfici vel stare virtutem. Et hæc dicente Antonio, vniuersorum sententia diffinitum est discretionem esse quæ fixo gradu intrepidum monachum perducit ad Deū, & prædictis virtutes iugiter conferuet illas. Omnium namque virtutum genitrix & custos atque moderatrix discretio est.

De Herone seno indiscreto monacho. Cap. XLII.

Et ut hæc exemplis certioribus approbemus referam vobis de quodam seno Herone nomine, qui discreti onem minime retinens omnes pristinos labores perdidit & insuper miserabiliter vitā finiuit. Ante paucos etenim dies illusionē diaboli, a summis ad ima detectus est. Hic itaque, 50. annis in Eremitico cōmoratus singularem vitæ distinctionem tenuit, & solitudinis secreta miro furore ultra omnes sectatus est. Hic igitur post tantos labores ab insidiatore delusus grauissimo lapsu corruens, cunctos in Eremitico constitutos luctuoso dolore percussit, qui minime cecidisset, si bonam discretiois tenerē voluisset. Tanto liquidem rigore animi sui immutabilem ieiunij continentiam semper exercuit, & solitudinis acerbule secreti iugiter sectatus est, ut nec die sancti Pasche rigorem abstinentiæ solueret. Cumque omnes Eremitæ pro

tanta solennitate ad ecclesiam pariter conuenissent solus ille non affuit ne quantulumcunque perceptione leguminis parui a suo proposito videretur relaxasse, quæ præsumptione deceptus angelum Sathanz velut angelum lucis suscipiens cum summa veneratione eiusque præceptis obediens semetipsum in puteum profundissimum præcitem iactauit, magnum, scilicet, virtutis suæ meritum probaturus cum inde exisset illæsus, de quo puteo cum grandi fratrum labore seminiuus extractus vitam tertia die finiuit, & quod his deterius est, ita in deceptionis suæ obstinatione permansit, ut ei nullatenus potuisset persuaderi, quod dæmonum calliditate fuisset delusus.

De duobus monachis qui euates per desertum decreuerunt non sumere cibum, nisi Deus illis trāsmitteret. Cap. XLIII.

Quid dicam de illis duobus fratribus qui habitantes ultra illam Eremiticam vbi quodam fuerat beatus Antonius cōmoratus minus cauta discretionē permoti euntes per extensam solitudinis vastitatem, nullā escā penitus sumere decreuerunt nisi quam per seipsum illis Dominus præstaret. Cumque errantes eos per deserta & deficientes iam fame, conspexissent à longe Mazites, quæ gens cunctis nationibus

nibus immaior atque crudelior est, non eos ad effusionem sanguinis desiderium prædæ sed sola ferocitas mentis instigat. Visus ergo eis, contra naturam ferocitatis suæ cū panibus illis occurrerunt nunc vnus ex illis fratribus subueniente discretione velut a Deo portentos sibi panes cū gratiarū actione suscepit, reputans escam sibi diuinis ministrari, nec sine Dei iussu actum esse dicens, vt illi qui semper hominum sanguine gauderent tunc deficientibus eis vitę substantiam largirentur. Alius vero recalcans cibum, velut ab homine sibi oblatum, inedia labore cōsumptus mortuus est, quorum, scilicet quauis initia ex reprehensibili persuasione descenderint, vnus tamen subueniente discretione, id quod incaute conceperat emendasse cognoscitur alius autē stultitia presumptione perdurans mortem quam Dominus ab eo auertere voluit, ipse sibi asciuit.

¶ De monacho qui deceptus a diabolo voluit filium suum immolare.
Cap. XLIII.

Quid etiam de illo monacho commemorem, cuius nomen quia adhuc superest, sileo: qui dum longo tempore demonem in angeli suscepit claritate reuelationibus eius sepe deceptus credidit eum inter

nuncium esse iustitię. Nam per omnes noctes in cellula eius, lumen absq; vilius lucernę officio præbebat diabolus, ad extremum vero iussit eum, vt filium suū qui cum eo pariter in eodē monasterio cōmanebat deuotus Deo offerret victimam, vt scilicet hoc sacrificio Abrahę Patriarchę meritis cōquaretur cuius verbis alleiatantum est seductus vt hoc cōfestim opere perfecisset nisi puer de cella manibus eius elapsus cōcitus aufragisset.

¶ De monacho cui ostendebat diabolus exercitum Christianorū & Iudeorū.
Cap. XLV.

Fuit & alius monachus qui nimiam semper tenuit abstinentiam. Quique per annos multos singulariter in cella reclusus per paucis imitabilem exhibuit abstinentiam. Hic ad extremum ita est diabolicis reuelationibus delusus vt post annuos labores atque virtutes quibus alios monachos excefferat, ad Iudaismum & circumcissionem carnis miserabiliter sit lapsus. Post multa nāque tempora, diabolus velut nuncius veritatis ostendebat illi per vana somnia, & per quasdam inanē reuelationes Christianorū atque monachorū exercitū, tenebrosū ac tetrum omni quę macie tepidum atque deformem & contra ostendebat illi Iudeorū plebem summa letitia tripudiatem

ingea-

ingentique lumine coruscantem. Ac proinde commonebat eū, vt si mallet beatitudinis illorum particeps effici circumcissionem quę suscipere festinaret. Ex quibus profecto (vt constat) memoratis visis tam lugubriter nemo fuisse illus, si rationem discretionis assequi laborassent. Quāobrē in quantis perniciosam sit discretionis gratiam non habere, multorum casus & experimenta declarant.

¶ Confessio proprii delicti potenter demonis instigationem repellit.

Cap. XLVI.

Abbas Serapion solebat frequenter iunioribus fratribus instructionis gratia de seipso narrare dicēs. Cum adhuc essem puerulus & cum abbate Theona commanerem, hæc mihi consuetudo erat inimico inuente vt postquam refecissem cum se ne hora nona, vniū paximaciū quotidie in sinu meo latenter absconderem, quem sero ignorante fene occulte comēdebam. Quod furtum licet quotidie perficerem expleta tamē cōcupiscentia fraudulenta ad memetipsum reuertens super admisso furto acrius cruciabar quam super esum illius fueram iucundatus. Cuiusmodi studium molestissimum opus singulis diebus explere non sine cordis mei dolore compellerer, & clandestinum furtum patefacere seni con-

funderer, contigit per Dei prouidentiam quosdam fratres adificationis obtentu cellulam senis auidissimos expetisse. Cumque refectione transacta, confabulatio spiritalis interesse expisset respondensque senex propositis interrogationibus eorum de castri margiæ vitio & occultarum cogitationum exponere, ad vltimum intulit dicens. Nihil sic noxium est monachis & lætificat demones, quam si celet cogitationes suas spirituales patres. Tunc ego compunctus corde, existimavi seni secreta pectoris mei patefacta & in occulto priuim gemitus excitans, deinde cordis mei compunctione crescente in apertis singultus lachrymasque prorumpens, capi amarissime flere, & continuo eieci de sinu meo paximacium quod vitiosa consuetudine clanculo paraueram comedendum, cumque in medium proferens, quomodo quotidie inuolens eum occulte ederem prostratus in pavimento, cum veniē postulatione confessus sum, & vbertim profusus lachrymis, orationibus eorum veniam apud Deum postulabam. Tunc senex dixit, confide fili, quia liberauit te a captiuitate ista confessio tua, victorem namque aduersarium tuum hodie triumphasti validius cum tua confessione elides quam ipse fueras ab eā tua taciturnitate

turitate

ramitate deiectus. Et idcirco post hanc publicationem tuam iste malignas spiritus non dominabitur tibi, nec in te latibulum sibi teretimus serpens hactenus usurpabit, quia de tenebris cordis tui, per hanc confessionem proiectus es. Necdum senex hæc verba compleuerat, & ecce statim velut lampas ignis accensa de meo sinu procedens, tanto fœtore cellam repleuit, ut vix in ea residere possemus. Resumenque senex dixit, Ecce probauit tibi Dominus veritatem sermonum meorum, ut passionis illius incentorem de corde tuo confessione salubri fugatum oculorum fide perciperes, patefactamque hostem nequaquam locum in te ulterius habiturum, aperta eius expulsionem cognosceres. Itaque secundum sententiam senis, ita est in me virtute confessionis dominatio diabolica extincta, ut nunquam mihi ulterius, nec memoriam concupiscentiæ huius tentauerit inimicus ingerere.

¶ De monachis a Sarracenis interfectis. Cap. XLVII.

IN Palæstina partibus iuxta vicum Thecæ, qui Amos prophetam meruit procreare, solitudo vastissima est vsque Arabiam ac mare mortuum, quo ingressa deficiunt fluenta Iordanis & cinis Sodomorum amplissima

extensione porrècta pertingens. In hac solitudine summa sanctitatis monachi diutissime commorantes repente sunt a discurrentibus interempti Sarracenis. Quorum corpora tam a populo regionis illius quam ab vniuersa Arabum plebe tanta veneratione sunt percepta, ut innumeri populi concurrerent ex vtraque parte grauisimum sibi certamè pro reliquijs eorum indixerint pie inter se profancta rapinæ deuotione decertantes qui nam iustius mereretur eorum sepulturam ac reliquijs possidere, illis scilicet, de vicina commoratione ipsorum, alijs de originis propinquitate gloriantibus.

¶ De abbate Daniele. Ca. XLVIII.

INter ceteros Eremitas abbatem quoque vidimus Danielem, æqualem ceteris in omnibus virtutibus, sed peculiariter gratia humilitatis præditum, qui merito puritatis ac mansuetudinis suæ a sancto Paphuncio eiusdem solitudinis presbytero ad diaconij officium est præelectus. Intantum enim ipsdem beatus Paphuncius virtutibus ipsius aggaudebatur, ut quem vitæ meritis & gratiæ partem sibi nauerat, eoque se sibi etiam sacerdotij ordine festinaret. Denique optans sibi meritum successorum dignissimum prouidere superstes, presbyterij honore eum

re eum prouexit. Qui tñ prioris consuetudinè humilitatis nõ omittens, nihil vnquã sibi illo presente de sublimioris ordinis adiectione donauit: sed semper abbate Paphuncio offerente spirituales hostias, ille velut diaconus in prioris ministerij permansit officio. In quo tñ Beatum Paphuncium cum talis vir esset ac tantus ut in multis, etiam præscientiam gratiæ possideret, hæc spes de substitutionis electione frustrata est. Nam non longe post hunc ipsum quem sibi parauerat successorem ante se Deum præmisit.

¶ De abbate Sereno. Cap. XLIX.

Vmnæ sanctitatis & continentix virum, nõminisq; sui speculũ abbatem vidimus Serenum quem singulari veneratione præ ceteris admirati sumus. Cui supra bñs virtutes, quæ nõ solum in actu eius vel moribus, sed etiã in ipso vultu per Dei gratiam resalgebant, ita est peculiari beneficij dono castitatis infusus, ut nec seipsum quidem naturalibus incentiuis inquietari vel in sopore sentiret. Ac quam tñ carnis puritatem quomodo peruenerit, quia supra conditionè humanæ naturæ videret necessarium esse reor explicare. Hic igitur B. Serenus præ interna cordis atq; corporis castitate, nocturnis diurnisq; precibus ieiunijs quoq; ac vigilijs infatigabiliter insistens, eũ se vidisset ora

tionũ suorum obtinuisse vota tantosque estu in corde suo concupiscentiæ extinctos, velut suauissimo gustu puritatis accensus, in maiore suã licitum zelo castitatis exarsit, & interioribus cœpit ieiunijs, atq; obserationibus incubare, ut mortificatio passionis huius quæ interiori homini solo dono Dei fuerat attributa ad exterioris etiã puritatem eatenus perueniret, ut ne ipse quidẽ vel illo simplici ac naturali motu (qui etiã in paruulis atq; lactentibus excitatur) ulterius pulsaretur. Cũq; petitioni cœptæ supplicatiõe iugi ac lachrymis indefessus insisteret adueniens ad eũ angelus in visione nocturna ei; velut aperiens iterũ quandã ignitam carnis strumã de eius visceribus euulsi atq; proiecit suisq; locis ut fuerat omnia intestina restituens dixit ad eũ. Ecce inquit incentiua carnis tuæ abscissa sunt, & obtinuisse te nõueris hodierno die perpetuã corporis puritatem quã fideliter postulasti. Hac de gratia Dei quæ memorato viro peculiariter attributa est breuiter dixisse sufficiat. Ceterum cum ad eum die quadragesimã venissemus, ac de diuersis questionibus eum flagitarem, ad extremũ de impugnatione dæmonũ eũ requirerem. Tũc ille, ut semper erat placidissimo vultu, rãdens dixit. Non enim dæmones habere poteram, quoniam hominũ lachrymas

di, exemplū beatus Iob manifesta-
rōne demōstrat, vbi nō ampli-
cum tentate audet inimicus quā
diuina ei dispensatione cōceditur.

¶ *De eo quam non eandem vim ha-
beant nunc dæmones contra mona-
chos quomodo anteriori tempore.*

Cap. L.

Satis tamen nobis experientia
nostra, & seniorum nostrorum
relatione conpertum est, non
eandem vim dæmones nūc habe-
re cōtra monachos quam antero-
ri tempore inter anachoritarum
principia, in quibus raritas mona-
chorū in Eremito cōmanebat. Tan-
ta namq; tūc erat dæmonū feritas
vt vix paucissimi tolerate habita-
tionem solitudinis possēt. Si qui-
dem in ipsis cōcubijs in quibus
cōmorabantur decem vel vndecim,
ita eorū atrocitas grassabatur, &
frequēter ac visibiles sentiebātur
aggressus, vt nō auderent omnes
pariter noctibus obdormire: sed
vicissim alijs degustantibus som-
num, alijs vigilijs celebrantes psal-
mis, & orationibus seu lectioni-
bus inhærebant. Cumque illos ad
soporem naturæ necessitas inui-
tasset expergefatis alijs, ad eorū
qui dormituri erant custodiā
similiter vigilijs tradebantur: vn-
de dubitari non potest vnū e duo-
bus nunc esse, aut enim virtute
crucis (etiam deserta penetran-
te, & eius gratia vbique coru-
scante) retusa est nequitia dæmo-

num, aut negligentia nostra illos
ab impugnatione pristina reddi-
dit lentiores, dum de dignatū ad-
uersum nos illa in cōtentione cō-
fligere qua tunc cōtra illos proba-
rissimos Christi milites fauiebāt,
ceterū corporaliter traditos Sata-
næ vel infirmitatibus magnis etiā
viros sanctos nouimus pro leuissi-
mis quibusq; delictis cum in illis
nec tenuissimum quidem pecca-
tum aut maculā in illo iudicij die
patitur inuenire diuina clemētia,
vt eos tanquā aurum probatū ad
illam perpetuitatem gloriosum,
nulla indigentes pœnali purga-
tionē transmittat: iuxta illud. Vir
iustus probatur in fornace humi-
litationis. Et illud. Quem enim dili-
git dñs corrigit flagellat autē om-
nem filiū quem recipit. Quod no-
stris quoq; temporibus satis eui-
dens contigit & aperta probatio
in abbate Paulo vel Moyse qui ha-
bitauit locū huius solitudinis qui
calamus nūcupatur. Nam Paulus
cōmoratus est in Eremito qui adia-
cet Panephis ciuitatis, quam soli-
tudinem iam olim factam aqua
fallissime inundatione cognoui-
mus qua quotiens flauerit spiri-
tus aquilonis destagnis impulsa
ac superfusa adiacentibus terris
ira omnem illius superficiem con-
tegit regionis aqua, vt antiquos
ibidē vicos (qui olim hac ipsa de-
causa omni sūt habitatore deser-
ti) faciat velut insulas apparere.

¶ De

¶ *De abbate Paulo. Cap. L I.*

Sceigitur abbas Paulus in tan-
ta cordis puritate in quiete so-
litudinis silentioque profecerat
vt non dicam vultum fœmi-
neum: sed ne vestimenta quidem
sexus illius conspectui suo patere-
tur offerri. Nam cum quadam die
pergeret ad cuiusdam senioris cel-
lam, casu mulier ei obuiauit quā
cum vidisset tanta fuga ad suum
rursus monasterium prætermis-
so quod artipuerat itinere cucur-
rit, quāta nullos a facie leonis vel
immanissimi draconis aufugeret.
Quod licet zelo castitatis, & puri-
tatis ardore sit factū: tamen quia
nō secundum scientiam præsum-
ptum est: sed obseruantia discipli-
næ excessus est modus, ne elati-
o cum inuaderet, tali confestim
correctione percussus est, vt to-
tum corpus eius paralysicos vali-
tudine solueretur, nullumque in
eomembrum penitus suum offi-
cium præualeret explere. Siqui-
dem non solum pedes ac manus,
sed etiam linguæ motum ipse que
aures ita auditus proprijs amiserūt
sensum, vt in ebonditi amplius
ex homine quam immobilis sta-
tura figura remaneret: & ad hoc
redactus est, vt in humilitate eius
nullo modo virorum diligentia
deseruire sufficeret, nisi Iohanna ei
muliebris fidelitas ministraret.
Nam portatus ad monasteriū fan-
ctarum virginum dibus, ac po-

trus fœmineo ei ingerebatur ob-
sequio, explendisque omnibus
naturæ necessitatibus, eadem illi
diligentia per annos ferme qua-
tuor, id est vsque ad vitæ suæ ter-
minum seruiebat, qui cum tanta
esset membrorum omnium de-
bilitate constrictus, vt nulli le-
uis artus viuacem motum reuol-
tarent, tanta ex eo virtutum gra-
tia procedebat, vt cum de oleo
quod corpore suo retigerat vn-
gerentur infirmi, statim a cun-
ctis valitudinibus curarentur, ita
vt super hac eius valitudine eui-
denter claresceret, & debilitatem
membrorum eius amore Domi-
ni contributam, & sanitarum gra-
tiam pro testimonio, & mani-
festatione meritorum & Spiri-
tus sancti virtute præstaret.

¶ *De abbate Moyse. Cap. L I I.*

Secundus vero quem diximus
Moyse in hac Eremito com-
moratus cum & ipse singula-
ris & incomparabilis viri esset ob
reprehensionem vnus ferriouis
equum contra abbatem Machariū
durius procul, & mirro dæmoni
est confestim traditus, vt huma-
nas exegitiones ortu suo ingereret.
Quo flagellum purgationis diui-
nam ei intulisse dispositionem,
ne vel momentanei peccati macu-
la in eo resideret, velocitate ieu-
nitibus eius demonstratum est.

b 2 Nam

Nam continuo abbate Machario in oratione prostrato dictu citius malignus spiritus ab eo fugatus discessit. Ex quo manifeste percipitur, non debere eos abominari vel despici, quos videmus diuersis tentationibus vel malignis spiritibus tradi: quia duo haec in die re immobiliter nos oportet, primo, quod sine Dei permisso nullus omnino tentari a seculo, & omnia quae Deo nobis inferuntur velut a piissimo patre ac clementissimo medico pro nostris utilitatibus inrogentur.

¶ De Monacho qui in solitudine noctu vidit multitudinem daemonum. Cap. LIII.

Vidam autem frater cum per solitudinem iter agere iteraque sperante die spe luneam quandam reperiens, ibidem substituit. Vbi cum palam ex more cantaret, tempus mediae noctis excessit. Cumque finita vigilia, refecturus lassum corpus paululum refidisset, repente coepit innumerabiles cateruas daemonum vadique confluentium intueri, quae in finita constipatione procedentes aliae praebant principem suum, aliae sequebant. Qui princeps eorum & magnitudine, procerior cunctis & aspectu terribilior videbatur, cum in quodam folio sublimissimo cõfessisset vniuersisq; actus diligenti examinatione coepit discutere illosq; qui necdum se cir-

cũuenire emulos suos potuisse dicebant velut inertes a conspectu suo cum iniuria iubeat expelli: spariũ tanti temporis & opus inani ter expensum cum fremitu furoris eius exprobens. Illos vero qui nuntiabant cõsignatos sibi homines de cepisse summis laudibus exultatione ac fauore cunctorum viderunt nos pugnatores ad exemplum sanctorum gloriosissimos contra omnia emittebat. Inter quos cum quidam nequissimus spiritus, hunc pote magnum triumphum nuntiaturus tardior aduenisset nomen monachi optime cogniti designauit asserens se post quatuor annos quibus eum iugiter obideret, vix eadem nocte in ruinam fornicationis meruisse. Super cuius relatione cum immane cunctorum gaudium fuisset, exortum summis a principe eorum laudibus eleuatus, magnisq; pomis coronatus abcessit. Aurora itaque superueniente cum omnis multitudo daemonum ab oculis eius euauisset dubitans frater ille de assertione spiritus mundi memor etiam Evangelicae sententiae quod in veritate non stetit, & qui non est veritas in eo, & cum loquitur mendacium, ex proprijs loquitur. Polulum petijt vbi illum fratrem noverat comorari quem malignus spiritus asseruit esse deceptum. Erat etiam ibi & alius frater illi notissimus quem interrogans de eodem fratre, re-

perit

perit quod eadem nocte qua reuertimus ille, demon ruinam eius suo principi nuntiaret monasterio pristino derelicto, vicum petisset & in fornicationem miserabiliter cecidisset. Haec autem audiens frater suspirans & flens reuersus est in locum suum.

¶ De duobus philosophis qui ad sanctum Antonium perrexerunt.

Cap. LIIII.

Vodam autem tempore quidam duo philosophi audientes famam beati Antonij perrexerunt ad eum. Qui cum inter se quasdam quaestiones habuissent, despicientes philosophi sanctum Antonium velut imperium & sine litteris virum reuersi sunt ab eo. Volentes autem eum si nihil amplius potuissent laedere vel de cellula eius magicis praestigijs & circunventione demonum perturbare, immiserunt ei nequissimos demones ad impugnationem hac inuidia & litore percussi, eoque multi hominum ad illum velut Dei famulum quondam conuenirent. Cumque illo nunc quidem imprimente petori suo, & fronti signaculum crucis nunc vero orationi suppliciter incubate nec appropinquate quidem diuersi demones eidem auderent reuertebantur ad eos, qui illos direxerant sine effectu. Tunc illi alios rursus quasi potiores

miserunt: cumque & illi fatigati reuertissent, iterum alios nihilominus potentiores ac vehementiores aduersus militem Christi destinauerunt, qui nihil penitus praeualuerunt Antonio, vitiliter reluctante eo. Itaque nihil profecerunt tales tantumque eorum insidia tota magica arte & necromantia quae sita ut per haec euidentissimè comprobaret magnam virtutem inesse professioni Christianorum, quibus ille tam seculae umbræ nihil Antonium non solum laedere, sed nec potest quidem de habitaculo suo valuerunt perturbare. Pro hac ergo admiratione stupefacti philosophi confestim ad sanctum Antonium venerunt impugnationum suarum magnitudinem & causas atque insidias litore sui ei patefecerunt, Christianos se fieri protinus poposcerunt, cumque diem ab illis proditæ impugnationis requireret indicauerunt. Asseruit autem se beatus Antonius amarissimis cogitationum simulistunc fuisse pulsatum. Eundem beatum Antonium ita non quæ in oratione nouimus persistisse ut eundem in excessu mentis frequenter orantem cum suis ostus cecidisset in sinu. Si audierimus eum in furore spiritus sic proclamantem quid me impedit Sol, qui ad hoc oritur, ut me ab huius veritatis abstractas claritate.

FINIS TERTIAE PARTIS.

b 3 QVAR

QVARTA PARS.

Prologus Sancti Paschasij ad exhortationē

Sanctorum, tam Græcorum quam Aegyptiorum.

DOMINO venerabili Patri Martino presbytero & abbati Paschasius. Vita patrum Sanctorum Græcorum, ut cetera sacundia studiose conscriptas in his a te Sanctissime Pater in Latinum transferre sermonem insolito si licuisset opere renuissim. Neque enim unquam quod scribi vel legi potest excudi ingenio aut conscientia cordis prohibente. Scire enim me, quod nihil sciam non audeo dicere ne verbum hoc sapientissimo Socrati surripiam. Sed quia tua pater necesse est iussione ut non glorior ingenio: sed fidem quam tibi debeo etiam opere iniuncto prestabo. Verum quia eloquentiam virorum libri sunt plurimi sermone Latino conscripti, quorum lectionis expertum me esse, te etiam astuente testificor. si quid de illis aut hic insertum forte repereris, ut minus eleganter expressum ne mea culpa deputetur exoro: quia sicut in dato mihi codice reperi ea scripsit sic transtuli, licet nec ea studiose posse me proferre profiteor. Unde restat, ut quod te iubente cepi te orante perficiam, que tamen si scribenda decreueris, ut tuo polire sermone digneris exposco. Neque enim mihi liquebit quedam placuisse tibi, non et aliqua displicuisse cognoverim.

Incipit liber exhortationum. Et primo contra castriamargiam ad deuitandum gula deliderium.

Vidam frater quemadmodum in cella propria degere deberet, abbatem Sifoy requisit, cui respondit abbas Sifoy comedere, inquit, panem tuum & salem, & non sit tibi necessitas aliquid excoquendi, aut longius euagandi. Alteri quoque idem requirenti respondit Daniel propheta cum dixit. Panem desideriorum non comedi. Dixit vnus senex ad alterum senem habentem charitatem, & suscipientem tam monachos multos, quam seculares, lucerna quidem multis lucet: rostrum tamen proprium incendit. Dixit vnus ex partibus, quia inuenitur homo multum comedens: & adhuc esuriens continet se, ne fatietur: alter autem comedit parum & fatiatur.

gnitur, per abundantiam escæ & potus & fatietatem somni, per otium & iocum, & ornatis vestibus incedendo. Item dixit, corporeæ multæ sunt passionēs. Et dixit ei frater, & quæ sunt abba? At ille respondit, quia Paulus Apostolus dicit fornicatio, & immunditia vel omnis cupiditas, nec nominetur in vobis, sicut decet Sanctos, visus quoque & fiducia frequenter ad prælium veniunt.

¶ De abbate Machario.

ABBAS Macharius referebat, quod cum maneret in illa solitudine vbi solus residebat inferius autem fuit altera solitudo, quæ plena erat multis fratribus, sero per viam circumspectans vidit dæmonem venientem in figura hominis vestitum linea tunica perforata, & per singula foramina vasa parua pendebant & dixit ei senex. Quo vadis maligne. Et respondit ei. Vado commouere fratres qui sunt inferius. At ille senex. Et propter quid rot vascula tecum fers. At ille dixit. Gustum fero fratribus, & ideo tanta fero, ut si vnum non placuerit porrigo aliud, quod si & illud displicuerit ostendā aliud, & sic fieri nō potest, nisi vnus ex illis aliquod placeat eis, & hæc dicē: discessit. Permauit autē senex

quatuor res pollutionis passio gignitur. Qui autem multum comedit & adhuc esuriens continet se, ne fatietur, quam ille qui parum comedit & fatiatur. ¶ Dixit quidam senex. Ne quod desideraueris aliquando manduces. Comede autem quod transmissum tibi fuerit a Domino, & gratias ei age. ¶ Quidam frater impugnabatur a spiritu blasphemie, & erubescere dicebat, & quoscunque audisset magnos senes pergebat ad eos ut illis declararet & mox ut perueniebat, verecundabatur dicere. Cum autem frequenter ad abbatem Pimenium veniret, vidit eum senex habentem cogitationes, & dixit ei. Ecce frequenter venis ad me habens cogitationes: & sic iterum remeas tristis tecum illas portans: dic ergo mihi fili, quid est, quod habes. At ille dixit. In blasphemia impugnatur me diabolus, & erubescere dicebat. Et mox ut aperuit causam, lenior impugnatio eius apparuit. Et dixit ei senex ne contristeris fili. Quando enim hæc cogitatio aduenit, dic. Ego hæc causa opus non habeo, blasphemia tua super te sit Satana. Hanc enim causam anima non vult. Quamcunque enim causam anima noluerit non diu permanebit. Et ira frater ille discessit.

¶ Dixit abbas Moyses per has quatuor res pollutionis passio gignitur, per abundantiam escæ & potus & fatietatem somni, per otium & iocum, & ornatis vestibus incedendo. Item dixit, corporeæ multæ sunt passionēs. Et dixit ei frater, & quæ sunt abba? At ille respondit, quia Paulus Apostolus dicit fornicatio, & immunditia vel omnis cupiditas, nec nominetur in vobis, sicut decet Sanctos, visus quoque & fiducia frequenter ad prælium veniunt.

¶ De abbate Machario.

ABBAS Macharius referebat, quod cum maneret in illa solitudine vbi solus residebat inferius autem fuit altera solitudo, quæ plena erat multis fratribus, sero per viam circumspectans vidit dæmonem venientem in figura hominis vestitum linea tunica perforata, & per singula foramina vasa parua pendebant & dixit ei senex. Quo vadis maligne. Et respondit ei. Vado commouere fratres qui sunt inferius. At ille senex. Et propter quid rot vascula tecum fers. At ille dixit. Gustum fero fratribus, & ideo tanta fero, ut si vnum non placuerit porrigo aliud, quod si & illud displicuerit ostendā aliud, & sic fieri nō potest, nisi vnus ex illis aliquod placeat eis, & hæc dicē: discessit. Permauit autē senex

In eodem loco, iterum per viam circumspiciens, vsq; quo demon rediret & cognosceret quæ indicaret, & cum rediret dixit ei saluus sis. At ille respondit, Quid mihi istud verbum, quia omnes mihi contrarij facti sunt, & nullas consilij meis acquiescit, dixit ei senex: ergo neminem ibi habes amicum. At ille respondit, Vnum habeo amicum, ipse mihi consentit, & quotiens viderit me huc atque illic cito conuenitur ad me velut ventus. Cumq; nomen eius ab eo requisitum dixit, Quia Theopistus dicit, & mox euanuit. Exurgens itaq; cõsentiam abbas Macharius descendit ad inferiorem Eremitum. Quem cū vidissent fratres a longe egressi sunt obuiam ei, & vnusquisq; sperans, quod apud se maneret, præparabat se. At ille requirens cellam Theopisti ad eum profectus est. Cumq; cum gaudio ille suscepisset & essent vterque soli. Dixit ei abbas Macharius. Quemadmodū tecum est frater. At ille respondit. Interim orationibus tuis bene est. Et senex ait. Non te impugnant cogitationes? At ille ait. Interea bene sum. Erubescere enim dicere. Et dicit ei senex. Ecce quot annis sum in solitudine & ab omnibus honoror, & in hac parte cū sim senex molestia mihi sunt cogitationes. Respondit Theopistus & ait. Crede abba, quoniam & mihi. Tunc se-

nex singulas cogitationes quasi se impugnantem fingebat vsque quo conuideretur illi totum Theopistus. Post hæc dixit senex. Quæ admodum ieiunas. At ille dixit. Vsque ad nonam. Dixit ei senex. Ieiunā vsque ad vesperam, & de Euangelio, vel de alijs scripturis sine cessatiōe semper aliquid meditare, & quotiens tibi aliqua cogitatio superuenerit, nunquam deorsum aspicias sed fursum oculos cordis intende, & mox Dominus adiutor tibi erit & ita discessit ad propriam solitudinem. Et dum insisteret orationi circumspiciens viam iterum vidit demonem euntem, & requirit eū. Quo vadis? At ille similimodo fratres commouere, respondit, cum autem reuenteretur interrogauit eū senex. Quemadmodum nunc se habent fratres? At ille dixit. Male, quoniam omnes agrestes effecti sunt, & quod de omnibus peius est, vnum quem habui amicum obedientem mihi, & ipse nescio vnde cõuersus omnibus superior est, & iurauit me nō calcaturum illam locum nisi post multū tempus. Et hæc dicens discessit. Interrogauit quidam frater cogitationes suas abbatem Pimeniū. Et respondit senex, monachus si ventrem & luxuriam & linguam renuerit, & vagationē non fuerit seclatus, confido quia non morietur, sed viuet in perpetuum.

¶ Duo

¶ Duo fratres ad abbatem Heliā venerunt impugnatā cogitationibus. Et videns eos senex quod corpulentissenti, tanquam ad discipulum suum subridens dixit. Vere frater ego erubescō pro te, quia sic in sagina nutriti corpus tuum, quia esca vermium sumus cum profitaris te esse monachū. Pallor enim cum humilitate & macies decus est monachi. Item dixit, quia monachus edens multum, & operans multum non confidat, qui autem parum edit etiā si parum operetur confidat, & agat viriliter.

¶ Contra Philargiam & de perfecta abrenunciatiōe.

¶ Vidam iuuenis volebat abrenunciare mundo, & frequenter eum egressum de domo sua reuocabat cogitationes inuoluentes plurimis negocijs. Erat enim diues valde. Vno die egresso eo, hostes immūdi circumdederunt eum & multū puluerem exciauerūt ante illū. Ille vero confestim expolians se & iactans vestimenta sua, curtebat nudus ad monasteriū. Declarauit autem Deus vni seni dicens. Surge & suscipe athelam meum. Surgens ergo senex obuiavit illi nudo, & cognoscens causam, admittatus est, & dedit illi habitum monachalē. Quādo autē aliqui veniebāt ad senē requirere de cogitationib; varijs instruebat eos de

abrenunciatiōe mundana & dicebat. Illū frater requirere qui nec indumenta sui corporis seruaui, quia ego ad mensurā renunciatiōnis ipsius nec dū petueni. Dicebat autē Paulus abbas Galatha, si aliquas res voluerit monachus in cella sua habere, præter eas sine quib; nō pōt vivere, frequenter cogit e cella egredi, & ita a demonibus præuaricatur ac decipitur. Hic autē ipse Paulus in vna quadragesima cū sextario lētis, & paruo vasculo atque perdurauit, & vnā matulā faciēs eādē texebat & terexebat, ne tantum modo foras exiret. ¶ Quidā frater requisit senē dicens. Fac abba charitatē & dic mihi sermonē, quid debeā in iuuetute cōgregare vt habeā illud in senectute. Respondit senex. Aut Christi stū adipiscere & cogita de te, aut certe pecuniam ne mēdices, ergo tuum est eligere, aut Dñm Deum aut mammona. Etequeter abbas Agathon suū discipulum cōmonebat dicens. Ne aliquando tale aliquid tibi acquiras quod fratri te petenti dare pigear, & per hoc inueniatis mandata Dei transgrediens. Qui petit, da ei, & volenti a te mutuari, ne auertaris.

¶ Nihil dolendum monacho si quid perdidit vel amisit.

¶ Abbas Macharius dum esset in Aegypto & egressus fuisset de cella sua regressus inuenit quendam latronem furantem

b s tem

rem id quod in cella sua haberet steterit ergo & ipse tanquam peregrinus, & caricauit animal cum illo & cum magna patientia deduxit eum dicens, nil intulimus in hunc mundum, Dominus dedit, sicut illi placuit ita factum est, benedictus Dominus in omnibus. ¶ Quidam frater vicinus cuiusdam magni senis, occulte ingrediebatur cellam eius, & quicquid habebat senex furabatur sed amplius operabatur dicens Puto frater ille necessarius est. Habebat ergo senex grandem tribulationem ex penuria panis, cum autem moriturus esset, & circumdedissent eum alij fratres ille cum vidissent illum fratrem, qui solebat illi furari, dixit ei. Accede huc ad me frater, & apprehendens manus eius osculatus est eas dicens. Gratias ago manibus istius fratris, qui propter eum arbitror me iturum in regno celorum. Ille autem compunctus & agens poenitentiam, factus est & ipse strenuus monachus ex actibus senis quos vidit.

¶ *Quod tolerantia paupertatis in requiem ducit.*

Dicebat vnus ex senibus. Nihil inuenimus scriptum de Lazaro illo paupere quod aliquam virtutem fecisset, nisi hoc tantum quia nunquam aduersus diuitem murmurauit quam

uis illi nullam misericordiam faceret, sed cum gratiarum actione portauit laborem paupertatis suae ideoque in sinum Abrahae susceptus est. ¶ Item dixit, quia non oportet quenquam cogitare, nisi de timore Dei. Nam & si coactus fuerit de corporali necessitate esse sollicitus nunquam cogitet de ea ante tempus.

De reprimenda auaritia.

Abbas Siluanus dum modicum discessisset a cella, discipulus suus Zacharias cum alijs fratribus septem horti amouit & fecit hortum maiorem, quod postquam regressus senex agnouit tulit melotem suum ut discederet. At illi proicietes se ad pedes eius propter quid hoc faceret ut in dicaret postulabant. Tunc senex ait. Non ingredior (inquit) in cellam hanc nisi sepes fuerit in locum suum reuocata, quomodo facta ita regressus est. ¶ Quidam frater requieuit senem dicens. Si mihi debeant paucos nummos frater iubes ut repetam eos? Cui senex. Semel tantum modo illi dic eum humilitate. At ille dixit. Quod si semel dixeris & nihil mihi dederit quid faciam? Tunc senex ait. Ulterius ei nihil dicas. At ille iterum ait. Et quid faciam, quia non possum vincere cogitationem meam nisi fuero illi importunus. Dicit ei senex. Dimitte cogitationes tuas tantummodo fratrem tuum ne contristeris,

ris, quia monachus es. ¶ Abbas Agathon volentibus emere operam suarum, cum seque vendebat. Precium autem erat cribi centum, sportelli vero ducenti quinquaginta, & volentibus comparare dicebat precium, & quicquid illi dedissent suscipiebat tacens, ne aliquando numerans. Dicebat enim. Quid mihi prodest concertare cum illis, ut illi peccent forsitan iurantes, & quando superfuerint numi erogem illos fratribus. Sed quia Deus non vult huiusmodi elemosynam a me neque illi placere aliquem permittam in sacrificio peccare. Et dum illi frater diceret, & panis in cellam unde venturus est? Dixit ei. Quid enim panis hominum in cella.

Contra iram & de origine irae.

Dixit quidam ex sanctis patribus. Ira per hos quatuor actus exurgit, per cupiditatem auaritia dandi & accipiendi resque alienas rapiendi, & si quis propriam sententiam amans defendit, & si quis se vult honoribus esse dignum, & si quis doctorem se esse vult, plus omnibus sapientem se esse sperans. Ira etiam per haec quatuor humanos sensus obscurat, si odio habuerit homo proximum suum, ac si pro nihilo habuerit, aut si inuiderit illi, aut si detestauerit de eo. Ad hoc sanctum Ioannem Euangelistam of-

tendam autorem. Qui odit (inquit) fratrem suum in tenebris est & nescio quo erit, & manet in morte. Passionis autem huius retributio quatuor modos habet. Primum ex corde, secundum ex facie, tertium ex lingua, quartum ex facto. Si quis ergo potuerit ita portare malum ut non ingreditur in corde non peruenit usque ad faciem. Si autem venerit in faciem custodiat linguam suam ne loquatur illud. Quod si locutus fuerit, vel hoc custodiat ne redeat in facto, sed mox abscedat a corde. Tres enim gradus sunt hominum in passione ira. Nam qui nulli voluntarie nocet, & resistentibus non iniuriatur & parcat proximo suo, hic secundum Christi naturam est. Qui autem nec alium laedit, neque se laedi vult, hic secundum Adam est. Qui vero alijs nocet, aut iniuriatur, aut calumnias ingerit aut usuras exigit, hic secundum diabolum est. ¶ Quidam fratres venientes ad abbatem Antonium postulabant ab eo audire sermonem per quem saluarentur. Quibus ille ait. Scripturas audistis, quae vobis a Christo sufficiant scitis. At illi ut ipse quoque aliquid eis dicere dignaretur instabant. Tunc dicit eis. Euangelium dicit. Si quis te percusserit in maxillam dextram praebat illi & alteram. At illi se facere hoc non posse dixerunt.

Respon-

Respondit senex Præbere alteram non potestis; vel in illam iterum si voluerit ferire sustinere. Sed cum neque hoc se posse facere testarentur, dixit eis senex. Ergo si hoc non potestis, ne reddatis pro eo quod accepistis. Et cum idem verbum quod superius dixerant, repeteret, dixit abbas Antonius discipulo suo, vade fac illis escas ut comedant, vides enim quod valde infirmi sunt. Et ait ad illos. Si vnum non potestis & alterum non vultis, quid ad me requiritis? Ut video necessaria est vobis oratio per quam infirmitas vestra sanetur.

De retribuendo homini pro malo.

Quidam passus iniuriam venit ad abbatem Syfoy, & contumelia genus exponens addebat. Cupio me vindicare. Senex rogabat eum ut relinqueret Deo vindictam. At ille iterum non desistam (inquit) nisi fortiter me vindicauero, cui beatus Syfoy ait. Quia semel hoc in animo posuisti saltem oremus. Et exurgens senex his verbis cepit orare. Deus iam non es nobis necessarius, ut pronobis sollicitus sis, quia nos ipsi sicut iste frater dicit & volumus & possumus vindicare, quod cum ille frater audisset ante pedes senis prostratus venit precabatur promittens se cum illo cui irascebatur nunquam deinceps esse certaturum.

¶ Quidam frater cum ab altero iniuriaretur venit & annunciatum seni, cui senex respondit. Satisfac cogitatione tua quonia frater non vult tibi iniuriari sed peccata tua submittant illum. Nam in omni tentatione qua tibi contigerit per omnia ne arguas eum nisi tantummodo dic, quia propter peccata mea contingerit mihi hoc. **¶** Dicebat frequenter abbas Pimenius. Malitia nunquam exuperat malitiam, sed si quis malefecerit tibi, tu illi bonum redde, ut per bonitatem vincas malitiam.

¶ Quidam frater erat qui quanto plus ei aliquis iniuriabatur aut incitabat, tanto magis ad eum recurrabat dicens. Isti sunt qui nobis occasionem præbent ad perfectionem nostram, qui autem beatificam nos decipiunt nos & semitam pedum nostrorum subuertunt. **¶** Alius erat senex, si quis detraheret ei ille festinabat si vicinus erat per se ipsum bene remunerare illi, quod si longius manebat trans mittebat ei munera.

De non retribuendo inimicis.

Quidam frater interrogauit abbatem Syfoy dicens, si latrones aut barbari super me intruerint occidere me volentes & ego si præualueri iubes ut occidam? Cui ille respondit, ne facias istud, ne nomineris homicida sed totum Deo contrade & quicquid tibi contigerit aduerli

uersi proficere hoc tibi propter peccata tua venire. Si quid vero boni fueris consecutus, diuina dispensationi totum debes ascribere. Erat Eremita quidam magnus in more qui dicitur Athabeos, & venerat super eum latrones. Cum autem ille vocem dedisset, de vicinis locis fratres alii confluentes comprehenderunt eos. Quos transmisit in ciuitate iudex misit in carcerem. Fratres vero illi consistari sunt nis, quia propter eos latrones traditi essent ad poenam, & venientes ad abbatem Pimenionem narrauerunt ei factum. Qui scripsit ad Eremitam dicens. Reminiscere primam prodicionem vnde facta est, & tunc videbis secundam prodicionem. Nisi enim proditus fuisses ab interioribus, tuis secundam publicationem nunquam perpetrasses. Cumque ille talem audisset sermonem compunctus est, & cum esset in illa regione nominatus & per multum tempus de cella sua non exiens exurgens rames in ciuitatem, & expellens latrones de carcere liberauit eos publice.

De perfecta patientia.

Quidam videns laboriose portantem in lecto mortuum, dicit ei. Mortuos portas, si vis mortuus facere viuos portas, quia pacifici filii. Die vocabuntur. **¶** Interrogantibus quibusdam fratribus abbatem Moysem ser-

monem ille hortatus e discipulum suum Zachariam ut eis aliquid diceret. Tunc ille pallium suum deposuit sub pedibus & conculcauit illud, & dixit. Nisi quis sic fuerit conculcatus monachus esse non potest. Abbati Ammoni prophetauit beatus Antonius dicens. Multum habes in timore Dei proficere. Et educens eum de cella ostendit ei lapidem & dixit ei. Vade & iniuriare lapidi huic & indefinenter cade illud. Quod cum fecisset interrogauit eum sanctus Antonius si ei aliquid lapis respondisset, at ille dixit. Non. Cui abbas Antonius ait. Ita & tu ad hanc mesuram peruenturus es, ut nullam tibi fieri arbitreris iniuriam.

Quod oportet pro peccatis bonis opera dimittere.

Abbas Morois edificauit sibi monasterium in loco qui dicitur Eracleona. Et dum ibi a multis molestaretur in alterum locum transgressus est. Et similiter ibi construxit monasterium sed per inuidiam diaboli quidam frater ibi inuentus est, qui semper iracundus erat, propter hoc surrexit inde & ad proprium reuersus est vicum, & fecit ibi monasterium & reclusit semetipsum. Post tempus autem aliquantulum congregati sunt senes de illo loco unde egressus est, deducentes secum illum fratrem cum quo habuerat litem quatenus rogarent eum & redu-

reducerent in monasteriū suum. Postquam autem in vicina loca venerunt tam melotes suos quam illum fratrem ibidem dereliquerunt ipsique profecti sunt ad senem. Et pulsantibus illis aperta fenestra, respexit & cognouit eos. Post orationem factam dicit eis abbas Motos vbi sūt melotes vestri? At illi responderunt. Ecce in vicino sunt vna cum fratre qui tecum iram habebat. Postquam hæc senex audiuit & nomen illius & aduentum cognouit præ gaudio ostium per quod ingressus fuerat securi contregit & egressus cucurrit ad locum vbi erat ille frater, & prior ipse cepit agere pœnitentiam apud eum & amplectens eum introduxit in cellam suam, & per tres dies conuiuatus est cum eis, qui nunquam habebat consuetudinem vt ieiunium solueret & surrexit profectusque est cum illis. ¶ Quidam frater requisit abbatem Heliam dicens. Si contristauero aliquis quemadmodum vis rogem. Respondit senex. Et profundo cordis tui cum dolore age pœnitentiam apud Deum, & videns Deus propositum tuum satisficiet ei.

¶ *Contra spiritum tristitiæ qui despectum facit*

Abbas Arsenius dixit. Non coctum laterculum si misum in fundamentum fuerit prope fluuium neque uno die

sufferre poterit. Si autē bene fuerit coctum permanet tanquam lapis, sic & homo non coctus neque inflamatus secundum quod de Ioseph dictum est eloquium Domini inflammavit eum mox in principio carnalis cogitationis dissoluitur. ¶ Idem requisitus ab altero fratre dicente. Si peccauero etiam in quoque minuto peccato et consumit me cogitatio mea & arguit me dicens, quare peccasti quid faciam? Respondit senex. Quicūque hora ceciderit homo in culpā, & dixerit ex corde, Domine Deus peccati indulge mihi mox cessabit cogitatio vel tristitia illa consumptio. ¶ Dicebat autē abbas Pimenius de abbate Isidoro quia solus ille se cognouisset. Nam quotiens illi dicebat cogitatio sua, quia magnus est tunc & ipse respondebat sibi. Nūquit talis qualis Antonius aut certe abbas Piamō vel reliqui patres qui Deo placuerunt. Quotiens ergo hæc cogitabat quiescebat. Quando vero inimicus cōturbans eum suggererat ei desperationem & pœnam dicens quoniam post hæc omnia iturus es ad tormenta, dixit ipse, quia quauis ego in tormenta mittar, tamen vos sub me inuenio. ¶ Abbati Moysi frequenter apparuerunt spiritus maligni dicentes. Viciisti nos & nihil tibi possumus facere, quoniam quotiens per desperationem humiliare

humiliare te volumus, exaltaris, quotiens te exaltare ita te humilias vt nullus de nobis accedat ad te.

Cum quidam ad abbatem Sysoym frequenter talem sermonem requireret, quid faciā pater quoniam cecidit? Ille respondit. Surge, & surrexit. Et iterum se cecidisse professus est, ait senex & iterum surge. Cum autem frater frequenter se cecidisse narraret, eodem modo senex utebatur sermone exclamans. Non cesses surgendo fili. Cui frater. Vsq̄ quo possum surgere pater explana. Ait senex quousque aut in bono opere aut in malo deprehensus occumbas. In quo enim opere deprehensus fuerit homo iudicabitur. Item dixit. Qui laborat & arbitratus se fuerit aliquid facere recipit hic mercedem suam.

¶ *Contra spiritum vanę glorię.*

¶ Vidam frater requisit abbatem Pimenium si melius esset remotius an cum alijs manere, respondit senex, homo si se metipsum reprehenderit vbi que potest persistere, si autem se magnificet nusquam stat sicut scriptum est. Qui se existimat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Quicquid enim boni fecerit homo ne exaltetur in eo, quia mox perdet illud.

Abbas Macharius si quis illū cum timore velut sanctum virū

voluisset audire susceptus nullū penitus a se percipiebat respōsum. Si quis vero velut contemneus eum talibus verbis compelleret, abba Machari quando eras camelarius & nitrum furabaris, nunquid non vapulabas a magistris deprehensus in furto, libenter ei quicquid requisisset cum gaudio respondebat.

Abbas Nestor non dum cum alijs ambularet fratribus in deserto viderunt draconem & fugerunt. Dicit ei vnus ex eis, & tu times abba? Cui senex. Non timeo fili, sed oportuit me fugere, quia nisi fugissem cogitationem vanę glorię non vitassem.

Venit aliquando ad abbatem Zenonem in Syria aliquis frater Aegyptius & cepit cogitationes proprias accusare præ sente senex. Ille autem audiens hoc admiratus dixit. A Egyptij quas habent virtutes celant, & vitia, quę non habent manifestant. Syri autem & Gręci virtutes quas non habent prædicant, & vitia quę habent abscondunt.

¶ Quidam senex cum venisset ad alium senem dixit. Ego mortuus sum huic seculo. Cui ille alter. Ne confidas in te, donec egrediaris de corpore hoc. Nam & si dicis quia mortuus sum, diabolus tamen necdum mortuus est cuius innumerabiles sunt male artes.

¶ Abbas

¶ Abbas Syfoys cum sedens praesente fratre altero factus esset in extasi, & altero audiente nesciens suspirasset cepit poenitere ac dicere, indulge mihi frater exproscoccedum enim me cognosco esse monachum, quia audiente altero suspiravi. Quoties autem in oratione senex id est stans manus suas erexit ad caelum cito deponebat in unum, propter ea si alter praesens esset, ne hoc ipsum illi placere constaret. ¶ Quidam senex habitabat in inferioribus partibus Aegypti & se debet qui scens. Unus autem secularis religiosus ministrabat ei. Corripit autem ut filius secularis infirmaretur. Multis ergo precibus postulabat senem ut veniret ad domum suam & faceret orationem pro infante. Exurgens vero senex, ambulabat cum eo. Ille autem praecessit & ingressus in domum suam dixit. Venite in occursum Anachorita. Quos cum senex vidisset a longe egressus cum lampadibus sensit quod ad se venirent & stria despolias se vestimenta sua, misit in fluvium, & cepit laute stans nudus. Ille autem qui ministrabat ei, videns haec erubuit. Et rogabat homines dicens. Revertimini. Senex enim noster sensum perdidit, & veniens ad eum ait illi. Abba quid est hoc quod fecisti? Omnes enim qui te viderunt dixerunt quia demonium habet senex, cui ille. Et ego

volebam hoc audire. ¶ Idem alia vice volebat cum aliquis videre ex iudicibus, & praecesserunt clerici dicentes ei. Abba prepara te quoniam iudex audies opera tua veniet ad te benedici cupiens a te. Ille autem dixit, ita facia ego praeparabo me. Vestitus ergo lebetone suo & tollens panem & caseum in manibus, ascendit in portam & diuaticis pedibus sedens cepit manducare. Veniens autem cum officio suo iudex, & videns eum dixit. Ille est Anachorita de quo talia audiebamus. Et contemnes eum ita & celsis.

¶ *Contra spiritum superbia.*

Quidam senex dixit. Qui ab hominibus amplius honoratur aut laudatur non paruum damnum patitur, qui autem ab hominibus non honoratur de supergloriam accipit. Item dixit. Fieri non potest, ut simul herba nascatur & semen, ita impossibile est ut laudem & gloriam habentes secularium simul & fructum faciamus caeleste. Item dixit. Quando cogitatio superbiae vel certe vanae gloriae te impugnat perscrutare te ipsum, si omnia mandata Dei servasti, si inimicos diligis, si gaudes de gloria inimici tui & contristeris in deiectione eius si apud te habes, quoniam servus inutilis es, & quod plus omnibus hominibus sis peccator, & neque tunc tam grande aliquid sapias quam

quam aliquid boni feceris, sciens quod elata cogitatio illa bona omnia dissolvit. ¶ Dixit senex cuidam. Non apponas cor tuum aduersus fratrem tuum dicens. Quomodo tu amplius sobrius es quam ille, & continentior, sed subditus esto gratiae Dei in spiritu paupertatis & per charitatem non fictam, ne spiritu exaltationis perdās laborem tuum. Item dixit senex. Quamcumque enim se deposuerit homo in humilitate, tantum proficit in altum. Sicut enim superbia si ascenderit in caelum vsque ad infernum deducitur, ita & humilitas si descenderit ad infernum tunc exaltabitur vsque ad caelum. ¶ Abbas Macharius dum diluculo palmarum folia portans ad celam suam reuerteretur occurrit ei diabolus cum falce praecuta volens eum percutere & non valebat. Qui exclamans ait. Magnam vim a te patior Machari. Qui cum te cupio nocere non valeo, dum quae cumque tu facis ego magis exuperem. Tu ergo interdum ieiunas, ego nunquam vilo cibo reficior. Tu saepe vigilas, me vero nunquam sopor oppressit, sed vna re me vincis, pse fateor. Cumque ab eo rem ipsam Macharius requisisset ait. Humilitas tua sola me vincit. Haec dicente inimico & extendente beato Machario manus suas ad orationem spiritus immundus inter auram evanuit.

¶ Quidam ex patribus dicebat. Omnis labor sine humilitate vanus est. Humilitas enim praecursor est charitatis. Sicut Ioannes praecursor erat Iesu omnes trahens ad eum, ita & humilitas attrahit ad charitatem, id est ad ipsum Deum quia Deus charitas est. Quidam frater requisivit a senex. Quid est humilitas? Cui senex. Arbor est vitae in altum excrefcens. Item dixit. Terra in qua dixit Deus sacrificium sibi offerre humilitas est. ¶ Iterum requisitus senex quidam. Quomodo potest anima humilitatem adipsi, Respondit, si sua tantummodo mala homo consideret. Dicebat autem, quia perfectio hominis est humilitas. ¶ Dixit abbas Moroy. Humilitas nec ipsa irascitur, nec alios irasci permittit. Item dicit, humilitas est si quando peccauerit inter frater tuus antequam poeniteat, induleris ei.

¶ *Quod perfecti viri quanuis possint nolunt miracula facere ne extollantur.*

Abbas Ioseph dum cum alijs fratribus ad abbatem Pimenium veniret quidam ex parentibus praedicti senex Pimenij attulit infantem cuius facies per arreptionem diaboli fuerat deprauata, & sedens pater eius cum eo foris monasterium plorabat. Cum autem vnus senex ad vocem flentis agressus esset & interrogare

rogaret eum cur ploraret. Ille respondit. Parens sum istius Pimenij, & ob hoc veni ut videret hunc infantem. Vides Domine quæ huic infanti per Sathanam contigerit tentatio. Timuimus enim vsque nunc illum huc offerre, qui non vult nos videre. Et nunc si cognouerit quod hic ego sum cum confusione eijciet me. Ego autem vos videns patres, qui modo ad eum venistis præsumpsi venire huc. Quomodo ergo vis vade & miserere mei abba, & tolle infantem istum, & defer intus tecum ut oret pro eo. Quem cum senex tulisset & ingressus fuisset in cellam sapienti consilio vsus non illum obtulit primo abbati Pimenio, sed minoribus patribus & dicebat. Signate infantem fratres facientes orationem rogans per singulos senex. Et post omnes detulit illum Pimenio. At ille volebat eum nec aspicere. Cum autem rogarent eum, ut sicut omnes, sic & ipse oraret ingemuit, & surgens orauit dicens. Deus anafacturam tuam ne dominetur illi inimicus. Et signauit infantem & mox sanus est patri redditus. ¶ Cum quidam secularis in ecclesiam veniens ab immundo spiritu teneretur, & omnes orationem fecissent nullatenus spiritus immundus egredebatur ab eo. Dicunt ergo inter se fratres. Qui possumus huic spiritui facere: Nemo

illum poterat excutere nisi abba Bisarion. Sed si hoc dixerimus ille nec ad ecclesiam acquiescit venire. Sed faciamus taliter. Quando ad ecclesiam ante omnes solet venire, hunc qui patitur faciamus sedere, & postea dicamus. Abba abba suscita hunc dormientem. Fecerunt ergo ita, & veniente abbate Bisarione steterunt omnes in oratione & dicunt ei. Abba suscita istum qui dormit. Ille autem dixit. Surge & egredere foras, & mox egressus est ab eo spiritus immundus & sanus factus est ex illa hora.

¶ *Quod vitiliter aliquoties in sordidis cogitationibus derelinquimur ne extollamur.*

SAepe dicebat beatus Antonius, nisi pastor velaret oculos animalis mercedem suam recipiens ipsum consumeret. Ita & nos per Dei dispensationem regimen accipimus ut ea quæ operamur bona non valeamus intendere, ne nos ipsos beatificantes possumus ex tollere, & mercedem propriam amittamus. Nam & ob hoc quædo relinquitur in sordidis cogitationibus necesse sit ut hoc tantummodo prouideamus ut nos ipsos & nostram sententiam condemnemus, & ea quæ sunt in nobis sordida, illud paruum bonum opus nostrum in nobis obscurant. Nunquam enim homo bonus est, etiam si bonus

est.

esse desideret; nisi Deus habitauerit in ipso quia nemo bonus nisi solus Deus. Oportet autem ut nos ipsos semper veraciter incusemus. Quando enim se quisque non reprehendit mercedem propriam amittit. ¶ Idem beatus Antonius dum in cella propria oraret, venit ad eum vox dicens. Antoni, necdum peruenisti ad menturam Coriarij qui est in Alexandria. Quo audito senex confurgens mane arrepto baculo in ciuitatem festinus peruenit. Cumque ad designatum hominem peruenisset & ingressus fuisset, ille viso tanto viro obstupuit. Cui dixit senex. Refer mihi opera tua, quia propter te relicto deserto huc veni. Qui respondens ait. Nescio me aliquando aliquid boni perpetrasse. Vnde excubili proprio mane confurgens, antequam in opere meo resideam, dico quod omnis hæc ciuitas a minore vsque ad maiorem ingreditur in regnum Dei propter iustitias suas, ego autem solus propter peccata mea pœnam sempiternam ingredior. Quod verbum mane, & antequam quiescam fero, ex cordis mei censeo veritate, quod audiens beatus Antonius respondit. In veritate fili sicut bonus artifex sedens in domo tua cum requie regnum Dei adeptus es, ego autem velut sine discretionem omne tempus meum in solitudine conuer-

satus, necdum verbi tui assumpsi mensuram. ¶ Quidam frater requisit abbatem Pimenium dicens. Quid est pater, quod apostolus dixit, omnia munda mudi. At ille dixit. Si quis adhuc sermonem peruenire potuerit ut eum intelligat, videbit se minorem esse totius creaturæ, Cui frater. Et quo modo me possum videre minorem ab eo qui homicida est? Respondit senex. Si potuerit homo ad sermonem hunc apostoli peruenire, & viderit hominem qui forte alium occiderit, dicit in semetipso. Ille quidem hoc solum peccatum fecit, ego autem omni hora homicidium committo me ipsum interficiens. Et cum frater requireret quomodo hoc posset fieri. Respondit senex. Hæc sola hominis iustitia est, ut semper semetipsum reprehendat, & tunc iustificabitur, cum sua peccata condemnat. ¶ Quidam frater dixit ad senem, cogitatio mea dixit mihi bonus sum. Respondit ei senex. Qui non videt peccata sua semper ille in bonis esse se credit qui autem videt illa cogitationes ei suadere non possunt quod ignis sit, scit enim quod videt. Opus ergo est laborare multum ut se quisquam consideret, nam negligentia ignauique & relaxatio excæcant oculos cordis nostri. ¶ Quidam frater dixit abbati Pimenio, cogitationes meæ

non permittunt me peccata mea respicere, sed patres mei cogunt me cogitare peccata. Respondit abbas Pimenion de abbate Hidororo referens & dicens. Dum plangeret abbas Hidoros in cella sua & discipulus eius in alia cella sederet, contigit ut illa hora idem discipulus ad illum veniret, qua ille plangebatur, & requirit eum dicens. Quid plangis pater. At ille respondit. Peccata mea plango fili. Iterum dixit ei. Non habes peccata abba. Dixit ei senex. O fili si peccata mea Deus manifestaret hominibus, nec tria nec quatuor sufficerent, sed plura.

Quomodo vitetur detractio.

Quidam frater requisivit abbatem Pimenionem dicens. Quomodo potest homo vitare ne loquatur male de proximo suo? Respondit senex. Ego & proximus meus duae imagines sumus. Cum ergo meam imaginem reprehendero inuenitur imago fratris mei apud me venerabilis, quando autem meam laudauero tunc fratris mei imaginem prauam respicio. Tunc ergo alij non detraho si semper meipsum reprehendo, quia magnum virum despicit qui seipsum non confidat. Dicebat quidam patrum, quicquid habes odio, alij ne facias. Si odis qui tibi male loquitur neque tu male loquaris de alio. Si odio habes qui tibi facit calumniam ne-

que calumniam tu alicui facias, si odio habes qui te in contemptum ducit, aut iniurijs appetit aut auferat quod tuum est aut aliquid tale facit nihil horum facias alicui. Qui ergo hoc verbum custodire potest sufficit ei ad salutem. Vnus ex sanctis patribus videns alium negligentem fleuit amare dicens. Veh mihi, quia quomodo iste peccat sic & ego crastino. Et monebat discipulum suum dicens. Quamuis aliquis grauitate praesente te peccauerit, ne condemas eum, sed sic apud te sit tanquam tu plus eo pecces, quamuis ille secularis sit, nisi forte Deum blasphemauerit, quod est haereticorum. Quidam nomine Thimotheus Anachorita negligentem quendam fratrem audiens interroganti abbati quid illi fratri faceret, dedit consilium ut eum expelleret. Cum ergo ille expulsus esset, tentatio venit super Thimotheum. Et cum ploraret in conspectu Dei & diceret, peccavi miserere mei, venit ad eum vox dicens. Thimothee. ideo tibi hoc euenit quia fratrem tuum tempore tentationis tuae despectisti.

De voluntate proximi facienda.

Frater quidam requisivit abbatem Pimenionem dicens. Quid est fides? Cui senex. In charitate & humilitate semper viuere, & facere bonum proximo suo.

Abbas

¶ Abbas Theodoros cum de opere manuum animaeque loqueretur, dicit ad eum frater. Explana nobis opus animae abba, & opera manuum. Cui senex, omnia quae cum pro mandato Dei facimus in operibus animae reputanda sunt, quae vero pro nostra agimus utilitate seu comodo, haec omnia opera manuum esse noscuntur. **¶** Abbas Apollo, si quis de fratribus eum in suo requisisset opere & labore, mox pergebat cum omni letitia dicens. Ego cum rege meo Christo vado hodie operari pro anima mea. Hec est enim merces quae animae deputatur.

De refutatione propriae voluntatis.

Quidam Anachoreta sedebat iuxta conobium multas virtutes faciens. Et cum venissent ad illum aliqui monachi de conobio compulerunt eum non confecta hora manducare. Et post hoc dixerunt ei fratres, contristatus es abba aliquid quia hodie contra consuetudinem fecisti. Quibus ille respondit. Tunc est mihi tribulatio quando propriam fecero voluntatem. **¶** Quidam frater veniens in Scythia ut videret abbatem Arsenium postulabat. Cumque alij fratres ei ut paululum requisiceret suaderent respondit. Non manduco panem nisi illum videre meruerit. Tunc

vnus ex fratribus ipsum duxit ad abbatem Arsenium, pulsatoque ostio cellulae introduxit eum. Dein de suscepti & oratione facta confederunt. Cum autem beatus taceret Arsenius ille qui fratrem adduxerat ait. Ego discedo. Sed & is qui ex magno desiderio venerat, videns quia nihil ei locutus fuisset abbas Arsenius, praereverentia tacitus sedens dixit. Et ego quoque tecum frater ad te veni. Ac sic utriusque discesserunt. Postulabat autem ut etiam ad abbatem Moysen, qui ex latronibus conuersus fuerat deduceretur. A quo susceptus facta charitate dimissus est. Frater autem qui ad utroque ipsum duxerat dixit illi. Ecce utrosque quos postulabas vidisti, quis tibi plures ambobus placet. At ille ait. Mihi interea hic melior videtur, qui nos utroque & bene suscepit & bene pavit. Quo sermone comperto vnus ex patribus ad Domitium oravit dicens. Domine hanc mihi rem precor ostende, quia vnus propter nomen tuum omnes homines videre aut appellare refugit, alter vero omnibus propter nomen tuum communitis est. Et ecce in extasi duae illi naues per fluvium ostensa sunt, & in vna quidem vidit spiritum sanctum cum silentio & requie vna cum abbate Arsenio nauigare, in altera vero pavit vidit abbatem Moysen & an-

gelus

gelos Dei mel & fauum in os & indentes eius inserentes.

¶ De obsequiis infirmorum, vel infirmitate ipsa.

Quidam frater requisivit senem dicēs. Dum fratres in vna sunt cella & ille quidam vnus sex diebus integris ieiunat, ille autem alter infirmanti facit obsequiū, cuius ergo opus maius est apud Deum? Respondit senex. Si ille qui ieiunat sex dies per nares se suspendit, non erit similis illi alteri in cōspectu Dei. ¶ Ioannes minor Thebeus discipulos abbatris Aminoy. 72 annis ipsi seni infirmanti fecit obsequium senex tamen cum vidisset eum laborantem, nunquam illi sermonem blandum ac placitum locutus est. Cum autem de hoc mundo transiret, sedentibus alijs senibus tenuit manus eius & dixit ei tertio, salueris salueris salueris, & tradidit illum senibus dicens. Ille non homo, sed angelus est qui tot annis mihi infirmanti seruiens, nec bonum sermonem audiens fecit tamen obsequium eum magna patientia. ¶ Plures igitur diuersis laborantes necessitatibus conuenerunt fratres ad sanctum Antonium, inter quos & Eulogius quidam monachus Alexandrinus cum alio qui elephantiacō morbo cruciabatur, quos illuc propter huiusmodi causam venisse memorabatur. Hic Eu-

logius scholasticus erat secularibus literis eruditus. Qui immortalitatis desiderio captus huic mundo renunciauerat diuitisque rebus suis omnibus atque dispersis parum aliquid pecuniarum reliquerat sibi quibus quia per se operari non poterat vteretur. Cum igitur eum quidam animi defectio fatigaret, & neque cum multis in monasterio degere neque solitariam vitam posse ferre patienter, reperit quendam publice in platea iacentem ita in valitudine ut sine pedibus & manibus videretur, cui lingua tantummodo immanis a rātis cruciatibus erat, quā magis possent ab intruentibus malorum suorum remedium promereri, cumque eum assistens vidisset Eulogius oratione facta ad Deum & facta quadam cum Domino pactione, his allocutus est verbis. Domine (inquit) Deus in tuo nomine suscipio istum tantam iam in valitudine præpeditum, ut propter istum possim & ipse saluari. Ad sis ergo mihi Iesu Christe atque patientiam in tali ministerio largiaris, moxque ad iacentem illum ait. Vis frater suscipio te in domo meā, & quacunque poterō ratione sustento, cumque hæc ille libenter amplecti dignaretur se diceret, vadam ergo, inquit, & asinum quo veharis adducam, cui vehementer exultans cō-

sensit.

sensit ægrotus, quodque mox fecit Eulogius & memoratum ad hospitium suum sine dilatione transtulit. Per quindecim igitur annos iugi curatione & perpetua ei sollicitudine seruiebat, per quod omne tempus & ille cui tantum deferrebat obsequium cum gratiarum actione cuncta tolerabat, & Eulogij manibus & medicamentis cibisque & balneis prout compererat valitudini curabatur. Post quindecim vero annos instinctu dæmonis supradictus ægrotus immemor tot laborum Eulogij, tantorumque meritorum cepit ab eovelle discedere, multisque iniurijs atque opprobrijs increpare eum dicens. Fugitiue qui propriam domum deuorasti, furatus que es alienam substantiam in me occasionem salutis tue reperisse te credis. Eulogius autem rogabat eum & satisfaciens animo eius dicebat. Noli mi Domine talia loqui sed dic potius quid te contristauerim & emendo. Elephantiosus autem cum furore dicebat, vade nolo istas adulationes tuas, proijce me in publicum refrigeratione tua non egeo. Eulogius autem obsecro te inquit placare aut quid te inquit contristauerim vinceram de senex edicito. Elephantiosus autem aspiciens in furore dicebat ad eum. Iam fraudulentas irrationes tuas non tero, adulationes & subannationes tuas non tolero.

Nec mihi nec arida parcaque vita iocunda est, volo carnibus saturari. Cumque ei exhibitæ à viro patientissimo Eulogio carnes fuissent, cepit iterum proclamare. Non potes (inquit) meæ satisfacere voluntati, neque tecum solitarius habitare præualeo, populum videre, ad publicum ire desidero. Dicit ei Eulogius, ego adduco tibi multitudinem fratrum, rursus ferocior ac pene blasphemus ægrotus. Nec inquit tuam faciem videre volo & adducis mihi similes tuos solics panis deuoratores, concutiensque semetipsum, in quieta voce clamat dicens. Hic esse nolo, ad publicum ire desidero. O violentia. In eum locum me projice unde me sustulisti. Tanta ergo erat eius infania adeoque sensus ipsius infirmi quodam modo & mores peruerterat, dæmon ut laqueo se forte suspendisset non manus per quas hoc facere posset habuisset. Ad monachos itaque vicinos pergit Eulogius ita dicens eis. Quid faciam quod elephantiosus iste penitus desperare me fecit? Dicunt ei. Quam ob causam? Respondit eis, quia dura sunt que mihi conantur imponere, & quid agam ignoro, projiciam ne eum? Sed aliter Deo dexteram dedi de hoc satis vereor. Non projiciam eum. Sed tot ac tanto iterum dierum ac

noctium mala ferre non possum
quid de ipso igitur a me fiat igno-
ro. Ad quem illi his verbis loquun-
tur dum adhuc viuit & super est
magnus ille, sic enim vocabatur
Antonius ascende ad eum egrum
que nauis impositum in monaste-
rium eius defer, expetans ibi do-
nec speluncam suam egressus ad-
ueniat. Quem cum videris referes
ista que pateris, atque ab eo con-
siliium postulabis quicquid tibi su-
per hoc dixerit taces & eius mo-
nitionibus acquiesces, sciens a Deo
iuberi tibi quod ille præceperit.
Mox igitur sermonibus fratrum
libenter instructus supra dictum
egrum blandis precibus supetans lit-
torali nauicula impesuit sustulit
que de ciuitate per noctem & ad di-
scipulorum sancti Antonij habi-
taculum duxit. Euenit autem vt al-
tero die vespertinis horis superue-
niret illuc beatus Antonius refe-
rere mihi Cronio quod chlamide
ex pellibus facta indutus adue-
nerit. Solebat autem veniens ad
monasterium fratrum vocare ex
ipsis Macharium, eumque his ver-
bis interrogare, Venerunt adhuc
aliqui fratres? Et ille venisse dice-
bat. De Egypto inquit sunt an de
Hierosolyma? Hoc autem signum
ab his iusserat dari vt quoriens ali-
qui non satis digni colloquio ipsi
venirent aduenisse Aegyptij dice-
rentur, quoriens autem sancti qui
dam & spirituales viderentur viri
venisse de Hierosolyma nuncia-
rentur. Tunc ergo veniens iuxta
consuetudinem suam cum inter-
rogaret vitum Hierosolymita il-
lic fratres essent an Aegyptij re-
spondit Macharius dicens, ex v-
troque illic isdem genere vidis-
se se. Cum autem dixisset illi san-
ctus Antonius, fac illis lætitiā
& sumant cibum & vna cum eis
oratione completa iubebantur di-
scedere: ac vterque cum Hierosoly-
mitas venisse didicisset per totam
noctem cum ipsis sedens ea illis
que salutis eorum proficerent lo-
quebatur, memorata igitur nocte
sedisse referebant, & eum vnum-
quenque ad se de his qui conue-
nerant euocasse. Cuiusque a nullo
quis illic Eulogius vocaretur au-
disset, ipse in tenebris propria vo-
ce sua illum ter nomine vocauit,
cui cum supra dictus scholasticus
non responderet putans quod al-
ter aliquis Eulogius vocaretur. Di-
xit ei rursus, Te voco Eulogi qui
ab Alexandria ciuitate venisti.
Dixit ei Eulogius, Quid quæso iu-
bes? Et Antonius, quid, inquit, huc
venisti? Respondit Eulogius di-
cens, Qui tibi nomen meum reue-
lare dignatus est, ipse etiam &
aduentus mei causam procaldu-
bio reuelauit. Tunc ille quare in-
quit veneris scio, sed ante om-
nes hos fratres, vt omnes au-
diant refer. Iussus igitur a ma-
gno Antonio seruus Christi. Eu-
logius

Eulogius retulit ante omnes. Istam
elephantosum in platea publica
reperi prole dicitur cuius curā mul-
tus hominum gerebat & promisi-
Deo vt deseruirem agritudini e-
ius, quomodo possem vt ego per
illū, & ille per me saluaretur. Ex
quo autē pariter, seruus quintus
decimus annus est sicut & vestra
sanctitati credo omnia reuelata.
Quia igitur post plurimos annos
cū a me nihil mali pertulerit, va-
ritis me procellis ac repestatibus
vexat ob quod & ego ipsum a me
projicere cogitavi propterea ad
sanctitatem tuam veni, & quid
ex hoc faciam digneris me tuis
edocere consilijs & orationibus
adiuuare. Pessimis enim morib⁹
totus fatigor & crucior. Cui hæc
runc Antonius seuera atque ira-
cunda voce respondit. Tu illum a
te projicis Eulogi. Sed ille eū non
projicit qui eum a se factum esse
cognoscit. Projicis eum meliore
te inueniet & elegit Deus qui col-
ligat destitutum. Cumque perter-
ritus ad hæc Eulogius verba ta-
cuisset relicto rursus sanctus An-
tonius Eulogio, cœpit egrotum
proprijs sermonibus verberare &
hæc ad eum cum clamore maxi-
moloqui. Elephantiose cœno &
luto horride, nec terra digne, nec
celo, non desinis iniuriam Dei vo-
ciferari. Nescis qui ministrat tibi
Christus est. Quem admodum au-
sus es contra Christum talia loqui

Nam propter Christum se iste ser-
uicio tali & obsequijs subiugauit
quem & ipsum mordaci sermone
laceratum reliquit, conuersisque
verbis ad alios fratres ad vnum-
quenque, ita vt rati o singulorum
exigebat locutus rursus ad Eulo-
giam & ad egrotum redit dicitq;
eis. Ne quis vestrum, o filij quoquā
se vertat neuter ab altero separe-
tur, sed ad cellam vestram in qua
per tantum tempus vixistis redi-
te in pace omnem tristitiā depo-
nentes. Iam nunc enim ad vos do-
minus Deus mittet. Nam tēratio
ista idcirco accidit vobis, quia ad
finem vitæ ambō venistis etiam
vterque vestrum merebitur coro-
nari. Nihil ergo aliter feceritis ne
forte vos angelus veniens in eo in
quo dixi loco inuenire non possit
vtrique coronis fraus demini. Qui
cum ad cellam suam velociter re-
deundo reintegrata pace venis-
sent: intra quadraginta dies Eulo-
gius prior obiit, & post aliquod
triduum supra dictus defecit egro-
tus, animo vehementer incolu-
mis. Cronius autem cum pluri-
mum temporis in Thebaicis fuis-
set locis, ad monasteria Alexan-
drina descendit, euenitque vt ad
illum occurreret diem, qui vnus
quidem quadragesimus alterius
autem tertius celebratus tunc a
fratribus dicebatur. Cum igitur
Cronius hoc audisset obstupuit,
sumptoque Euangelio sancto at-

que in medio fratrum posita cum sacramento ipsi per ordinem cuncta exposuit dicens, Horum omnium que commemoravi interpres ipse sui sermonum, eo quod Græce loqui Sanctus Antonius nesciebat. Ego autem vtraque linguam nouerā, atque inter ipsos loquebar, illis quidem Græce: isti autem Aegyptio ore respondens. Hoc quoque Cronius ipse nobis referebat, quod ei sanctus Antonius in illa ipsa nocte quā beatum Eulogium dimisit dixisset, quia per totum annum deprecatus fuisset, ut ostenderetur eidem per reuelationem loca peccatorum atque iustorum. Et se vidisse dicebat procerum quendam usque ad nubes gigantem, terri coloris extensas habentem ad cælum manus, atque infra pedes ipsius lacum ad speciem maris, fulsum, vbi tanquam aues inquietas animas volantes vidit Antonius. Et illæ quidem quæcunque supra ipsius manus, caputque volabāt cōseruabatur. Quæcunque autē sub manibus ipsius repertæ fuissent mergebantur in lacum. Vocem autē tunc talē sibi venisse referebat. Has omnes animas quas volantes vides, scias animas esse iustorum quæ in paradisi habitatione requiescunt. Illæ autem animæ aliæ ad inferna mittuntur, quod pariuntur quicunque carnali obediunt voluptati, & quicunque iracundiam retinen-

tes reddere, malis paria tentauerint. Referebant autem nobis tam Cronius, quā sanctus Ieremias, atque alij plures vicini fratrum ista quæ dicam. Quidam senex dixit, quia si scit monachus esse aliquis apud quem proficere possit, sed necessaria corporis cum labore habet, & propterea non vadit ad eum huiusmodi monachas non credit esse Deum. Dixit quidam senex, Qui vult Eremum habitare debet esse doctor, non qui doctrina egeat ne detrimentum sustinere videatur.

Quod infirmitas corporis profit animum claret ex his.

Magnus quidam senex iam firmam discipulo suo dixit, ne contristeris fili ex infirmitate vel plaga corporis tui. Summa enim religio est, ut in infirmitate quis gratias agat Deo, si ferrum es pignem mittis æruginē, si vero aurum es per ignem probatur a magnis ad maiora procedis. Ne anxieris ergo frater. Si enim te Deus vult in corpore torqueri, tu quis es qui eius voluntati resistas, aut molestus feras. Sustine ergo & roga Deum & quæ ipse vult illa concedat.

Quidam senex cum frequenter infirmaretur corpore & langueret corripit ut vno anno nulla eum egritudo cōtingeret & propter illa flebat & grauiter ferebat dicens Reliquisti me domine & noluisti me presenti hodie anno visitare.

De

De timore Dei.

Abbas Pimenus requisitus à fratre quemadmodum anima resisteret & timere deum non vult. Respondit senex, anima quidem vult timere Deum, sed nec dum tempus est. Timor enim domini magna perfectio est. Quidam frater a senex requisit dicens. Quo modo timor Dei venit in animam. Et ait senex. Si quis prius humilitatem possederit ut neminem iudicet vel condemnet, vel largitor sit elemosynarum, & ut nihil habeat tunc venit timor Dei in animam. Dixit senex, Timor & humilitas & egestas victualium maneat in te. Frater quidam interrogauit senem dicens. Unde est abba cor meum durum, & non timet Deum? dixit ei senex. Puto si homo teneat increpationem in corde suo possideat timorem domini. Dixit ei frater. Quid est increpatione? Ait senex. Ut in omni re increper homo animam suam dicendo ei. Memor esto quonia oportet te Deo occurrere. Dixit autē & hic, quid ego volui cum homine. A Estimo autem, quia si quis in his permanet venit ei timor Dei.

De penitentia.

Requisit quidam frater abbatem Pimeni dicens. Quid est penitentia? cui senex respondit. Penitentia peccatorum est ulterius non peccare. Hæc enim vox ad hominem semper clamat usque

ad ultimam respirationem, hodie conuertimini & vobis repentina mors tanquam fur superueniat.

Abbas Pimenus dixit cum genuit. Omnes virtutes ingressæ sunt in cellam meam præter unam virtutem & ex eius labore stat homo. Interrogauerunt eum fratres quæ est ista virtus abba. Respondit senex, ut semper seipsum reprehendat homo.

Quomodo per penitentiam vno die potest homo reconciliari Deo.

Quidam ex patribus de aliquo referebat in ipso, eo quod audisset duos ex plebe sua viros nimie impuritatis & adulteros. Rogauit ergo Deum, ut si ita esset agnosceret. Cui ergo post oblationem consecratam unusquisque ad communionem accederet, per singulorum facies intelligebat & animos, peccatorum enim facies nigras inspiciebat ut carbones, & oculos sanguine repletos, alios vero vidit clara facie & vestibus albis indutos, cum autem corpus domini susceperent in quorundam vultibus lumen, in quorundam vero flamma videbatur. Ut autem agnosceret de illis quorum crimine audierat communionem illis perrexit, & vidit vnum ex illis clara facie & honorabili, albiisque vestibus circumdaturum alterum vero nigrum & horribili vultum. Et postquam diuini mysterij gratiam susceperunt, vnum lux quædam illustrauit, alterum autem quasi flamma.

ma succendit. Oravit ergo Episcopus Deū de singulis quæ ei ostensa fuerant se edoceri. Astās autē angelus dñi dixit ad eum: Omnia quæ de istis audisti vera sunt. Sed ille vnus in fordibus suis adhuc permanet & in voluntate peccandi, ideo illum nigra facie & sima succendi vidisti. Ille autem alter simis illi quidē erat sicut audieras, sed ideo illū clara facie illustrari vidisti, quia recordat' eorum quæ prius fecerat: & abrenūtians illis malis operibus cum lacrymis & gemitibus Dei misericordiam postulabat, promittēs, vt si præterita illi fuissent dimissa peccata, vltē ad eadē nō rediret, & ideo prioribus criminibus deleteris, ad hanc gratiā quam vidisti peruenit. Cum autem Episcopus de gratia Dei miraretur eo quod nō solum de tormentis tam turpis vitæ hominem liberum statuerit, sed & tanto honore decorauerit. Respondit angelus, Bene miraris, homo enim es. Nam dominus noster, ac vester naturaliter bonus, & humanus est cessantibus a peccatis, & pœnitentibus in cōfessione, quia non solum tormenta dimittit, sed & honore efficit dignos. Sic enim Deus dilexit homines, vt vnigenitū suū daret pro peccatoribus & pro ipsis ad mortem destinaret. Qui ergo cum inimici eius essent mori pro ipsis elegit, quanto magis mi-

seretur eorum, cum illias proprij sint. Hoc ergo scias, quia nulla peccata hominum Dei bonitatis viciunt, si tantummodo per pœnitentiā vnusquisq; quæ peccata fecerat aboleuerit mala. Misericors est enim Deus, & infirmitatem generis humani scit & passionum fortitudinem, & diaboli virtutem, vel malitiam & cadentibus quidem hominibus in peccatum tanquam filijs indulgens, expectat emendationem, pœnitentibus vero tanquam languidis comparitur & miseretur & mox soluens peccata eorum iustorum illis etiā præmia tribuit. Audiens autem Episcopus miratus est nimis, & glorificauit Deum, manifestans omnibus quæ facta sunt.

¶ De eodem.

Abbas Paulus simplex habebat hanc gratiam, vt ingredienti in Ecclesiam, se respiciens, ex ipsa facie eorum vnus cuiusque cogitationes siue malæ siue bonæ essent sentiret. Cum ergo aliquādo venissent ad Ecclesiam vidit eos clara facie & lato animo ingredi, & angelos eorum cum gaudio pariter cum ipsis. Vnum autem vidit nigrum & nebulosum habentem corpus, & dæmones hinc, atque inde trahentes eum ad se, nullo freno in naribus eius, & Angelum sanctum eius de longe sequentem tristē. Beatus ergo Paulus, cepit

pit flere amarissime, & pectus suum tundere se dēns ante Ecclesiam propter eum quem talem aspexerat. Omnes autem alij fenēs videntes eum sic flentem, cœperunt rogare, vt si quid in illis vidisset manifestaret, aut cum illis ingrederetur in congregacionem. Ille autem noluit ingredi, sed semper flebat propter eum quē sic viderat. Post paululum autem cum absoluta congregacione discederent: iterum omnium vultus circumspiciebat si tales egredierentur quales ingressi sunt. Et vidit illum quem ante viderat nigrum & nebulosum egressum clara facie, & candido corpore dæmones de longe sequentes eum: factum autem angelum eius prope eum hilarem, & gaudētē super eum nimis. Tunc sanctus Paulus exurgens cum gaudio vociferabatur benedicens Deum ac dicens. Quanta misericordia & benignitas Dei, & quanta miseratio eius est. Et ascendens in altiori loco voce magna dicebat. Venite & videte opera Dei, venite & videte quemadmodum omnes homines saluos vult fieri: & ad agnitionem veritatis venire. Venite adoremus eum dicentes, quia tu solus potes peccata dimittere. Cum autem omnes conuenissent exposuit eis Paulus quæ vidisset antequam ingrederentur in Ecclesiam, & quæ postea, & petebat illum

fratrem quem sic viderat, vt ei manifestaret cogitationes, & actus suos, vel quemadmodum tantam commutationem illi Deus donasset. Ille vero ante omnes cœpit referre dicens. Ego homo sum peccator, & multis temporibus semper fornicationi fui deditus. Ingressus autem nunc in Ecclesiam Dei audiui verba quæ locutus est dominus per Isaiam Prophetam dicens, Mundi estote, & tollite malitias de manibus vestris, ante cōspectum oculorum meorum. Discite benefacere quærite iudiciū. Et si fuerint peccata vestra vt coccinum, vt nix dealbabuntur, si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Ego enim fornicator compactus in hoc sermone Prophetæ, & ingemiscens intra pectus meum dixi ad dominū. Domine tu es qui venisti saluare peccatores. Hæc ergo quæ nunc per Prophetam promissisti opere comple in me indigno & peccatore, Ecce enim a modo profiteor tibi & promitto ex toto corde, quia vltē hoc malum non faciam, sed renuntio omni iniustitiæ, & a modo tibi seruo in conscientia munda. Ab hodie ergo Domine & ab hac hora suscipe me pœnitentem & adorantem, & renuntiantem omnibus peccatis. Iuravi & statui apud me seruare omnes iustificationes tuas. Sub hac sponsione egressus sum de Ecclesia statuens.

tuens apud me nihil de peccatis vltiori facere. Quod cum audissent omnes clamauerunt vna voce ad dominum dicentes. Quam magnificata sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti.

¶ Quia & in proposito penitentiam transeat homo tamen suscipiatur.

Venit quidam frater ad abbatem Pimenion, dicens, quod grauem tribulationem passus esset. Dixit ei senex. Fuge de loco illo quantum tibi diebus & tribus noctibus ambulare potes, & fac annum integrum ieiunans vsque ad noctem. Cui ille. Si mortuus fuero antequam vnus annus transeat, quid de me fiet? Dixit abbas Pimenion. Confido in Deum, quia si tu cum tali proposito a me fueris egressus, vt hoc facias etiam si mox mortuus fueris cum desiderio bono suscipitur penitentia tua apud Deum. ¶ Quidam frater sedebat in cella sua in Aegypto, in magna humilitate precipuus, & habebat sororem in ciuitate meretricem, quae multis animabus perditio fuerat. Frequenter autem insultabant senes fratri illi, & vix potuerunt persuadere illi, vt veniret ad illam, quatenus per admonitionem eius posset peccatum, quod per eam fiebat euincere: cum ergo venisset ad locum quidam ex noris eius videns eum, praecelsit & nuntiavit illi dicens. Ecce frater tuus ve-

nit ad te. Illa autem per gaudium relictis amatoribus suis quibus ministrabat capite discooperito ad occurrendum fratri egressa est, dum ergo tentaret eum amplecti dixit ei. Soror mea charissima pace animae tuae quoniam propter te multi pereunt & quemadmodum poteris sufferre amara illa & aeterna tormenta. Illa autem contremiscens dixit ad eum. Seis frater quia est mihi salus vel a morte: cui ille. Si volueris est salus. Illa autem iactans se ad pedes fratris, petebat vt eam secum duceret in desertum. Cui frater. Vade cooperi caput tuum & sequere me, cui illa. Eamus, oportet enim deformari inter homines nudo capite deambularem quam in officinam peccati meo iterum ingredi. Dum vero pariter ambularent monebat eam ad penitentiam. Videns autem quia quidam obuiarent sibi dixit ei. Quoniam non omnes sciunt, quod soror mea es, parum de via secede donec transeant. Et postea transgressis illis, vocauit eam & dixit. Eamus soror viam nostram. Illa autem non respondente, perquirens inuenit eam mortuam, & vestigia pedum eius sanguine plena, erat enim discalciata. Cum autem senibus renuntiasset factum, contendebant inter se de salute eius. Manifestauit autem Deus vni seni de ipso: eo quod nulla cura fuit illi itinere

nera

nere de corporali vsu, sed vulnus proprium neglexit, & suspirauit in tam grandi perditione, ideo pro deuotione cordis eius suscepit Deus penitentiam eius.

¶ De impugnatione demonum.

Quidam frater requisitum a senex dicens. Cur abba de manibus impugnamur? Respondit senex: quoniam arma nostra abiicimus, id est penitentiam, humilitatem, obedientiam, & penuriam. ¶ Frater quidam abbatem Sisoyum requisitum, dicens, Putas abba si modo persequitur nos diabolus, sicut antiquos? Respondit. Magis modo homines nostrae aetatis persequitur, quia appropinquant genera peccatorum vbi ille cum legionibus suis angustatur dum sicut stagnum vbi in igne & sulphure arsurus erit, ideo hominibus infestatur: nec tamen infirmos quosque dignatur appetere quos vbi voluerit cito subuertit, sed fortes magis ac magnos supplantare per diuersa precipitia aggreditur. ¶ Abbas Pimenionus requisitum abbatem Abrahamam. Quomodo nos demones impugnant? Ait senex. Demones nobiscum non pugnant, quia voluntates eorum facimus: sed nostras voluntates demones faciunt & tribulant nos. Vnde apostolus spiritum: spiritus autem aduersus carnem, & non quacum-

que vultis illa faciatis. Nam vis scire cum quibus demones pugnauerunt cum abbate Moyses, & similibus eius, nos autem voluntates cordis nostri impugnant. ¶ Quidam frater requisitum abbatem Achilem: quemadmodum aduersum nos possunt demones? Respondit senex. Per voluntates nostras. Et adiecit dicens, Ligna Lybani dixerunt: quam grandia sumus & alta, & paruissimo feramento incidimur. Nihil ergo eidemus ex nobis, & nos non poterit incidere. Venerunt ergo homines & fecerunt in securi manubrium ex ipsis lignis, & ita inciderunt. Ligna ergo sunt animae securis diabolus manubrium voluntas nostra est. Per malas ergo voluntates nostras incidimur.

¶ Qualiter homo in se mortificare vita potest.

Quidam frater requisitum abbatem Moysen dicens, Quomodo potest se homo mortificare? Dixit ei senex. Nisi quis ardeatus fuerit se habere iam triennium in sepulchro ad hunc se monentem peruenire non potest. ¶ Abbas Pimenionus dixit. Ille monachus potest tanquam mortuus huic seculo esse, qui duas res horruerit, id est carnis suae requiem & vanam gloriam. Senex quidam dixit. Tunc erit

erit monachus liber ab omnibus cum in opere tantum intus est bono, quando enim bona opera exerceret, veniens diabolus locum non inuenit & discedit. Si autem malum opus exercet, veniens frequenter, & impugnat eum & in deteriora subuertit. ¶ Beatus Antonius monebat discipulum suum dicens, Horre ventrem tuum & necessitates huius seculi & concupiscentiam malam, & honorem tanquam absens de hoc seculo & requiem possidebis.

De perseverantia.

Abbas Antonius dixit: Monachus si paucis diebus laborat, & iterum relaxatur & rursus laborat, & inde negligit hic nihil agit, nec patientiam perseverantiam possidebit. ¶ Dixit senex. Quid est opus incipere artificium, si non discat perficere illud? Nihil est ergo, quod incipitur & non perficitur.

De labore Sanctorum.

Quidam senex dixit usque tunc laboret homo usque quo possideat Christum. Qui autem semel illum adeptus fuerit iam non periclitatur. Permittitur tamen laborare, ut rememorans tribulationem laboris, vnde que semetipsum custodiat, timens ne tantos labores amittat. Nam & filios Israel, ideo Deus per desertum quadraginta annis circumduxit, ut rememorates via

tribulationem nolent redire retrorsum. Quidam frater requisivit fenem. Quemadmodum laborant postulantem de remissione peccatorum. Respondit fenex. Antequam perveniat in eos gratia que operetur pro labore ipsorum, ipsi pallidi & in labore sunt super quos vero ex priori patientia iam gratia Christi pervenit isti florent & exultant animae eorum & facies eorum clara est sicut Sol, cum nubes non habet & luget. Quando vero Sol nube cooperitur pallefcit, sic & anima quando passiones eam & tentationes obscurant. Quae autem per gratiam Dei mundata est, ita fulget sicut scriptum est. Magna est gloria eius in salutari tuo. Itē dixit. Quavis laborēt hic sancti viri: tamen & aliquam requiem possident quoniam liberi sunt a cogitationibus huius mundi.

¶ Quidam frater requisivit a fenē dicens. Quemadmodum nunc laborantes in conversationibus viri, non accipiunt gratiam sicut antiqui: Ait fenex. Tunc erat charitas & unusquisque proximum suum sursum traherebat: nunc vero postquam charitas refrigit singuli proximos suos in inferiora deducunt, & ideo gratiam Dei non merentur.

De exhortatione doctri.

Inroganti cuidam abbatem pimentonem de duritia cordis. Respondit fenex dicens. ¶ Natura aquae mollis est & lapidi

dis dura. Si autem frequenter aqua stillat super lapidem stillando perforat illum. Sic & verbum Dei dulce & molle est, nostrum autem cor durum, homo ergo audiens frequenter aut meditans verbum Dei dat locum timori Dei ingredi in eum.

De curiositate vitanda.

Senex quidam dixit. Non oportet monachum requirere qualiter sit ille aut quemadmodum ille, quia per interrogationem abstrahitur a laboratione in detractiones & verboritates. Unde nihil melius est quam tacere. Frater quidam requisivit a fenē dicens. Si venerit frater aliquis sermones mihi deforis inferens alienos iubes ut dicam illi quatenus mihi illos non afferat? Ait fenex. Nihil dicas, quia nec nos potuimus observare. Cavendum est ergo ne forte dicentes proximo, hoc ne facias, nos idem vel peiora postea faciamus. Cui frater. Quid ergo oportet facere? Et fenex. Si voluerimus inquit tacere exemplum solum sufficit proximo.

De contentione vitanda.

Quidam senex dixit. Si quis tecum aut de scripturis aut de quacunque causa locutus fuerit, ne contendas cum eo, sed si quidem benedicit consensu ei, si vero male, dic illi. Tu scis

quomodo loquaris. Ait apostolus. Noli contendere verbis. Hac obsequans & humilitatem possidebis, & odium vitabis. Nam si persistas contendens & vis defendere sermonem tuum, nascitur inde scandalum. Frequenter ergo dum laudas alterum, fit etiam ex iustificatione contentio. De quacunque autem re si graviter contendis non parvam noxietatem sentiens & nullomodo requiem possidebis. Magis stude silentium, & de nullo esse sollicitus. Attende meditationi tuae, cum timore Dei exurgens tam mane quam vespere, & impetum inimicorum non timebis.

De silentio.

Beatus Antonius discipulo suo solebat dicere. Si affectaveris silentium, ne arbitreris te exercere virtutem, sed indignum te proloqui confitere. ¶ Cum quidam frater abbati Sysoy dixisset, volo animam meam saluare, respondit. Quae ratione possumus animam nostram saluare, cum lingua nostra aperto ostio saepe profiliat? ¶ Quidam frater interrogavit fenē dicens, Usquequo observandum est silentium pater? Respondit fenex. Usquequo interrogaveris in omni enim loco si citatus fueris, requiem possidebis. Dixit fenex. Peregrinatio est tacere. Dixit quidam fenex. Peregrinatio que propter Deum fit bona est, si ha-

baerit & silentium, nam fiducia nō est iam peregrinatio. ¶ Abbas Arsenius solebat dicere, Peregrinus monachus in aliena terra nullius cause mediator accedat & quietem poterit adipisci. ¶ Abbas Ampo dicebat, Sicut apis quo cunque vadit, mel operatur, ita & monachus, quo cunque pergit si propter opus Dei pertexerit, dulcedinem bonorum actuum potest afferre.

¶ De fugiendo clericatus honorem.

Abbas Theodorus dum esset in Scythi diaconus ordinatus nullatenus permanere acquiescebat, sed multis locis fugiebat. Et iterum senes reducebant eum dicentes, Ne derelinquas locum tuū. Quibus ille ait, Permittite me deprecari Deum si me iuber ministrare in loco meo. Et orauit sic, Domine si voluntas tua est, ut in ordinatione mea persistam, ostende mihi. Et ostensa est illi columna ignea a terra vsq; ad cælum pertingens, & vox ad eum, Theodore, si potes fieri sicut columna ista, vade & ministra. Sufficit quod leuitis & sacerdotibus per Moysen dictum est, ut mundo corde & corpore, innoxiijs manibus & vestimento mundissimo pro filiis Israel offerrent sacrificia, quod ille audiens ultra nullatenus acquieuit. Sed cum venisset in ecclesiam deprecabatur eum, ut si non ministraret vel ca-

licem teneret. Qui non acquieuit dicens, Si mihi de hac re amplius verbum feceritis discedo hinc & sic eum dimiserunt.

¶ Abbas Isaac audiens quia presbyterum eum patres volebant facere in Scythi fugit in Egyptum. Et ingressus in agrum latuit inter herbas. Contrigit autem ut patres qui sequebantur eum in eodem agro requiescerent, quia iam nox erat, & dimiserunt alium ut pasceretur. Ille autem peruenit pascendo ad locum vbilitebat abbas Isaac. Et mane facto quaerentes alium inuenerunt & senem & mirati sunt. Cum autem vellet eum ligare dicit eis, Iam non fugio, quia scio ex iussione Dei esse, & quocunq; fugero ad hoc peruenturus sum. ¶ Abbas Moroyoys venit aliquando de loco qui vocatur Ragita, in partibus Gebilonis erat autem cum eo etiam discipulus pius. Videns autem illum Episcopus illius loci tenens eum inuitum presbyterum fecit. Et dum pariter comederent dicit ei, episcopus. Indulge mihi abbas. Scio enim, quia hunc honorem nolebas, sed ego a te benedicti desiderans hoc facere presumpsi, cui senex pro humilitate ait, Et mea cogitatio parum volebat, sed in hoc labore, quia diuidi habeo a fratre qui mecum est, & solus nō sufficio orationes meas implere. Dixitque ei episcopus, Si scis

cum

sum dignum ordinabo & ego illum. Respondit abbas Moroyoys. Siquidem dignus sit nescio, vnū tamen scio quia melior est me. Ordinauit autem & illum. Vterque tamen ita permanserunt vsq; ad finem suum ut altate quantum ad oblationem sacrandam nunquam accederent. Vnde dicebat senex, Confido in Deum meum, quia non habeo grande iudicium propter ordinationem hanc, quia oblationem offerre non presumpsi, nam ordinatio illorum est, qui sine culpa sunt iusti & immaculati, ego autē me bene cognosco.

¶ De Eremo & quare fugerunt in solitudinem.

Abbas Arsenius ab abbate Marco requisitus est aliquando cur fugeret homines. At ille respondit, Scit Deus quia diligo homines sed cum Deo pariter & hominibus esse non possum. Supernae enim multitudines ac virtutes vnus sunt voluntatis, homines vero & multas habent voluntates & varias, & ob hoc Deū relinquere & cum hominibus esse non possum. ¶ Quidam fratres dum licum ex Thebaida pergerent comparare dixerunt per occasionem beatum Arsenium videamus. Quod cum Daniel discipulus eius ei nunciasset præcepit

ut pro qua causa illic aduenissent de alexandria ab eis inquireret. Cum ergo nunciasset quod propter illum pergerent comparandum respondit Arsenius, Ergo faciem meam non videbunt, quia non propter me sed propter suū opus aduenerunt. Vade itaque & susceptis eis fac obsequium, & dimitte eos dicens, Quia senex non potest vobis occurrere. ¶ Abbas Bisarion dum deambularer cum discipulo suo per Eremum venerunt ad quandam speluncam. Et ingressi ibi inuenerunt fratrem sedentem & funiculum operantem, qui neque respexit in eos, neque salutauit eos neque aliquid locutus est eis. Dixit ergo abbas Bisarion ad discipulum suum, Eamus hinc, quia non vult hic senex loqui nobiscum. Et profecti sunt ad Ioannem abbatem. Cum autem reuertere venerunt ad eandem speluncam, & dixit abbas Bisarion, Ingrediamur iterum ad hunc fratrem si forte vel modo persuadeat illi Deus ut loquatur nobiscum. Et cum ingressi fuissent inuenerunt eum mortuum. Et dixit discipulo suo, Veni frater conponamus illum quia propter eum Deus huc transmisit nos. Cū autem sepelirent eum inuenerunt quia mulier esset, & admirati sunt & dixerunt, Quia magna misericordia Domini est quia & mulieres colluctantur & vincunt damo

d 2 nī.

nia. Et glorificantes Deum qui est protector omnium ad propria redierunt narrantes quae viderant.

Qua sit observantia Eremitae.

Abbas Moyses ad solitarios sequebatur proferre sermonem dicens. Quatuor sunt principalia observantia, id est tacendi, seruandi mandata Dei, humiliandi semetipsum, & angustia paupertatis, tres autem has virtutes homo difficile possidet ut semper luceat, & semper suorum memor sit peccatorum, & omni hora ponat sibi praeculis mortem, beatus Antonius solebat dicere. Patres antiqui egressi sunt in desertum, & ipsi sani effecti, facti sunt medici, & reuersi alios sanauerunt, ex nobis autem si quis egressi fuerit in desertum antequam ipsi sanemur, curam alijs adhibemus & reuertitur ad nos infirmitas nostra, & sunt vltima nostra peiora prioribus, propter quod dicitur nobis, O medice prius tibi curam impende.

Qui sunt similes vnius meriti fratres.

Quidam frater interrogauit Pimenionem abbatem dicens qui sunt vnius meriti fratres. Respondit senex, si fuerint tres simul vnusquidem in omni verbo vel opere quiescens alter autem infirmus & gratias agens tertius vero cum munda co-

scientia illis obsequium facientibus tres vnius meriti sunt. ¶ Dixit senex. Iniurare aut mentiri aut perjurare alienum a Christo est. Per has quatuor res anima maculatur id est si amicitiam quis cum porci-ribus habuerit concupiscetia carnalibus studens, vel si de proximo suo detraxerit, aut si pertrinitatem ambulans oculos suos non custodierit, & si quaecumque notitia cum muliere habuerit. ¶ Beatus Arsenius referebat quod cum in propria cella resideret vocem sibi audierat dicentem ut egredere tui foras propter opera manum contemplanda. Et egressus vidit hominem quendam aquam de puteo haurientem atque in vas perforatum mittentem & aqua egrediens refundebatur in puteum. Et iterum parum progressus vidit Aethiopem ex lignis a se concisis sarcinam facientem quam cum tentasset, & importabilem sensit, alia iterum ligna super ea congegit similiterque tentans cum nec mouere potuisset tamen alia addens ligna non destitit. Et iterum progressus Arsenius vidit ante portam ciuitatis duos iuvenes sedentes in equis qui lignum transfertim portantur ingredi non poterant ciuitatem. Lignum enim quod ab eis portabatur non eos permittebat intrare, nec sequi vel humiliare alteri alter non sinebat & ita foris ciuitatem uterque remanserunt.

serunt. Ille vero qui hoc sancto Arsenio in spiritu ostendebat dixit ei. Hunc quem prius vidisti aquam de puteo haurire, & de vase perforato rursus in puteum fundere si multitudo est hominis facietis elemosynam qui bonum opus imitatur efficere, sed quia in alijs operibus saepe comituit iniquitatem propter haec mala illud parum boni se conquinans perdit. Illum autem quem vidisti ligna concidere & grauem sarcinam addidisse face-reque grauiorem, homo est in peccatis plurimis constitutus qui post poenitentiam aliud super peccatis suis enus augmentat, hos vero quos transferto ligno renitente ciuitatem non posse ingredi contempserunt, isti sunt qui iugum miserabile videntur ferre superbiae, & alter alteri se humiliare noluerunt ut per hoc emendati viam Christi humilem sequerentur, atque ideo extra regnum Dei tam hi quam illi remanserunt. ¶ Interrogauit frater abbatem Syloium dicens. Dimissa est mihi hereditas a parentibus meis, quid faciam de illa? Respondit senex. Si dixeris da illam in ecclesiam clericis illi epulantur ex ipsa. Si dixeris da illam in confanguineis tuis, nullam habebis mercedem. Si ergo vis implere mandatum dilectum da hanc pauperibus & egenis, & perfectus eris.

Temporalis profectus delinquentus est propter amorem charitatis.

Abbas Syloius dixit. Cum fuisset aliquando in mercato, & sportellas meas fratri venderem, videns quia iracundia appropinquabat mihi, dimisi vascula mea fugiens. ¶ Dixit abbas Iohannes. Ascenderam aliquando per viam Eremiti in Scythia, texens plectam, & audiui camellarium loquere sermones varios. Et ne forte irasceter, dimisi plectam meam & fugi. ¶ Interrogauit frater abbatem Pimenionem dicens. Quid est quod Dominus dixit maiorem charitatem nemo habet quam ut animam suam ponat pro amicis suis quomodo hoc faciat? Respondit senex. Si quis audit verbum malum a proximo suo, & dum possit similia respondere pugnat tamen in corde suo portare laborem & vim sibi facit ne respondeat malum ut contristet illum, iste talis animam suam ponit pro amico suo. ¶ Abbas Macharius dixit. Si reminiscimur malorum quae ab hominibus patimur perdimus memoriam virtutum. Item dixit, si autem recolimus malorum quae nobis a demonibus mittuntur, sine perturbatione erimus scientes quod ab initio bona Deus creauit, diabolus vero mala superseminauit. En sunt perditio nes innumere. Et addidit dicens culpa est monachi si laesus a fratribus prius in charitate

ritate purgato corde nō occurit. Nam Sunamitis non meruisset recipere Heliseū prophetam in domū suam nisi quia cum nullo alio habuit causā. Sunamitis enim in persona est animæ. Heliseus vero in persona Spiritus sancti figurata, quia nisi pura anima, non meretur suscipere Spiritū Dei. Ita ira inueterata excæcat oculos cordis, & animam excludit ab oratione.

¶ Quid lamentatio vel paupertas qua sit propter Deum operetur.

Sanctum Antonium requisivit frater dicens. Quid faciam pro peccatis meis? Respondit. Qui vult liberari a peccatis fletu & planctu liberabitur ab eis, & qui vult ædificari in virtutibus per fletum lacrimatum ædificatur. Ipsa laudatio psalmodum plāctus est. Memento exemplū Ezechie regis Iudæ, sicut scriptum est per Isaiam prophetam, qui flendo non solum sanitatem recepit, sed etiam per. 15. annos augmentum vitæ promeruit, & superuententis hostis exercitum videlicet centum & octoginta quinque milia, per lacrimarum eius rigationē virtus Domini in mortem profrauit. Sanctus Petrus apostolus flendo recepit quod in Christum negando commiserat Maria cum lacrimis rigauit pedes Domini, meruit audire optimam partem elegisse. Ipse est timor sanctus per

manens in seculum seculi. ¶ Beatus Macharius dixit. In veritate facta est monacho despectio quæ si laus paupertas sicut dicitur, incipit sicut epule, nunquam moritur. Impossibile est bene credentem & pie colentem Deum cadere in passionem immundam & in errorem demonum.

¶ In hac vita homo requiem inuenire non potest.

Abbatem Sysoyūm requisivit frater, post quantum tempus debet homo a se abscedere passionēs. Respondit. Scriptum est in euangelio, qui peccatores Deus non audit, sed qui cultor Dei est voluntatē facit. Ideo cum venerit inuagnatio abscedere illam, quia fragilis est anima, ante armetur quam a peccatis inuincatur. ¶ Abbatem Pijmenionē interrogauit frater. Quid faciam quia cōturbant me cogitationes sedentem in cella? Respondit. Neminem despicias, nullum diiudices, de nullo male loquaris & Deo dabit tibi requiem, & statuet seditionem tuam sine cōturbatione. Custodiā enim seniorū, & quietē ipsorū considera. Meditare in diuinis officijs, & scias horas canonicas die ac nocte. Timor Dñi nō discedat a corde tuo, & nō glorieris, neq; te æstimes cū iustis, & ex omni virtute tua custodi, vt nō facias propriā voluntatē. ¶ Idē dixit sicut ad succēsam ollā mufca

non appropinquat, si vero tepida fuerit incidunt in eam, & faciunt vermes, ita & monachū succensam igne diuini Spiritus demones fugiant tepidum vero illudant & insequuntur.

¶ Vnde vitæ oriuntur.

Sanctum Antonium requisivit frater. Quomodo Deus repromittit bonam animam per asiduitatē scripturarū, & non vult anima in bonis permanere, sed declinat ad transitoria caduca & immunda? Respondit, ad hoc iugitur quod psalmista ait. Iniquitatem si cōspexi corde meo non exaudiet Deus. Ignoras quod cū venter plenus fuerit esca, statim ebullit magna vitia, quæ saluator noster per euangeliū prædixit. Non conuincit quod in os intrat animā hominis, sed de corde exenat quæ in iudicium demergunt hominē. Vide quid dixerit primū. Cogitationes in illo homicidia, adulteria fornicationes, furta, falsa testimonia & blasphemie. Quæ necdū gustauit dulcedinē celestiu, vt ex toto corde exquirat Deū, ideo ad immunda reuertitur. Quis poterit re se dicere, vt timentū factus sum apud te & ego semper tecum.

¶ Qualiter virtutes obtinere oportet.

Vendam senem requisivit frater dicens. Dote me parer & dixit ei vade arma nō ipse vim facere. Buagina gladium tuū, & exi in bellum.

Dixit ei frater. Non me permittit cogitationes. Respondit senex. Scriptum est. Inuoca me in die tribulationis tuæ, eripiam te & glorificabis me. Inuoca ergo Deum & eripiet te. ¶ Perrexerunt duo fratres ad vnum senem sanctū in Scythia sedentem singularē, dixitque vnus ex illis. Abba omne vetus & nouū testamentū memoriter didici. Dicit ei senex. Implesti aereum verbis. Et alter dixit. Ego vetus & nouum testamentum totum scriptū & penes me habeo. Et huic respondit, & tu implesti fenestras tuas chartis. An ignoratis quæ Deus dixit. Regnū Dei non est in sermone, sed in virtute. Et iterum. Non auditores legis iusti sunt apud Deū, sed factores legis iustificabuntur. Inquirebant ergo ab eo viam salutis. Ille autem dixit eis. Initiū sapientiæ timor Domini, & humilitas cum patientia. Omnibus his in seruis vel his ventibus pauca sufficiunt.

¶ Quomodo in cœnobijs viuendum sit.

Vm quidam adolescens frater abbatem Agathonem requireret dicens, volo permanere cum fratribus. Dic mihi quomodo habitem cum ipsis. Respondit ei senex. Obserua præ omnibus hoc vt qualis primo die ingredieris apud ipsos talis reliquū peragas tempus, & eum quiete adimplebis peregrinationem tuā. Custodi enim nequando fidu-

etiam loquendi assumens dicente apostolo. Nemo militans Christo implicat se negociis secularibus. Item dixit Agathon. Si habitas cum proximo isto sicut columna lapidea, quæ si iniuriatur non irascitur si glorificatur non extollitur. Abbas Pimenius abbatem Nestorionem sedentem in cenobio requisivit dicens. Unde adeptus es hanc virtutem frater, ut quotiescunque tribulatio contingit in cenobio, neque loquaris, neque mediator accedas? Erat enim nollet dicere, postea compulsus a senex dixit. Indulge mihi abba, quia in principio quando ingressus sum dixi cogitationi meæ. Ecce tu & hic asinus vnus estis. Sicut enim hic asinus vapulat & non loquitur iniuriatur & nihil respondit, ita ergo esto & tu, nam sic dicit & Psalmista. Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Cum aliquando genus Mazicorum in Scythia superueniens, multos ex patribus occidisset abbas Pimenius vna cum alio patre seniore nomine Anub & cum alijs quinque patribus fugiens inde venit in locum qui dicitur Theremithi, & inuenerunt ibi templum antiquum desertum & manserunt in eo hi septem pariter donec cognoscerent vbi vnusquisque in Aegypto mansurus esset, decreuerunt autem inter se dicentes. Septimana hæc vnusquisque

requiescat apud se, & alter ad alterum non loquatur, dum autem id faceret erat in templo illo statua cuiusdam idoli. Abbas vero Anub exurgens mane lapidabat eam in facie & vespere veniens dicebat ad eam, peccavi, indulge mihi, & sic fecit per totam hebdomadam, die autem sabbati cum venissent pariter dixit ei abbas Pimenius. Quid voluisti hoc tota hebdomada facere, ut homo fidelis, diceres idolo indulge mihi? Dixit ei senex Anub. Hoc ego propter vos feci. Dicite mihi, nunquid quando hoc idolum lapidabam, locutum est auratum, aut quando indulgentiam petebam, nunquid exaltauit se aut gloriatum est. Cui abbas Pimenius respondit. Non vti que. Tunc dixit senex. Ecce fratres septem sumus si vultis ergo pariter manere, ut lucrum animæ faciamus sit idolum nobis istud in exemplum ne quando iniuriatus aliquis irascatur ne quando ab eo venia petitur gloriatur aut extollatur. Si autem ita non vultis, vnusquisque vadat quo vult. At illi proicientes se in terram sponderunt se ita facturos & sic permanserunt per multos annos cum magna humilitate, & abstinentia vnum ex ipsis facientes dispensatorem. Et erat eis perfectio & vnum desiderium, & quicquid positum esset in mensa hoc respiciebantur, nullo dicente affer

bis.

bis illud quod nolo comedere. Quatuor si quidem horas dormiebant, & quatuor psallebant, & quatuor operabantur. In die vero per intervalla horarum officijs diuinis insistebant operantes & legentes, & sidentes folia palmarum vsque ad horam nonam. Post hoc vero victum sibi præparabant, colligentes quasdam herbas torrens.

Quæ sit observantia spiritualis in disciplina

Quidam scitens requisivit sapientem Serapionem, abbatem habentem sub regimine suo decem millia monachorum dicens. Alij fratres de cenobio elegerunt me, ut ego illis præcipiam, ostendis mihi quomodo in his respondit Serapion. Dicitur est meum, fortasse imperium. Nam dominus noster Iesus Christus per Euangelium suum instruit dicens. Si diligitis me, mandata mea seruare. Et cum discipuli de primatu inter se disceptaret quis esset senior, ait ad eos. Si quis voluerit inter vos maior fieri, erit vester minister, & qui ducit, voluerit in vobis prior esse, erit omnium seruus. Petrus Apostolus in Epistola sua monet pastores, pascite qui in vobis est gregem Dei, nec compulsionem, sed voluntarie secundum Deum, nec in turpe lucrum, sed forma estote gregis, vti cum apparuerit princeps pastorum percipi-

piatis immarcescibile a ternæ gloria coronam. Ita facito prius quod præcipis, ut non tantum illis præcepta, sed formulam præbeas, ut imitentur exempla. Ne sis mercenarius, sed pastor ouium, quia Saluator noster beatorum dixit quem constituit super familiam suam, ut det illis cibum in tempore. Interrogauit abbas Moyses abbatem Syluanum dicens. Potest homo per singulos dies apprehendere conuersationis in initium? Respondit oportet enim apprehendere vnum quæ aliud ex omnibus. Surgens mane sumat in initium sapientie in omni virtute & in omni mandato Dei in magna patientia & longanimitate & charitate Dei, cum humilitate animæ & corporis in multa sustentatione & commemoratione cellæ in oratione & deprecatione cugemitu, cum puritate cordis & oculorum & custodia linguæ ac sermonum in abrenuntiatione rerum materialium, de sideriorum carnis cruciatione habentes in certamine, in continentia spiritali & agone pugne, in penitentia & luctu in simplicitate animæ & taciturnitate, in ieiunijs & vigilijs, non sturnis, in operatione manuum secundum quod dicit Apostolus Paulus. Operantes manibus vestris in fame & siti, in frigore & nuditate, in laboribus & angustijs & persecutionibus, in foueis & speluncis, & cauernis esto factor verbi, & non auditor tantum opere

d s rans.

rans talentum, indutam habens vestem nuptialem, firmatus supra firmam petram. Eleemosyna & fides non te derelinquant. Cogitans esto omni die mortem vicinam esse & quasi iam clausus in monumento nihil de hoc seculo cures, quia sollicitudo seculi & cupiditas diuitiarum hæ sunt spinæ quas Dominus cauere dixit in Euangelio quæ bonum semen suffocant. Inedia escarum humilitas & luctus non recedant a te, quia Dominus dissipat ossa hominum sibi placentium. Timor omnino rapermaneat in te sicut scriptum est, propter timorem tuum Domine in utero conceptus & doluimus & peperimus spiritum salutis. Hæc ergo & si qua alia virtus inest his prospice, & ne te mensures cum magnis, aut iustum te existimes, sed te crede inferiore esse totius creaturæ, id est viliores quous homine peccatore. Qui se existimat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit. Non diiudices proximum neque despicias alienum delinquentem: sed tua plange peccata, & de nullius hominis actu sollicitus sis. Esto mansuetus spiritu, & non iracundus nihil in corde tuo, neque odium, neque contra inimicum aliquid sine causa habeas, neque despicias eum in tribulatione eius neque reddas malum pro malo: sed esto pacificus cum omni-

bus hoc est vinculum perfectionis. Non te credas malum facienti, neque congaudeas ei, qui fecit proximo suo malum. Non deoralhas alio, quia Deus iudex & testis est in omnibus. Ne oderis aliquem propter peccatum eius, quia scriptum est. Nolite iudicare, ut non iudicemini. Dum alium arguis vide ne peiora committas non despicias peccantem: sed ora pro illo, ut Deus illum per conuersionem ad penitentiam, & si aueris de aliquo quod agat iniqua, responde dicens. Nunquid ego horum sum iudex? homo sum peccator mortuus sub peccatis meis. Mortuus enim causam non habet curare pro aliquo. Qui hæc omnia curat & cogitat operarius est omnis iustitiæ. Dum de Christo Redemptore nostro propheta denuntiet dicens, Ego autem sum vermis & non homo. Et alius propheta Abachuc dicit. Lapis a pariete clamat & scarabeus de ligno loquitur nos vobis dominum multis extollimur, in multis supplantamur. Qui vero hæc tunc dicit & iurat sub gratia & virtute dñi nostri Iesu Christi.

De meditationibus duodecim anachoretarum.

Anachoreta aliquando sapientes sancti & spirituales duodecim numero congregati in idipsum expetierunt a se-metipsis dicere, vniuersumque quem emendauerit in cella sua, & quam

me-

meditationem, medicatus sit spiritaliter. Et dixit primus qui & senior eorum. Ego fratres ex quo cepi quiescere totum crucifixi me ipsum in his quæ extrinsecus sunt actionibus; reminiscens quod scriptum est. Dirumpamus vincula eorum & projiciamus a nobis iugum ipsorum. Et velut murum faciens inter animam & corporales actus dixi in mente mea. Quemadmodum is qui intra murum est stantem foris non videt sic nec tu velis exteriores actus aspiceret sed te ipsum intrare festinens quod idem ipse Dei. Sic autem habet malignas cogitationes aut malas concupiscentias, sicut serpentis & scorpionum prolem. Si quando autem eas in corde meo nasci sensero attendens illas cum eodinatione & ira prefacio eas: nec unquam cesso irascens corpori & menti meæ, ne quid prauum faciat. Secundus ait. Ego dixi ex quo renouari terræ hodie renatus es: hodie coepisti seruire Deo, hodie hic inhabitare coepisti, sic esto quotidie peregrinus & crastino liberandus hoc mihi quotidie cosalebam. Alter dixit. Ego diluculo ascendendo ad Deum meum & adorans illum, iactans me infantem meam, confitendo culpas meas, & sic descendens ad ortos angelos Dei, rogans illos supplicare Deo pro me & omnem creaturam. Et cum ista adimplebero vado ad

abyssum, & quid Iudæi faciunt Hierosolymis, euntes concident se & lachrymantes ac lugentes casam patrum suorum. Hoc ergo circueus & expectans propria membra tormentis subdita & cum plorantibus ploro. Quartus ait. Ego sic sum ac si in monte Oliuarum sedeam cum domino & discipulis eius. Et dixit mihi ex quo nullum agnoscas secundum carnem sed cum his esto semper celestis conuersionis imitator sicut bona Maria ad pedes Iesu sedens & verba eius audiens. Efficiamini sancti, & perfecti sicut & pater vester qui in calis est. Et discite a me quia mitis sum & humilis corde. Quintus ait. Ego angelos aspicio ascendentes & descendentes ad uocationem animarum & semper finem meum operor dicens. Paratum cor meum Deus paratum cor meum. Dixit sextus, ego per dies singulos statui verba mea audiri a Domino putans mihi dici laborate propter me, & ego quiescere faciam vos. Adhuc modicum decertate & videbitis salutare meum & gloria meam. Si diligitis me si filij mei estis ad patrem rogantes reuertimini si fratres mei estis erubescite pro me quemadmodum propter vos multa perpeclusum. Si quæ meæ estis dominicam passionem sequimini. Septimus ait. Ego ista assidue meditor, & sine

inter-

in terrenis stione colloco mihi. **Fi-**
dem, spem & charitatem, vt spe-
quidem gaudeam dilectione ve-
ro neminem aliquando contri-
stem, & fide corroborem. **Ota-**
nus ait. Ego volarem diabolum in
spicio quærentem quem deuoret
& vbicunq; ierit inspicio illū in-
terioribus oculis meis, & domi-
nū meū aduersus illū interpello, vt
sine effectu maneat, & in nullo
paualeat maxime in timentibus
Deum. **Nonus** ait. Ego quoti die
Ecclesiā intellectuāly virtutum
expecto, & dñm gloriā in medio
earum video super omnes splen-
dentem. Quando autem abscedā
ab eo ascendo in cælum, expectās
admirandas pulchritudines ange-
lorum, & quos emittunt hymnos
incessabiliter Deo & dulces eorū
cantilenas differorque sonis ac vo-
cibus & suauitate, vt libeat remi-
nisci quod scriptū est. Cæli enar-
rant gloriam Dei, & opera ma-
nuum eius annuntiat firmamen-
tum, & omnia quæ super terram
sunt sicut cinerē & stercora opi-
nor. **Decimus** ait. Ego angelum
meū assistentē mihi iuxta me ex-
pecto & custodio memetipsum,
quod scriptū est. reminiscens pro-
uidebam dñm in conspectu meo
semper quoniam a dextris est mi-
hi ne commoueat. Timeo igitur
eum, vt custodientem vias meas
& quotidie ascendentē ad Deum
& insinuātem actus meos & ver-

ba. **Vndecimus** ait. Ego personā
infundens virtutibus veluti si ab-
stinētiæ castitati, benignitati dile-
ctioni in meipsum fieri, & circum-
dāns mihi illas & vbicūque iero-
dico mihi ipsi vbi sunt sequaces
tuz: ne pusillanimis sis ne deli-
cias habens iuxta te eas semper.
Quæcunq; lubent loquere de vir-
tute vt post mortem restificetur
de te coram Deo, quia inuenerūt
requiem in te. **Duodecimus** ait.
Vos quidem patres cælestes habē-
tes conuersationem cælestem sa-
pientiam possideris. Nihil mirū.
Elevatos vos operibus video, &
superiora sectantes. Quid dicam
Virtute enim etiam transpositi
estis terram, vosmetipsum ex toto
alienantes ab ea. Quid dicā. Vos
terrenos angelos & cælestes ho-
mines dicens nō peccauistis. Ego
vero me bis indignū iudicans
peccata mea vbicunq; iero pra-
cedunt me semper, ad dexteram
& sinistram in infernum vero ad
iudicauī meipsum, dicens. Esto-
cum his quibus dignus es: istis
post modicum annumeraberis,
video ibi plures gemitus & in-
cessabiles lachrymas quæ a nullo
referri queunt. Aspicio quosdam
stridentes dentibus & salētes to-
ro corpore, & trementes a capite
vsque ad pedes. Eructans me su-
per terram, & amplectens cine-
rem deprecor Deum nunquam
casuum me illorum experimen-
ta ac-

ta accipere. Video & mare ignis
bulientis immensibile, & circum-
flentes & mugientes: vt putent
aliqui vsque ad cælos attingere
fluctus ignis, & in tremendo illo
mali innumerales homines de-
iectos ab agrestibus & vna voce
omnes illos clamantes & vllulan-
tes simul quales nemo super ter-
ram vllulatus & voces audierat,
& sicut amentia omnis virgultii cre-
mare. misericordia autem Dei a-
uertente ab illis propter iniusti-
tias eorum. Et tunc lamento ge-
nus hominum, quomodo audeo
loqui vel cuiuslibet atterere tan-
tis mundo repositis malis: & in
his teneo mentem meam laetum
meditans, quod ait Dominus in-
dignum me cælo & terra iudicās
reputantque, quod scriptum est,
facta sunt mihi lachrymæ meæ
panes die ac nocte. Hæc sapien-
tium & spiritualium responsa pa-
trum. Et veniat in nos digna me-
moriam, venarationem conuersa-
tionis opere ostendere possimus,
vt facti inuituperabiles & perfe-
cti, & irreprehensibiles placea-
mus saluatori nostro. Cui est ho-
nor & gloria in secula secu-
lorum. Amen.

FINIS QUARTA PARTIS.

SE Q V I T V R O P V S C V L V M
pro conclusione annexum de virtutum.

Laudē & effectū intitulatum.

Incipiunt Capitula subsequen-
tis Opusculi.

| | |
|---|------------|
| A DMONITIO de Laudē charitatis & quomodo cunctis virtutibus preferbatur. | Cap. I. |
| De humilitatis & obaritatis connexionē. | Cap. II. |
| De obedientiæ bono eiusque laudibus. | Cap. III. |
| De virtute continentie admonitio, & quod continentia non in vna, sed in mul- tis necessaria sit rebus. | Cap. IIII. |
| Continentia etiam in vsu necessaria est. | Cap. V. |
| De continentia locutionis admonitio salutaris. | Cap. VI. |
| De vilium vestimentorum appetitu. | Cap. VII. |
| De eo quod illa quæ supradicta sunt, cum discretionis virtute debeant per- fici. | Cap. VIII. |
| De compunctionis bono quæ maxime ex mortificatione nascitur. | Cap. IX. |
| | Qualis. |

- Quis debet esse ipsa compunctio. Cap. X.
- De modo orandi & quid significet, quod Dominus oraturus in montem ascendit. Cap. XI.
- De pugna virtutum aduersus vitia. Et specificato consilio qualiter vitia infirmitateque hostis antiqui vitentur. Cap. XII.
- Exhortatio de studio legendi. Cap. XIII.
- Admonitio necessaria de aduersis tolerandis patienter infirmitateque amanda. Cap. XIII.
- De venia peccatorum speranda quantum sint innumerabilia. Penitentia quoque Theodosij Imperatoris pro causa exempli subinfertur. Cap. XV.
- De lectione. Cap. XVI.
- De pace. Cap. XVII.
- Epistola beati Macharii ad monachos. Cap. XVIII.

Admonitio de Laude charitatis.

C A P. P. R. I M / M.



Maxime non immemor petitionis hanc admonitionem pro anima tua profectu, o frater charissime tibi (ut rogasti) præbere studui, noui enim ardorem animi tui erga scripturas diuinas, noui tibi inesse studium legendi, & implendi quod legis. Memor igitur sum lacrymarum tuarum, & omnis studij tui, quod in te sæpe perspexi: dum tecum de anima tua sermocinaret profectu, & idcirco me non piguit, hoc quod tui mihi suggerere voluit charitas adimplere, quatenus, & tu ex hac ipsa admonitione in Domini gratiam amore proficias, & ego tuæ mercedis effici merear particeps. Scio vero non mediocriter esse

beatam, qui se solummodo Domino adiuuante saluat, sed noui multo beatorem fore, qui secum alios ad cæleste regnum trahere festinat. Qua propter horum tuam eximiam dilectionem, ut hanc admonitionem subinde legas, & memoria commendes atque opere cõpleas, ut alijs bonum exemplum monstrando & te & alios salues, ut de tuo aliorumque profectu felicitem remunerationem ab immortali sponso recipere merearis. Mente solerti tracta, ne hoc agas vnde cælesti tuo sponso displiceas, quia ipse tibi si bene, ut cõcepisti perseueraueris, in audita lætitiâ, inuisum gaudium cum ceteris condonabit sanctis, Paulus affirmante qui ait. Quod oculus non vidit nec auris audiuit, nec in

cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Festina igitur ad illud gaudium, ad illam lætitiâ in quam multi Sanctorum requiescunt, considera Deo dilecte, quanta sit felicitas Dei vultum sine defectu cernere, sanctorum Angelorum choris interesse, cum Sanctorum hominum multitudine sine fine gaudere, & adhuc gressibus virtutum quotidie appropinquare stude. Vt ad ea quæ commemorauit recto tramite perges citiusque ut peruenire queas, hanc tuæ beatitudini admonitionem scripsi, per quam non de vna solummodo virtute, sed de multis recupio commonere virtutibus. Quem sermonem ideo singulari numero admonitionem voco, quia quantum multæ sint virtutes, & innumerabilia hortamenta, ad vnam tamen pertinent viam, ad vnum iter, & ad vnam felicitatem perducant hominem. Cum igitur de pluribus virtutibus te admonere desiderem primû cum Paulo Apostolo hortor ut charitatis virtutem ante omnia habere studens, quia sicut panis omnibus cibis est melior: ita charitas omnes antecelli virtutes. Et sicut sine pane mensa efficitur inopsita sine charitate nulla proficit virtus. Sine charitate enim nec lacrymæ nec vigiliæ nec nuditas, nec castitas nec elemosy-

na, nec martyrium hominem saluare potest. Hanc Dominus ac Redemptor noster specialiter nobis commendauit. Hæc inquit mando vobis, ut vos inuicem diligatis. Et iterum. In hoc cognoscent omnes, quia mei estis discipuli, si dilectionem habueritis ad inuicem. Hanc Ioannes Apostolus laudat dicens. Qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo. Hanc prædicator egregius sanctis virtutibus præferens dicit. Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest. Deinde subiungit. Patiens est charitas benigna est. Patiens est ad tollenda aduersa benigna est ad bona præstanda. Stude ergo fidelissime frater omni patienter tolerare aduersa ipsos quoque quos toleras cura diligere.

De charitatis & humilitatis connectione. Cap. II.

Certissime tibi conuenit credere, quod nunquam charitas sine humilitate & obedientia regnet in homine. Si veram habueris charitatem moreris humilis & obediens. Humilitas namque eximia virtus est. Hæc de terrenis hominibus facit cælestes. Per hanc diabolus

superatur, per hanc eius laquei
virantur, sicut beatus Antonius
dicit abbati Pastori. Vidi om-
nes inimici laqueos tenfos in via
& ingemiscens dixi. Quis pu-
tas transfer istos laqueos? Et au-
diui vocem dicentem: humilitas,
hoc vero beatus Antonius ut pu-
ro non pro se tantum vidit & au-
diuit. Sed & pro nobis qui pecca-
tores & insipientes sumus, & lon-
ge ab illius meritis distamus, ut
nos hinc legentes, & opere com-
plentes diaboli laqueos possimus
vitare, qui semper inquitit quo-
modo nos decipiat. Igitur quam
magna sit humilitatis virtus Mar-
tini etiam monachi vita insinuat
quem dicunt etiam in iuuentute
valde fuisse mansuetum, humi-
lem ac sapientem, & pro eius vir-
tutibus tantum dicunt Deo fuisse
amabilem, ut dum ad Domini-
cum corpus accederet, angelus ei
sacramenta praeberet. Pensare ve-
ro debemus ex hoc miraculo quam
magnum donum sit humilitas,
per quod donum tam amabilis,
& tam acceptabilis Deo adhuc
homo mortalis efficitur.

¶ Abbas etiam Daniel miracu-
lum narrat per quod virtus humi-
littatis declaratur. Erat autem ait
in Babylone filia cuiusdam illic
pretoris daemonium habens. Pa-
ter autem eius diligebat quendam
monachum, cui dixit ei. Nemo
potest curare aliam tuam, nisi

quos scio solitarios. Et si petre-
ris ad eos, non acquiescent hoc fa-
cere propter humilitatem. Sed
hoc faciemus quando venient af-
ferentes venalia quae operantur,
dicamus nos emere velle quod
vendunt. Et cum venerint in do-
mum pretium acceptum dicemus
ei, ut faciant orationem pro ea,
& credo quod saluabit filia tua.
Exeuntes ergo in plateam, inue-
nerunt unum monachum seden-
tem, ut venderet sportellas suas,
& steterunt eum in domum quasi
pretium accipere sportarum, &
cum intrasset in domum venit
puella quae a demonio vexaba-
tur, & dedit alapa monacho. Ille
autem conuertit ei & aliam ma-
xillam secundum diuinum prae-
ceptum. Daemon autem dum tor-
queretur clamare coepit. O vio-
lencia mandatorum Christi ex-
pellit me hinc. Et statim mundata
est puella. Cum autem venisset se-
nex indicauerunt ei, quod factum
erat, & glorificauerunt Deum &
dixerunt. Consuetudo est diabo-
licae superbiae ab humilitate Chri-
sti corrumpere. Consideremus & nos,
o sanctissime frater humilitatem
huius felicissimi monachi, & quam
tum possumus imitari curemus.
Si igitur humilitas alteri ab alio
demonium expulit sine dubio fir-
miter credere debemus, quod no-
stra humilitas diabolum in cordi-
bus nostris regnare non sinat.

Tunc

Tunc vere iam humilitatem habe-
mus si omnibus nos putamus esse
inferiores & omnibus veneratio-
nem deferimus, & omnia quae no-
bis alij faciunt aduersa humiliter
toleramus propter Dei amorem.
De hac virtute Dominus in Euan-
gelio dicit, Omnis enim qui se hu-
miliat, exaltabitur, & qui se exal-
tat humiliabitur. Ex isto enim ver-
siculo discere debemus quod su-
perbia contraria sit humilitati. Er-
go si vere humiles esse volumus
superbiam fugiamus quia super-
bia deicit, humilitas eleuat. Ad
hanc virtutem princeps apostolo-
rum inuitat dicens. Humiliamini
sub potenti manu Dei, ut vos exal-
tet in die tribulationis. Hac sen-
tentia manifeste nobis insinuat,
quod si hic dum viuimus humili-
re nos curauerimus in tempore
tribulationis vel retributionis,
id est in die iudicii Domini nos
pietas exaltabit in caelestis scilicet
regno. Iam vero superius di-
xi quod charitas & humilitas at-
que obedientia ab inuicem separa-
si non possunt.

¶ De obedientie bono eiusque lau-
dibus. Cap. III.

Et quia haec de charita-
te & humilitate dictum est,
restat ut solerter attendas qua-
lis sit obedientia virtus, propter
inobedientiam primus homo ab

iectus est de paradiso. Quapro-
pter si illuc vis ascendere, obe-
diens esse stude. Ut autem quam
magna sit haec virtus agnoscas mi-
raculum tibi ad memoriam reuo-
cabo. ¶ Quidam secularis habens
tres filios renunciauit seculo, &
venit ad monasterium relinquens
filios suos in ciuitate. Et cum fuisset
tres annis in monasterio coepe-
runt cogitationes suae ei filios ad
memoriam frequenter adducere,
& contristabatur pro eis valde,
neque tamen dixerat abbati se fi-
lios habere. Videns autem abbas
eum tristis dixit ei. Quid habes
tristis es? & narrauit ei quod tres
filios haberet in ciuitate, & quia
velleret eos ad monasterium addu-
cere, praecipit autem abbas ut ad-
duceret eos. Qui cum perrexisset
ad ciuitatem inuenit duos ex his
mortuos, unum vero solum modo
remansisse. Quem sumens duxit
ad monasterium. Et requirens ab-
batem non inuenit illic. Interro-
gavit autem fratres ubi esset & di-
xerunt ei quod ad pistrinum per-
rexisset. Ille vero tollens filium
quem adduxit abiit ad pistrinum.
Et videns eum abbas venientem
salutauit. Et reuocans in fauce quae
adduxerat amplexatus est eum
& osculabatur & dixit patri eius.
Amas eum. Et ille respondit, etiam.
Omnino inquit diligis eum. Et re-
spondit, etiam. Postea vero dixit
ei, Tolle ergo si amas eum & mit-

e te in

te in fornacem ignis modo dum ardet. Et tenens eum pater iactavit in fornacem ardere. Statim autem fornax facta est velut ros, ex qua obedientia acquisit gloriam, quemadmodum Abraham patriarcha. Hoc ergo miraculum hortor ut memorie tradas, ut semper obedientie virtutem ante oculos habeas. Quia sicut illo tempore illius monachi obedientia extinxit ignem fornacis sic & modo si fueris obediens ipsa virtus in corde tuo ignem vitiorum extinguet in te, & nequaquam post mortem in ignem descendes aeternum, sed ad gloriam ascendes caelestem sine fine manentem. Ergo ama obedientiam dilige obedientiam, quia magna virtus est. Ut autem illius magnitudinem adhuc lucidius intelligas sequens miraculum frequenter lege.

¶ Dicebant fratres, quia narravit quidam patrum vidisse se quatuor ordines in caelo quorum primus erat hominum in iurorum gratias Deo agentium, secundus hospitalitatem sectantium instanter ministrantes eis, tertius ordo in solitudine commorantium & non videntium homines, quartus ordo erat qui ad obediendum patribus spiritualibus se subijciunt propter Dominum. Videbatur autem ordo obedientium torquem auream habere, & multo maiorem quam alij gloriam ha-

bebat, ergo autem dixi ei quae mihi haec omnia ostendebat.

Quomodo iste ordo qui parvus est maiorem quam alij gloriam habet? Et ille respondit quod hi qui hospitalitatem sectantur secundum propriam voluntatem, id ipsum faciunt, similiter qui in eremo se religant arbitrio suo de seculo recesserunt. Hic autem ordo qui se ad obedientiam dedit omnes voluntates suas abiciens, pendet ad Deum & ad iussione spiritualis patris, propterea & maiorem gloriam alijs habet. Quapropter frater charissime bona est obedientia, quae propter Deum fit. Intende ergo dilectissime virtutis huius aliquod vestigium vel ex parte. Obedientia salus est omnium fidelium, genitrix est omnium virtutum, obedientia regni beatorum inventrix est caelos aperiens huominem de terra leuat, obedientia chobitatrix est angelorum, & sanctorum omnium cibum est, ex hac enim abluti sunt, & per hanc ad perfectionem venerunt.

¶ *Admonitio de virtute continentiae.*
Cap. III.

¶ **I**n tempus est ut post trium virtutum doctrinam vigilanter attendas quam sit continentiae virtus & quod continentia non solum in cibo & potu sit sed etiam in locutione & in fom-

no

no, ac vestitu & innumerabilibus, causis. Admoneo igitur dilectionem tuam ut non delicatos cibos quaras, nec ante horam congruam comedere velis, nec dicas in corde tuo, ecce alij ita vel ita faciunt, scito pro certo quod unusquisque qui in hac vita plus in Dei seruitio laboraverit eo maiorem mercedem post mortem a Deo consequetur. Ne igitur tibi grauis videatur continentiae virtus, miraculum hinc quod in in ripartita historia legi profero. ¶ Dorotheus genere Thebeus talem ducere curavit vitam, ut quotidie lapides a mari colligeret, & in annis singulis hospitium edificaret, & ipsa hospitia dedit illis qui non habebat. Noctibus autem propter eorum cibum faciebat sportellas. Cuius cibus erat panis vncia sex, & olerum minorum vnus fasciculus, & ad bibendum aqua, hic a iuventute sic viuens nec in senectute defecit. Nunquam visus est in lectulo soporatus, vel pedes pro requie tetendisse, aut dormire pro voluntate, nisi quantum operando aut comedendo natura compressos oculos claudere potuisset, ita ut saepe dum comedendo dormiret, cibus ex ore eius laberetur. Aliquando ergo somno valde grauatus cum in stercore cecidisset obdormiuit. Expergefactus autem, & con-

tristatus sub silentio dixit. Si angelis dormire suaseris & mihi ulterius suadebis. Quod forte dicebat ad somnum, vel ad damnationem, qui nitebatur bonas eius actiones impedire. Huic laboranti quidam dixit, Cur ita perimis corpus tuum? At ille, quia me (inquit) illud occidit. Huius vero sacratissimi monachi continentiam tibi scripsi, ne ipsa tibi virtus grauis videretur, ut cognosceres quantum ab antiquis vel modernis quibusdam patribus distemus. Audiuit ergo beatitas tua quod Dorotheus omni anno edificauit cellam & alijs donauit. Audisti etiam quod in lecto non iacebat & de pane & aqua & herbis vivebat. Non ideo hoc dico, ut tantum facias tu sed te humiliter simulque scias quantum abstinentiam habuerunt patres nostri & nequaquam delicatos cibos quaras praesertim cum in praefato libro Moyse monachi scriptum sit quod per multos annos panem tantummodo comederet, & multum opus faceret. Sex autem annis per totam noctem orauit, neque genibus inclinatis, neque oculis in somno sponte clausis, insuper etiam circuibat cellulas monachorum & lagenas eorum aqua impleuit cum lege aut decem, aut viginti nullum aqua maneret, quilibet ita domaret corpus, priore tamen validitudine non am-

c 2 lit

fit. Hæc miracula assidue lege sanctissime frater, & per hæc cum Dei adiutorio in abstinentia perficere stude. Non simus ergo parati ad omnia quidem concupiscenda, reclamur continentiam beati Zenonis abbatis. Abbas Zenon ambulans aliquando in palestina, & cum laborasset resedit ut manducaret iuxta cucumerarium. Suadebat autem ei animus suus dicendo. Tolle tibi unum cucumerem & manduca. Qui increpans cogitationem suam sibi dixit. Fures ad tormenta vadunt proba ergo te ipsum in hoc, si potes ferre tormenta. Et surgens stetit in ardore solis diebus quinque & dixit. Si ardorem solis non possum sufferre quomodo sufferre potero ignem æternum. Et dixit ad animum suum. Si non potes portare tormenta non rapies cucumerem ut manduces. Verba igitur tanti viri considerare nos commouent: quantum ab ipsius conuersatione distemus. Quapropter, perpendamus nos peccatores, & infirmos esse in comparatione sanctorum virorum, ut nos ipsos ex illorum meritis despicientes per Domini pietatis misericordiam eorum consortium habere possimus.

¶ De continentia visus. Cap. V.

Quod autem non in cibo tantum, sed in visu sit continentia, sequens mira-

culum insinuat. Pior cum de domino patris ad philosophiam conuersationis exiret promissit denuo nullum se propinquorum forte visurum. Post aliquot vero annos dum eius soror eum viuere & habitare in eremo cognouisset, non cessabat donec eum inspiceret. Quam cum episcopus loci illius iam grandævum propterea videret affligi, scripsit præsulibus eremi ut Piores dirigerent. At ille quoniam contemnere nefas est iusionibus seniorum obediens & assumens quendam venit ad patriam. Cumque ante domum suam venisset & suum nuntiasset aduentum veniente germana dixit. Ecce ego um Pior, quanto vis aspectu satiare: Tunc illa gratificata laudavit. At ille oratione facta, remeavit ad eremum ubi fodiens aquam inuenit amaram eaque usus est usque ad ultimum vitæ suæ diem: post huius obitum nullus ibi habitare prævaluit. Ego autem reor quia per orationem eam ad suos usus fecerit dulcem, dum etiam alibi, non ex tante oratione meruit emanare. Nam cum Moyses & eius monachi puteum aliquando foderent & nec venam aliquam reperirent, nec amplius iam fodere altitudo permitteret medio die superuenit Pior, & oratione facta descendit in foueam. Cumque tertio percussisset terram

mox

mox emanavit aqua. Cumque oratione facta discederet illis eum petentibus, ut vel ex aqua gustaret, ad huc inquit directus sum & propter quod veni peractum est. Propterea vero sanctissime frater, hæc tibi de Piore scripsi, ut per te scitis quod continentia etiam in visu sit necessaria. Audisti vero, nunquam iste monachus incautus fuit quia nec inobediens fuit præceptis seniorum, qui illam ad sororem ire iusserunt, nec ipsam vidit, visus ab illa ne contra suum votum fecere videretur, quapropter horror tuam sanctitatem ut illum studeas imitari. Non sit tibi cura videndi propinquos tuos vel amicos quos in seculo reliquisti, & pro illorum cura oratio tuaque lachrymæ non minuantur, nec cum vxore. Eoth retro respiciendo in statuam talis conuertaris, recole ergo illum euangelij versiculum, & quod nemo mittens manum in aratrum, & aspiciens retro aptus est regno Dei.

¶ De continentia locutionis admonitio. Cap. VI.

His continens, ut assidue cum psalmista decantes. Dixi custodiam vias meas ut non delinquam in lingua mea. Posui orationem meam custodiam. Noli igitur alijs detrahere. Memento vero quod Maria Soror Moysi, seruo Dei

suoque fratris, cum detraisset quidam illi accidit. Narrat enim historia quia ob hanc culpam lepra fuerit maculata septemque diebus mansit extra castra quæ post modum per orationem Moysi fratris sui mandata est. Absit autem ut ex lingua per quam patrem benediximus inde maledicamus aut detrahamus proximo. ¶ Recolamus igitur quod scriptum est, quia omnis detractor eradicabitur. Unde eradicabitur omnes detractor. Si ne dubio de cætu sanctorum. Ergone & nos de sanctorum consortio eradicemur custodiamus a detractione linguam nostram. Non detrahamus proximo quem iubemur diligere sicut nosmetipsos. Et non tantum a detractione nos oportet cessare sed etiam ab ociosis verbis, quia euangelium clamat de omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines reddet rationem in die iudicij. Ociosus vero sermo est qui nec ad eius qui eum loquitur nec ad ipsius qui illum audit pertinet profectum. Noli ergo proferre verba quæ risum aut cachinnum moueant, sed magis quæ ad compunctionem & lachrymas, & ad humarum profectum, pertineant. Tuus sermo semper sit sane conditus. Narrat namque historia Triplicita, Ammonio Benenastorum presulem tanque Theonem multorum monachorum præfuisse fuisse. Antiochamque ope-

c 3 rato

ratores fuerunt inopinabilium rerum & diuina prouidentia prophetiaque completi. Dicitur Theonem fuisse eruditum Aegyptiorum Graecorum Latinorumque studiis, & triginta annos habuisse taciturnitatem. Porro Ammonem à nullo homine visum irascentem, aut iurantem, aut mentientem aut vanum aliquem vel asperum vel infirmum protulisse sermonem. Horum temporibus fuit Helias monachus in eremo agens annuncientissimum & decimum, antea tamen septuaginta annis solus vixerat in solitudine, & vsque ad hanc aetatem ieiunando, multum silendo, & viriliter conuersando peruenit. Hæc miracula hortor vt frequenter legas vt scias quã cautum te in loquendo esse oporteat. Audiuisti ergo nunc, & vt puto memoria comendasti quod doctissimus Theon monachus per triginta annos tenuit taciturnitatem. Hortor igitur vt quia nobis assidue tacere non licet, vel etiam quodlibet id placeat, vt semper a malo detractionis silere. Vt ergo tibi virtus taciturnitatis placeret audi adhuc quid Zacharias de ipsa interrogatus respondit. Dixit abbas Pastor, quia interrogauit abbas Moyfes fratrem Zachariam dicens. Quid vt vides. Et ille. Nihil melius quam tacere pater. Et dixit. Verum est

fili race. Hora autem mortis eius sedens abbas Isidorus respexit in cælum & dixit. Letare, letare fili Zacharia, quia aperte sunt tibi ianua regni cælorum, vides o sanctissime frater quod Zachariae per taciturnitatis maximæ virtutem, aperte sunt ianua cæli, vt ergo & tibi aperiantur amate delectata silere. Legi ego de quodam seruo Dei quod vt taciturnitatem disceret, per plures annos lapides in ore portaret. Admoneo ergo, atque iterum admoneo, vt linguam tuam custodias, nulli detrahas nemini maledicas nulla risum mouentia verba proferas, cogita quam breuis sit ista vita & quam misera in comparatione æternæ. Hæc cogitando, & linguam refrænando, imitando scilicet eorum actum quorum superius mentio facta est, aduenienseorum consortio. Quoniam autem animo tuo multa taciturnitatem inculcare volo & quia multa bona opera propter vitium linguæ pereunt, ideo adhuc vnã sententiam subiungam. Venit in itinere conuersationis abbas Euagrius ad quendam senem & dixit. Dic mihi abba sermonem quo saluus fiam? Et ille respondit. Saluus si vis fieri quando venies ad aliquem non prius loquaris, quam ipse inquirat. Euagrius compunctus in hoc sermone penitentiam egit in conspe

conspectu senis, & satisfecit ei dicens. Crede mihi multos codices legi, & talem eruditionem nunquam inueni. Et multum proficiens exiuit. Ex his enim verbis o beatissime frater lucide demonstratur, quod beata est illa anima quæ taciturnitatis perfectæ habet virtutem. Dilige hanc virtutem posside hoc donum, conserua hanc Margaritam. Amandum est ergo silentium, quia per illud humilitas nutritur lachrymæ generantur ad extremum multa mala per illud declinantur.

¶ De vilium vestimentorum appetitu.
Cap. VII.

Scias denique o frater quod & in vestimentis sit continentia vel de necessaria. Sunt enim multi qui putant, quod appetitus preciosarum vestium non sit peccatum. Quod si peccatum non esset nequaquam Dominus Ioannem de asperitate vestimenti laudasset. At enim turbis. Quid existis in desertum videre hominem mollibus vestiturum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Ioannes vero mollibus vestitus esse negatur, quia qui mollibus vestiuntur, magis terrene regis feruiunt quam cælesti. Ioannes vero primus noui testamenti mo-

nachus pillis camelorum indutus fuisse perhibetur. Si ille qui in vtero matris sanctificatus fuit & Deo multum amabilis atque dilectus exiit, qui fuit verus propheta & plusquam propheta, pillis vero camelorum fuit indutus nos qui peccatores & infirmi sumus, quanto magis debemus vilibus vestibus esse contenti? Si hoc culpa non esset, nequaquam Petrus apostolus per epistolam firmans a preciosarum vestiam appetitu compesceret dicens. Non in veste preciosa. Nemo namque vt ait papa Gregorius, preciosa vestimenta nisi ad inanem gloriam querit. Peccatores enim sumus, & ideo preciosa vestimenta querere non debemus. Magis vero ornatum mentis querere quam corporis debemus. Ornatus mentis est charitas, fides humilitas bonitas ac benignitas. De his namque virtutibus mens ornatur, sine sine cum Deo victura. Caro enim quamuis preciosis vestimentis cooperiatur, quamuis auro argentoque ornetur, nihil est aliud quam caro & puluis & lutum & stercus. Quapropter magis opere procurare corporis labores debemus, non balneum subinde inquirere non ornata vestimenta, quia si delicate corpus nostrum fuerimus hoste nostrum nutrimus. Nullū enim maiore inimi

cum nutrit: homo quam corpus. Corpus autem trahit mentem ad peccatum: & ideo semper debet illud feruus, vt ancilla Dei subigatur habere.

¶ *Quod supra dictum cum discretionis virtute debeant perfici. Cap. VIII.*

Debet namque corpus affligi per abstinentiam, per vigillas & per diuersos modos: ita tamen vt semper suum officium suamque obedientiam possit perficere. castigandum semper est, ut diligendum est corpus, vt ad malum opus animam non trahat & ad peragendum bonum sit semper idoneum. Nam qui ita corpus trahit, vt nec quidem bonum opus facere valeat, discretio nis adhuc ignorat virtutem. Vt igitur & corpus scias affligere & temperare vnum supra relatum de Viris patrum dicam sermone.

¶ Dicebant de quodam patre, qui dum secularis esset & coniugem habuisset: postea conuersus tentabatur a Satana de ea. Ipse vero narrauit hoc patribus. Qui cum hoc audissent, quia operarius esset & maiora facere potuisset quam officio suo agebat imposuerunt ei mala, vt debilitaretur corpus eius, vt nec surgere posset. Deo autem disponente, quidam peregrinus aduenit & pertransiuit, admirans quod nemo egressus esset

in occursum eius: Et reuersus pulsauit dicens, Ne forte frater, qui in ea habitat infirmetur, qui cum pulsasset intrauit & nimis infirmum inuenit eum, & dixit ei, Quid habes pater. Et narrauit ei dicens, Ego de seculari vita sum, & sollicitat me inimicus de vxore mea, & narraui patribus & imposuerunt mihi onera diuersa. Et cum implere vellem iusta defecit: & tamen stimulus crescit. Audiens hæc senex, contristatus est & dixit ei, Si quidem Patres magni viri bene imposuerunt tibi onera quibus grauaris. Si vero me paruulum audire volueris cito inuenies requiem. Nunc paruulum cibum tunc in tempore suo, & recollege vires tuas, fac aliquantum opus Dei, & iacta in Domino cogitatum tuum, quia tuis laboribus hanc impugnationem superare non poteris. Corpus enim nostrum velut vestimentum est, si cum discretionis tractaueris stabit. Qui cum audisset eum fecit ita, & infra paucos dies recessit stimulus eius. Hanc sententiam, ideo volui scribere in isto ordine, quia ea que superius admonui, id est silentium nuditas, abstinentia, corporisque castigatio cum discretionis sunt agenda. Discretio vero magna virtus est, quia per ipsam mala declinantur, & bona feruantur. Bonum ergo opus si sine discretionis fit, cito deficiet.

Discre-

Discretio enim mater est omnium virtutum. Quia propter & tuam frater horror dilectionem, vt omnia cum discretionis facias, vt nec ad dexteram nec ad sinistram corruas. ¶ De hac etiam discretionis virtute habes hic supra in Viris patrum: Dicit abbas Antonius. Quia sunt quidam conterentes corpora sua in abstinentia, & quia non habuerunt discretionem longe facti sunt a Deo. Superuenit autem quidam venationem faciens in siluis agrestium animalium, & vidit abbatem Antonium gaudentem cum fratribus, & displicuit ei, volens autem senex ostendere ei, quia oportet aliquando condescendere fratribus dixit ei: Pone sagittam in arcu tuo & trahere & fecit sic. Et dixit ei: Iterum trahere, & traxit & dixit tene trahere adhuc. Tunc dixit venator: Si supra modum traxero frangeretur arcus. Respondit abbas Antonius. Ita est in opere Dei. Si plus a mensura tendimus fratres cito deficiunt. Expedit ergo vel ad momentum horæ relaxare iugum eorum. Hæc audiens venator compunctus est, & multum proficiens in sermone senis discessit & fratres confirmati reuersi sunt ad loca sua. Maxima autem mihi cura fuit hæc scribere religiosissime frater, vt ab utroque periculo te immunem custodias, videlicet vt curam corporis non

Dei praponas seruitio, & rursus vt Dei seruitium explere queas corpori necessaria ministrare non cedes, quanquam tuum bonum mihi notum sit studium, sed & nunc admoneo, vt in secundo loco post continentiam discretionis virtutem memoria commendes.

¶ *De bono compunctionis que maxime ex mortificatione nascitur.*

Cap. IX.

Sed quia compunctio in omni opere est necessaria, commendanda est tibi ipsa virtus quatenus mortificationi iungatur compunctio. Puto enim, quod vera mortificatio ab aliquo possideri non possit nisi cum compunctione. Idcirco tuam charitatem, o frater horror, vt quicquid agis vel silentium teneas, vel abstinentiam facias, vel nuditatem ames, vel vigillas. furtiuas diligas, omnia pro Dei amore fac, & cum lachrymis. Si lachrymæ currunt adest tibi salutaris compunctio: ita duntaxat vt cum discretionis de qua supra dictum est, facias, vt per te non scandalizentur alij, sed potius edificentur. Simus ergo in omni opere nostro compuncti, vt possimus dicere Domino cum psalmista, holocausta medullata tibi offerimus: holocaustum vero totum incensum dicitur. Holocaustum ergo Domino offert qui

totū se Domino tradit, quod ad monachorum ordinem specialiter pertinet. Per medullam vero holocausti compunctio designatur. Holocaustum vero sine medulla est bonum opus sine compunctio. Hanc medullam ipse Psalmista alibi pinguedinem nominat: holocaustum inquit tuū pingue fiat. Magna est virtus compunctio de qua supra in Vitis patrum scriptum est. Erater quidam interrogauit alium senem dicens. Pater quid faciam? Dixit ei senex. Flere debemus semper. Cōrigit enim aliquem senem mori aliquando, & postmodum in se ipsum reuerti, & interrogauimus eum dicentes. Quid vidisti abba. Et narrauit nobis plorans. Audiui illic vocē sine mora dicentem, Veh nobis veh nobis, sic & nos semper dicere debemus. Apertissime vero in his verbis possumus cognoscere quare nobis semper flere cōueniat, scilicet, ne post vitæ huius discessum in luctum veniamus æternum. Vtile nanque consilium est hic ad tempus deplorare, quia hæc vita breuis est, labens est, misera est, cito transitoria est, illa alia vita nullum terminum habet, nunquam finietur, & sicut sancti sine fine gaudebunt cum angelis in celo, sic & peccatores sine fine cruciabuntur cum diabolo in inferno, & si lachrymas statim ut volumus inuenire

non possumus persistamus in precibus, quia Dominus nobis facile potest lachrymas dare: multi enim volunt lachrymas habere, sed non statim, ut illas volunt inueniant. Vnde supra in Vitis patrum scriptum est. Interrogauit quidam frater quendam senem dicens, Desiderat anima mea lachrymas habere sicut audio senes lachrymas effundentes & non veniunt mihi, & tribulatur anima mea. Dixit ei senex. Filij Israel post quadraginta annos intrauerunt terram repromissionis. Lachrymæ igitur sunt terra repromissionis ad quas si peruenieris multum timebis bellum: ita enim vult Deus affligi animam, ut semper desideret ingredi terram illam. Dicebant de beato Arsenio, quia toto tempore vitæ suæ ad opus manuum suarum panum habebat ante se propter lachrymas quæ crebro cadebant ex oculis eius. Hæc vero audientes, o charissime frater quantum debeamus nos præparare ad lachrymas pensamus, quod si illi tam sancti & iusti, & Dei facientes per omnia voluntatem sic se mortificabant quanto magis nos qui peccatores sumus flere & lugere debemus. Pensare enim debemus diem mortis nostræ & diem iudicij. Pensare etiam debemus qualis discussio ibi erit. Audiamus quid beatus Ammon frater se interroganti

roganti responderit. Frater quidam interrogauit abbatem Ammonem, dicens, Dic mihi aliquod verbum. Dixit ei senex. Vade ralem fac cogitationē tuam quemadmodum faciunt iniqui, qui sunt in carcere. Illi enim interrogant ubi sit iudex & quando venturus sit. Et in ipsa expectatione pœnas suas deplorant. Ira & monachus debet semper esse suspectus & obiurgare animam suam dicendo, Veh mihi quomodo habeo. stare ante tribunal Christi, & quomodo habeo actuum meorum reddere rationem. Si igitur sic semper meditatus fueris poteris saluus esse atque compunctus. Et tu, o frater fidelis hæc audiens fac sic, ut iste seruus Dei horratur.

Cogita de pœnis inferni vermis ibi non morietur, ignis non extinguetur luctus nunquam cessabit, pœna, nunquam finietur, & si semper hæc cogitaueris saluaberis, recole sēper illud quod abbas Helias dixit. Ego tres causas timeo. Primam quando egressura est anima mea de corpore. Secundam quando occursum sum Deo. Tertiam quando aduersum me sententia est proferenda. Et tu frater hæc meditare, hæc cogita hæc tracta solite, ut inferni laqueos possis euitare, & ad regna cælorum merearis conscendere. Legendum

hic est, quia scriptum est. Beati qui lugent quoniam consolabuntur. Nequaquam hoc de omni luctu dixit, quia sunt luctus multi, qui de parentum morte fiunt vel amicorum, & qui res quas desiderant adipisci non possunt, qui pro suo luctu non sunt beati. Solummodo illi lugentes beati sunt, qui sua vel aliorum lugent peccata, sicut Samuel deflebat Saul, & Paulus deflebat eos, qui non egerunt pœnitentiam a fornicatione & immunditia suam. Defleamus in hac vita nostra peccata & aliorum quia dictum est lugentibus, luctus vester vertetur in gaudium. Seminemus nunc in luctu, ut metamus nunc in gaudio cum quibus Psalmista dixit. Euntē ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Videns autem quomodo beatus in scripturis esse prædicatur luctus, audi adhuc quid supra in Vitis patrum scriptum sit de eo. Miserrunt aliquando senes de monte Nitrix ad abbatem Macharium maiorem in Scythi roganter, ut veniret ad eos alioquin sciret omnem multitudinem, ad se esse venturam, eo quod desiderarent eum videre. antequam migraret ad dominum. Qui cum venisset in montem congregata est

multitudo fratrum ad eum. Rogabant autem fratres ut faceret verbum ad eum. Ille autem lachrymas ait, ploremus fratres & producat oculi nostri lachrymas antequam eamus hinc ubi lachryma nostra corpora nostra comburant, & fleuerunt omnes proni in faciem suam dicentes. Pater ora pro nobis. Abbas etiam Siluanus aliquando sedens cum fratribus factus est in excessu mentis, & cecidit in faciem suam. Et post modum surgens, plorabat. Et interrogauerunt eum fratres dicentes. Quid habes pater? Ille autem tacebat & flebat. Compellentibus autem illis dixit. Ego ad iudicium raptus sum, & vidi multos de habitu nostro ire ad tormenta & multos secula res ire ad regna, & iugebat senex, & noluit deinceps exire de cella sua. Sed si exire cogebatur operisbat cucullam faciem suam dicens. Quid necesse est videre lumen hoc temporale in quo nihil est utile. Manifestum esse prudentiam tuam credo quam magna sit virtus compunctionis, per quam peccata deleantur & virtutes acquirantur. Nolo autem ut ab hac virtute tua sit mens aliena quae in pectoribus hominum habitat. Per hanc multi domino placuerunt per hanc diabolus vincitur, per hanc vitia superantur, per hanc Dominus ad misericordiam prouocatur, per veras etenim la-

chrymas ea quae dicta sunt complentur. Veras namque lachrymas habet, qui hoc non committit quod deflet hoc est docte plangere. Docte plangit, qui plangens malum quod fecit, non perpetrat quod iterum plangere debeat. Dicunt enim Iudaei, quia liberior est non poenitens quam qui adhuc agit quod poenituit.

¶ De qualitate compunctionis.
Cap. X.

Qua propter post luctum admonenda est beatitudo tua ut quod plangitur, desiderio emendandi, ne iterum delectetur diabolo suadente. Canis namque assimilatur omnis poenitens qui plangendo iterum committit quod plangat. Canis reuersus ad vomitum & poenitens ad peccatum. Multi enim lachrymas indefinenter fundunt & peccare non desistunt. Et ideo dilectissime charitatem tuam hortor ut quod plangis iterum iterare non velis. Scito ergo quod ille qui quod plangit iterum committit, similis sit illi qui lauat laterem erudum quia in eo quod magis lauat magis lutum facit. Esaias namque hortatur dicens. Lauamini mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Lauatur etenim & mundus non est qui quoddam peccatum plangit

git & iterat. Lauatur, & mundus efficitur qui quis plangendo malum quod fecit iterum non committit. De illa enim anima quae plangit mala sua & iterat, de ipsa scriptum est in propheta. Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Non ideo haec tibi scribo, ut de te suspicertalis, sed ut pleniter & lucide scias qualis compunctio esse debeat.

¶ Admonitio de modo orandi.
Cap. XI.

Et quia tibi manifesta est iam compunctionis virtus: restat ut modus orandi tibi pandatur. Dominus enim ostendit modum orandi cum rogatus a discipulis, ut eos doceret orare, dixit. Cum statis ad orandum nolite multum loqui sed dicite. Pater noster & reliqua. Oratio breuis esse debet, nisi forte ex affectu diuinae gratiae proteratur. De beato Arsenio dicebant, quia, vespere Sabati lucecente in Dominica relinquebat post se solem, extensis manibus ad caelum orans: donec mane die Dominico ascendens. Sol illustraret faciem eius. Et sic reuadebat. Videat ergo, o sanctissime frater charitas tua quam forsitan vir fuerit in orationis officio qui de vespere usque mane extensis manibus orabat. Non ideo hoc tibi scripsi, ut tu sic facere tentes,

sed ut affectum, & studium quod ille per totam noctem, vel etiam per totum tempus habebat, tu vel regularibus horis habere studeas & sic stes in oratione, ut mens tua concordet voci tuae. Audiatur igitur dilectio tua adhuc verbum de modo orandi. Narravit abbas Dulas qui fuit discipulus abbatis Bezarionis dicens. Veni aliquando in cellam abbatis mei, & inueni eum statem ad orationem & manus suas extenderat ad caelum, permanerat autem perficiens iugiter quatuor dies, & post haec vocauit me dicens. Sequere me. Et exeuntes perreximus in Eremum, & cum sitirem dixi. Abba sitio. Ille autem tollens per amdiscessit a me quantum iactus est lapidis & facta oratione attulit eam aqua plenam. Et iuimus in ciuitate Illico, & venimus ad abbatem Ioannem. Et saluantes eum fecimus orationem. Deinde sedentes coeperunt loqui de visione quam viderant. Dicebat autem se audisse de abbate Sifoyo, quia nisi manus suas cito deponeret, quando stabat ad orationem rapiebatur mens eius in superioribus. Si ergo contingebat aliquos fratrum cum eorare, festinabat cito deponere manus suas, ne raperetur mens eius & morareretur. Dicebat etiam senex alius, quia assidua oratione corrigit mentem. Dicebat quidam Patrum, quia sicut impossi-

possi-

possibile est, ut videat quis in aqua turbida faciem suam; sic & anima nisi purgata fuerit a cogitationibus alienis non potest contemplari Deum. Audisti quoque quod abbas Sisyus nisi cito dimitteret manus, caperetur in contemplationem. Quare ergo repente in contemplationem raperetur sine dubio mortificatus erant. Audiat igitur dilectio tua quale studium beatus Paulus monachus habuit orando, quod in Ecclesiastica historia scriptum habetur. Fuit Paulus de Lybia Scythij non minus quinquaginta habens monachos: nihil aut operabatur, neque percipiebat, nisi quod comedere tantum. Orabat autem solammodo, & veluti quoddam tributum habens impositum, trecentas orationes Deo vnaquaque die reddebat. Et ne vna die relinqueret trescentos lapides ponebat, & singulis orationibus lapidem in sinum mittebat. Expensis ergo lapidibus orationes sciebat esse completas. Multum igitur debemus nos humiliare, qui & longe ab illorum meritis quorum superius mentio facta est distamus, & sic prompti ad orationem facienda non sumus ut illi. Oratio vero sancta compunctioni magna virtus est. Volo quoque ut solerter attendas, quod Iesus Christus, ut dicitur Dominus saluator noster volens orare ascendit in mon-

tem. Ideo Iesus oraturus in montem ascendit, ut & tu montem orando conscendas. Nequaquam autem omnis, qui orat in montem ascendit. Ille vero qui in oratione mortem inimici sui querit aut res mundi huius ut honorabilior in hoc mundo esse possit nequaquam in montem orando conscendit. Aut contra, qui in oratione pro remedio anime suae siue pro aliorum peccatis Deum deprecatur, iste absque dubio in montem ascendit. Vide ut haec legas attentè Deo dicatus, ut ordinatim de mortificatione venias ad compunctionem, illamque habendo noscās modum orandi.

De pugna vitiorum aduersus virtutes. Cap. XII.

Sed quia lucide de nonnullis instructus es virtutibus, refertur ut mente perpendas, quanta luctatio sit vitiorum aduersus virtutes. Magnum quoque certamen est vitiorum aduersus virtutes. Tunc enim poteris omnia vincere vitia pugnando cum diuino adiutorio si contra singula opposueris virtutes. Solet enim vitiorum pugna aduersus virtutes ad profectum hominis venire quia per illud certamen mens exercitatur, & ab electionis vitio purgatur, contra singula quoque vitia virtutes sunt adhibendae. Contra luxu-

luxuriam mundicia cordis adhibenda est. Contra iracundiam vero patientia opponenda est. Mittenda est fiducia contra timorem. Contra torporem vero zelus opponendus est, contra tristitiam maiestas, adhibendum est gaudium spirituale: contra accidiam vero fortitudo assumenda est: Contra auaritiam assumenda est largitas. Contra superbiam autem humilitas proponenda est: contra odium assumenda est charitatis virtus. De hoc enim certamine Paulus dixit Apostolus Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Haec enim sibi inuicem aduersantur ut non quaecumque vultis illa faciatis. Et tu charissime haec legendo & memoria commendando stude contrahostis an tiqui insidias viriliter dimicare. Sine somnolentia grauar, stude illa vincere amando vigilia, quia somnolentia per vigiliam destruitur. Si te delectat balnearum usus veniat tibi ad memoriam beatus Iacobus frater domini, qui primus post Apostolos Hierosolymorum rexit Ecclesiam de quo Iosephus narrat, quod nunquam balneo usus fuit, nec lineis vestibus sit indutus nec caput suum secundum consuetudinem suae gentis oleo unxit. Si in dilectionem tibi delitiae veniunt propone ante oculos tuos Ioannem Baptistam, qui fuit in vtero ma-

tris suae sanctificatus, de quo dominus Iesus dixit quod nemo maior illo inter natos mulierum surrexit. Narrat de eo sanctum Euangelium, quod mel syluestre & locustas edebat. Si ei qui in te peccat qui tibi detrahit, aut maledicit vel in aliquo laedit non potes ignoscere, si vis, veniant ad memoriam quantalibet & qualia passus sit pro te Christus. Pro te enim homo factus est mortalis & passibilis, qui erat immortalis & impassibilis, assumpsit pro te carnem ex virgine in qua pareretur & moreretur. Pro te quoque fuit flagellatus, a lapiscus, sputis linitus, spinis coronatus ad extremum etiam crucifixus. Pro te enim haec omnia sustulit Christus ut te a diaboli potestate liberaret. Pedes vero in cruce quid dicebat? Pater ignosce illis, quia nesciunt qui offensionem illi fecerunt, qui sine peccato occidebantur pro suis inimicis orabat, tu si aliquam molestiam pateris ab aliquo non potes dimittere? Crede quoque si ista qua dico subtiliter cogitare volueris, omnibus in te peccantibus & ex corde facile dimittere pateris. Haec meditando, haec mente diligenter, poteris ira vincere, poteris omnes diligere, poteris dominum implere praecipium. Diligite inimicos vestros, benefacite his qui odierunt vos & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Spiritus tibi venit vo-

luntas vagandi, recole quod iam mortuus es, quod crucifixus es. Nunquid crucifixo homini venit voluntas vagandi? Non, quia nihil cogitat nisi de morte sua. Et tu iam mortuus es, huic mundo, vide ne aut tu illi, nec ille tibi reuifcat. Dic potius cum Apostolo Paulo. Mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Hac vero cogitando poteris vincere vagationē. Audi quid ipse Apostolus de pugna victorum aduersus virtutes doceat. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. Tu ergo si uis uiuere cum Christo, mortifica per virtutes omnia uicia. Per charitatem mortifica odium per gaudium spirituale occide tristitiam. Per pacem extingue dissensionem. Per patientiam mortifica impatientiam. Per bonitatem occide malitiam. Per mansuetudinem, extingue ferocitatem. Per continentiam mortifica intemperantiam. Per castitatem occide impudentiam. Si isto modo actus carnis mortificare curaueris sine dubio petenni letitia cum angelis in celo frueris.

De studio legendi. Cap. XIII.

Non est in his diu immorandum, quia transmitto charitatem tuam ad latissimum campum diuinarum Scripturarum, ut quod hic tibi deesse

cernis, ibi solerter perquiras. Quia propter oro dilectionem tuam, ut studium semper in te crescat legendi. Nullus enim puto potest perfecte Dei noscere praecepta, nisi qui legendi continuum habet studium. Quia quanto quisque in diuinis Scripturis assiduus fuerit tanto ex his maiorem intelligentiam capit, sicut terra, quae quanto magis excolitur, tanto amplius fructificat. Nam quamuis homo tardum sensum habeat aliquid tamen discere poterit ex scripturae mysterijs si habuerit assiduitatem legendi sicut scriptum est in Euangelio. Qui enim habet dabitur illi, & qui non habet etiam, quod uidetur habere, auferetur ab eo, id est, qui habet studium legendi, dabitur etiam illi intelligentiam legendi facultas, & qui legendi studium non habet etiam hoc quod uidetur habere, id est quod naturaliter bonum intelligit, propter ignorantiam eius auferetur ei. Et sic cur ille qui tardus est ad intelligendum pro sua bona intelligentia recipiet gloriam, ita ille qui talentum sibi datum negligit condemnabitur. Quapropter admonet charitatem tuam, ut studium habeas legendi, quia omnis profectus ex lectione procedit. Quae nescimus ex lectione discimus. Dicit enim Isidorus, quod in orationibus mundamur, lectionibus instruimur utrunque bonum est, si li-

si liceat, si non liceat melius est orare quam legere. Qui uult cum Deo semper esse frequenter debet orare, frequenter & legere. Nam cum oramus ipsi cum Deo loquimur. Cum uero legimus Deus nobiscum loquitur. Si haec ita sint à dilectissimo frater, necesse est tibi orandi legendi que studium habere. Lectio cognitio nem Dei administrat, lectio tenebras ignorantiae fugat lectio scientiam homini confert, lectionis studio Dei praeceptum eiusque sacramenta occulta discere solemus lectionis studio Dei omniumque virtutum amor nutritur. Per lectionem potes cognoscere qualis sit beatitudo, qualis gloria, qualis sit claritas, quae promittitur sanctis electisque omnibus. Per lectionem potes cognoscere qualis sit poena, qualis luctus, qualis fletus imminet malis & iniustus atque impijs hominibus. Per lectionem cognoscere uales quid auditori sint boni & mali in die iudicij malis enim a domino dicitur, ite in igne aeternum qui paratus est diabolo & angelis eius. Bonis uero dicitur, uenite benedicti patris mei percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Haec enim omnia lectione didicimus. Lectio enim manifestat, quomodo prospera, quomodo aduersa tolerare debeas. Quapropter subiū

gendum est hic aliquid quod legi de patrum exemplis qui infirmitates uel omnia aduersa pro amore Domini nostri Iesu Christi tolerare studuerunt ut tua charitas hoc legens hoc menti commendans illos uiribus totis imitari studeas.

Admonitio de peruersa aduersitate toleranda & maxima atque grauisissima infirmitate amanda.
Cap. XIII.

Hortor igitur ut si uel infirmitas uel alia contrarietas tibi acciderit quatenus perfecte ualeas scire qualiter tribulationes omnesque infirmitates tolerare debeas lectioni esto deditus, ibi enim inuenies scriptum ego quos amo arguo & castigo, si quos Dominus amat, arguit & castigat. Ergo & tu frater amari argui & castigari ab illo. Qualis cunque infirmitas tibi euenerit gratanti animo suscipe illam. Volo tibi unam rem de historia Tripartita narrare, quam uolo ut legas, & memoria commendes. Fuit Beniamin senex qui ualde clarus habebatur dono Dei ditatus ut sine medicamine tacte manus aut olei facta oratione sanaret egrotum. Hic fertur incidisse in hydropicam passionem & tantum eius corpus intruuisse ut non pelleret per inuam. cellula in

qua habitabat efferrī, nisi ianua cum tabulis autē positis sublata essent. Is ergo passionis suae tempore pene octo menses sibi ante mortem in cella latissima sedens curabat solenniter egrorantes, nō grauer fereas quomodo suae egritudini non prodesset, sed etiā se videntes cōsolabatur & deprecabatur vt rogarent Deum pro anima eius & de corpore non curarent quia dum sanus inquit essem nihil profuit mihi. ¶ Hunc Benjamin imitari studeo sanctissime frater, & in omnibus infirmitatibus tuis Domino semper gratias referas. Audiatur etiam dilectio tua de beato Stephano monacho qualiter in infirmitate sua Domino gratias agere studuit. Stephanus autem habitauit iuxta mare oceanum, perfecta degens & integra continentia. Qui circa sexaginta annos probatissimus monachus fuit & Antonio magno notissimus. Fuit itaque mansuetus & sapiens locutione, suavis & utilis tristantium consolabatur animos & ad alacritatem reuocabat, licet necessaria tribulatio proueniret. Talis erat in cladibus proprijs. Denique cum infirmitate incurabili captus esset & medici putrida membra eius abscessissent ille tamen operabatur manibus palmarum plectens folia, & praesentibus suadens vt de rebus huiusmodi

non dolerent nec aliud cogitarent nisi de bono fine. Deus inquit cuncta quae facit vtilia sunt. Ego autē nouiquia huiusmodi casiones pro peccatis eueniunt, & melius est hic poenas soluere quam post mortem perpetua supplicia sustinere. Stude ergo & tu similiter dicere quando tibi infirmitas vel alia contrarietas venit. Considerare quoque summopere debemus si illi qui sancti & iusti fuerunt Domino pro infirmitate gratias referebant quanto magis nos qui peccatores sumus & infirmitates & tribulationes amare debemus praesertim cum apostolus dicat, quod per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Si igitur per multas tribulationes intratur in regnum, amanda sunt tribulationes cum gratiarum actione tolerandae sunt tribulationes quatenus haeredes regni caelestis effici mereamur. Peccator enim qui in hoc mundo flagellari non meretur, in inferno torquetur. Optandum est nobis o frater vt hac in vita dum viuimus tribulationes & infirmitates pro Christi amore, & pro remissione peccatorum libenter animo sustineamus. Scire namque debet dilectio tua quibus modis Deus hominem flagellat. Primo modo flagellat ad probationem, sicut flagellatus est beatus

tuus

rus Iob & Tobias, qui probati sunt, vt essent flagellari & manifestari alijs ob causam exempli imitandi, vt eorum cognoscentes patientiam illos imitari studeamus. Secundo modo Deus homines flagellat, ne se extollant id superbiam vel in securitate ponant, quod ad sanctos specialiter pertinet sicut de seipso Apostolus dicit, & ne magnitudo reuelationum extollat me datus est mihi stimulus carnis meae angelus Satan, vt me collaphiceret, qui postquam cognouit, quod salubre fuisset illud flagellum dixit libenter ego gloriaber in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Tertio modo Deus hominem flagellat propter peccata, sicut Paralyticum cui dixit remittuntur tibi peccata dein de subiunxit, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Per hoc vero quod illi prius peccata dimisit, & deinde ab infirmitate curauit apertissime monstratur quod ei infirmitas propter peccata euenit. Quarto modo Deus hominem flagellat, vt sua virtus vel sanctorum suorum meritum demonstraret sicut de caeco nato Dominus in Euangelio dicit, neque hic peccauit neque parentes eius, vt caecus nasceretur, sed vt clarificetur filius Dei per eum. His verbis aperte declarat, quod ideo caecus natus fuerit, vt ab eo illumi-

natus virtus diuinitatis demonstraretur. Quinto modo Deus hominem flagellat, vt hic incipiat flagella sustinere quae postmodum sine fine sustinebit. Quod solummodo ad malos pertinet, sicut Antiochus, & Herodes hic inchoauerunt pati, quod postmodum in inferno passuri erant, de his scriptum est. Duplici contritione contere eos, id est in presenti, & in futuro. His quinque modis Dominus hominem flagellat, idcirco cognitum est, vt vnusquisque flagellatus timeat, & emendet flendo, quod fecit quatenus flagellum ad profectum ei eueniat. Admonenda est ergo beatitudo tua, vt & hos quinque modos quibus Deus hominem flagellat memoriter discas quatenus in omni infirmitate, vel tribulatione ante mentis oculos illos habeas. In his namque meditando flagellum Domini gratanti animo tolerabis. Firmiter enim debemus credere quod nullum peccatum, sine vindicta relinquitur. Aut enim hic per poenitentiam vnusquisque peccatum suum delet, aut Dominus pie per flagellum suum purgat, aut post mortem igne purgatorio purgabitur. Quod si his modis peccatum hominis non fuerit deletum post hanc vitam in ignem descendet aeternum. Hæc vero au-

f 2 diem

dies nequaquam de tua debes desperare salute, nequaquam cum desperatione dicere. multa sunt mala mea & innumerabilia peccata mea. Scito pro certo quod nullus tantum potest peccare quantum pietas Domini valet dimittere. Tantum enim est si poeniteat peccans si ad illum se conuertere studeat. Et quia sermo se insultit de venia peccatorum speranda uolo factum Theodosij imperatoris tibi ad memoriam reducere per quod & ad sperandam peccatorum veniam mens tua subleuetur, & ad lachrymarum fluentia proferenda, cor tuum compungatur. Cur desperabit aliquis peccator de venia si ad Dominum ex toto corde conuertatur, cum supradditus imperator septem millia hominum occidens lamentando & se reum agnoscendo veniam infra paucos dies potuit promereri. Ut igitur manifestissime cognoscere possit sanctitas tua, quomodo gesta sunt cur videlicet septem millia hominum occiderit & qua se occasione reum agnouerit, quomodo se humiliauerit, & quomodo veniam promeruerit verba historiae Tripartitae hic per ordinem sunt inserenda, per quae verba in multis proficere Domino adiuuante poteris virtutibus. Primum in speranda venia peccatorum, quia tantorum hominum sanguinis reus existes,

facile veniam impetrauit. Deinde in humilitate, quia cum imperator esset, per praedicationem beati Ambrosij tantum se humiliavit ut omnibus peccatoribus se inferiorem esse cognosceret. Deinde in lachrymis, quia cum Ecclesiam intrauisset, pauimentum ipsius ecclesiae lachrymis rigauit. Volo igitur ut hoc tuae charitati non sit incognitum, quod nemo simul in se omnia valet extinguere vitia. Nam dum quis prae passionem libidinis effugerit in auaritiam incurrit. Et cum ex auaritia desinauerit inuidiam fouea illi praeparatur. Et si inuidiam vicerit, mox vicium furoris, & alios plurimos laqueos ponit ei inimicus, per quos capere eum possit incautum. Non itaque facile est vitare hominibus vniuersas insidias hostis sed mens diuino solatio vigilans diuina protectione adiuta argumenta & machinamenta omnia antiqui hostis destruit.

De venia peccatorum speranda.

Cap. XV.

Theodosius namque imperator habuit passionem furoris, sed iusto furori immensam crudelitatem permiscuit. Quamobrem pro tua utilitate, ut in supradditis virtutibus eius lectione proficias, narrare necesse est. Thessalonica ciuitas

est.

est grandis & populosa. In qua cum orta esset seditio quidam ex iudicibus eius lapidari summatq; tracti. Hinc indignatus Theodosius iracundiae non refrenauit infirmitatem, sed iussit iniustos gladios super omnes euaginari, & una cum nocentibus innocentes interimi. Septem etenim millia hominum, sicut fertur locis a se non praecedente iudicio, sed tanquam in melle omnes simul incisi sunt. Huiusmodi cladem valde plenam gemitibus audiuit beatus Ambrosius, & cum princeps Mediolanum venisset & solenniter in sacrum templum voluisset intrare occurrit ei foris ad ianuam beatus Ambrosius, & ingredientem his sermonibus a templi ingressu prohibuit. Nescis imperator scelus perpetrare iracundiae, nescis a te quanta magnitudo peccati sit facta nec post causam tanti furoris, mens tua molem praesumptionis agnoscat. Sed forte recognitionem peccati prohibet potestas imperij, decet tamen ut vincat ratio potestatem: scienda quippe natura est, & ei mortalitas atque resolutio & puluis progenitorum, ex quo facti atque in quem redigendi sumus, & non flore purpureo confidentem infirmitatem operiti cor potest ignorare coaequalem hominum. Non est confidendum in purpura, sed magis consideranda

est conditionis aequalitas. Princeps es o imperator & conferuorum, vnus est enim Dominus omnium rex omnium & creator. Quibus igitur oculis immundis aspicias templum Domini, quibus calcabis pedibus sanctam illius pauimentum? Quomodo manus extendes de quibus sanguis innocens adhuc distillatur? Quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum Domini corpus? Quae praesumptione ori tuo potriges poculum sanguinis Domini? praesumptum furor sermorum tantus sanguis sit iniuste effusus? Recede igitur recede, ne secundo peccato priore nequitia augere conuersas. Suscipe vinculum quo te omnium Dominus nunc ligauit, est enim medicina maxima sanitatis. His ergo sermonibus imperator obediens (erat enim diuinis eruditio nibus nutritus) & aperte sciens quae sunt propria sacerdotum, & quae regum gemens & deflexus ad regalia remeauit. Cumque octo mensium continua transissent tempora appropinquauit natiuitatis saluatoris nostri festiuitas. Imperator autem lamentationibus assiduus in palatio residens continuas lachrymas incessabiliter expendebat. Ingressus autem Rufinus tunc curiae magister, & singularem fiduciam habens apud principem, & videns eum in lamentationem prostratum accessit

f i vs

vt lachrymarum causas inquire-
ret? At ille amarissime ingemi-
scens & vehementius lachry-
mas fundens, tu inquit Rufine lu-
dis & mea mala non sentis. Ego
autem lamento & gemo calami-
tatem meam, quia feruis quidam
& medicantibus aperta sunt
templa Dei, & propriam domum
ingredientes decenter exorant,
mihi vero ingressus ad ea non
est, insuper etiam caeli sunt clau-
si. Hac dicens verba singula sin-
gultibus interrumperebat. Rufinus
vero, curro inquit si tibi placet
& pontifici precibus persuadeo,
vt soluat vinculum quo te liga-
uit. Ait imperator. Non suadebis
Ambrosio. Noui enim decretum
illius esse iustum neque enim re-
uerberitur imperialem potentiam
vt legem possit prauaricari diui-
nam. Cumque Rufinus verbis
plurimis verteretur, & promittens
Ambrosium esse flectendum, im-
perator eum pergere cum festi-
natione praecipit. Ipse vero spe-
data paululum post est secutus,
credens Rufini promissionibus.
Porro vir mirandus Ambrosius
mox vt vidit Rufinum ait. Impu-
dentiam canum imitatus es o Ru-
fine tanta videlicet necis autor
existens pudorem ex fronte de-
tergens nec erubescens metuis
contradiuinam imaginem latra-
re. Cumque Rufinus supplicaret,
& imperatori diceret esse ven-

torum, superno zelo accessus Am-
brosius, ego inquit Rufine praedi-
co tibi, quoniam eum ingredi Ec-
clesiam prohibebo. Si vero impe-
rium in tyrannidem mutaueris,
necem & ego libenter suscipio.
Hac & alia plurima Rufinus au-
diens nunciavit imperatori vortu
antistitis, monens ne de palatio
procederet. At imperator haec in
media iam platea cognoscens per-
go inquit, Et iustas in facie susci-
pio contumelias. Cumque ad sa-
cra limina peruenisset sanctam
quidem basilicam non presump-
sit intrare, sed veniens ad anti-
stitem, & inueniens eum in salu-
tatorio residens supplicabat vt
eius vincula solueret at ille crude-
lem dicebat eius presentiam esse,
& contra Deum. v. e. sanire Theo-
dosium, eiusque calcare leges cui
Imperator dixit. Non insurgo ad-
uersus Ecclesiasticas sanctiones,
atque iniqui ingredi limina sacra
contendo, sed te soluere mea vin-
cula depono vt Domini clemen-
tiam pro me exorare studeas, nec
mihi iannam claudi praecipias,
qua Dominus noster cunctis age-
tibus poenitentiam aperuit. Tunc ait
antistes. Quam poenitentiam ostendi-
sti post tantas iniquitates quibus
medicaminibus incurabilia vul-
nera plagasq; curasti? At impera-
tor, tuum inquit opus est, & docere
& medicamina temperare, meum
vero est oblata suscipere. Tunc san-

Aus

Aus Ambrosius dixit. Quoniam
furore tuum iudicium commisi-
sti & non ratio protulit senten-
tiam, sed potius iracundia, scribe
legem quae decretum furoris eua-
cuet, vt triginta diebus sententia
necis atque proscriptio in li-
teris tantummodo maneat, & iu-
diciu rationis expectet. Qui-
bus transactis diebus ira videlicet
iam cessante ratio causam iudicis
apud semetipsam quae cognouerit
sub veritate disponat. In his enim
diebus agnosceretur si iusta sit senten-
tia quam protuleris iniusta. Si iu-
sta fuerit permaneat, si autem iniu-
sta destruat numerus. vero trigin-
ta dierum ad haec examinanda sus-
cipit, hac admonitione imperator
libenti animo suscipiens, & opti-
ma esse considerans, legem conscri-
bi repente praecipit & proprijs ma-
nibus literas confirmavit. Quo fa-
cto vinculum eius absoluit Ambro-
sius, quae lex haec tenus obseruatur.
¶ In tali namque tenore facta fuit illa
descriptio, vt si quos imperator
morti damnasset, usque ad triginta
dies seruarietur illis, quos ita Re-
gis vindicaret seuerius, & eorum
sententia esset suspensa, quatenus in
spatio triginta dierum ira quiescere
probasset, vtrum iudicasset iustum an
iniustum & quod iustum probasset
facere studuisset. Sic itaque sacra-
tissimus Imperator ingredi limi-
na praesumens non stans domino super
plicauit neque genu flexo, sed pro-

nus in pavimento iacens Dauidi-
cam vocem proclamauit. Adhaesit
pauimento anima mea viuifica me
domine secundum verbum tuum, Mani-
bus autem capillos euellens frou-
temque percutiens & pavementum la-
chrymarum guttis aspergens veniam
impetrare poscebat. Cumque tempus
 accederet quomunus ad altare so-
lebat offerre surgens cum lachrymis
est ingressus. Cum autem obtulisset
sicut solitus erat in camera stetit.
Rursus autem Ambrosius non quie-
uit, sed differentiam locorum edocuit,
& primo quidem quaesuit quid
ibi expectaret. Imperatore autem
dicente sustinere se sacrorum my-
steriorum perceptionem per ar-
chidiaconum remandauit. O im-
perator interiora loca tantum sa-
cerdotibus collata sunt quae ex-
teris nec ingredi, nec contingere
fas est. Egrede igitur & hanc
expectationem cum ceteris ha-
be communem, purpura namque
Imperatores, non sacerdotes fa-
cit. Tunc fidelissimus Imperator
etiam hanc traditionem animo
gratari suscipiens remandauit di-
cens, Non audacia causa in tra-
cellos mansi sed in Constantino-
poli hanc consuetudinem esse co-
gnoui. Vnde ago gratias pro hu-
iusmodi medicina. Tali ergo &
tanta virtute & praesul & Impe-
ratorum clarebatur. Ego namque vtrius-
que opus admiror, illius fiduciam,
huius autem obedientiam, id est

f 4 fidu-

si lacrimis feceritis & obedientiam regis. Illius zelus iterum huius. Illius pacem, id est, huius. Illius in sacerdotibus, tibi pacem in rege. Legitur extimam esse opus iam nunc, narratur; quod tibi potest exitate. O sanctissime frater, & Deo dicere in custodia multarum virtutum. Hac enim Theodosij Christianissimi principis & beati Ambrosij sanctissimi pontificis contentio, sanctum prouocat hominem ad sperandam vanitatem peccatorum ob quam maxime causam hanc sanctam contentionem tibi scribere contulit. Prouocatur etiam durum & lapideum cor ad lachrymas proferendas; incitat & ad zelum forem. Deprecor vero dilectionem tuam ut hunc actum, hanc sanctissimam poenitentiam pijsimi principis & zelum sanctissimi pontificis crebro legas, quia magnus animi profectus incalaret. Si itaque ea quae tua sanctitati scripsi prudentissime frater perficere potueris opera; id est, si profusa a te omnia vitia protuleris & quae in admonitione narrantur bona custodire volueris scito quod non tuis viribus hoc facies, sed illo inspirante & adiuuante qui dixit in euangelio, sine me nihil potestis facere. Non solum facere sed ne cogitare quidem aliquid boni valeamus nisi illo operante, illo do-

nante a quo omne bonum procedit. Audi quoque attente quid Dominus de hac causa per Hieremiam prophetam dixit. Non gloriatur sapiens in sapientia sua. Non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur dives in diuitijs suis; sed gloriatur in hoc qui gloriatur scire & intelligere & nosse me. Per haec enim verba omnis auferitur superbia, quia sapientia & fortitudo & omnes opes reputantur in nihilum, & ista est gloriatio ut sciat & intelligat quod ipse sit Dominus qui fecit misericordiam & iudicium & iustitiam in terra. Ex isto quoque loco sumpsit apostolus Paulus illud exemplum quod Corinthijs scripsit dicens. Fratres qui gloriatur in domino gloriatur. Vbi sunt illi qui dicunt hominem proprio arbitrio regi? Vbi sunt illi qui dicunt quod a nobis bonum inchoare possumus? Nequaquam illis credere debemus, quia nec cogitare (quanto minus perficere) valeamus bonum nisi ipso Domino adiuuante. Ergo si Domini gratia largiente bonum opus peregeris, & ea quae beatitudini tuae scripsi cuncta perfeceris, non tuis viribus, non tuis meritis deputa, sed illius qui in te operatur, & dat perficere pro bona voluntate, cui est honor, potestas, & imperium per infinita secula seculorum. Amen.

¶ De

¶ De lectione Sanctarum scripturarum
vbi in quodam speculo homo seipsum considerare potest qualis sit vel quo tendat. Cap. XVI.

Sanctarum lectio scripturarum diuina est cognitio beatitudinis. In his enim quasi in quodam speculo homo seipsum considerare potest qualis sit vel quo tendat. Lectio assidua purificat animam timorem incutit gehennae; & ad gaudia aeterna cor infligat legentis. Geminum confert donum lectio Sanctarum scripturarum, siue, quia intellectum mentis erudit, seu quod a mundi vanitatibus abstractum hominem ad amorem Dei perducit, labor honestus est lectionis, & multum ad emendationem animae proficit. Sicut enim ex carnalibus excis alitur caro, ira ex diuinis eloquijs homo interior nutritur & pascitur. Quam dulcia faucibus meis (inquit Psalmista) eloquia tua domine super mel & fauam ori meo. Sed ille beatissimus est, qui diuinas scripturas legens verba vertit in opera. Omnis plane Scriptura sancta ad nostram salutem scripta est, ut proficiamus in veritate & cognitione, sapientius caecus offendit quam videns. Sic ignorans legem Dei sapientius ignoranter peccat quam ille qui scit. Sicut caecus sine ductore, sic homo sine doctore viam

rectam vix graditur. Vana lectio, vacua meditationi scripturarum, vacua in lege Dei. Habere in diuinis literis frequentiam assiduitatis legendi. Sit tibi frequens lectio, Lectio sensus & intellectus augetur. Lectio enim docet quid caueas, ostendit quod timeas multum proficies si legis si facis tamen quae legis.

¶ De pace. Cap. XVII.

Saluator noster ad patrem rediens, speciale munus discipulis dedit unitatis, scilicet, & pacis praecipua, dicens, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. In pace vos dimisi. In pace vos inueniam. Proficiscens voluit dare, quod rediens desiderabar in omnibus inuenire. Cuius pacis ornamenta mirabiliter alio loco ostendit dicens. Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Et filius Deus incipit vocari, qui pacificus esse iam cepit. Non vult filius Dei dici, qui pacem noluerit amplecti. Negat sibi patrem Deum qui pacificus esse contemnit. Sed pax haec, cum bonis & Dei praecipua seruantibus custodienda est, non cum iniquis & sceleratis, qui pacem inter se habent in peccatis suis. Pax Christi ad salutem proficit sempiternam, pax quae in diabolo est, ad perpetuam perueniet perditionem.

¶ Pax

Pax cum bonis & bellum cum
vitijs semper habendum est. Ma-
la quidem hominum impiorum
odio habenda sunt non homines
ipsi quauis mali sint quia crea-
turae Dei sūt. Pax vero quę in bo-
nis est, concordiam fratrum & cha-
ritatem proximorum copulat. Pax
spiritum Dei specialius promere-
tur. Pax dilectionis mater est. Pax
iudicium est sanctitatis de qua do-
minus per prophetam ait. Pacem
& veritatem diligite. Pax plebis
sanctitatis gloria sacerdotis, patrię
lætitiā & terror hostium siue visi-
bilitatem siue inuisibilitatem. Omni-
bus viribus pax est custodienda,
quia semper in Deo manet, qui
in pace sancta manet cum sanctis
dei. Sacerdotis est in pace populū
admonere, quid debeat agere. Po-
puli est in humilitate audire quid
moneant sacerdotes. Quicquid nō
licet, pastoris est ne fiat prohibe-
re, & plebis obedire ne fiat.

¶ *Epistola sancti Macharii ad mona-
chos. Cap. XVIII.*

IN primis quidem si cōperit
homo semetipsum agnoscere
cur creatus hic sit si quæsierit
factorem suum Deum, & pœnite-
re de his voluerit quę commisit
in tempore negligentię suę: sic
demum benignus Deus dat illi tri-
stitiā pro peccatis & postea per
suam benignitatem dat illi affli-
ctionem corporis in ieiunijs, in
vigilijs, & orationum instantia,

& contemptu mundi, vt libens
illatas iniurias sufferat, & odio
habeat omne refrigerium corpo-
rale, & diligat plañctum magis
quam risum. Post hæc tribuet
illi desiderium & fletum & hu-
miliationem cordis & humilita-
tem, vt trabem oculi sui confide-
ret non alterius festucam nitatur
auferre, & dicat semper quoniā
iniquitatem meam ego cognosco,
& delictum meum contra me
est semper. Semper exitus sui
memor sit, & quomodo in con-
spectu Dei occursum sit, & iu-
dicia & pœnas describat in con-
spectu mentis suę, necnon etiam
merita & honores, quę danda
sunt sanctis. Si autem cognoue-
rit, quia cor ipsius firmatum est
in timore Domini, & non dimit-
tit locum suum, sed fortiter resi-
stet aduersario suo ille perfectus
monachus & miles Christi voca-
tur. Vt enim cum multo nauis
vndarum icu obruitur, sic mul-
ta possidens monachus non sal-
uatur. Nihil possidens monachus
quasi aquila ad excelsa peruolat.
Tunc descendit ad escas quando
compellit necessitas. Prudens
monachus non adulabitur pro-
pter voluptatem ventris diuiti-
bus. Nihil possidens monachus
velut cursor leuis sagacius perue-
nit ad brauium. Qui vult cum Deo
semper esse: debet frequenter ori-
re & frequenter legere. Nam cum
ora-

oramus ipsi cum Deo loquimur:
cum vero legimus Deus nobiscum
loquitur. Orationibus autem mun-
damur, lectonibus instruimur.
Vtrumque bonum est, si liceat me-
lius est enim conferre quam lege-
re. Quod enim obscurum est, aut
dubium conferendo cito conspi-
citur. Quatuor sunt necessaria in
Ecclesia Dei, canonica diuina in
qua narratur & predicatur, vita
futuræ historia in qua narratur res
gesta, numerus in quo facta futu-
rorum & solennitates diuine enu-
merantur, grāmatica in qua scien-
tia verborum intelligitur. Nemo
renunciens seculo bene potest vi-
dere, quod contempsit vt videret
Quicquid in sumptus de tuo tuleris
pro lucro deputa. Antiquum
dictum est: auaro tam deest quod
habet quam quod nō habet. Cre-
denti totus mundus diuitiarum:
infidelis autem obolo indiget, sic
viuamus quasi nihil habentes, &
omnia possidentes. Victus & ve-
stitus diuitiæ Christianorum sunt:
si habes in potestate rem tuā ven-
de si non habes proijce. Tollenti
unicam & pallium relinquendum
est. Nisi tu semper crastinus &
in diem de die trahens caute, &
pederentim possessiunculas ven-
dideris non habet. Christus vnde
alat pauperes suos. Qui totum se
dedit totum obtulit. Apostoli na-
nim & rete tantum reliquerunt.
Vidua duo æra misit in gazophi-

laciū, & præfertur Cressi diuitijs.
Facile contemnit omnia qui sem-
per cogitat se esse moriturum. Ec-
ce duo viri steterunt. In Mathæo
vnus angelus, in Marco adolescens
in Ioāne duo angeli, in Luca duo
viri dicuntur, id est multa itinera
mulierum & diuersa sunt visio-
nes vel vnū & vna visio, & disti-
miles sunt narrationes Euangeli-
starum Lintheamina sola posita
ostendit, quod non indigent cor-
pora vestimento post resurrectionem.
Secum mirans id est, quod
reliquit Lintheamina transitus in
Christo, resurrectio vita æterna.
Prima est cogitare de domino vt
desideremus. Secunda de passione
vt sustineamus. Tertia de hora
transitus vt simus parati, Quarta
de die iudicij vt rationem redda-
mus. Quinta de inferno vt timea-
mus. Sexta de vita æterna vt desi-
deremus. ¶ Tribus modis diabo-
lus securitatem in mentem homi-
nis immittit. Primū suggerit ho-
mini, vt nō faciat confessionem
quia iuuenis est. Secundo, dicit,
quia alij grauius peccauerunt quā
tu, & diu vixerunt. Tertio dicit
tu pecca, quia magna est clemen-
tia & misericordia Dei, indulge-
bit tibi peccata tua, & per hanc
securitatem ducit eum in infer-
num. ¶ Diuersas medicinas a-
nimę Deus ostendere dignatus
est. Alius per eleemosynam, alter
per obsequium alias per hospita-
litatem

hinc alter per ieiunium & vigiliis, alius per continentiam, alius per castitatem, alter per benignitatem alius per obedientiam, alter per humilitatem, alter per patientiam. Alij datur per spiritum sermo sapientie, alij sermo scientie, alij prophetia, alij genera in guarum, alij dona sapientum, alij discretio spirituum. Omnia operatur vn^o atque idem spiritus diuidens, singulis prout vult. In psalmis itaq; inuenies, si intenta mente perscruteris, Domini verbi incarnationem passionemque & resurrectionem, atque ascensionem. In psalmis inuenies tam intimam orationem si intenta mente perspexeris sicut non potes vllatenus per te ipsum excogitare. In psalmis inuenies intimam confessionem peccatorum tuorum & integram deprecationem diuinae atque Domini misericordiae. In psalmis quoque inuenies omnium rerum quae tibi accidunt intimam gratiarum actionem. In psalmis confiteris infirmitatem tuam atq; miseriam, & per id ipsum misericordiam Dei, puocas. Omnes enim virtutes in psalmis inuenies si a Deo merueris, vt tibi reuelat secreta psalmorum. Etiam si volueris intima mente exercere te in diuinis laudibus ac precibus & mandatis caelestibus, psallimus, Beati immaculari decanta. Et licet vsque ad obitum vite tue

huius psalmi virtutem contempleris atque seruteris, nunquam vt puto illum, perfecte intelligere poteris, in quo nullus versus est, in quo non sit vel via Dei vel lex, vel mandatum seu preceptum vel verba aut iustificationes vel iudicia aut sermones Dei descripti. Et ideo non est opus vt per diuersos libros animo diffundaris. In psalterio solo habes materiam legendi vsque ad obitum vite in quo inuenies prophetas, Euangelia & Apostolos & omnes libros diuinos spiritualiter atque intelligibiliter ex parte tractatos & descriptos. Et priorem atque secundum aduentum Domini ibi inuenies prophetarum, incarnationem quoque ac passionem & resurrectionem atque ascensionem dominicam. Et omnem virtutem diuinorum dictorum inuenies in psalmis si intima mente perscruteris & ad medullam intimi intellectus per Dei gratiam perueneris. Camera Christi cum homine Dei est correctum & bonum. Fundamentum ipsius camerae est fides, altitudo eius est spes, latitudo est charitas, longitudo eius est perseverantia, latera eius sunt concordia & pax, frondes ipsius sunt iustitia & veritas, pulchritudo eius est exemplum bonorum operum, fenestrae ipsius sunt dicta sanctorum pauimentum eius est humilitas cordis,

cordis, camera eius sunt boni pofitices, interligatio eius est vinculum pacis, testum eius est fidelis dispensator, piscis eius est meditatio caelestis. Mensa Christi in camera sua est bona conuersatio. Mysterium Christi in camera sua est bona memoria, bacinus Christi bona est voluntas, canticellus Christi est nitor conscientiae. Cadhedra Christi est serenitas mentis. Sponsa Christi anima sancta, camerariae Christi virtutes spirituales sunt. Prima sancta charitas dicta est, illa regit cameram Christi. Est sancta humilitas, illa est thesauraria in camera. Est & sancta sapientia illa facit luminaria in camera. Est sancta puritas illa copat cameram. In camera est incta bonitas illa incensum po-

nit, in camera est sancta diligentia mentis, illa ornat cameram. Est & sancta abstinentia, illa parat mensam, in camera est sancta temperantia, illa miscet in camera cum cantillo, & ipse cantillus est nitor conscientiae, est & sancta vigilatia, illa seruat cameram Dominicam, estque sancta poenitentia, illa facit disciplinam in camera. Est etiam sancta & bona conscientia, illa est portaria in camera. Istas totas supradictas ipsa peperit & mater earum est. Est sancta perseverantia illa nutrit earum est vsque ad finem perfectum. Prestet nobis itaque Dominus vt inueniat in nobis talem mansionem, qui vivit & regnat Deus in secula seculorum. Amen.

Finis Vitas Patrum.

INDEX COPIOSVS

RERVM, ET SENTENTiarum notabilium, quæ in hoc opere continentur, ordine Alphabetico dispositus.



- A*
 Pollonij confessoris vita, doctrina, simulachrorum combustio, populi conuersio, & miraculorum eius ostensio. pag. 21.
 Ammonis & fratrum eius conuersatio. pag. 18.
 Ammon abbas draconem interfecit: & latronem conuertit. pag. 32.
 Ammonius plenus gratia duos fratres habuit & multa monasteria construxit. pag. 57.
 Appellen ferrum ignitum nudis manibus protulit & diabolo in faciem proiecit. pag. 46.
 Apollonius ad martyrium hortabatur Philonem conuertit rorem de celo pro extinctione ignis impetrauit: seducentes ad martyrium conuertit & martyrium consummauit. pag. 53.
 Ammon nuptias reliquit, monasteria Nymra inchoauit, inuenit in rabie versum sanauit. pag. 65.
 Athanasij episcopi prefatio in vitam sancti Antonij monachi. pag. 76.
 Antonij abbatis vita ab Athansio episcopo Alexandrino conscripta & ab Euagrio presbytero e Græco in Latinum translata atque a beato Hieronymo hic inserta. pag. 77.
 Anacoretarum peruersa dogmata cælitus persensit atque cervice perchomius. pag. 344.
 Argentum deftanno factum. p. 367.
 Abbatis Moysi tentatio. pag. 451. §. ix.
 Agathonis vita. pag. 460. §. xx.
 Anastasij monachi patientia. p. 467. §. xxix.
 Adolefcens renuncians mundo vestimenta sibi abstraxit. pagin. 484. §. lxxij.
 Abbas Achilla. pag. 489. §. lxxxvj.
 Abbas Mutue. pag. 490. §. xc.
 Abbas Moyses. pag. 493. §. xcviij.
 Abbas Ioannes & Prior. pag. 520. §. cxxvj.
 Anachoreta quem compulerunt fratres ante heretici comedere. pag. 58. §. cxl.
 Athanasius episcopus rogauit beatum Pocmen Alexandriam ire. pag. 512. §. clivj.
 Anachoreta venit ad sanctum Pocmenem. pag. 518. §. clxxiij.
 Abbas Pocmen ueniens de Scythia venit Teremitidis. pagina. 525. §. clxxvij.

INDEX.

Angelus in congregatione seniorum
xij. psalmos visus fuit cantasse.
pa. 73 c. xvij.
Anachorita in creta. p. 746. c. xxxvi.
Abrenuntiatio perfecta contra philar
giam. pag. 732. §. e. xvij.
Admonitio de laude charitatis pag.
720. c. j.
Appetitus vestimentorum. ca. vij.
B
Eronis vita & conuersio. pa
gin. 19.
Basilij Archicameræ Capado
cię episcopi. pag. 429
Basilij tempus quo doctrine vacauit
& conuersio magistræ sui Euboli.
pag. 430.
Basilius episcopus factus missam com
posuit, & Saluatorem nostrum cum
apostolis sanctis vidit. pag. 433.
Beatus Apollo liberatus est a Æmo
naco. pag. 463 §. xxij.
C
Opretis presbyteri eremite vi
ta & conuersio. pag. 34.
Cellia locus eremi. pag. 57.
Cronij. pag. 59.
Charitas Pachomij. pag. 34.
Certamen beati Pachomij contra de
mones. pag. 472. §. xxxiiij.
Commonitione quad desiderat mona
chus comedat. pag. 479. §. xlv.
Commonitio Macharij. pagin. 489.
§. lxxxij.
Commonitio Sancti Antonij. pag. 517.
§. clxvj.
Commonitio Moysi. §. 24. §. clxxxij.
Commonitio cuiusdam senis. pagina.
527. §. cxciij.
Commonitio Ioanis abbatis. pag. 523.
§. cxcvj.
Compunctio. pag. 530. §. cciiij.
Contentia. pag. 532. §. ccvij.
Cum quanta discretione & cautela
suscipiunt in monasterio abrenun
tiantes seculo. pag. 735. c. xxj.
Collatio de discretione. p. 743. c. xlv.
Confessio proprij delicti. pagin. 751.
c. xlvj.
Contentio vitanda. pag. 785.
D
Ioscori presbyteri vita & con
uersio. pag. 55.
Didymi conuersio & vita.
pagina 58.
Diaboli illusiones & insidia. p. 318.
Diues in paupertate cecidit. pag. 369.
Damianus diaconus. pag. 376.
Duo clerici calciamenta facientes.
pag. 406.
Discipulus cuiusdam senis impugna
batur a spiritu fornicationis. pag.
449. §. vij.
Diabolus per occasionem lucerna im
pugnabat duos fratres germanos.
pag. 456. §. xvij.
Discipulus abbatis pauli legnam alli
gauit. pag. 465. §. xxvj.
Discipulus cuiusdam senis perrexit
haurire aquam ad puteum. p. 466.
n. xxxvj.
Demon pulsato hostio Macharij glo
riabatur se cogitationes pranas mo
nachis seminare. p. 476. §. xxxix.
Dispu-

INDEX.

Disputatio cuiusdam senis super satu
ritate ventris. pag. 478. §. xliij.
Duo fratres qui ad abbatem Heliam
perrexerunt: quos & reprehendit
quod corpulenti essent. pag. 483.
§. lx.
Discretio Agathonis abbatis. p. 486.
§. lxxi.
Discipulus cuiusdam Philosophi. pag.
488. §. lxxx.
Duo fratres habitantes pariter pro la
tere volebant rixari & non potue
runt. pag. 491. §. xcij.
Duo fratres vnus religiosus alter obe
diens. pag. 505. §. cxxxv.
Duo monachi quorum vnus rogabat
iuniorem: vt pariter habitaret.
pag. 508. §. cxij.
De eo quod non sibi quis vult alteri
ne faciat. pag. 508. cxliij.
De contentionibus vitandis. pag. 519.
§. clxxv.
Duo iuuenes venerunt ad Sanctum
Macharium volentes habitare cum
eo. pag. 522. §. clxxxij.
De profectu patrum. pag. 532.
Discretio quanta & obseruantia in
oratione tenenda sit. pagina. 748.
c. xli.
De seno monacho Macharcom. pag.
745. c. xxxiiij.
Duo adolescentes qui ficus ad agro
tum freres in iunere defuncti sunt.
pag. 746. c. xxxvii.
Diabolus ostendebat monacho exer
citus Christianorum & Iudæorum.
pag. 750. c. xlv.
Demonium impugnatio. pag. 483.
E
Vlogij mentium scrutatoris vi
ta & conuersio. pag. 46.
Euzrij in discretione spirituum
sapientissimi. pag. 59.
Euzrij presbyteri prologus ad Inno
centium episcopum in vitam bea
ti Antonij abbas. pag. 76.
Eufrosine virginis vita. pag. 211.
Eufrosine virginis conuersio. pag. 234.
Eleemosyna quæ apparuit in simili
tudinem puellæ. pag. 366.
Episcopus amator pecunie. pag. 388.
Eubolus baptizatus est in Iordane.
pag. 432.
Eugenie virginis. pag. 412.
Effren vita. pag. 444.
Enlali monachi humilitas. pag. 466.
§. xxvij.
Exhortatio beati Poemen in simili
tudinem proposita. pag. 481. §. lv.
Exhortatio cuiusdam senis. pag. 496.
§. ix.
Exhortatio abbatis Nutues. pa. 499.
§. cxvj. (§. lxxij.)
Ex quibus rebus ira gignitur. p. 486.
Exhortatio cuiusdam senis ad instr
mum discipulum. p. 509. §. cxlvij.
Episcopus qui cognoscebat in facie qui
essent iusti & qui peccatoris.
pag. 513. §. clvj.
Exhortatio ad monachum nouum pag.
742. c. xxxj.
Exhortatio contra Diabolum. p. 347.
Exhortatio dotrice. pag. 784.
F
Frontonij vita & conuersio. p. 20.
Fluxum sanguinis restrinxit Pa
chomius

INDEX.

- Charius vestimento. p. 334.
 Frater qui impugnabatur ei sepius
 veniens confitebatur seni. p. 450.
 Fratres duo monachi pariter habita-
 bant quos senior in communione
 hortari probare voluit. pag. 461.
 §. xxij.
 Famula Dei alebat monachum infir-
 mum. pag. 462. §. lxxij.
 Frater peregrinus qui venit ad Abba-
 tem Silvanum in monte Syna. pag.
 480. §. l.
 Famula qua abiit ab vrbe Roma ad
 sanctum Arsenium. p. 483. §. lxj.
 Frater quem sanctus Antonius iussit
 ut carnes sibi dorso imponeret.
 pag. 484. §. lxxij.
 Frater qui servabatur cuidam fratri
 victum. pag. 486. §. lxx.
 Frater qui equanimiter sustinebat
 irrisiones. pag. 487. §. lxxvj.
 Frater qui consuluit Abbatem Syso-
 yum si deberet se manibus desen-
 dere. pag. 487. §. lxxvij.
 Frater quem presente sancto Anto-
 nis alij collaudabant. pag. 489.
 §. lxxxij.
 Fratris cuiusdam interrogatio ad abba-
 tem Poemenem. p. 493. §. xcvi.
 Frater cui in monasterio conigit cul-
 pa & fugit ad sanctum Antonium.
 pag. 503. §. cxxvij.
 Frater in eremo pascitur pane calico.
 pag. 724.
 Frater quidam Ibis exemplo didicit
 quid de herbis edere. quid de respu-
 ere deberet. pag. 728. §. cix.
 Frater quidam 50. annis in monte Sy-
 nai constitutus non patitur aliorum
 fratrum accessus. pag. ead. §. cx.
 H
 HOR. abbas cui diuinitus col-
 lata est literarum scientia.
 pag. 16.
 Heleni vita & conuersatio. pag. 41.
 Helias septuaginta annis in eremo
 clauit viriutibus. pag. 45.
 Hieronymi presbyteri prologus in vi-
 tam sancti Pauli prima eremita.
 pag. 67.
 Hieronymi presbyteri prologus in vi-
 tam beati Hilarionis. pag. 125.
 Hilarionis eremita vita. pag. 126.
 Hieronymi presbyteri prologus in vi-
 tam sancti Malachi capituli mona-
 chi. pag. 146.
 Humilitas Pachomij. pag. 325.
 Hospites separatim a cœnobis bespi-
 tium habere debent. pag. 333.
 Hæbreus vidit infantem pariri in
 manibus Basilij tempore sacrifi-
 cij. pag. 434.
 Heremita impugnabatur super specie
 cuiusdam mulieris ad quem venit
 alius monachus & nunciavit quod
 mortua esset ipsa. pag. 451. §. x.
 Heremita præsinit celullam suam la-
 teris. pag. 463. §. xxv.
 Heremita iuxta quem infantes pasce-
 bant pecora. pag. 489. §. lxxxvij.
 Heremita se desperans reuertebatur
 ad seculum quem vox diuina reuo-
 cavit. pag. 494. §. c.
 Heremita cui quidam secularis mini-
 strabat. pag. 496. §. cxj.
 Heremita qui discipulum suum mi-
 sit ad

INDEX.

- st ad vicum. pag. 504. §. cxxxij.
 Humilitas perfecta. pagin. 515. §. clxj.
 Habitus Aegyptiorum monachorum.
 pag. 732. c. xv.
 Heron monachus. pag. 749. c. xliij.
 Homo potest reconciliari Deo vno die
 per penitentiam. pag. 779.
 Homo in se mortificare vitia potest. p.
 783.
 Homo non potest inuenire requiem in
 hac vita. pag. 790.
 I
 Ioannis Aegyptij in rupe vita &
 conuersatio. pag. 1.
 Isidori monasterium. pag. 52.
 Inquisitiones Philosophi. pagin. 342.
 Ioannis & Sophronij vita & conuer-
 satio. pag. 392.
 Interrogatio circa eleemosynatores. p.
 399.
 Ioannis Elymonis testamentum. p. 407.
 Interrogatio quorundam fratrum ad se-
 nem super causa abstinentia. pag.
 447. §. j.
 Interrogatio cuiusdam monachi ad be-
 atum Poemen super impugnatione.
 pag. 451. §. xv.
 Index qui desiderauit videre beatum
 Poemen & non potuit. pagin. 458.
 §. xix.
 Ioannis monachi qui desideratus fuit à
 sua sorore. pag. 469. §. xxxj.
 Interrogatio cuiusdam fratris ad ab-
 batem Sisoium quomodo debeat mo-
 nachus in celta degere. pag. 477.
 Ioseph abbas. p. 515. §. clviij.
 Iugitas abstinentie sancti Antonij. p.
 500. §. cxxxj.
 Iuueris ad eremos pericula. pag. 68.
 Ioannis monachi qui dixit fratri suo:
 vellem esse securus sicut angeli. pa-
 480. §. liij.
 Interrogatio cuiusdam super cogita-
 tiones. pag. 482. §. lvij.
 Interrogatio ad S. Poemen & intro-
 gatio eiusdem. pag. 495. §. cvj.
 Ira vincenda est. pag. 486. §. lxxij.
 Interrogatio fratrum ad senem Moysen.
 pag. 488. §. lxxxij.
 Interrogatio ad abbatem Isaac cur eum
 demones timerent. pagina 489.
 §. lxxxv.
 Interrogatio Ioannis abbatis. p. 489.
 §. lxxxvij.
 Interrogatio cuiusdam ad abbatem Si-
 soium. pag. 494. §. cxxx.
 Interrogatio ad quendam senem. pag.
 ead. §. cvj.
 Interrogatio ad abbatem Achillem. p.
 495. §. cvij.
 Interrogatio ad abbatem Antonium.
 pag. ead. §. ciiij.
 Interrogatio ad abbatem Moysen. p.
 495. §. cv.
 Interrogatio ad abbatem Poemen. pa-
 ead. §. cvj.
 Interrogatio ad beatum Poemenem su-
 per questione. pag. 500. §. cxxxij.
 Ioannes debens cuidam solidum inue-
 nit in via paratum. pagina. 507.
 §. cxxxvii.
 Ioannes Thebeus 12. annis cuidam ser-
 uauit. pag. 519. §. clvj.
 Interrogatio cuiusdam ad senem. pag.
 482. §. lvij.
 Interrogatio cuiusdam fratris ad se-
 nem

INDEX.

nem Poemen. p. 483. §. lix.
 Interrogatio ad Sifoyum. pagin. 516.
 §. clxiiij.
 Interrogatio ad abbatem Siluanum. p.
 516. §. clxxv.
 Interrogatio cuiusdam ad senem. pag.
 517. §. clxxviij.
 Interrogatio fratris ad senem. p. 517.
 §. clxxj.
 Interrogatio cuiusdam fratris de silen
 tiij obseruantia. pag. 519. §. clxxviij.
 Interrogatio ad Poemenem. pag. 526.
 §. lxxxix.
 Interrogatio cuiusdam fratris ad se
 nem. p. 527. §. cxcj.
 Interrogatio ad B. Macharium, de iu
 gitate orationis. pagin. 527. §. cxcv.
 Ioannes habitans iuxta oppidum Lyco.
 pag. 738. c. xxxv.
 Ioannis patientia mirabilis circa pa
 trem suum. pag. 738. c. xxxviij.
 Ioannes saxum aduenit. pagin. 734.
 c. xxxviiij.
 Infirmitas corporis. pag. 354.
 Impugnatio demonum. p. 783.
 Isaac abbas ap quem angelus missus
 est ad eum corrigendum. pag. 502.
 §. cxxxviiij.
 Isaac monachi presbyteratus ordinatio
 pag. 461. §. xxj.
 Iperici abbatis sententia. pag. 501.
 L
 Atrō coegit S. Paphuncium vinum
 bibere. pag. 508. §. cxli.
 Latrones irruerunt super magnum
 ere mitam. pag. 487. §. lxxxix.
 Liber contra fornicationem. pag. 552.
 Liber de patientia. pag. 576.

Liber quod per ostentationem nihil fi
 cry debet. pag. 589.
 Liber de discretione. pag. 597.
 Liber de eo quod non oportet iudica
 re quenquam. pag. 594.
 Liber de eo quod oportet sobrie vinere
 pag. 621.
 Liber de eo quod sine intermissione ore
 tur. pag. 629.
 Liber de hospitalitate & misericordia.
 pag. 632.
 Liber de obedientia. pag. 637.
 Liber de humilitate. pag. 643.
 Liber de penitentiā. pag. 662.
 Liber de charitate. pag. 669.
 Liber de prudentia & contemplan
 tione. pag. 675.
 Liber de sanctis senioribus qui signa
 faciebant. pag. 693.
 Liber de conuersatione optima diuer
 sorum Sanctorum. pag. 697.
 Laus & obedientia bonum. pag. 801.
 Lamentatio vel paupertas qua fit pro
 pter Deum quid operetur. p. 790.
 M

Macharij Egyptij B. Antonij dis
 cipuli conuersatio. pag. 60.
 Macharij Alexandrini conuer
 satio. pag. 62.
 Malachi captiui conuersatio. p. 146.
 Marina virginis vita. p. 207.
 Marię AEgyptiaca vita & conuersa
 tio. pag. 188.
 Macharij Romani iuxta paradysum
 inuentio conuersatio & vita. p. 255.
 Monachorum regula quam Pachomius
 ab angelo suscepit. pag. 321.
 Monasteria monachorum quomodo &
 quo

INDEX.

quo tempore esse coeperunt. p. 307.
 Monasterium quod Pachomius constru
 xit sorori suę. pag. 328.
 Monachi reprobi. pag. 332.
 Mulier a demonio vexata liberata est
 a Pachomio. pag. 335.
 Monachorum abstinentia. pag. 343.
 Mulier que a genere suo iniuriam pa
 tiebatur. pag. 392.
 Mulier que testamentum suum scri
 ptum dedit beato Basilio. p. 439.
 Mulier cuius peccata per orationem
 Ioan. elemo. delenuit. p. 439.
 Monachus in eremo commorans quem
 fratres interrogauerunt quomodo ta
 tos labores toleraret, & responsio
 eiusdem. pag. 447. §. ij.
 Monachus qui differbat comedere ci
 bum ab hora tertię usque ad sextā.
 pag. 447. §. iij.
 Monachi qui egressi de monasterio
 perrexerunt ad visitandū eremitas.
 pag. 448. §. iij.
 Monachi qui inter diuina colloquia o
 bliti sunt sumere cibū. p. 449. §. v.
 Monachi duo qui perrexerunt ad ci
 uitatem opera sua vendere. p. 452.
 §. xi.
 Monachus qui impugnabatur a forni
 catione ante quem vidit senior spi
 ritum fornicationis diuersis mulie
 rum sp. eciebus. p. 453. §. xij.
 Monachus qui ceci dit in fornicationē
 & alius cuius gelunculus verseba
 tur. pag. 454. §. xiiij.
 Monachus qui fecit ex vitro quasi figu
 ram mulieris. pag. 455. §. xiiij.
 Monachus solitarius ad quem impe

rator Theodosius solus venit. pag.
 457. §. xviiij.
 Monachus qui desiderauit germanam
 suam in monasterio & illa voluit
 eum videre. p. 470. §. xxxij.
 Mortuus orante S. Machario de sepul
 chro locutus est. pag. 475.
 §. xxxviij.
 Monachus qui nihil cibum edebat que
 beatus Theodorus reprehendit. pag.
 480. §. l.
 Monachus qui impugnabatur a spiritu
 blasphemie. pag. ead. §. liij.
 Monachus monasterium reddidit. pag.
 490. §. xc.
 Monachus qui frequenter in monas
 terio irascebatur. p. 492. §. xciiij.
 Monachus AEgyptius venit ad abba
 tem Zenonem. p. 495. §. cviiij.
 Marcus discipulus sancti Siluani. pa.
 504. §. cxxxiiij.
 Monachus qui sportellam suam depo
 suit vt alterius perficeretur. pagin.
 506. §. cxxxviiij.
 Mater sancti Poemenis perrexit ad eū
 sed ille noluit videre eam. p. 509.
 §. cxliij.
 Macharius inuenit mortuum in deser
 to & suscitauit. pag. 516. §. clxij.
 Macharij exhortatio. pagina. 517.
 §. lxx.
 Monachus solitarius. pag. 702. c. j.
 Monachus cuiusdam comitis filius mis
 sus fuit portare sportulas per pla
 teas. pag. 740. c. xxxix.
 Monachus ante consuetudinem horum pe
 regimus resicere coegit. pag. 744.
 c. xxxij.

INDEX.

Monachus nunquam solus escam sumere solitus erat. pag. 744. cxxxiiij.
 Monachi euntes per desertum decreverunt non sumere cibum nisi Deus illis transmitteret pag. 749. cxxliij.
 Monachus deceptus a diabolo voluit filium suum immolare. pag. 750. cxxliiij.
 Monachi interfecti a Sarracenis. pag. 752. cxxlvij.
 Moyses abbas. pag. 755. c. liij.
 Monachus qui in solitudine noctu vidit multitudinem demonum. pag. 756. c. liij.
 Macharius abbas. pag. 759.
 Meditationes. 12. anachoretarum. pag. 794.

N

Nitric monasteria. pag. 56.
 Narratio trium venientium ad Pachomium. pag. 323.
 Narrationes abbatis Moysi per quas res passio gignitur. pagin. 481. §. liiij.
 Narratio S. Poemenis de abbate Isidoro. pag. 493. §. xcvij.
 Narratio S. Poemenis quid sit mala horrere. pag. 501. §. cxxiiij.
 Narratio Danielis. p. 528. §. cxcviij.
 Nullus in monasterio sine iussione senioris agere aliquid presumat. pagin. 737. c. xxij.

O

Oxiriaci civitate nullus manet hereticus. pag. 19.
 Origenis quedam dicta heretica esse conuincuntur. pag. 722. c. iij.
 Onuffrij eremite vita & conuersatio. pag. 278.

Omnis labor sine humilitate vanusest. pag. 458. §. xix.
 Obedientia abb. Poemenis. pag. 490. §. lxxxix.
 Obsequium B. Agathonis circa peregrinum. pag. 509. §. cxlvij.
 Obitus beati Poemenis. pag. 510. §. cl.
 Obitus Agathonis abbatis. pag. 510. §. clj.
 Obitus S. Arsenij. pag. 511. §. cliiij.
 Ordinatio abb. Motues. pagina. 519. §. clxxviii.
 Origenis dicta. pag. 722. c. ij.
 Obedientia incredibilis. pag. 729. c. xi.
 Obedientia miraculum. p. 730. c. xij.
 Opus manuum & cur. tertia. sexta. & nonapsallantur. pagin. 735. c. xx.

P

Pachamij vita. pag. 305.
 Pachomius malum hominem cum bonitate deuicit. pagin. 335.
 Pachomius mortuum indumentis suis spoliari iussit. pag. 339.
 Pachomius animam cuiusdam monachi vidit angelos ad celum deducere. pag. 341.
 Princeps qui militiam seruabat in alterum. pag. 400.
 Pauli primi eremite vita. pagin. 70.
 Pior discipulus Sancti Antonij. pag. 468. §. xxx.
 Pauli monachi abstinentia. pag. 485. §. lvij.
 Paralyticus curatus est a sancto Besarione. pag. 498. §. iij.
 Pythionis vita. pag. 45.
 Poenitentia cuiusdam senis. pag. 512. §. clvj.

Pauli.

INDEX.

Pauli simplicis vita. pag. 152.
 Paulus simplex contemplant peccatores. pag. 513. §. clviij.
 Pyamonis conuersio. pag. 66.
 Poemen infantem sanauit. pag. 515. §. clviij.
 Poemenis sententia. pag. 417. §. clxxvij.
 Prophetia seniorum de futuro tempore tribulationes. p. 524. §. clxxxv.
 Patientia abbatis Mutij. pag. 739. c. cxxviij.
 Pinuphius abbas. p. 741. c. xxx.
 Paulus abbas. pag. 747. c. xxxix.
 Philosophi duo qui ad sanctum Antonium perrexerunt. p. 757. c. liij.
 Patientia. pag. 779.
 Peligme vita. pag. 179.

Q

Quidam niganit Christum scripto suo proprio chirographo. pag. 435.
 Quidam frater detulit racemum sancto Machario. pag. 476. §. xxxviiij.
 Qualis sit doctor qui alios docet ipse non facit quia docet. pag. 518. §. clxxxiiij.
 Quidam frater narrauit Sysoio quod ab alio iniuriam pateretur. pag. 487. §. lxxxij.
 Qualiter debeat monachus in congregatione conseruari. p. 505. §. cxxxv.
 Quinque catuli leonum ceci per Anachoretam illuminati sunt. pag. 727. c. viij. (pag. 791.)
 Quomodo viuendum sit in cenobijs.

R

R. Equitus super causa abstinentie abbas Poemen respondit.

pag. 478 §. xli.
 Reprehensa illius senis qui per lanternos vixit in eremo. pag. 496. §. lxxx.
 Reuelatio S. Antonij p. 520. §. cxxij.
 S
 S. Tri abbatis conuersatio. pag. 400.
 Serapionis Arsenoic. 10. millium minachorum patris vita & conuersatio. pag. 53.
 Symeonis eremite qui in columna stetit. pag. 225.
 Siluani conuersio. pag. 337.
 Stipendia pauperum. pag. 362.
 Sterilitas ciborum. pag. 371.
 Serapionis vita. pag. 383.
 Senex magnus qui inter confabulationes fratrum videbat angelos seu bonos seu malos. pag. 473. §. xxxv.
 Sancta Paula. vita. pag. 154.
 Senex suspendit cucur bitam ante oculos suos ne desiderium gulae perficeret. pag. 479. §. xlviij.
 Senex infirmabatur & discipulus eius misit in cibum oleum de lini semine. pag. 479. §. xlviij.
 Similitudo de Nabuzardan principe Coquorum. pag. 479. §. xlviij.
 Similitudo ab abbate Moysi proposita de carnalibus passionibus. pag. 484. §. lxij.
 Senex qui iniurianti se munera trafermitebar. pag. 487. §. lxxxvij.
 Senex in Aegypto detrahebat abbatem Poemenem. pag. 490. §. lxxxix.
 Sermo cuiusdam senis per quid anima patiatur detrimentum. pag. 495. §. cvij.

INDEX.

Sententia cuiusdam senis ad sanctum
Antonium. pa. 501. §. cxxxiij.
Senex quidam vidit quatuor ordines
ante Deum. pag. 503. §. cxxxj.
Senis exhortatio. pa. 504. §. cxxxij.
Senex qui misit in Agyptum discipu-
lum Camelum petere pag. 506.
Senex contristabatur si infirmitas rece-
deret ab eo. pag. 510. §. clxxvij.
Senex tertio moriens risit. pag. 510.
§. clxix.
Sententia senis. pag. 517. §. clxxix.
Sententia alterius senis. pagin. 517 §.
clxx.
Sententia cuiusdam senis. pag. 519.
§. clxxvij.
Sententia cuiusdam senis. p. 527. §. cxcij.
Sententia cuiusdam senis. p. ead. §. cxiij.
Silentium. pag. 785.

T

Theodori conuersatio. p. 329.
Theodorus susceptus est a Pacho-
mio. pag. 330.
Theodorus matrem suam videre re-
nuit. pag. 331.
Theonis qui 30. annis silentium obser-
uauit conuersatio & vita. pag. 20.
Theodorus discipulus sancti Va. homij.
pag. 47. §. xxxij.
Tentatio S. Antonij. p. 494. §. c.
Timotheus anachoreta. pagina. 503. §.
cxxx.
Tres graui lenticula negligenter dimi-
ssi. pag. 737. c. xxij.
Theodorus abbas. pagin. 745. c. xxxv.
Timor Dei. pag. 779.
Temporalis profectus derelinquendus
est. pag. 789.

V

Vbi demon visus est & narra-
uit quod gustum ferret mona-
nachis. pag. 481. §. lvij.
Vbi frater consulit senem si liceret si-
bi retinere vel duos solidos. pagin.
485. §. lxxv.
Vbi quidam vir rogauit. Agathonē ut
ex sua pecunia susciperet. pa. 485.
Vbi abbas Macharius inuenit quen-
dam fratrem furatē in cella sua.
pag. 485. §. lxxix.
Vbi senex dixit alteri : ego iam mor-
tuus sum seculo. pa. 496. §. cix.
Vbi quidam iudex volebat adorare ab-
batem Moysen. pag. 497. §. cxij.
Vbi abbas Sifoyis mortuum nesciens sus-
citauit. pag. 497. §. cxiij.
Vbi abbas Bisarion demoniacum li-
berauit. pag. 498. §. cxiiij.
Vbi sacerdos idolorū discipulū S. Ma-
charij verberauit. pa. 499. §. cxx.
Vbi precipitur beato Arsenio fugere
homines & saluari. p. 520. §. xij.
Vbi sanctus Bisarion inuenit quendam
in spelunca sedentem & qui noluit
cum eo sedere. pa. 522. §. clxxxij.
Vbi abbas Siluanus factus est in exces-
su mentis. pag. 527. §. cxcij.
Vbi abbas Zenon ambulans per deser-
tum orauit. p. 528. §. cxcvij.
Vita vnde oriuntur. pag. 791.

Z

Zacharias pius nunquam inra-
uit. pag. 361.
Zenon abbas rapere cucumerem
voluit & pro hoc se afflixit. p. 449.
Zacharias & Siluanus. p. 478 §. xij.

TABV

TABVLA PARAGRAPHORVM
Secundæ partis, de vita Sancto um
Patrum.



Interrogatio quorundam
fratrum ad senem su-
per causa abstinentia.
p. a. 447. §. j.
De monacho in eremo commorante
quem interrogauerunt fratres quo-
modo toleraret tantos labores : &
responso eiusdem. pag. ead. §. ij.
De monacho qui differebat comedere
cibum ab hora tertia vsque ad sex-
tam. pag. ead. §. iij.
De monachis qui egressi de monaste-
rio perrexerunt ad visitandum ere-
mitas. pagin. 448. §. iij.
De monachis qui inter diuina collo-
quia obliuati sunt sumere cibum pa-
gina. 449. §. v.
De abbate Zenone qui cucumerem ra-
pere voluit : & pro hoc se afflixit.
pag. ead. §. vj.
De discipulo cuiusdam senis qui im-
pugnabatur a spiritu fornicationis.
pag. ead. §. vij.
De alio fratre qui similiter impugna-
batur & sapius veniens confiteba-
tur seni. pag. 450. §. viij.
De tentatione abbatis Moysi. pagin.
551. §. ix.
De eremita qui impugnabatur super
specie cuiusdam mulieris ad quem
venit alius monachus & nunciauit
quod mortua esset ipsa. pagin. ead.
§. x.

De duobus monachis qui perrexerunt
ad ciuitatem opera sua vendere. pa-
gi. 452. §. xj.
De monacho qui impugnabatur a for-
nicatione ante quem vidit senior
spiritum fornicationis in diuersis
mulierum speciebus ludentem. pagi-
na. 453. §. xij.
De monacho qui cecidit in fornicatio-
ne & de alio cuius belunculus ver-
sabatur. pa. 454. §. xij.
De monacho qui fecit ex luto quasi fi-
guram mulieris. pagina. 455. §.
xij.
Interrogatio monachi ad beatum Poe-
men super impugnationem. pa. ead.
§. xv.
De eremita qui annis singulis pensum
deserebat dominis suis. pagin. ead.
§. xvj.
De duobus fratribus germanis quos
diabolus per occasionem lucerne im-
pugnabat. pag. 456. §. xvij.
De monacho solitario ad quem impe-
rator Theodosius solus venit. pag.
457. §. xvij.
De iudice qui desiderauit videre san-
ctum Poemen & non potuit. pagin.
458 §. xix.
De sancto Agathone & responsis eius.
pag. 460. §. xx.
De ordinatione presbyteratus Isaac mo-
nachi. pag. 461. §. xxi.
De

INDEX.

- De duobusmo nachis pariter habitantibus quos senior in conminutione hortuli probare voluit. pag. ead. §. xxxij.
- De monacho infirmo quē familia Dei alebat. pag. 462. §. xxiiij.
- De beato Apollo a dæmōnaco liberato. pag. 463. §. xxiiij.
- De eremita qui cellulam suam alteri prastitit. pag. ead. §. xxv.
- De discipulo abbatis Pauli qui leenam alligavit. pag. 464. §. xxviij.
- De discipulo cuiusdam senis qui perrexit ad puteum haurire aquam. p. 466. §. xxviiij.
- De perfecta humilitate Eulalij monachi. pag. ead. §. xxiiij.
- De admirabili patientia Anastasij monachi. pag. 467. §. xxxix.
- De Prore eremita qui fuit quondam discipulus S. Antonij. pag. 468.
- De Ioanne monacho quem soror sua videre desideravit. pag. 469. §. xxxj.
- De monacho qui visitavit germanam suam in monasterio & illa noluit videre eum. pag. 470. §. xxxij.
- De beato Theodoro discipulo sancti Patricij. pag. ead. §. xxxiiij.
- De bono certamine abbatis Pachumij. contra dæmones. pag. 472. §. xxxiiij.
- De magno quodam sene qui inter confulationes fratrum videbat angelos seu bonos seu malos. p. 473. §. xxxv.
- De sancto Arsenio, & de reuelatione eiusdem. pag. ead. §. xxxviij.
- De mortuo qui orante S. Machario de sepulchro locutus est. pag. 475.
- De raicmo quem S. Machario quidā frater detulit. p. 476. §. xxxviiij.
- Vbi demon pulsato ostio sancti Macharij gloriabatur se cogitationes prauas monachis seminare. p. ead. §. xxxix.
- Interrogatio cuiusdam fratris ad abbatē Sisoijū quomodo debeat monachus in cella degere. p. 477. §. xl.
- Requisitus super causa abstinētia abbas Poanmē respondit. p. 478. §. xliij.
- De abbate Siluano; & de Zacharia eius discipulo. pag. ead. §. cliij.
- De abbate Ioseph; & responsis eius. pag. ead. §. xliij.
- Disputatio cuiusdam senis super saturnitate ventris. pag. ead. §. xliij.
- Commonitione quod desiderat monachus comedat. pag. 479. §. xlv.
- De sene qui cucurbitam sibi ante oculos suspendit: ne desiderium gula perficeret. pag. ead. §. xlvij.
- De sene infirmo cui in cibum discipulus oleū de lini semine misit. pag. ead. §. xlvij.
- De iugitate abstinētia sancti Macharij. pag. ead. §. xlix.
- De monacho qui nihil coctum edebat quem beatus Theodorus reprehendit. pag. 480. §. l.
- De fratre peregrino qui venit ad abbatē Siluanū in mōte Syna. p. ead.
- De Ioanne monacho qui dixit fratri suo velle esse securus sicut angeli. pag. ead. §. liij.
- De monacho qui impugnabatur a spiritu blasphemā. p. ead. §. liij.

Narratio

INDEX.

- Narratio abbatis Moyfi per eas res passio gignitur. pag. 481. §. liiij.
- Exhortatiō sancti Poemen in similitudine proposita. pag. ead. §. lv.
- Exhortatio cuiusdam senis. p. ead. §. lvij.
- Vbi demon visus est & narravit quod gustū ferret moachis. p. ead. §. lvij.
- Interrogatio cuiusdam super cogitationes. pag. 482. §. lxviiij.
- Interrogatio ad sanctum Poemen & responsio eiusdem. pag. 483. §. lix.
- De duobus fratribus qui ad abbatem Heliam perrexerunt: quos & reprehendit quod corpulenti essent. pag. ead. §. lx.
- De famina quæ abiit ab urbe Roma ad sanctū Arsenium. p. ead. §. lxj.
- Similitudo ab abbate Moyse proposita carnalibus possessionibus. pag. 484. §. lxij.
- De adolescente qui renunciāns mundo vestimenta sibi abstraxit. pag. ead. §. lxij.
- De fratre quem sanctus Antonius iussit vt carnes sibi dorso imponeret. pag. ead. §. lxiiij.
- Vbi frater consulit senem si liceret sibi retinere vel duos solidos. pag. 485. §. lxv.
- De monacho qui euangelium vendidit. pag. ead. §. lxviij.
- Vbi quidam vir sanctum rogavit Agathon vt ex pecunia sua susciperet. pag. ead. §. lxviiij.
- De Paulo monacho & austerā eius abstinētia. pag. ead. §. xviiij.
- Vbi abbas Macharius inuenit in cella sua quendam furatē. p. 486. §. lxix.
- De fratre qui sarabatur cuidam senis victum. pag. ead. §. lxxx.
- De discretione abbatis Agathon. pag. ead. §. lxxxj.
- Ex quibus rebus ira gignitur. pag. ead. §. lxxxij.
- Vbi quidā frater narravit si soyo quod ab alio iniuriam pateretur. p. 487.
- De ira vincenda. pag. ead. §. lxxxiiij.
- De malitia comprimenda. pag. ead. §. lxxxv.
- De fratre qui aquanimiter sustinebat irrisiones. pag. ead. §. lxxxviij.
- De sene qui iniurianti se munera trans mittebat. pag. ead. §. lxxxviij.
- De fratre qui consuluit abbatem Sisoijū si deberet se manibus defendere. pag. ead. §. lxxxviiij.
- De magno eremita super quem latrones irruerunt. pag. ead. §. lxxxix.
- De discipulo cuiusdam Philosophi. p. 488. lxxxix.
- Interrogatio fratris ad senem: per quam rem saluari possit. pag. ead. §. lxxxxiij.
- Interrogatio fratrum ad senem Moysem. pag. ead. §. lxxxxiij.
- Commonitio abbatis Macharij. pag. ead. §. lxxxxiij.
- De fratre quē presbiter S. Antonio alij collaudabant. pag. 489. §. lxxxxiij.
- Interrogatio ad abbatem Isaac cur eū dæmones timerent. p. ead. §. lxxxxy.
- De abbate Achille. p. ead. §. lxxxxyij.
- De eremita iuxta quem infantes periebant pecora. pag. ead. §. lxxxxyij.
- De incuria abbatis Ioanis. pag. ead. §. lxxxxyij.
- De sene in Aegypto qui detrahebat abbatem.

INDEX.

- abbatē Poemenem. p. 490. §. lxxxix
 De abbate Agathone. p. 491. §. xcj.
 De reuelatōe S. Macharij quod needū
 ad mensuram durum mulierū per
 nemisset. pag. ead. §. xcij.
 De monacho qui frequenter in mona-
 sterio irascebatur. pa. 492. §. xciiij.
 De pregnantē puella quæ S. Macha-
 rius calumniabatur. p. ead. §. xcij.
 Interrogatio cuiusdam fratris ad ab-
 batem Poemenem. pag. 493. §. xcviij.
 Narratio S. Poemenis de abbate Isi-
 doro. pag. ead. §. xcviij.
 Interrogatio cuiusdam ad abbatem Si-
 soium. pag. 494. §. xcix.
 De eremita qui desperans reuerteba-
 tur ad seculum quem vox diuina
 reuocauit. pag. ead. §. c.
 De tentatione sancti Antonij. pagin.
 ead. §. c.
 Interrogatio cuiusdam ad quendam se-
 nem. pag. ead. §. c.
 Interrogatio ad abbatem. pag. 495.
 .c.ij.
 Interrogatio ad abbatem Antonium.
 pag. ead. §. c.ij.
 Interrogatio ad abbatem Moysen. pa.
 ead. §. cv.
 Interrogatio ad abbatem Poemenem.
 pag. ead. §. cv.
 De monacho Aegyptio qui venit ad
 abbatem Zenonem. pag. ead. §. cvij.
 Sermo cuiusdam senis per quid ani-
 ma detrimentum patitur. pa. ead.
 §. cvij.
 Vbi senex dixit alteri: ego iam mor-
 tuus sum seculo. pag. 496. §. cix.
 De reprehensione illius senis qui per
 50. annos vixit in eremo. pag. ead.
 §. cx.
 De eremita cui quidam secularis mi-
 nistrabat. pag. ead. §. cxij.
 Vbi quidam iudex adorare volebat
 abbatem Moysen. pag. 495. §. cxij.
 Vbi abbas Sysoius mortuum nesciens
 suscitauit. pag. ead. §. cxij.
 Vbi abbas Besarion demoniacum li-
 berauit. pag. 498. §. cxiiij.
 De paralytico quem idem sanctus Be-
 sarion curauit. pag. ead. §. cxv.
 Exhortatio abbatis Motues. pag. ead.
 §. cxvj.
 Vbi demon occurrit in via. S. Macha-
 rio. pag. ead. §. cxviij.
 Vbi demoniacus quidam eremitam in
 maxillā percussit, & mox sanatus
 est. pag. 499. §. cxviiij.
 De eo quod omnis labor sine humili-
 tate vanus sit. pag. ead. §. cxix.
 Vbi sacerdos idolorum discipulum S.
 Macharij verberauit. pag. ead.
 §. cxix.
 De sancto Antonio & reuelatione cui.
 pag. 500. §. cxxj.
 Interrogatio ad S. Poemenem supe-
 rationē apostoli. p. ead. §. cxxij.
 Narratio S. Poemenis: quid sit mala
 horrere. pag. 501. §. cxxiiij.
 Interrogatio ad eundē. p. ead. §. cxxiiij.
 Sententia abbatis Yperij. pag. ead.
 §. cxxvj.
 De abbate Isaac ad quem corrigendi
 missus est angelus. p. ead. §. cxxvij.
 De fratre cui in monasterio contigi
 culpa & fugit ad sanctum Anto-
 nium. pag. 503. §. cxxviiij.
 Senter.

INDEX.

- ententia cuiusdam senis ad sanctum
 Antonium. pag. ead. §. cxxxix.
 De Timotheo anachoreta. p. ead.
 Vbi quidam senior vidit quatuor or-
 dines ante Deum. p. ead. §. cxxxij.
 Exhortatio cuiusdam senis. pag. 504.
 §. cxxxij.
 De Marco discipulo sancti Siluani.
 pag. ead. §. cxxxiiij.
 De eremita qui discipulum suum mi-
 sit ad vicum. pag. ead. §. cxxxiiij.
 De duobus fratribus quorum vnus erat
 religiosus alter obediens. pag. 505.
 §. cxxxvj.
 De spne qui misit in Aegyptū discipu-
 lum camelum petere. pagin. 506.
 §. cxxxvij.
 De monacho qui sportellam suam dis-
 spauit: vt alterius perficeretur. pa.
 ead. §. cxxxvij.
 De Ioanne qui debens cuidam solidū
 inuenit in via paratum. pag. 507.
 De obedientia abbatis Poemenis. pa-
 gin. ead. §. cxxxix.
 De anachoreta quem compulerunt
 fratres ante horam comedere. pag.
 508. §. cxl.
 Vbi lauro coegit sanctum Paphuncium
 vinum bibere. pag. ead. §. cxli.
 De eo quod non sibi quis vult alte-
 ri nefaciat. pag. ead. §. cxliij.
 Vbi mater S. Poemeni perrexit ad
 eū, sed ille noluit videre eā. p. 509.
 De Ioanne Thibeo qui. 12. annis cui-
 dā infirmo seruit. pag. ead. §. cxlv.
 De obsequio beati Agathōis circa pere-
 grinum. pag. ead. §. cxlvij.
 Exhortatio cuiusdam senis ad instr-
 mun discipulum. pa. ead. §. cxlvij.
 De senē qui contristabatur si infirmi-
 tas recederet ab eo. pag. 510.
 De senē qui tertio moriens risit. pag.
 ead. §. cxlix.
 De obitu beati Pamon. pag. ead. §. cl.
 De obitu abbatis Agathonis. p. ead.
 §. clj.
 De obitu Sisoij. pag. ead. §. clj.
 De obitu S. Arsenij. pag. 511. §. cliij.
 Vbi sanctus Athanasius episcopus ro-
 gauit beatam Pamon Alexandriā
 ire. pag. 512. §. cliij.
 De penitentia cuiusdam senis. p. ead.
 De Paulo simplice qui similiter con-
 templabatur peccatores. pag. 513.
 §. clvj.
 Vbi sanctus Poemen infantem sana-
 uit. pag. 515. §. clviij.
 De eo quod boni sit voluntaria ege-
 stas. pag. ead. §. clxix.
 Interrogatio cuiusdam ad senem. pag.
 ead. §. clx.
 De perfecta humilitate. p. ead. §. clxi.
 Vbi S. Macharius inuentum in deser-
 to mortuum suscitauit. pag. 516.
 Interrogatio cuiusdam fratris ad se-
 nem. pag. ead. §. clxiiij.
 Interrogatio ad abbatem Sisoium.
 pag. ead. §. clxiiij.
 Interrogatio ad abbatem Siluanum.
 pag. ead. §. clxvj.
 Compositio S. Antonij. pag. 517.
 Sententia S. Poemenis. p. ead. §. clxvij.
 Interrogatio cuiusdam ad senē. p. ead.
 Sententia eiusdē senis. p. ead. §. clxix.
 Item sententia alterius senis. p. ead.
 Interrogatio fratris ad senem. p. ead.
 De senē

INDEX.

- De seno qui casu dixit discipulo suo,
vade & morere, & statim mor-
tuus est. pag. 513. §. clxxij.
- Qualis sit doctor: qui alios docet &
ipse non facit quae docet. pag. ead.
§. clxxij.
- Vbi quidam anachoreta venit ad san-
ctum Poemenem. p. ead. §. clxxij.
- De contentiōibus euitandis. pag. 519.
§. clxxv.
- Interrogatio cuiusdam fratris de silen-
tij obseruētia. pag. ead. §. clxxvj.
- Sciētia cuiusdā senis. p. ead. §. clxxvij.
- De ordinatione abbatis Motues. pag.
ead. §. clxx viij. (§. clxxix.
- Exhortatio S. Macharij. pag. eadem.
- Vbi praecipitur B. Arsenio fugere ho-
mines & saluari. p. 520. §. clxxx.
- Vbi quidam fratres ex occasione perre-
xerunt ad sanctum Arsenium.
pag. ead. §. clxxxj.
- Vbi sanctus Besarion inuenit quen-
dā in spelunca sedētē & qui noluit
cum eo sedere. pag. 522. §. clxxij.
- De duobus inuēntibus qui uenerūt ad
sanctū Machariū volentes habita-
re cum eo. pag. ead. §. clxxxij.
- Commonitio abbatis Moysi. p. 524.
§. clxxxiiij.
- Prophetia seniorum de futuro tempo-
re tribulationis. p. ead. §. clxxxv.
- Qualiter debeat monachus in cōgrega-
tione cōuersari. pag. 525. §. clxxxvj.
- Vbi abbas Poemē fugiens de Scithi,
venit in locum qui dicitur Teremi-
tidis. pag. ead. §. clxxxvij.
- De septem Eremitis qui tantum sab-
barum die se iunicem uisita-
bant. pag. ead. §. clxxxvij.
- Interrogatio ad abbatem Poemenem.
pag. 526. §. clxxxix.
- Sententia cuiusdā senis. p. 527. §. cxc.
- Interrogatio cuiusdam fratris ad se-
nem. pag. ead. §. cxcj.
- Sententia cuiusdam senis. §. cxcj.
- Vbi abbas Siluanus factus est in ex-
cessu mentis. pag. ead. §. cxcij.
- Commonitio cuiusdam senis. p. ead.
§. cxcij.
- Interrogatio ad B. Macharium de iugi-
tate orationis. pag. ead. §. cxcv.
- Commonitio abbatis Ieannis. p. ead.
§. cxcvj.
- Vbi abbas Zenon ambulans per de-
sertum errauit. Narratio abbatis
Danielis. pag. ead. §. cxcvij.
- De sancto Arsenio. p. ead. §. cxcvij.
- De abbate Lucio. pag. 529. §. cxcix.
- Vbi sanctus Macharius longe est di-
uinitus cunctus. p. ead. §. cc.
- Vbi basiliscus orante sancto Ammo-
ne dissipatus est. pag. ead. §. ccj.
- Vbi discipulus S. Besarion sitiens in
bente magistro aquam de mari
hausit & bibit. p. ead. §. ccij.
- De monacho qui matrem suam uidit
in iudicio & audiuit opprobrium
eius. pag. 530. §. ccij.
- De monacho qui habebat sororem me-
retricem in ciuitate. p. ead. §. ccij.
- Vbi sanctus Antonius consolatur Di-
dymum super cecitate. p. 53. §. ccv.
- De monacho qui moriens centum soli-
dos reliquit. pag. ead. §. ccvj.
- De adolescente qui nulla arte poterat
libidinem superare. p. 532. §. ccvij.

F I N I S.

